image
not
available

TRACTATUS

DE SOCIETATE

UNIVERSAM SOCIETATIS MATERIAM COMPLECTENS

IDEOQUE OMNIBUS IN FORO VERSANTIBUS UTILIS IN PRIMIS,

AC NECESSARIUS

OPUS

IN QUATUOR PARTES DIVISUM

AUCTORE

CAROLO ZANCHIO

J. U. D. ET IN ROMANA CURIA ADVOCATO

CUM INDICE IN SUIS QUIBUSQUE CAPITIBUS PARTICULARI, ET GENERALI

IN CALCE, RERUM, ET VERBORUM LOCUPLETISSIMO.

FLORENTIÆ

APUD JOSEPHUM CELLI

MDCCCXXXVIII.

AD LECTOREM.

Quemadmodum irrisione magis, quam laude digni sunt, qui perdito labore, aquas mari, et sylvis arbores donant, ita et qui Jurisprudentiae, ea in re, in qua fertilissima est, atque facillima, tractatus addunt, imitantes illud *Cujacii — in re facili multi, in re difficili muti* — In meo fori curriculo, in quo sum jamdiu versatus, nihil in commercio, societate frequentius, nihil in judicio socialibus quaestionibus implicatius, rerum usu edoctus, inveni. Rem propterea tantam a pluribus quidem actam cognovi; nam comperii de societatis contractu ex professo scripsisse *Angelum de Periglis*, *Josephum Gibalinum*, *Mozzium*, *Trombetta*, *Duardum*, caeterisque latius *Hectorem Felicium*, sed ita parce eos scripsisse mihi visum est, ut pluribus cognitionibus materiae praecipue intrinsecis, forum sitiens reliquerint. Quamobrem rogatu prius amicorum, ut hanc societatis materiam non plane facilem enuclearem, deinde ut otium, quod meis forensibus curis erat reliquum in publicam utilitatem impenderem, provinciam non invitus assumpsi, et in quatuor partes divisi, in quarum prima Proaemii instar diversas societates licitas, atque illicitas, illarumque naturam indicavi; reliquas vero tres partes, Gaji monitum secutus *in l.* 1. *ff. de statu homin.* hoc ordine conscripsi, ut personas primo sociari aptas, secundo res societati subjugandas, postremo actiones, et modos, qui, quaeve sociari, et dissociari docent, respicerent. Opus ita explicui, illudque tibi candide lector trado, ut apis per varios flosculos advolantis utaris industria, videlicet mel sicubi est colligas, caeteros flosculos forte insipidos praetereas, et non falcis instar, quae bonos, et malos flores indiscriminatim amputat: utere igitur hoc meo libello, quamdiu voles, et uti voles in quaestionibus tamen socialibus, tamquam comite, non tamquam duce; Vale.

TRACTATUS DE SOCIETATE

PARS PRIMA.

CAPUT PRIMUM

De Societate in genere.

SUMMARIUM

1. Permutatio est mater, et semen omnium contractuum.
2. Societas a permutatione descendit, et n. 3.
4. Societas est contractus magis necessarius, utilis, et commodus, quam sint alii contractus.
5. Socii nomen inviolabile, sanctum.
6. Societas, vel unitas est quaedam fraternitas, ac pene res sacra, et n. 7.
8. Societas expuit socium malis moribus imbutum, et quandoque dissolvitur, nisi socius corrigatur.
9. Origo societatis nobilior, e triplici fonte, et qui sit, traditur n. 10. 11. et 12.
13. Natura ipsa docuit animalia inter se contrahere societatem, ut de formica, ape, pinna, equitis.
14. Societas triplex, aut personarum, aut rerum, et insimul rerum, et personarum. Societas personarum, quae sit, traditur.
15. Societas sodalitiorum, seu confraternitas.
16. Societas collegiorum ad scientias, bonosque mores acquirendos.
17. Societas artium ad publicam utilitatem.
18. Societas, de qua agitur, est quid diversum, nam est contractus ad augendum publicum commercium.
19. Rerum societas versatur in communione bonorum incidenter contracta.
20. Rerum, et personarum societas est quando communicatur res, vel pecunia unius cum industria alterius.
21. Societas est contractus juris gentium, et n. 23.
22. Societas, alia publica, alia privata, et n. 98. et 144.
24. Societas est contractus nominatus, bonae fidei, qui nudo consensu contrahitur, et n. 25. et 26.
27. Plura sunt negotia, quam vocabula.
28. Infinitae fere sunt societates rerum bonorum, malorum, spiritualium, corporalium, et jurisdictionalium.
29. Socii ii dicuntur, inter quos res aliqua communicatur.
30. De pluribus sociis, et societatibus, remissive, et n. 31.
32. Tres hominum societates indicat *Vaconius*, et quae sint, ibid. n. 33.
34. Tres rerum societates tradit *Cephalus*, atque exponit, ib. n. 35
36. Totidem tres societates innuit *Card. de Luca*, atque exponit, ibid. n. 37.
38. Quatuor societates tradit *Nicholor*, et remissive.
39. Quinque societates indigitat *Vaconius*, atque exponit, ibid. num 40.
41. Sex societates vult reperiri *Mantica*, atque explicat, ibidem n. 42. concordat *Petr. de Ubald.* n. 43.
44. Septimam societatem addit *Carpan*.
45. Complures alias societates numero plures, et specie diversas tradit *Alderis*.
46. Auctor publicatur agens de societatibus, in foro receptioribus, et commercio utilioribus.
47. Societatis contractus in eodem commercio, utilis, et frequens.
48. Contractus societatis est excellens, atque egregius.
49. Privata societas bipartitur in alteram vitae, et in alteram rerum.
50. Vitae societas diversimode accipitur, puta ad nuptias, qua non datur alia arctior, vel major, vel antiquior, et num 51. 52. et 53.
54. Inter conjuges est societas, seu communio bonorum quoque omnium.
55. Jus civile Romanorum non admittit hanc societatem, et n. 56
57. Contrarium alii, et n. 58.
59. Origo conjugalis societatis traditur, et n. 60. et 61.
62. Explicatur in quo sensu detur societas conjugalis, et n. 63. 64. 65. et 66.

Zanchio

67. Conjugalis societas appellatur legalis.
68. Conjux unusquisque retinet bona sua, praeter ea, quae ex pacto conferuntur.
69. Jure civili non datur inter conjuges bonorum societas.
70. Doctores in contrarium loquuntur de consuetudine particulari Belgii, Lusitaniae, Castellae, et n. 71. 72. 73. et 74.
75. Societas conjugalis, seu matrimonii contractus *alla Maltese*, more tam Latinorum, tum Graecorum traditur.
78. Commoda hujus societatis vitae inter conjuges, indicantur, usque ad n. 81.
82. Alia commoda externa ejusdem societatis conjugalis indicantur, et n. 83.
84. De hac societate conjugali, qui doctores tractent, indicatur.
85. Deque ea more Hispanico agit etiam *Rota Romana*.
86. Sunt tamen qui hanc societatem conjugalem, laude dignam esse, negant.
87. Alia societas vitae erat olim inter clericos in unum viventes, Deo serviendi causa; cujusmodi hodie sunt ordines religionum, et n. 89. et 90.
88. Hujusmodi societas de jure etiam civili non improbatur.
91. Alia, et frequens societas vitae praecipuae inter fratres, atque exponitur, et n. 92. 93. et 94.
95. Haec vitae societas appellatur voluntarium consortium, quod sine solemnitatibus non potest per mulieres contrahi, et n. 96.
97. De hac vitae societate, qui tractent, indicantur.
98. Societas rerum, et bonorum generaliter dividitur in publicam, et privatam.
99. De publica societate, remissive.
100. Privatae societatis definitio traditur.
101. De pluribus, aliis societatis privatae definitionibus, qui tractent, indicantur.
102. Rotae Romanae auctoritas magna semper fuit.
103. Definitio omnis in jure est periculosa.
104. Substantialia societatis tria sunt, atque indicantur, et n. 120.
105. Rota Romana dat societatis descriptionem, et quae sit, traditur, n. 106.
107. Societas nonnisi inter plures contrahi potest.
108. In una persona non potest consistere societas.
109. *Conventionis* verbum quomodo interpretetur, exponitur, et n. 110 et 111.
112. Societas consensum necessario requirit, nec sine illo contrahi potest, et n. 121.
113. Societas tacito etiam consensu contrahitur, et n. 114. et 115.
116. Contrahitur etiam societas re, per epistolam, per nuncium, et inter absentes.
116. Differentia inter societatem, et alios contractus traditur.
117. Alienatio rei alienae valet.
118. Societas sine collatione pecuniae, rerum, et hujusmodi non datur.
119. Non datur societas in re, quae non extat, vel quae sit collationis incapax.
122. Capitale dicitur fundamentum societatis.
123. Lucri, damnique communicatio est de natura societatis.
124. Societas dicitur rationabilis conventio, et quare.
125. Lucri, et damni partes in societate constituuntur aequales.
126. Intellige de aequalitate geometrica, seu juxta modum industriae, et capitalis proportionata.
127. Socius dicitur a *seco*, quia lucrum, et damnum dividit, seu a *sociando*, et n. 128. et n. 131.
129. Rejicitur, qui socium a *consortio* deducit, et n. 130.
132. Societas est honesta conventio, et datur ratio, et n. 133.
134. Societas dirigitur ad commodiorem usum, et uberiorem quaestum.
135. Unicus societatis finis est quaestus.

Contractum ubique omnium, cum nominatorum, tum
innominatorum, matrem, ac semen, permutationem es-
1 se, eruditissimus probat *Gravin. de orig. jur lib.* 2. §.
12. qui societatis contractum, de quo rogatus equidem,
et quasi compulsus a turba amicorum, agere institui, ab
2 illa ita profectum, eleganter innuit » Frequentia vero
» (inquit) commerciorum, atque permutationum sen-
» sim inter homines benevolentiam peperit, qua conci-
» liati coeperunt propriam quisque cum aliena diligen-
» tia, operaque commune ad lucrum, damnumve, mer-
» cium communicatione conjungere, unde SOCIETA-
3 » TES NEGOTIORUM, quibus exercendis, ubi alte-
» rius fidei periculum fecissent, res aut socio, aut amico
» facile credebant », Ex quo necessarium apprime civi-
libus rebus hunc esse societatis contractum, aliumve eo
4 fide majorem, usuve commodiorem haud reperiri, affir-
mat *Connon. comment. jur. civ. lib* 7. *cap.* 13. *n.* 1.
5 qui propterea inviolabile, sanctum *socii* nomen appellat
ibid. sub n. 10. Et rem sacram praeterea esse unitatem,
6 et quamdam animorum fraternitatem *Fabius* innuit re-
latus per *Cajac. comment. jur. civil. tom.* 10. *col.* 994.
lit. B. propterea nempe, quod tam arcta inter socios vi-
sa est amicitia intercedere, ut ii plane fratres habiti sint.
7 *l. verum.* 63. *ff. pro socio*, qua ex re fieri, ut societas,
veluti paulo ante dicebam, sancta, aut corruptis moribus
8 respuat socium, aut si non emendari eumdem contingit,
distracta societate, dimittat *Corpzov. pract. crimin. par.*
3. *quaest.* 101. *n.* 13. *Felic. de societ. cap.* 38. *n.* 16.
Jov. de contract. min. *gloss.* 25. §. 13. *n.* 130. *cum seq.*

Equidem vero longe nobiliorem, verique magis simi-
lem existimo hujus contractus societatis originem a trino
9 fonte, ni fallor, repetendam. A natura primum, quae
innato quodam vinculo sociavit homines inter sese, unde
Cic. lib. 4. *de finibus* = *nati sumus*, inquit, *ad socie-
tatem, communitatemque generis humani* = quod ipsum
10 repetit *pro Sexto Roscio Amerino.* Necessitas inde, ut
ait Modestinus *in l. Ergo* 40. *ff. de legib.* eosdem impu-
lit homines, ut ad civilem societatem a vi potentiore pro-
11 tuendam, jus sibi constituerent, ut sic quietis turbato-
res repellerent ex *Connon. comment. jur. civ. lib.* 1. *cap.*
5. *n.* 7. Atque utilitas demum effecit, ut mortalibus so-
ciali quodam nexu conjunctis, mutua inter ipsos bono-
rum communicationem, quod uni supererat regioni, al-
teri vicissim, cui deerat, adderetur, unde egestas omnium
12 ita expleretur, regionum exaequaretur disparitas, atque
plena in quemque referretur utilitas *Gravin. de orig
jur. lib.* 2. §. 11.

Et haec a natura ipsa omnium duce, ac principe pro-
ficisci, quisque intelligit, cum tantumdem in eisdem ani-
malibus ratione destitutis, illa operante, reperiatur: ma-
gni enim laboris formica sociali quodam jure grana sibi
congregat; apis favos mellis fingit; et non incuriose *pin-
na* cum *squilla* ad communem escam societatem contra-
13 here ita adnotavit *Cicero* 2. *de natura Deorum.* ibi
» Pinna vero duabus grandibus patula conchis cum par-
» va squilla, quasi societatem contrahit comparandi cibi;
» itaque cum pisciculi parvi in concham hiantem intra-
» verint, tum admonita a squilla, pinna morsu compri-
» mit conchas; sic dissimilibus bestiolis communiter ci-
» bus quaeritur; in quo admirandum est, congressu ne
» aliquo inter se, an jam inde ab ortu natura congrega-
» tae sint ».

Ne materiali autem *societatis*, *sociive* nomenclatura
quis decipiatur, simulque ut rem a re utiliter secernat,
principio sciat oportet, societatem esse, aut personarum 14
tantum. Aut rerum *solummodo*, aut una rerum, et per-
sonarum. *Tholosan. partit. jur. canon. lib.* 3. *tit.* 17.
de societ. cap. 2. simplex personarum societas, vel actus
religionis respicit, vel morum, atque educationis conve-
nientiam, vel bonum quoque artium regimen. Prima so-
cietas est sodalitiorum, *confraternitatis* hodie nomine
distincta *Aloys. de Leo in l.* 1. *n.* 14. *c. Pro socio. Mi- 15
chalor. de fratrib. part.* 2. *cap.* 1. *n.* 2. *Ferrar. biblioth.
canonic. civil. verb. confraternitas art.* 1. ubi pro legiti-
ma illorum erectione indicantur necessaria requisita. Se-
cunda societas est collegiorum ad scientias addiscendas,
moresque componendos, pro adolescentibus institutorum
Bald. in leg. 1. *n.* 3. *ff. quod cujusque universit. no- 16
min.* Postrema demum societas est illorum collegiorum
artium, ad publicam utilitatem permissorum, in quibus
fraudato principis permittentis animo, non raro mono-
polia excogitantur *Bald. loc. proxime cit.* Hujusmodi 17
vero societates hactenus descriptae nihil commune habent
cum ea societate vim contractus correspectivi, et ultro,
citroque obligatorii habente, et ad augendum civile com- 18
mercium unice instituta, *ex hostien. in Summa, rubri-
ca de syndic. lib.* 1. *n.* 4. de qua in hoc tractatu loqui
profiteor. Societas autem rerum dumtaxat versatur in
communione bonorum incidenter contracta *Tholosan.* 19
partit. jur. canon. lib. 3. *tit.* 17. *de societ. cap.* 2. Quem-
admodum etiam rerum, et personarum societas intelli-
gitur illa, per quam ex conventione res communicantur 20
cum industria personarum *Tholosan. loc. prox. cit.*

Acturus itaque de hac societate veri contractus speci-
men habente, et ab jure gentium immediate traducti, 21
juxta, §. *Sed jus instit. de jur. nat. gent., et civ. Con-
non. comment. jur. civ. lib.* 7. *cap.* 13. *sub n.* 1. *Vinn.
in proaem. tit.* 23. *lib.* 3. *instit. de oblig. ex consensu.
Alderis. de symbolic. contract. tit.* 3. *cap.* 1. *n.* 2. *et
seq* eamdem societatem in publicam, et privatam sum-
matim bipartiri placet, cum *Minsinger. ad tit.* 26. *instit.* 22
de societ. n. 1. *lib.* 3. *Mantica de tacit. lib.* 6. *tit.* 2. *n.*
16. De publica societate in sequenti singillatim capite
agam. De privata autem societate plurimus hic ero, et
in caeteris hujus tractatus capitibus. Haec porro societas 23
una est, eaque ab jure gentium, uti dixi, contractum
societatis nomine distinctum habuit; inter contractus no- 24
minatos recenseri promeruit *instit. de oblig. ex consens.
tit.* 2. *lib.* 2. *Heinec* §. 780. *instit. de oblig* Ac perinde 25
inter contractus bonae fidei referri *l. in proposito* 79.
ff. pro socio, et in §. *actionum instit. de action.* nudo-
que partium consensu facile produci *l. qui admittitur* 26
19 *ff. pro socio, et* §. 1. *instit. de oblig. ex consensu.*

Verum quia = *natura rerum inductum est, ut plura
sint negotia, quam vocabula* = veluti scribit Ulpianus 27
in *l. Natura* 4. *ff. de praescript. verb.* inde infinitas

propemodum societatum, et sociorum species fuisse dein-
28 ceps productas, hoc est bonarum, et malarum rerum,
spiritualium quoque, corporalium, et jurisdictionalium,
29 cum socii sint, inter quos res aliqua communicata est,
innuit *Tholosan. syntagm. jur. univers. part.* 3. *lib.*
27. cap. 4. *num.* 1. Societates vero, sociosque indefinite
30 plures esse, asseverat *Jacob. novell. de jur. Protomiss.*
31 *§. 2. n.* 125. Nonnullas indicat *Alderis de symbolic.*
contract. tit. 3. *in proaem., et in cap.* 2. *fere per tot.*
Sed pro arbitrio suo quisque cogitat, atque fingit: nam
32 tres hominum societates designat *Vacon. declarat.*, *et*
var. lection. lib. 1. *in declarat.* 18. *n.* 2. hoc est gene-
33 ris humani, omnium gentium, atque civilis, quarum sin-
gulas ibi academice exponit. Totidem numero rerum so-
34 cietates confirmat *Cephal. cons.* 430. *n.* 6. *tom.* 3. vide-
licet, incidentem, conventionalem expressam, et conven-
35 tionalem tacitam. De tribus etiam societatibus loquitur
36 *Card. de Luc. de cred. disc.* 161. *n.* 4. 5. *et* 6.; ubi
quod, prima est universalis omnium bonorum; secunda
37 est omnium quaestuum ex bonis faciendorum; tertia de-
mum est mere accidentalis, et particularis in aliquo ne-
gotio. Quatuor autem societates indicat, atque exponit
38 *Michalor. de fratribus par.* 2. *cap.* 1. *num.* 9. *ad seqq.*
ibi videndas.

Insurgit iterum *Vacon. in suis declarat.*, *et var. le-*
ction. jur. lib. 1. *declarat.* 7. *n.* 6. *et* 7., *declarat.* 9. *et*
39 *10. n.* 1. 5. *et* 6., et quinque alias societates indigitat,
more suo semper academico, eruditoque: atque sunt ma-
ris, et foeminae conjunctio; inter patrem, et filium, cir-
ca domus regimen societas; alia inter dominum, et ser-
vum, ex causa utilitatis constituta; inter maritum, et
40 uxorem quarta; postrema vero *pagus* nuncupatur, eaque
continet, quod rustica comparatur industria. Sex autem
societates designat *Mantica de tacit. et ambig lib.* 6. *tit.*
41 2. *n.* 6. *ad* 12. *tom.* 1. Earum prima est omnium bono-
rum; secunda omnium quaestuum; tertia unius rei;
42 quarta unius negotiationis: quinta singularis super hae-
reditate paterna; sexta demum super justa aliqua haere-
ditate alterutri socio obvenienda. Totidem numero, et
43 qualitate societates exhibet etiam *Petr. de Ubald. de*
duob. fratrib. sub princ. tract. incip. circa primam par-
44 *tem*, quibus addit septimam *Carpan ad statut. Medio-*
lan. cap. 483. *n.* 38. Complures demum alias numero,
45 atque specie diversas societates commemurat *Alderis de*
symbolic. contract. tit. 1. *cap.* 1. *n.* 1. *ad* 12., et iterum
cap. 2. *a n.* 1. *ad seq.* non incuriose adeundus.

In hac multiplici doctorum discrepantia, ac societatum
diversitate, equidem illas amplexavi dumtaxat, deque iis
46 verba facere institui, quae sunt in foro receptiores, usu
commodiores, et ad commercii utilitatem magis aptae.
disputationibus academicis plus eruditionis, quam utili-
tatis exhibentibus, seorsim positis; ne hic non minus
47 utilis, quam frequens societatis contractus, ex *Minsin-*
ger. lib. 3. *tot.* 26. *n.* 7. *instit. de societ.*, et ideo prae
suis qualitatibus, et praerogativis excellens, egregiusque
48 *a Zasio* nuncupatus *in l. si pecuniam n.* 27. *vers. se-*
cundo fallit. ff. de condict. causa data etc. per inanes,
aut certe parum utiles quaestiones, implicetur.

Atque principio, summam privatae societatis bipartire
49 placet cum *Donello comment. jur. civ. lib.* 13. *cap.* 15.
et 18. In alteram vitae, atque in rerum, seu bonorum
50 alteram. Prioris societatis natura, *vitae* scilicet, diver-
simode usurpatur: ad noptias quippe primo, seu ad ma-
trimonium refertur: nulla enim major, vel arctior ha-
51 betur societas, illa matrimonii *Ant. Gubert. Gustan. de*
matrimon. comment. in tit. causae matrimoniarum n. 12.
extat in *tract. magn tom.* 9. *pag.* 50 *tergo.* Ad hanc vero
primam societatis vitae speciem ait *Cicero lib.* 2. *de offic.*
52 = *Prima societas in ipso est conjugio; proxima in li-*
beris, deinde una domus, communia omnia = Estque
haec vitae societas perantiqua eatenus, ut cum ipso gene-
ris humani primordio incoeperit, teste *cap.* 3. *Genes.* ibi
53 = *mulier, quam dedisti mihi sociam* = Atque *divus*
Bernardus in cant. serm. 7. = haec habet = *sponso, et*
54 *sponsae omnia communia, nihil proprium, nihil a se*
divisam habentibus, una domus, una caro =.

Quoad nostri vero fori leges, rem se aliter habere do-
55 cet *Cujacius ad lib.* 7. *cod. tit.* 33. *de privil. fisci tom.*
9. *col.* 1132. *lit. E.* = *inter conjuges, nulla est com-*
munio bonorum; est societas vitae, non bonorum, et 56
res uxoris non minus viro sunt alienae, quam res cu-
juslibet extranei = Cujacio tamen videtur contradicere
Vinnius instit. de societ. sub princ. num. 3. His verbis
» moribus fere totius Belgicae, bonorum omnium com- 57
» munio, et universalis societas inter conjuges ipso jure
» constituitur, nisi quid contra pactis antenuptialibus
» cautum sit, in qua societate etiam hoc amplius est,
» quam in alia universali, quod etiam ea, quae post
» contractum matrimonium, alterutri conjugum quaesi-
» ta sunt, continuo inter eos communia fiunt, non expe- 58
» etata nova eorum communicatione » consensit quoque
Donell. comment. jur. civ. lib. 13. *cap.* 16. *lit. A.*

Hujusce conjugalis societatis originem, his verbis Mo-
destinus indigitat in *l.* 1. *ff. de ritu nupt.* ibi = nu- 59
ptiae sunt conjunctio maris, et foeminae, et consortium
omnis vitae, divini, et humani juris communicatio =
concordat Codex Justinianeus in *l. Adversus* 4. *c. de* 60
crimin. expilat. haeredit. ibi = *Adversus uxorem, quae*
socia rei humanae, atque divinae domus suscipitur =.
Hujus enim divini, humanique juris communicatio indi- 61
viduitatem vitae, morumque, item rei prosperae, et ad-
versae significabat, interpositaque aqua, et igne, matri-
monium inducebatur *l. Seja* 67. *penult. ff. de donat.* 62
inter vir. et uxor. ubi caro ubique una inter conjuges
cap. Gaudemus §. quia vero de divort. unaque domus, 63
et familia constituebatur *l.* 1. *§. Si vir ff. ad senat. con-* 64
sult. syllonian. Hinc pereleganter *Corrasius in l. foemi-*
nae n. 5. *ff. de senator.* ait: » profluit ex illa divini, et
» humani juris communicatione, quae est inter conju-
» ges, ob quam uxor socia divinae, et humanae domus, 65
» nec injuria dicitur. Quare et felicitatis, et infelicitatis
» alterius, alterum participem esse oportet; quid enim
» tam humanum est, quam vel prosperis casibus mulie- 66
» ris maritum, vel uxorem viri participem esse »? Lega-
lem societatem hanc appellat *Alderis. de symbolic. con-* 67
tract. tit. 3. *cap.* 4. *n.* 1.

Caeterum quoad communicationem bonorum pertinet,
conjux quisque sua sibi de jure retinet, *Giurbo in con-* 68
suet. Messan. cap. 1. *gloss.* 6. *part.* 1. *n.* 2. *et* 9. prae-
ter ea, quae antenuptiali conferuntur pagina, et in hoc
Cujacii sententiam laudo. Nam jure civili nulla est in-
ter virum, et uxorem bonorum societas *Rota in decis.* 69
474. *n.* 5. *et* 6. *tom.* 4. *et dec.* 537. *n.* 1. *et seq. tom* 5.
coram Olivatio. Quae vero *Vinnius* dudum recitatus in- 70
nuit, ex peculiari Belgicae regionis more habetur rece-
ptum, id quod ipse non obscure indicat illis verbis =
Moribus fere totius Belgicae = quemadmodum adver- 71
tit quoque *Donell. comment. jur. civ. lib.* 13. *cap.* 16.
lit. E. Paul. Christin. in leg. Municip. Mechlin. tit. 10.
art. 14. *n.* 3. *Gentil. oper. omn. cap.* 15. *lib.* 1. *tom.* 4.
moremque in Lusitania parilem vigere, hoc est, ut so- 72
cietas per matrimonium illico secutum, consummatumque
inter conjuges, contracta dicatur super medietate bono-
rum. quoad lucrum, et damnum, non item quoad capita-
lia, utrimque communium, latissime adnotavit *Molina* 73
de just., et jur. tract. 2. *disput.* 422. *per tot.* qui et
aliam arrharum, et dotis societatem in matrimoniis, quae
in eadem Lusitania, et Castella etiam celebrantur, in-
tervenire affirmat *Molina loco prox. cit. disput.* 423. 74
per tot.

Ad hanc societatem conjugalem a consuetudine natam
accedit illa forma contrahendi matrimonium *ello Malte-*
se more Latinorum, nec non *alla Romana* juxta usum
Graecorum a Romanis imitatum, Melitae vigens, haec
cum tabulis, illa sine scriptis contrahitur. Matrimonium
alla Romana more Graecorum sine scriptis sponte con-
tractum hoc Melitae praecipui habet, ut inducta dicatur
conjugalis societas bonorum, et lucrorum ex aequo inter
conjuges in fine partiendorum, eoque amplius, ut adna-
tis ex eodem matrimonio filiis, trina fiat partium divi-
sio, quarum aliam capit pater, aliam mater, tertiam de-
nique filii capiant: quod si tabulae interveniant nuptia-
les, divisio bonorum, lucrorumque fit juxta pacta in iis
apposita, salva prout de jure paciscendi libertate *Rota* 75
in decis. 474. *n.* 1. 2. 3. *cum seq. tom.* 4. *et dec.* 612.
n. 5. *tom.* 6. *cor. Olivatio.*

Commoda vero suprascriptae legalis societatis vitae in-
76 ter conjuges summatim indicat *Donell. comment. jur.
civ. lib.* 13. *cap.* 18., suutque interiur victus, si cohabi-
tare enim conjuges una debent, ut ambo de communi
77 alantur cogit necessitas *Donell. loco cit.* Mutua item of-
ficiorum conjugalium praestatio, quae vel communis est
78 utrique conjugi, uti est corporum conjunctio *Math. cap.*
19. *n.* 4. 5. *et* 6., *et Paul. ad Corint. cap.* 7. *n.* 3. *et* 4.
79 Similiter communicatio divini, et humani juris *Donell.
loco prox. cit. Lopes in rubric. de donat. inter vir. et
uxor.* §. 61. *n.* 1. *ad seq.* divini scilicet in affinitate, seu
80 cognatione spirituali, de qua *Marta Vot. Pis.* 93. *n.* 10.
nec non hodie in sacramenti, uti arbitror, matrimonia-
lis dignitate; humani vero in pari dignitate personae vi-
81 ri, cujus particeps ipso jure fit uxor *l. Foeminae* 8. *ff.
de senator.* atque in privilegio domicilii, et fori mariti
l. Mulieres 13. *c. de dignit. lib.* 10.

In externis vero commoda hujus conjugalis societatis
82 in eo sunt, ut consors fiat uxor bonorum mariti, reique
humanae socia *l. Adversus* 4. *c. de crim. expil. hae-
redit.* et vicissim maritus fiat particeps rei quoque para-
83 phernae uxoris suae, praecipue non prohibentis *l. hac
lege* 8. *c. de pact. convent.* De hac vero conjugali bono-
rum societate juri communi non cognita, ac veluti supra
84 dictum est, moribus in diversis mundi partibus introdu-
cta, ex professo, ac latissime tractant *Cuppin. de morib.
Parisior. lib.* 2. *tit. per tot. Paul. Christineus in leg.
municip. Mechlin. tit.* 9. *artic.* 11. *n.* 2. *et* 3. *Aurel.
rer. judicat.* tom. 2. *lib.* 4. *cap.* 1. *in princ. et cap.* 19.
circa fin. Giurba ad consuet. Messan. cap. 1. *gloss.* 3.
et 6. *part.* 1. *utrobique per totam, Cassan. ad consuet.
Burgund. rubric.* 4. §. 2 *verbo est participante fol. mihi*
551. *Barbosa in cap. significavit* 2. *lib.* 4. *tit.* 20. *de
donat. inter vir. et uxor. per tot. Idem Barbosa in* 2.
part. Decret. 26. *quaest.* 2. *cap. cum societas per tot.
Alderis. de symbolic. contract. tit.* 3. *cap.* 4. *n.* 36. *ac
fere per tot.* Ac novissime de hac conjugum societate, mo-
85 re etiam Hispanico recepta, testatur *Rota in Toletana
cappellaniae* 27. *junii* 1755. §. 9. 10. *cum seq. coram
cl. me. Card. Elephantutio*; licet hujus generis societa-
tem inter conjuges moribus inductam, veram esse socie-
86 tatem, ac plausu dignam, neget *Prukman. cons.* 1. *n.*
378 *ad seqq. tom.* 2.

Est et alia *vitae* ecclesiasticae societas, quae servabatur
87 olim inter clericos in unum ordinandi causa. Deoque
serviendi coeuntes, simulque habitantes, communemque
mensam ex obventionibus, redditibusque paratam, haben-
88 tes. Hujus quidem societatis *vitae*, per civiles leges in
aliis parilibus casibus non improbatae, ut *in leg. fin. ff.
de colleg.* ad rem praesentem meminit *Cironius in pa-
ratitl. decretal. ad lib.* 5. *tit.* 11. *de iis, quae fiunt a
major. part. capit. pag. mihi* 198. atque specialius agunt
Gratian. in cap. praeter hoc 6. *dist.* 32. *post.* 1. *de-
89 creti*, ibi » Praecipientes etiam statuimus, ut hi praedi-
» ctorum ordinum, qui eisdem praedecessoribus nostris
» obedientes castitatem servaverint, juxta ecclesias, qui-
» bus ordinati sunt, sicut oportet religiosos clericos, si-
» mul manducent, et dormiant, et quidquid eis ab ec-
» clesiis competit, communiter habeant, et rogantes mo-
» nemus, ut ad apostolicam, communem scilicet vitam
» summopere pervenire studeant, quatenus perfectionem
» cum his consecuti, qui centesimo fructu ditantur, in
« caelesti patria mereantur adscribi ». Sed haec hodie in
clericis exsolevit societas, propter ecclesiasticas adauctas
praebendas, congruam cuique illorum alimoniam domi
suppeditantes; atque verius hujusmodi societas in religio-
90 ni nomen dantibus propagata, ac servata hodie conspicitur.

Alia denique est *vitae* societas, quae non infrequenter
91 inter fratres praecipue reperitur. Hanc vitae societatem
ita describit *Tartaglia de reservat. statutar. artic.* 59.
n. 28. *ad seq.* ibi » Societas vitae est, quando duo, vel
» plures conjunctim vivunt, ad unum panem, et vinum,
» seu, ut dicunt, ad eamdem mensam, et isti tenentur
92 » usque ad necessitatem victus, redditus, et proventus
» conferre; alii vero fructus praeter consumptos, non
» communicentur, sed remaneant proprii uniuscujusque
» etc. In societate vitae, nulla habetur ratio, an plus,
» vel minus pro uno, vel altero socio fuerit impen-
» sum ». Adde *Rotam in dec.* 529. *n.* 7. *et* 8. *coram
Coccin.* atque in substantia particularis quaedam in fru-
ctibus bonorum paternorum, et maternorum inter fratres, 93
salva proprietate, communio, ut per *Card. de Luca de
credit. disc.* 161. *n.* 5. vel etiam reciproca inter rusticos
praecipue. operarum industriarumque communicatio, ex
Panimoll. decis. 150. *n.* 29. *tom.* 3. Quod necessarium 94
vero magis, quam voluntarium hunc societatis vitae con-
tractum existimaverit *Rota in dec.* 408. *n.* 4. 5. *et* 6. *co- 95
ram Buratto*; et ideo statutariis solemnitatibus non sub-
jectum, si mulier forte, minor, pupillusve inciderit in
illum, censuit; sed solidius eadem *Rota* a dicta decisio-
ne recessit, et solemnitatum interventum necessarium sta- 96
tuit in sequenti *dec.* 467. *n.* 2. *et per tot. coram eodem
Buratto*, plauditque *Tartaglia de reservat. statutar.
artic.* 59. *n.* 31. De hac vitae societate latissime tractant 97
Cataneus cons. 26. *n.* 25. *Ubald. de duob. fratrib. post
princ. circa tertiam partem n.* 22. *Mantica de tacit.,
et ambig. lib.* 6. *tit.* 2, *n.* 5., *et tit.* 3. *n. fin. Alderis.
de symbolic. contract. tit.* 3. *cap.* 1. *n.* 9. *Rota in dec.*
408. *et dec.* 467. *utrobiq. per totam coram Buratto.*

Altera rerum, bonorumque societas, in generaliter pu-
blicam, atque privatam distinguitur *l. Adeo* 60. *ff. pro* 98
socio. Jul. Pac. Isagogicorum lib. 17. *tit.* 2. *pro socio*
n. 3. *Misinger. in tit.* 26. n. 1. *lib.* 3. *instit. de societ.*
De publica societate, separatum, qui erit sequens, in-
scribam titulum. De privata igitur societate hic, et in re- 99
liquis hujus tractatus capitibus mea tota erit oratio. *Cu-
jacius* eam ita definit, ut » societas sit conventio, quae
» inter duos, pluresve, aut verbis, aut nudo consensu
» constituitur legitima, communio omnium rerum, vel
» unius rei ad tempus, quoad vixerint, vel voluerint in 100
» ea communione permanere contrahentes ». *In lib.* 4.
Cod. tit. 37. *pro socio in princ. tom.* 10. *col.* 993. *et*
994. ubi hanc per partes exponit definitionem, numeris,
more suo absolutam. Sunt qui brevius, quique longius
societatem definiunt, praecipue *Duaren. in Pandect. tit.* 101
38. *lib.* 4. *pro socio cap.* 1. *sub princip. Bald. in l.* 1.
n. 3. *ff. quod cujusque universit. nom. Minsinger. ad in-
stit. de societ. tit.* 26. *n.* 2. *et seq. Felic. de societ. cap.*
1. *n.* 2. *Mantica de tacit. lib.* 6. *tit.* 1. *n.* 15. *et* 18.
Alderis de symbolic. contract. tit. 3. *cap.* 1. *n.* 1. *Mo-
lin. de justit. et jur. tract.* 2. *disput.* 411. *n.* 1. *et per
tot. Castropalao operu moral. tom.* 6. *disput.* 8. *de con-
tract. societ. punct.* 1. *n.* 1. *et per tot. Bonaccin. oper.
moral. disput.* 3. *quaest.* 6. *punct.* 1. *n.* 1. *et per tot.
tom.* 2. *Less. de just., et jur. lib.* 2. *cap.* 25. *dubit.* 1.
num. 1. *et per tot. Michalor. de fratrib. part.* 2. *cap.* 1.
num. 7.

Verumtamen sacra Rota Romana, cujus magni semper
ponderis fuit auctoritas, ex *Fagnan. in cap cum venis- 102
sent. lib.* 2. *n.* 31. *de judic.* satis per Javolenum edocta,
quod = *omnis definitio in jure civili periculosa est, ra- 103
rum est enim, ut non subverti possit* = *in l. omnis*
203. *ff de regul. jur.* vel simpliciter substantialia socie-
tatis indicare contenta fuit, quae in tribus consistere defi-
nivit, videlicet in consensu sociorum, in re, seu nego-
tio, et in lucro communi *Rot. in dec.* 246. *n.* 7. *part.* 6. 104
Recentior. vel eamdem societatem definiendo, descriptio-
nem magis, quam definitionem societatis, quando se prae- 105
buit occasio, protulit; siquidem *coram Molin. tom.* 2.
decis. 582. *n.* 13. illam ita descripsit = *Societas est 106
duorum, vel plurium rationabilis, ac honesta conventio
ad commodiorem usum, et uberiorem quaestum* = Di- 107
citur inter duos, pluresve societatem coiri, nam *socius*
ex ipso veriverbio ad alterum sui similem relationem ha-
bet, deque uno praedicari minime potest; immo esset
contra naturam societatis, si haec in una tantum persona
consisteret, ex *Bald. in cap. Imperatoram n.* 3. *de ju- 108
rament. calumn. Minsinger. lib.* 3. *tit.* 26. *n.* 2. *instit.
de societ. Rota decis.* 562. *n.* 3. *coram Crispo.*

Conventio item dicitur societas; Ulpianus affabre de
conventione ita scribit in *l.* 1. §. 2. *ff. de pact.* ibi
» Conventionis verbum generale est ad omnia pertinens, 109
» de quibus negotii contrahendi, transigendique causa
» consentiunt, qui inter se agunt; nam sicut convenire 110
» dicuntur, qui ex diversis locis in unum locum collogun-
» tur, et veniunt, ita qui ex diversis animi motibus in

» uuum consentiunt. id est in unam sententiam decur-
» runt. Adeo autem conventionis nomen generale est, ut
» eleganter dicat Paedias, nullum esse contractum, nul-
111 » lam obligationem, quae non habeat in se conventio-
» nem, sive re, sive verbis fiat ». Legitima hinc illatio
est, ut si socii ad hunc explendum contractum convenire
112 opus habent, omnisi consentiendo societatem coeant,
Schroder. de contract. tit. 26 de sociat. n. 61. ad seq.. Bachovii notae in Treutler tom. 1. disput. 26. tit. de mondato, et societ. thesis 8. lit. B. Tartaglia de reservat. statutor. artic. 59. n. 12. *Rota in dec.* 606. *n.* 7. *coram Merlin.*

Et quia rursus homines suos animi motus. et perinde
consensum, et voluntatem, signis quoque, seu externis
demonstrant actibus, ita pariter cum conventionis sub-
stantia ex tacito etiam habeatur consensu, prout elegan-
113 ter Paulus in *l. labeo* 2. *ff. de pact.* ibi = *labeo ait convenire posse. vel re. vel per epistolam, vel per nun-*
114 *cium inter absentes quoque posse. sed etiam tacito consensu convenire intelligitur* = asseverare tuto licet, no-
strum societatis contractum, tacito quoque iniri posse
115 consensu *Donell. enucleat. comment. jur. civ. lib.* 13. *cap.* 15. *lit. C. Connan comment. pariter jur. civ. lib.* 7. *cap.* 13. *n.* 12. *Minsinger. lib.* 3. *tit.* 26. *§. societatem n.* 1. *Instit. de societ. Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 9. *sub* n. 1. *et per tot. Alderis. de symbolic. contract. tit.* 3. *cap.* 7. *n.* 1. *et* 2. *Constantin. vot.* 255. *n.* 47. *tom.* 2. *Rota in decis.* 504. *n.* 5. *coram Caprara.*

Scire tamen hoc praestat, aliquid interesse societatem
116 inter, aliosque contractus; nam hi consensu semel exple-
ti, inexsecuti etiam substantiam sui retinent. congrua so-
lum actione pro adimplemento, vel ad quanti interest tri-
buta, ut puta si res aliena sit, praevio consensu vendita,
117 valere contractum, nulla dubitatio est, tametsi res vendi-
ta non tradatur *l. rem alienam* 28. *ff. de contrah. empt.*
Aliud vero est, atque aliud in societate receptum; nam
satis in ea non est consensu coitam societatem demonstra-
re, nisi insimul res socialis quaestus productiva actu con-
118 feratur, veluti pecunia, merces, idque genus alia in con-
tractum deducta ex *Bonaccina oper. moral. disput.* 3. *quaest.* 6. *punct.* 1. *n.* 1. *tom.* 2. qua ex re, nullam esse
119 societatem ejus rei, quae non extat, vel sit collationis in-
capax, docet *textus in l. verum est* 64 *ff. pro socio. Capon. discept fur.* 361. *n.* 18. *tom.* 5. Hinc doctores in
his tribus maxime substantialia hujus contractus societa-
tis constituerunt, in consensu, in re, seu capitali, nec
120 non in lucri, damnique partitione, seu communicatione
Schrader de contract. tit. 26. *de sociat.* n. 61. *cum duob. seqq., Bachovii notae ad Treutler. tom.* 1. *disput.* 26. *tit. de mandat., et societ. thesis* 8. *lit. B. Tartaglia de reservat. statutor. artic.* 59. *n.* 12. *Rota dec.* 606. *n.* 7. *coram Merlin.* In consensu quidem, cum hic sit anima
121 contractus, ut in superiore *n.* 112. In re similiter, quia
capitale dicitur fundamentum societatis *Ansald. de com-*
122 *merc. disc.* 87. *n.* 17. *et* 18. *Rot. dec.* 240. *n.* 11. *coram Kaunitz.* In lucri vero, damnique partitione, seu com-
municatione, quia id naturae societatis cohaeret *l. si*
123 *unius* 68. *ff. pro socio. Botta cons.* 20. *n.* 20. *Alexand. cons.* 77. *n.* 11. *lib.* 2. *Tartaglia de reservat. statutor. artic.* 59. *n.* 12.

Utque eo, unde sum egressus, modo revertar, dicitur
etiam in superius recitata societatis descriptione, *rationabilis conventio*, hoc est circa partes sociales, ne ma-
gnum quandoque unius socii lucri studium in leoninam
124 societatem degeneret. *l. si non fuerint* 29. *§. fin. ff pro socio* Rationi ergo congruum est. ut lucri, damnique
125 partes constituantur aequales *Valent. de contract. vot.* 18. *n.* 23., 24. *et* 28. ea tamen aequalitate, quae geome-
trica nuncupatur scilicet ad capitalis, vel industriae mo-
126 dum proportionata *Jul. Pac. Isagogicorum libr.* 17. *tit.* 2. *pro socio sub n.* 3. *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 14. *n.* 7. *et* 10.

Ipsaque argumento est *socii* significatio *a seco* tradu-
127 cta, secare enim laborem, praemiumque pro virili socii
dicuntur, ut par sit in eis lucri, damnique ratio, et res-
pectiva divisio, ex *Connan. comment. jur. civ. lib.* 7. *cap.* 13. *n.* 5. *sub princ.* plauditque *Tholosan. de partit. jur. cannon. lib.* 3. *tit.* 17. *cap.* 1. *in schol. lit. A.*
Zanchio

ibi = Socius, secundum etymum, ut quibusdam pla-
» cet *a seco, secas*, idest *divido*, dictus; unde societas, 128
» *in* qua quis aliam sequitur, ut cum eo dividat ». Quid-
quid contra sentiat *Joannes Rebau. Hodogeta jur. chart.* 3. *elim.* 4. n. 16. *in onvot.* ubi socii vocabulum a *con-*
sortio durius cule proficisci tuetur. Magis prior mihi arri- 129
det nominis derivatio, tamquam verisimilior, ad expli-
candam naturam societatis accommodatior, ac duobus ma- 130
gnae auctoritatis doctoribus probabilior. Circa vero id,
quod subdit *Michalor* inquiens societatem a *sociando* 131
proficisci, propterea nempe, quod per eam sociantur, seu
uniuntur homines ad negotia peragenda, ut penes eum-
dem *Michalor. de fratrib. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 5. hoc
magis societatis effectus, quam verbi derivationem indi-
cat, veluti ex se patet.

Sequitur societatis descriptio, ut sit *honesta conventio*,
nec injuria; nam Ulpianus docet ut: *honesta, et licita* 132
rei societas sit: ac paulo post: *generaliter enim traditur, rerum inhonestarum nullam societatem esse*: ut *in*
leg. nec permittendum 58. *in fin. ff. pro socio.* Conclu- 133
dit recitata Rotae descriptio: *ad commodiorem usum*,
et *uberiorem quaestum*. Prior pars in duobus, vel plu- 134
ribus sociis potest effingi. qui communi domo, aliave re
commodius utuntur; sequens vero pars in lucro. et quae-
stu ex eadem societate captando: cum proprie loquendo,
tunc dicatur societas, quando haec respicit quaestum,
qui est unicus privatae societatis finis, prout totidem
verbis notat *Bald. in leg.* 1. num. 2. *ff. quod cujusque* 135
universit. nomine, Tholasan. syntagm. univers. jur. part. 3. *lib.* 24. *capit.* 4. *num.* 16. *Leotard. de usur. quaest.* 1. *n.* 22. Alias privatae societatis pro re et con-
silio definitiones, seu descriptiones dedit *Rota Romana*
singillatim *coram Arguell. dec.* 41. *n.* 12., *et coram* 136
Dunoz. Jun. dec. 402. *n.* 1., *et cor. Ansald. dec.* 574.
n. 1., *et in Nuperrim. tom.* 7. *dec.* 125. *n.* 9. Eo gene- 137
ratim principio retento, ut siqua sit sine relatis partibus
substantialibus contracta societas, actus si non valebit
jure societatis, valebit saltem jure conventionis *Glossa in leg. si non fuerint verbo societati ff. pro socio. Cravall. commun. contra commun. quaest.* 297. *n.* 1. *tom.* 1. *Ayllon. ad Gomez ad cap.* 5. *de societ num. fin.*

Cognita privatae societatis natura, atque essentia,
quam illius definitio, seu descriptio exhibet; plures alias
habet ipsa qualitates, vel a juris dispositione, vel a par- 138
tium placito mutuatas, ex his autem a pacto consecutis,
partim licitae sunt, et partim illicitae. In homine quip-
pe lucrandi semper viguit edacitas, atque libido, eoque 139
jugiter, ad lucrum videlicet, intentos habet oculos, atque
mentis aciem, non aeque ad modos nonnunquam
vitio notatos. Insudarunt propterea theologi, supremique 140
etiam ecclesiae antistites, in eradicandis, quae passim
in sociali contractu pullularunt, zizaniis, ut si non co-
piosa, nitida saltem, lolioque purgata messis fieri contin-
geret. Praestat itaque hic, quasi per indicem, summo-
que, ut ajunt. digito, indicare illa societatis capita, quae
principem in hoc tractatu locum obtinent, quaeque uni- 141
versam societatis materiam, ni veri specie fallor, dige-
stam praestabunt.

Nobiliorem societatem conventionalem appellant *Zos. in leg. si unus n.* 5. *ff. de pact. Cephal. cons.* 340. *n.* 142
6. *tom.* 3. *Alderis. de contract. symbolic. tit.* 3. *cap.* 1.
n. 6. *Mous. consult. for.* 54. *n.* 14. *tom.* 1. eaque ple-
rumque praevio tractatu contrahitur, plerumque actio-
nem *pro socio* consequitur. *Leg. nam cum* 32. *ff. pro* 143
socio, ibi = *Nam cum tractatu habito societas coita est, pro socio actio est* = Haec autem conventionalis so-
cietas, in publicam, et privatam dividitur, ut in supe-
riore *num.* 22. *et* 98. Publica societas, quae sit, et circa 144
quae versetur, in sequenti ostendam capite. Privata vero
societas, circa quam tractatus hic versatur totus, res, bo-
na, et jura privatorum hominum complectitur, atque
dividitur in universalem omnium bonorum *l. societas* 5. 145
ff. pro socio Catan. cons. 26. *n.* 5. *Alderis. de symbolic. contract. tit.* 3. *cap.* 1. *n.* 10. In generalem universorum 146
quaestuum, quae ex quaestu, et opera descendunt *leg. coire* 7. *ff. pro socio, Duncen. in comment. jur. civ. in tit.* 38. *lib.* 4. *pro socio sub §. Multum refert. Heinec.*
§. 945. *Instit. de societ. Alderis. de symbolic. contract.*

147 *dict. tit.* 3. *cap.* 1. *n.* 10., in particularem, seu singula-
rem, puta uoius negutiationis, ud *text. instit. de socie-
tat. in princip. Rebhan. Hodogeto jur. chart.* 3. *clim.*
4. *n.* 16. *Botio cons.* 94. *num.* 16. *Carpan. ad statut.
Mediolan. cap.* 483. *n.* 6. *tom.* 2., atque demum in so-
cietatem, quae dicitor unius etiam rei, per *textum in l.*
148 *societas* 6. *ff. pro socio, Alderis. de symbolic. contract.
d. tit.* 3. *cap.* 1. *n.* 10. *Tartoglia de resorvat. stotutar.
artic.* 59. *n.* 7.
Vim conventionalis societatis alia plerumque habet ta-
cita, quae nou verbis expressis, uon literis, sed sine tra-
ctatu, rebusque ipsis, et per actus sociales ad aliam di-
149 versam causam minime referibiles, contrahitur *leg. nam
cum* 32. *ff. pro socio, Alderis. de symbol. contract.
tit.* 3. *cap.* 1. *n.* 7. *Tortaglio de reservat. statutor. ar-
tic.* 59. *n.* 19., *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.*
2. *n.* 2. *Hevia de commerc. terrestr. cop.* 3. *verbo socii
n.* 2. *lib.* 1. Ergo signis, argumentis, praesumptionibus,
150 et conjecturis haec tacita probator societas *Gratian. dis-
cept. for. cap.* 336. *n.* 1. *et* 21. *Minsinger. respons. jur.
decad.* 2. *respons.* 18. *n.* 1. *Constontin. vot.* 255. *n.* 1.
et seqq. tom. 2. locumque obtinet in societate, cum uni-
151 versali, ut per *Decium cons.* 548. *n.* 5. *tom.* 2. *Rot. in
dec.* 169. *n.* 10. *part.* 2. *diversor.* tum particulari, ut
152 per *Castren. cons.* 349. *per tot. lib.* 1. *Constantin. vot.*
255. *n.* 1. *tom.* 2. *Rot. in dec.* 91. *num.* 19. *cum duob.
seqq. part.* 12. *recent.*
Haec privata societas necessaria quandoque etiam est,
quippe quae citra voluntatem nostram contrahitur, ut
puta si duobus eadem res sit legata, seu eadem una hae-
reditas, testamento relicta, seu quae res alia communi
nomine empta; nam haec communio incidens proprie
nuncupatur, propterea qood iocideuter initur, et com-
153 muni dividuudo praestat actionem *leg. ut sit.* 31. *ff. pro
socio. Cujoc. in comment. jur. civ. lib.* 3. *respons. Pa-
pin. ad leg.* 36. §. *idem Popinianus ff. de jure fisci tom.*
4. *col.* 969. *lit. B. Zasius in leg. si unus num.* 4 *ff. de
pact. Mantica de tacit. ot ambig. lib.* 6. *tit.* 1. *n.* 17.
154 et hanc incidentem, seu necessariam societatem *Cujocius*
non contractum, sed quasi cootractum appellat, *in eis-
dem suis comment. jur. civ. ad leg. sed et si* 14. §. *id
quod ff. fomil. hercisc. tom.* 7. *col.* 508. *lit. D.* De his
separatim omnibus peculiarem infra inscribam titulum,
seu caput, et majore, qua potero brevitate, et claritate ex-
ornabo.
Praeterea constat hodie societatem posse cum pure,
tum quovis sub pacto, et conditione coiri. *Leg. si socie-* 155
tatem 6. *ff. pro socio, et in leg. de societote* 6. *cod. eod.
tit. ibi* » De societate apud veteres dubitatum est, si sub
» conditione contrahi potest, puta si ille consol fuerit,
» societatem esse contractam; sed ne simili modo apud
» posteritatem, sicut apud antiquitatem hujusmodi causa
» ventiletur, sancimus, societatem contrahi posse, non 156
« solum pure, sed etiam sub conditione ». Et de pactis
in societate omnino servaodis, docet *textus in leg. de* 157
societote 6. *Cod. pro socio, Decion. resp.* 97. *num.* 56.
tom. 2. *Michalor. de fratrib. port.* 2. *cap.* 1. *num.* 17.
Ansold. de commerc. et mercat. disc. 74. *n.* 11. *Mans.
consult. for.* 13. *n.* 1. *tom.* 1. *de Valent. de contract.
vot.* 18. *n.* 123. *Rot. dec.* 484. *n.* 6. *part.* 18. *tom.* 2.
recent. illa ratione, quia societas est contractus correspe-
ctivus, et ultro, citroque obligatorius *Felic. de sociat.* c. 158
7. *n.* 1., *et cap.* 9. *n.* 53. *Tartoglia de resorvat. statu-
tar. ort.* 59. *n.* 1. Eatenus tamen in his pactis evagari
licentia visa est, ut ipsi contractus in degeneres a socie-
tate conventiones, quaestus uberioris studio, saepius
impegerint, puta in *societotem leoninam*, in aliam *od* 159
caput salvum ex trino contractu traductam, et in hujus-
modi alias societates illicitas, atque inhonestas, quibus
per distincta capita, conciliatis doctorum sententiis, suf- 160
ficienter occurrere studebo.
Sunt quoque plures alii contractus, tamquam privi-
gni, a societate deinceps producti, utpute *accomandita*, 161
participatio; itemque sociotates *assecurationem. proxe-
netorum*, *officii*, et hujusmodi; hos etiam contractus dis-
tincte colligam, sedulusque exponam. Complura deuique 162
sunt alia, quae societatis qualitatem substantialem, et
accidentalem pertingunt, quae originem, medium, et fi- 163
nem societatis concernunt; haec omnia, cura, ac diligen-
tia, quanta potero, persequar. Vereor tamen equidem,
ue talia, ac tanta professus, illo Horatiano compungar 164
aculeo.

Quid dignum tonto feret hic promissor hiatu?
Parturient montes, nascetur ridiculus mus.

An non vero id sit reapse futurum, videamus.

CAPUT II.

De Societate publica.

SUMMARIUM

1. Societas publica bifariam considaratar.
2. Privatum jus quale, publicum quale, et in quibus consistit, traditur, et n. 3. 4. et 5.
6. Societas publica considaratar dupliciter, tam in ordine ad personas publicas, tam ad privatorum parsonarum utilitatem
7. Socii Romanorum dicebantur, reges, principes, populi, et civitates, qui quasve patrocinio populi romani fruebantur, et n. 8. 9. et 10.
10 Captus ab hostibus, si veuerit ad civitatem, seu regem socium, et amicum Romanorum, dicitur postliminio reversus
11. *Lex julia repetundarum* lata fuit pro sociis, et amicis Romanorum ne a praesidibus, et legatis Romanorum diriperentur, at socialium legum nomen promeruit, et n. 12.
13. Societates inter reges pro ineundo bello adversus communes hostes, qualiter coeuntur, et n. 14.
15. Bellica societas adversus pyratas laudabilis, quae naturalem defenzionem habet, et n. 16.
17. Praeda, quae inde fit, quomodo distribuitur inter socios.
18. Praeda, quae fit a militibus in bello publica auctoritate illato, est regis, et datur ratio n. 19.
20. Mobilis tantum, et se moventia hostilia distribuentur inter milites arbitrio ducis.
21. Stabilis autem solus princeps distribuit.
22. Praeda autem facta incursu privato, militibus in totum acquiritur, exceptis semper stabilibus, quae nonnisi incursu publico capi possunt, et n. 23.
24. Ratio, quia fiunt publica, populi nempe quoad usum, et regis quoad dominium, et n. 25.
26. Pyratica negotiatio nota principis legitime exercetur.
27. Melitae appellatur conserva, et habet suas leges, et quae sint, referuntur n. 28. ad 30.
30. Adversus Christianos praeda est prohibita, et qui eam facit reficit damna, et n. 31.
32 Societates sunt, seu collegia mercatorum navigantium, ad commercium maris, principe auctorante, instituisse, et armis atuotar, et n. 33.
34. Rex Hispaniae in his olim habebat jus privativam, pro quo bellum quoque inferre in turbatores assuerit, et n. 35.
36. Roma est aptior caeteris civitatibus ad commercium terrae, et maris, et quare n. 37.
38. Titi Livii locus ad rem refertur.
39. *Klok. de aerario* expungitur, dum romanus Pontifices de inertia redarguit.
40. Laudatur Pius VI. io suis operibus, et n. 41.
42. Romani augurantur sibi sub Pio VI. videre portum a Terracina ad ostia Tiberina positum publico usui restitutum, pro utilitate, et ampliatione commercii, et n. 43.
44. Societas publica, ad rem, dicitur, quia respicit vectigalia publica, et n. 45.
46. Pr[illegible] vero societas respicit res, et bona privatorum.
47. Publica societas, conductione vectigalium, quomodo antiquitus exercebatur, exponitur, et n. 48.
49. Et hujusmodi vectigalium negotia erant magna, veluti comprehensive gabellarum Galliae, Hispaniae, Poloniae etc. requirebantur plures personae sociorum per modum collegii et n. 50. 52. 53. et 54.
51. Collegia sine principis permissu non admittuntur.
55. Societas haec vectigalium dicitur necessaria, et datur ratio n. 57.
56 Societas privata solvitur per mortem socii, non sic publica vectigalium quae transit ad haeredem, et n. 58. 60. et 64.

59. Quae sunt initio voluntatis, postea fiunt necessitatis.
61. Traditur causa dubitandi, cur societas vectigalium transit ad haeredes, et solvitur, n. 63.
62. Collegium per mortem unius de collegio non solvitur.
64. Societas vectigalium relative ad fiscum non solum transit in haeredem, sed etiam in haeredem haeredis, et n. 65.
66. Societas autem relative ad ipsos socios an transeat in haeredem, dubitatur, et affirmative resolvitur n. 68.
67. Morte unius socii ita solvitur societas, ut bene, ne ex pacto quidem transeat in haeredem.
68. Textus in *l. adeo* 60. *ff. pro socio* exponitur per *glossam* ibidem. n. 69.
70. Quatuor requisita indicantur, ut societas vectigalium transeat in haeredes, et n. 71.
72. Rejiciuntur doctores tenentes, societates vectigalium, et insimul locationem interire per mortem unius socii n. 73. 74. et 132.
75. Fiscus ex privilegio potest cogere haeredem manere in societate, quatenus ipsi fisco expediat, et n. 76.
77. Quidquid sit quoad ipsos, an transeat, vel non societas ad haeredes, quoad fiscum pertinet, ipse est locator, et locatio transit, alias sequerentur absurda, quae indicantur n. 78. et 79.
80. Geminatio personae socii, et locatoris in jure admittitur.
81. Princeps etiam cum privato potest contrahere societatem.
82. Regula, ut societas vectigalium transeat ad haeredem, extenditur ad res quoque publicas communitatum n. 83.
84. Eadem est ratio vectigalium principis, atque collectarum communitatis.
85. Communitates status ecclesiastici, habent fiscalia privilegia.
86. Amplia pro collectis ad subeunda onera cameralia destinatis.
87. Amplia etiam regulam ad quaevis alia bona inservientia publicis communitatum indigentiis.
88. Textus in *leg. adeo* 60. *pro socio* procedit in rebus quoque publicis.
89. Bona tamen propria, seu allodialia communitatum non gaudent d. privilegio.
90. Communitates in bonis propriis, tamquam privatae personae collectantur.
91. Regula etiam de qua supra n. 82. ampliatur ad bona mensae nummulariae ad publicum bonum institutae.
92. Ergo ampliatur quoque ad bona mensae S. Spiritus, Montis Pietatis, et Fabricae S. Petri Urbis, et n. 93. et 94.
95. Fisci, et dotis causa aequalis est.
96. Dos habet causam publicam.
97. Ecclesia habet privilegia fisci.
98. Societas contracta super rebus dotalibus, atque ecclesiasticis, dubitatur, an transeat ad haeredes, et negative resolvitur.
99. Dos, et ecclesia habent privilegia fisci ad certos effectus, puta praelationis, et addictionis in diem.
100. Privilegia stricte interpretantur, et non facile extenduntur.
101. Leges scribuntur super iis, quae facilius, et frequentius accidunt.
102. Duo, vel plures socii conducentes a fisco vectigalia, talis societas consideratur in quinque aspectibus, et qui sint, indicantur n. 103.
104. Conducentes vectigalia, si de societate nihil dicunt, indicisse dicuntur in communionem, non societatem contraxisse, et n. 105.
106. Cum voluntas, seu tractatus contrahendae societatis deest, incidens, et impropria communio est, non societas, nec actio pro socio tribuitur.
107. Ita contrahentes magis consortes, quam socii appellantur.
108. Locatio quando est principalis contractus, societas autem incidens, transit ad haeredes.
109. Natura simplicis communionis est transitoria ad haeredes.
110. Incidens societas regulas verae societatis non habet.
111. De communione bonorum, remissive.
112. Societate prius contracta, si postea conducantur vectigalia, tunc dicitur vera societas, et concurrentibus requisitis, de quibus supra, transit ad haeredes, et n. 113. et 114.
115. Ad rem exponitur textus in *leg. adeo* 60. *ff. pro socio* circa ejus conditiones, seu limitationes, et n. 116. et 117.
118. Si ex sociis superest, qui bene societatem administret, ea transit ad haeredes.
119. Si duo, vel plures uno tempore vectigalia conducunt, et societatem contrahunt: quis horum duorum contractuum sit spectandus, ut transeat ad haeredes, quaeritur.
120. Sunt qui tenent in hoc casu mixto societatem praevalere, et ad haeredes non transire.
121. Alii contra sentiunt, locationem praevalere, et ad haeredes transire.
122. Pactum, ut societas transeat ad haeredes, non valet.
123. Limita in d. casu mixto.
124. Plerique tamen doctores distinguunt, aut principalis conceptus est societas, et ad haeredes non transit, aut est locatio, et transit.
125. Opinio auctoris, qui hujusmodi quaestiones inutiles dicit, et adducit rationem n. 126. et 127.
128. Si vero praecedit contractus locationis, et subsequatur societas, nulli dubium, quin transeat, et n. 129. et 130.
131. Vectigalium materia in jure praecipua est, ut transeat ad haeredem.
132. *Pacion. de locato* rejicitur tenens, dato complicatione societatis, et locationis, per mortem unius utramque cessare.
133. Opinio *Pacioni* procedit consentiente locatore.
134. Societate contracta super vectigalibus, si unus sociorum alterum assumit socium, seu participem; quid juris quoad transmissionem ad haeredes.
135. Quisque socius potest sibi alium socium assumere non existente in contrarium pacto.
136. Socius socii mei, socius meus non est.
137. Quaestio, de qua n. 134. triplici modo consideratur.
138. Socius assumptus dicitur socius socii assumentis, et proprie particeps appellatur, et n. 139.
140. Finguntur binas intervenisse societates, alteram cum sociis principalibus, et alteram inter unum socium principalem, et ab eo assumptum.
141. Socius assumptus est verus socius assumentis, in hujus portione.
142. Socius assumptus, si moriatur, transmittit societatem ad haeredes, concurrentibus requisitis de quibus supra n. 70.
143. Amplia si defuncti socii assumpti non fuerit electa industria personae.
144. Socius assumens alium, si moritur, an socius assumptus cum haerede assumentis continuet in societate, quae continuatur cum altero principali socio superstite.
145. Refertur distinctio, si assumptus fuit admissus ad jura societatis, et conductionis vectigalium, societas transit; si ad jura societatis tantum, non transit, et n. 146.
147. Et licet Rota ibi allegata a decisione recesserit, hoc accidit ex variatione facti, non juris.
148. Opinio, auctoris super d. distinctione, et n. 150. 151. 152. et 155.
149. Socius admissus nullum irrogat praejudicium alteri socio, qui non admisit, neque admissioni consensit.
150. Socius admissus est verus socius admittentis, et regulae societatis in eo vigent omnes.
154. Si moritur socius, qui non admisit, nec admissioni consensit, utrum assumptus cum altero socio superstite, qui assumpsit, continuet in societate.
155. Bona est cautela, convenire jura conductionis in societate.
156. Ea cessante, si haeres socii defuncti succedit in societate, cum alio socio, qui assumpsit, et tunc assumptus etiam succedit, secus e contra.
157. In societate vectigalium si reperiantur commixtae res privatae, transit ad haeredes societas.
158. Fiscus pro arrendamentis potest agere etiam, contra socium assumptum, licet huic admissioni non consenserit.
159. Si socii vectigalium inter se diviserint administrationem vectigalium, fisco nullum in exactione infertur praejudicium.
160. Amplia etiamsi fuerit divisa societas, quoad utilia, ut haec amplius non communicentur, nam eatenus fisco praejudicium non contit, si divisioni non consenserit, secus si consenserit, nam tunc pro virili solum aget, et n. 161.
162. Si plures sint socii gabellae vini, statutum prohibeat vendere vinum ad minutum, et unus sociorum contraveniat, quod teneatur solvere poenam societati.
163. Si unus ex sociis salinarum recedit intempestive a societate, nihil egit, et pro socio datur actio n. 164.
165. Qui societati intempestive renunciat, a se quidem socios liberat, se autem ab illis non liberat.
166. In publica, et privata societate exceptis poenis in jure expressis, eadem ratio est, idemque jus.
167. Socii vectigalium, seu gabellarum tenentur in solidum ad instar sociorum privatorum.
168. Unus socius fraudans gabellam occultando merces, propter quod in commissum merces incidunt, damnum erit privative suum non aliorum sociorum.
169. Amplia conclusionem in eo, qui insolitum arripuit iter, gabellam fraudavit, et in commissum incidit.
170. Limita si insolitum arripuit iter, ne in latrones incideret, nam tunc damnum erit societatis.
171. Sed hujusmodi quaestiones magis pertinent ad societatem privatam, in quo totus hic reliquus versatur tractatus.

1 Haec societas bifariam consideratur, atque eo sigilla-
tim modo, quo jus ab Ulpiano traditur, ait enim *in leg.*
1. §. hujus studii ff. de just. et jur. ut sequitur » Hujus
2 » studii duae sunt positiones, publicum, et privatum;
» publicum jus est, quod ad statum rei romanae spectat;
» privatum, quod ad singulorum utilitatem: sunt enim
3 » quaedam publice utilia, quaedam privatim; publicum
» jus in sacris, in sacerdotibus, et in magistratibus con-
4 » sistit. » In *magistratibus* ait, hoc est, ut hi rem pu-
blicam universam ita gerant, ut ex gestis principaliter
5 in publicum redundet utilitas, secundario autem in pri-
vatum, seu in utilitatem singulorum, ex doctrina *Glos-*
sae in ead. leg. 1. §. Hujus, verbo aut singulorum ff.
de just. et jur.

Tantumdem equidem in hac publica faciam societate,
quam in ordine ad utilitatem dupliciter considerabo,
6 primario ad personas publicas, secundario, ad personas
privatas, ratione habita. Ante vero quam ad hanc pu-
blicam societatem descendam, expedit, ut quibus olim
haerebat hoc *socii* nomen, aperiam. Hujus profecto ge-
neris erant olim illi socii, qui romanis foedere, vel ul-
tro jungebantur, reges videlicet, principes, populi, et
7 civitates, qui, quaeve aut romani juris, et patrocinii,
aut sui tuendi causa ab injuriis, directionibusque inimi-
corum, romanis adjungebantur, *ex Knipschild. de pri-*
vil. civit. imperial. lib. 2. cap. 29. num. 93. ibi » Socii
» romanorum fuerunt, qui ultro se adjunxere romanis:
» tales fuere reges aliqui, et civitates, quae non fuere
» vectigales, neque municipes; sic Athenae aliquando
8 » fuit socia civitas; ita et Macchabaei fuerunt socii ro-
» manorum. » Socii pariter populi romani fuerunt re-
ges, Ptolemaeus, Juba, rex Numidarum, Seleucus, et
9 alii, quos innuit *Thulasan. de partit. jur. canonic. lib.*
3. tit. 17. de societ. cap. 2. in scholiis sub litt. A. Ho-
rum quoque meminit Paulus *in leg. postliminium 19.*
§. postliminio ff. de captiv., et postlimin. revers. ibi
» Sed etsi in civitatem sociam, amicamve, aut ad regem
» socium, vel amicum venerit, statim postliminio rediis-
10 » se videtur, quia ibi primum nomine publico tutus es-
» se incipit » quem textum refert, atque exornat. *Ma-*
gan. decis. florent. 60. n. 9. ad seqq. Atque tanta penes
romanos erat hujus foederis fides, atque religio, ut ne
socii, et amici populi romani diriperentur, aliave malo,
seu injuria afficerentur, ab ipsis quoque magistratibus,
legatis, praesidibusque provinciarum romanarum, lata
11 fuerit *lex julia repetundarum*, per quam hujusmodi
licentia fuerit illis coercita, et hae *sociales leges* fuerunt
12 appellatae, secundum *Gravin. de origin. jur. lib. 3. de*
legib. et senat. consult. §. 93.

Bellica hinc enata societas, in qua reges, populique.
societati paria equitum, peditum, naviumque auxilia
conferebant, jugiterque hodie etiam conferunt, adversus
13 communes hostes, idque per foedera, seu pactiones prae-
stabant, atque nunc praestant ex *Grotio de jure belli,*
et pacis lib. 2. cap. 12. §. 15. n. 3. adde *Rotam Roma-*
nam in dec. 598. n. 2. inter collectas apud Farinacc
tom. 2. ubi quod quotidie fiunt societates, et ligae inter
principes, tam in bellis terrestribus, quam maritimis,
14 in quibus quilibet socius ponit suas vires, et de quaestu
pro rata dividendo conveniunt; consonant *Grot. de jure*
belli, et pacis lib. 3. cap. 6. §. 24. n. 2. Spada cons.
291. n. 14. lib. 2. Magan. dec. florent. 60. n. 9. et 10.
Rota inter collectas per Forinac. tom. 2. decis. 493. n.
1. repetita *in rec. part. 1. dec. 493. n. 9.* Itaque singil-
latim bellica societas plausu digna fuit semper, in qua
15 frequens navium quoque privatarum coitio assuevit fieri
adversus piratas, aliosve invasores, atque bonorum dire-
ptores, ad publicam utilitatem directa *Grotius de jure*
16 *belli, et pac. lib. 2. cap. 12. §. 4.* quae bellica societas si-
cuti naturalem sapit defensionem *Grot. ibidem §. 25.* ita
conciliari promeruit praemia praedae inimicarum rerum
inde obvenientium, atque inter socios pro modo laboris,
sumptus, et industriae dispertiendarum, prout idem ad-
17 notavit *Grot. loc. prox. cit. §. 25. Cornel. Van Byn-*
kershoek. quaest. jur. publ. lib. 1. cap. 18. ad seqq. ubi
hac de re plura, et *Rot. in dec. 79. n. 5. cor. Burutt.,*
et in dec. 328. per totam in nuper. tom. 2.

Id vero in his conflictibus, atque incursibus receptum
in jure constat, ut si res hostium in bello auctoritate pu-
blica illato, puta regis, capiantur, et hoc priore casu, 18
regi totum acquiri, palam sit, nam sicuti miles qui pu-
blicae salutis causa pugnat, agit tamquam regis admini-
ster; hostes propterea rex ipse profligare, et quae hostium 19
sunt capere intelligitur, ex regula *Textus in leg. ea*
quae 53. ff. de acquir. rer. domin. Reservato ducibus
arbitrio, mobilia, et semoventia hostilia tantum capta,
suos inter milites dispertiendi *leg. si quis 36. §. 1. c.* 20
de donat. Grot. de jur. belli, et pacis lib. 3. §. 6. n. 15.
et principi stabilia assignandi iis, quos tali beneficio di-
gnos noverit *leg. item si 15. §. item ff. de rei vindic.,* 21
et leg. Lucius Titius 11. ff. de evict. Sin autem privato
militum incursu captae res hostium fuerint, et hoc pos-
teriore casu, quidquid mobilium, seu immobilium ca-
piunt milites, in hoc naturae legem imitantes, efficitur
primu occupantium, ad instar ejus, quod nullius est *leg.* 22
transfugam 51. ff. de acquir. rer. domin., et leg. in
bello 12. §. 1. ff. de captiv., et postlimin. revers. Sed
quia stabilis, nonnisi actu publico, inducto nempe exer-
citu, et positis praesidiis, capi solent *Vinn. ad §. 17. in-* 23
stit. de rer. divis. ita semper fiunt publica *leg. si cap-* 24
tivus 20. ff. de captiv., et postlim. revers. populi nimi-
rum, quoad usum, et regis quoad dominium *leg. prae-* 25
tor ait §. 2. ff. ne quid in loco publ. Gravina instit. de
rer. divis.

Ad piraticam modo redeuntes negotiationem, legitime
notu principis geri assuetam; suas haec habet regulas, 26
ne nimiae praedae captandae studia in latrocinium erum-
pat. Melitae mos est, hanc piraticam exercendi artem
conserva nuncupatam adversus infideles incursionibus 27
mare infestantes. Jurant ii prima in manibus magni
magistri, nullum inferre damnum, nullamque mole- 28
stiam, nec per se, nec per alios christianis naviganti-
bus, sub poena refectionis damnorum, et interesse in
caso contraventionis; ineunt hi postea societatem cum a-
liis eamdem negotiationem exercere lucri, seu praedae
proportionabiliter dividendae causa, volentibus; siquid 29
propterea hujusmodi socii agunt adversus placita jurata,
puta in christianos irruunt, et super iis praedam injuste
faciunt, poena pollicitae refectionis damnorum, et inte-
resse, dubio procul distringuntur; et hac in re magistra- 30
lis est *decisio 308. per totam tom. 2. in nuperrim.*
Tametsi hujusmodi praedas injustas socius assumptus
egerit, nam is nihilominus, qui a principe licentiam
exercendi hanc piraticam habuit, nullumque christianis
damnum inferre, nec per se, nec per alios promisit, er-
ga injuste depraedatum, ad damna, et interesse tenetur 31
Rot. in d. decis. 308. n. 3. tom. 2. in nuperrim.

Quaedam sunt etiam privatorum hominum societates
auspiciis publicis institutae, quae collegia quoque nun-
cupantur, illorum scilicet mercatorum, qui de voluntate 32
supremi principis per maria navigant, ut certa mercatu-
rae negotia privative, seu aliis exclusis, gerant. Hi privato 33
eorum sumptu milites conducunt, naves armis instruunt,
classesque ad commercia cum Indis ineunda componunt,
cujusmodi sunt mercatores hispani, quorum rex a tali
privativo commercio arcere semper assuevit omnes alios,
foederatis exceptis dumtaxat, veluti observat *Klok. de* 34
aerar. lib. 1. cap. 14. n. 107. et 109. proque his tuendis
commerciorum juribus privativis, causam rex habet ju-
stissimam indicendi quoque bellum, ferendique arma
adversus hujusmodi privatorum commerciorum turbato-
res, per ea, quae observat *Knipschild. de privil. civit.* 35
imperial. lib. 2. cap. 22. n. 21. et 23.

Siqua urbs in toto sit orbe ad commercia terrae, et
maris aptissima, urbs Roma profecto est; lato enim, fe- 36
racissimoque ad frugum messes aruatur agro; mari etru-
sco adjacet ad quascumque navigationes accommodato;
Tyberino alluitur flumine, in quo merces ex marinis
partibus devehantur, aliasque praerogativas habet ele- 37
ganter *a Livio lib. 5. cap. 30.* excipiendas; ait enim
ipse » Non sine causa Dii, hominesque hunc urbi con-
» dendae locum elegerunt, saluberrimos colles, flumen
» opportunum, quo ex mediterraneis locis fruges deve-
» hantur, quo maritimi commeatus accipiantur; mare

38 » vicinum ad commoditates, nec expositum nimia pro-
» pinquitate ad pericula classium externarum; regionum
» Italiae medium ad incrementum urbis natum unice
» locum. »
Contiscescat hinc hodie oportet *Klok. de aerar. lib.* 1.
39 *cap.* 3. *n.* 77. *et* 78. increpans romanos Pontifices de in-
ertia in curandis terrae, ac maris commerciis in regione
adeo opportuna, adeo apta, adeoque accommodata, nam
40 *sedet* hodie noster Pius VI. in Divi Petri cathedra, qui
est in terrestri commercio promovendo nulli regum,
principumque secundus: praeter enim complures artes
utiles, quas redivivas splendori suo restituit, praeter
complura etiam opera publica, vere grandia, quae ma-
gnifice in urbe elevavit, Pontinas quoque magno sumpto
41 exsiccavit paludes (opus vere prisca aetate, et imperato-
ria potestate dignissimum) quo latior ad ferendas fruges
sit romanus ager futurus. *Sedebit* etiam ipse diu, diuque
sedebit, veluti sincero corde augurantur omnes, pro cer-
to rati, ut si forte oculos injiciat suos ad Tarracinae por-
tum prope Tiberios ostia locatum, illum, si bono publi-
42 co profuturum existimaverit, pristino usui plenarie re-
stituat, ut romani cives maritimarum ope societatum in-
eundarum, externas apportent merces longe petitas, quas
hactenus ipsi ab exteris rejectas, uti mercium reliquias,
magno quoque pretio excipere coacti sunt. Hac romani
cives spe viva aluntur, eaque non frustrari aliquando
43 confidunt; sit Deus votorum omnium dux, et auspes
propitius, et hac de causa, aliisque pluribus Pium VI.
super terram feliciter longaevum constituat.
Publica quoque societas ad rem nostram magis proxi-
me considerari potest, imo debet, in publicis vectiga-
44 libus privatae personae locatis *leg. Societas* 5., *et leg.
Adeo* 60. *sub princ. ff. pro socio.* Publica haec nuncu-
patur societas ratione rerum publicarum, puta vectiga-
lium ad publicum, seu ad aerarium principis pertinen-
45 tium, et publicanis locatorum *Heinec. antiquit. roman.
tom.* 2. *lib.* 3. *tit.* 23. *et* 27. §. 14. *sub princ.* eique con-
sentiunt *Decian. respons.* 22. *n.* 14. *tom.* 3. *Mantica
de tacit. et ambig. lib.* 2. *tit.* 2. *n.* 16. *et tit.* 24. *n.* 20.
Jul. Pac. Isagogicor. lib. 17. *tit.* 2. *pro socio num.* 3.
quemadmodum privata societas est rerum privatarum
46 *Tartaglia de reservat. statutar. art.* 59. *n.* 77. Quomo-
do autem haec, qua de agitur, publica vectigalium socie-
47 tas inibatur olim, elegantissime exponit *Heinec. anti-
quit. romanar. tom.* 2. *lib.* 3. *tit.* 23. *et* 27. §. 14. ibi
» Divisi enim (publicani) in multas societates conduce-
» bant (vectigalia) et deinde ex ordine suo creabant
» magistrum societatis, qui Romae societati ita praeerat,
» ut et socios, quasi senatum cogendi, et ad eos de so-
» cietatis negotiis referendis potestatem haberet, curam-
» que omnem gereret tabularum, et rationum, quae un-
» dique ab iis, qui societati operas dabant, Romam mit-
» tebantur; sociis enim hujusmodi permissum erat cor-
» pus, vel collegium habere, iidem magistri societatum
48 » in provinciis habebant pro magistro, quasi muneris sui
» vicarium, societatisque praefectum; quae omnia opti-
» morum auctorum testimoniis luculenter demonstrat
» *Car. Sigon.*
Magna quippe erant olim vectigalium negotia, quae
suscipiebantur; nam consistebant in vectigalibus provin-
49 ciarum, puta Galliae, Hispaniae, Germaniae, Poloniae,
et hujusmodi, quae ideo plurimarum personarum auxi-
lio, cura, diligentia, opera, industriave, pro recta, et
50 utili administratione, indigebant. Hujusmodi personae
numero plures efficiebant collegium quoddam, *sociale*
nuncupatum, et sicuti praeterea hujusmodi collegia sine
51 principis permissu iniri nequibant *leg.* 1. *ff. de colleg. et
corporib. illicit.*, ideo expressam publicari legem opus
fuit, qua esset in hac vectigalium societate permissum
52 collegia constitui, ita Gajus in *leg.* 1. *ff. quod cujusque
universit. nom.* ibi » Neque *societas*, neque collegium,
» neque hujusmodi corpus passim omnibus habere con-
» ceditur, nam et legibus, et senatus consultis, et in
» principalibus constitutionibus ea res coercetur, paucis
» admodum in causis concessa sunt hujusmodi corpora,
53 » ut ecce *vectigalium publicorum sociis* permissum est
» corpus habere, vel aurifodinarum, vel argentifodina-
» rum, et salinarum. » Hujus autem latae legis causa
Zonchio

fuit reipublicae utilitas ex eo proficiscens, quod ad pu-
blicas conductiones majore pecunia faciendas invitaren- 54
tur homines *Faber. in d. leg.* 1. *ff. quod cujusque uni
versit. non circa med.*
Praecipua quidem hujus societatis vectigalium qualitas
dicitur necessaria, ut per *Bald. in leg. Tamdiu* 5. *n.* 2. 55
cod. pro socio, Cujac. comment. jur. civ. tom. 3. *col.*
279. *litt. D. E. Gratian. discept. for. cap.* 276. *n.* 11.
Mastrill. dec. 135. *n.* 76. 77. *et* 78. *tom.* 2. *Rot. in de-
cis.* 244. *n.* 25. *coram Ansaldo*; propterea nempe quod 56
licet per mortem unius socii de jure solvatur societas,
ut *in leg. Adeo* 60. *in princ. ff pro socio* = *At in so-
cietate vectigalium nihilominus manet societas etiam
post mortem alicujus:* prout totidem verbis regulam li-
mitando docet eadem *leg. Adeo* 60. *ff. pro socio* et haec
ratio est, propter quam haec vectigalium societas neces-
saria nuncupatur ex *Cujac. comment. jur. civ. tom.* 3. 57
col. 280. *litt. B. Bald. in d. leg.* 5. *n.* 2. *c. pro socio*,
Mastrill. dec. Sicil. 135. *n.* 76. *ad* 78. *Rot. in d. dec.*
244. *n.* 25. *cor. Ansaldo*; hoc est, ut rem clarius ape-
riam, societas vectigalium est voluntaria, ratione ad ip-
sos socios habita. Possunt enim velle, et nolle societatem
initio contrahere; necessaria autem dicitur quoad socii
haeredem, qui in eadem societate vectigalium manere
invitus cogitur, ita *Donell. in comment. jur. civ. lib.* 13. 58
cap. 15. *in not. litt. B. Bald. in leg. nemo potest* 35.
in addit. ff. pro socio. Cujac. in. observat. 25. *tom.* 3.
col. 280. *litt. B.* cui rei consonat etiam illud juris ada-
gium, quae initio sunt voluntatis, postea fiunt necessi- 59
tatis *leg. sicut* 5. *cod. de act. et oblig.*
Sed vero nodus hic incidit solutione dignus. Fiscus ve-
ctigalia locat, non certe cum publicanis conductoribus
societatem contrahit, et cum locatio dubio procul tran- 60
seat indole sua in heredem, *ad textum in leg. viam ve-
ritatis* 10. *cod. de locato et conducto, et in* §. *fin. in-
stit. eod. tit. Gratian. discept. for. cap.* 276. *num.* 50.,
Constantin. vot. 525. *n.* 17. *tom.* 4. *Pacion. de locato,
et conduct. cap.* 61. *n.* 2. *Rota dec.* 213. *n.* 2. *et decis.*
311. *n.* 5. *cor. Ubaldo*, non videtur congrua dubitatio,
cur talis vectigalium societas ad haeredem transire regu-
lariter non debeat, ratione ad fiscum locantem habita, ut 61
praecipue socii haeredem, quousque sit finita locatio, ur-
gere pro arrendamentis valeat; maxime quia in jacta su-
perius hypothesi, locatio vectigalium corpori sociorum
collegium efformantium facta supponitur, corpus autem,
seu collegium per mortem unius de collegio nequaquam 62
solvitur, sed integrum manet ipsum, ad *text. in leg.
proponebatur* 76. *ff. de judic.*, et *leg. sicut* §. *in Decu-
rionibus ff. quod cujusque universit. nomine, Constan-
tin. vot.* 463. *n.* 12. *tom.* 4. *Rot. dec.* 603. *n.* 2. *part.*
1. *rec.*, quidquid de caetero ipsos inter socios conducto-
res dici jure contingat, cum in his potius d. dubitandi
incidat ratio. Congrua, ut opinor, est nihilominus dubi-
tatio in fisco etiam vectigalium locatore; nam cum fiscus
locator qualitatem conductorum sociali vinculo obstricto-
rum initio sciverit, ne hac in re socialibus teneretur le-
gibus, vel ne saltem implicaretur litibus, non inutilis, 63
ut opinor, fuit *in d. leg.* 60. *ff. pro socio* declaratio, ut
ad haeredem speciali jure transiret vectigalium societas.
Omnium ergo doctorum recepta manet conclusio, ut
societas vectigalium transeat in haeredem, ex *Connan.* 64
comment. jur. civ. lib. 7. *cap.* 13. *n.* 16. *de ponte cons.*
90. *n.* 5. *t.* 2. *Gratian. discept. for. cap.* 276. *n.* 10. *et
seqq. ibique Carol. Ant. de Luca n.* 3. *hodiern. controv.
for. cap.* 22. *n.* 18. *Jov. de contract. min. gloss.* 25. §.
13. *n.* 333. *Card. de Luc. de regal. disc.* 91. *n.* 4. *Rot.
dec.* 213. *n.* 11. *cor. Ubaldo*; eoque amplius, ut haec
vectigalium societas in haeredem quoque haeredis tran-
seat, quatenus tamen sit fisco expediens, secus e contra 65
Ubald. de duob. fratrib. part. 11. *quaest.* 13. *num.* 82.
Franc. Marc. dec. 627. *n.* 7. *tom.* 1. *Guttier. de juram.
confirm. part.* 1. *cap.* 48. *n.* 8. *Giurbo ad consuet. mes-
san. cap.* 5. *glossa* 3. *part.* 1. *n.* 14. *Pacion. de locato,
et conduct. cap.* 61. *n.* 31. *cum duob. seqq.*
Et haec, ratione ad Fiscum habita, locum obtinent;
quoad eosdem vero socios, an haec vectigalium societas,
per mortem unius socii, in ejus haeredem transeat, alia,
ut proxime dictum est, magis dubia se objicit quaestio 66

Pomponius in *leg. Adeo* 60. *ff. pro socio* haec habet » A-
» deo marte socii solvitur societas, ut nec ab initio pa-
67 » cisci possimus, ut haeres ai succedat societati: at in so-
» cietate vectigalium nihiluminus manet societas etiam
» post mortam alicujus, sed ita demum si pars defuncti
68 » ad personam haeredis ejus adscripta sit, ut haeredi
» quoque conferri oportent, quod ipsum ex causa aesti-
» mandum est » in expositione hujus textus *glossa*
ibidem verbo adscripta tria recenset pro transitu hujus
69 societatis vectigalium ad haeredes sociorum requisita, his
verbis » tria videntur exigenda, ut societas transeat ad
» haeredem; *primum* est, ut aliqui publica conducant ve-
» ctigalia; *secundum*, ut sic conduxeriut, ut haeredes
» succedant in conductione, et societate; *tertium est*, ut
70 » persona succedens idonea sit; potest addi, et *quartum*,
» ut ipsi socii non tantum cum locatore vectigalium, sed
» etiam inter se paciscantur, quod haeredes in societate
» succedant » atque huic plaudunt *glossae* super expositis
71 quatuor requisitis *Azon. in summa in lib.* 4. *codic. tit.*
pro socio n. 7. *Surd. cons.* 20. *n.* 5. *a Pante cons.* 92.
n. 5. *tom.* 2. *Mantica de tacit., et ambig. lib.* 6. *tit.*
24. *n.* 22. 24. *et* 25. *Alderis de symbolic. contract. tit.*
3. *cap.* 2. *n.* 13. *Franc. Marc. dec. Delphin.* 211. *n.* 4
tom. 2. *Giurba ad consuet. messan. cap.* 5. *gloss.* 3.
port. 1. *n.* 12. *Carpan. ad stat. Mediolan. cap.* 483. *n.*
92. *Felic. de societ. cap.* 32. *n* 20. *et* 21. *Rot. in dec.*
279. n. 2. *cum seq. part.* 1. *rec. et in dec.* 213. n. 12.
cor. Ubaldo ubi quod dd. quatuor glossae requisita extiterunt
alias per *Rotam* formiter canonizata.

72 Neque propterea lubenter possum convenire cum *Gratian. discept. for. cap.* 276. *n.* 56. *cum seq.*, et cum *Carolo Ant. de Luca ad eumdem ibid.* n. 3. *in fin.*, nec
non cum *Pacion. de locato, et conduct. cap.* 61. *n.* 30.
tenentibus societatem vectigalium sine dd. requisitis non
73 solum ad haeredem unius socii defuncti non transire,
etiam quoad fiscum locatorem, sed nec ipsam locationem
in haeredem transire, illa per eos data ratione, quia cum
talis vectigalium conductio sit unita cum societate, ab hac
74 recipiat suam naturam, ut eo videlicet finiatur modo locatio,
quo per mortem finem habet societas. Nam si vera
conclusio est, ut fisco per modum privilegii ab jure tributi
fiat potestas permittendi, ut in haeredes defuncti unius
ex sociis transeat vectigalium societas, quatenus tamen
75 sit eidem fisco expediens, quemadmodum in superiori *n.*
65. habetur demonstratum; et concordant *Felic. de societat. cap.* 32. *n.* 27. *Jov. de contract. min., glossa* 25.
§. 13. *n.* 334. hoc fisci arbitrium, simulque regularis transitus
in haeredem videretur destrui ex valito, necessario-
76 que dd. quatuor requisitorum concursu, et insuper regula
pro transitu ad haeredes omnimode vilesceret, et ad
nihilum redigeretur, quod non est dicendum.

77 Quidquid propterea sit de dictorum quatuor requisitorum
concursu ratione ad consocios habita, an non transeat
ad haeredem vectigalium societas, consocii videant ipsi;
caeterum quoad fiscum pertinet locatorem, qui cum societate
commune nihil habet, integra ipsi contra omnes,
etiam haeredes actio manet pro arrendamentis ad extre-
78 mum usque locationis finem; secus facile omnes fiscales
appaltus intercidederentur, cum, locatione durante, mors
alicujus ex pluribus sociis non raro contingat. Ut sane
fiscus locator socialibus obstringatur legibus, oportet ipsum
inter, aliosque socios extitisse super vectigalium ap
79 paltu coitam societatem, cum proportionata utilium, et
damnorum communicatione, ut nempe fiscus socii unius
loco sit; ita ut fiscus duplicem figuram gereret, alteram,
locatoris vectigalium, consocii alteram, quae personae ge-
80 minatio in socio de jure admittitur ut per *Rotam in dec.*
499. *n.* 4. *et* 5., *coram Cerra, et in dec.* 523. *n.* 6. *cor.*
Caprara, et in dec. 37. *n.* 10. *et* 11. *cum seq. tom.* 3.
81 *in Nuperrim.*, et quod cum principe etiam iniri societas
possit, affirmant *Decian. respons.* 97. *num.* 37. *tom.* 2.
Joseph. Ludovic. commun. conclus. 53 *vers. solemnitates.*
Carpan. ad statut. Mediolan cap. 483. *n.* 6. *tom.* 2.

Disquirere placet, utrum *textus* supra recitatus loquens
de societate vectigalium, ad res quoque publicas commu-
82 nitatum praecipue extendatur, ut in his, quemadmodum
in fisco sit parilis ratio. Non dubito, quia licet jura loquantur
de vectigalibus, hoc tamen dicunt per modum
exempli, quod non restringit regulam, atque ideo dispo-
sitio ad societates omnium rerum publicarum extenditur, 83
ut per *Gratian. discept. for. cap.* 276. *n.* 12. cum quo
concordat etiam *Carol. Ant. de Luca ad eumdem Gratian. d. cap.* 276. *n.* 2. *Mantica de tacit., et ambig.*
lib. 6. *tit.* 24. *n.* 23. *Pacion. de locato, et conduct. cap.*
61. *n.* 23. *cum seqq. Rota decis.* 345. *n.* 8. *coram Cel-*
so; et de collectis communitativis parem cum vectigalibus 84
rationem habentibus agunt *Tondut. resol. civil. lib.* 1.
cap. 59. *per tot. Gratian. discept. for. cap.* 517. *n.* 35.
Urget ratio, quia communitates status ecclesiastici eadem
habent fiscalia privilegia, quae fiscus habet *de Vecch.* 85
de bono regim. in annot. ad rubric. debitori dalle co-
munità §. 3. *tom.* 2. *pag. mihi* 132. maxime si pro col-
lectis, res sit, ad cameralia onera destinatis *Rodriq. de* 86
concurs. credit. part. 1. *artic.* 2. *n.* 26. *Merlin. de pi-*
gnor., et hipoth. lib. 1. *quaest.* 6. *n.* 24. *Balmaseda de*
collect. quaest. 103. *n.* 6. *Rot. dec.* 635. *n.* 3. *part.* 2.
cor. Caprara, et in Camerinen. immissionis 28. *martii*
1757. §. 10. *cor. cl. mem. Card. Paracciano.*

Equidem vero ad quaevis bona communitatum publica,
seu publicis indigentiis inservientis, hoc intelligi sentio, 87
illa ratione, quia si verum est, ut dispositio *text. in d.*
leg. Adeo 60. *ff. pro socio* ad res quoque publicas exten-
datur, hoc redundabit, ut bona communitatum pro pu- 88
blicis necessitatibus destinata, publica sint, veluti dubi-
tare non sinit *textus in* §. *Universitatis sunt instit. de*
rer. divis. ubi Vinnius latissime. Quod si communitas
bona habeat propria, atque allodialia, haec publica non
esse, minusque d. praerogativa potiri, statuit *Rota post* 89
de Vecch. de bono regim. tom. 3. *dec.* 129. *n.* 56. *ad*
61. neque communitas in bonis propriis ad instar alterius
personae privatae subest collectis *Rota post eamd. de* 90
Vecch. de bono regim. dec. 44. *n.* 10. *et* 11. *tom* 3.

Hanc quoque rerum publicarum qualitatem, pro effectu
transmittendi societatem ad haeredes, extendunt doctores
ad mensam nummulariam, si ad publicum sit commodum
institutum, simulque directa, secus si privatam
dumtaxat respiciat nummulariorum utilitatem, per ea, 91
quae observant *Decian. respons.* 22 *n.* 14. *in fin. lib.* 3.
Giurba ad consuet. Messan cap. 5. *gloss.* 3. *part.* 1. *n.*
16. *Mantica de tacit. et ambig lib.* 6. *tit.* 24. *n.* 23. *Gra-*
tian. discept. for. cap. 276. n. 13. *et cap.* 336. n. 20.
Quamobrem minus dubito idem juris esse in rebus ad
mensam S. Spiritus in Saxia, nec non aedis sacrae Mon- 92
tis Pietatis urbis pertinentibus, si super earum bonis lo-
catis societatem contrahi per privatos contingat, nam of-
ficium, atque exercitium utriusque mensae publicum pro
certo est, eorumque officiales a Papa deputantur *Rota in* 93
dec. 663. *n.* 2., *et* 3. *part.* 1. *recent.* insuperque utun-
tur fiscalibus privilegiis *Card. de Luc. de credit. disc.*
32. *n.* 10. *Ansald. de commerc. disc.* 83. n. 10. *Rota*
dec. 639. *n.* 17. *cor. Buratti.* Quod ad bona etiam R.
Fabricae S. Petri urbis eadem ex causa extendi placet
Marin. resol. jur. lib. 1. *esal.* 71. *n.* 6. *Matta vot. Pi-* 94
san. 42. *n.* 1. *et fere per tot.*

Parem esse fisci, et dotis causam, vulgo dicitur, ex
glossa in leg. quamvis verbo cessat Cod. de privil. fisci. 95
Acosta de privil. credit. in *praefat. ad regul.* 2. *n.* 16.
Rodriq. de concurs. credit. part. 1. *artic.* 2. *n.* 1. *Ro-*
ta dec 596. *n.* 24. *tom.* 2 *cor. Molin.* immo quod pu-
blicam causam dos habeat, advertit *Cancer. var. resol.*
cap. 12. *n.* 51. *tom.* 2. *Rot. dec.* 339. *n.* 9. *part.* in. 96
rec. Ecclesia similiter, aliaque loca pia fiscali utuntur
privilegia, et ad exemplum fisci procedunt, ut per *Ru-*
tam in Romana officius 12. *febr.* 1751. §. 3. 4. *et* 6. 97
cor. cl. me Card. Mattahaeja. Dubitari ideo potest, su
societate per privatos inita super rebus dotalibus, loco-
rumque piorum conductis, illa per mortem unius socii 98
ad haeredem transeat. Inutilis dubitatio, quia si mulier
pro sua dote, si Ecclesia pro bonis suis, causam habent
publicam, necnon juribus potiuntur fiscalibus, hoc ad
certos effectus, puta praelationis inter creditores, et re- 99
spectivae addictionis in diem in locationibus, inductum
est, ad hanc nostram rerum publicarum causam, non fa-
cile protrahendum, juxta privilegiorum, per extensionem
praecipue inductorum, indolem, atque naturam rigide
interpretandum, *ad text. in cap.* 1. *in fin. de pl. pre-* 100

sbyteror. Rot. decis. 165. *n.* 10. *cum duob. seq. part.*
16. *recen.*

Verum quia supra indicata corpora, seu societatum
collegia, quae publica vectigalia conducunt, hodie repe-
riri raro contingit, rem prosequi placet in casibus magis
101 contingibilibus, juxta monitum *textus in leg. jura* 3., *et*
leg. nam ad ea 5. *ff. de legib.* Hujusmodi fingantur casus
de caetero frequentiores, quod duae, vel plures personae
rem publicam, puta vectigalium a fisco conducant; quo-
modo in hac ita proposita facti specie sit consideranda so-
102 cietas. In quintumplici sane aspectu; *primo* quando par-
tes insimul vectigalia conducunt, et de societate nihil di-
cunt; *secundo* quando ante vectigalium conductionem
partes ea re desuper societatem coeunt; *tertio* quando
uno tempore, unoque actu vectigalia conducunt, et so-
cietatem coeunt; *quarto* ubi post expletam vectigalium
103 conductionem societatem superinducunt; et *quinto* de-
mum, ubi post conducta vectigalia, alium, vel alios in
socium vel socios assumunt.

Et quoad primum; si duae, vel plures personae priva-
tae vectigalia a fisco conducunt, et de societate nihil di-
cunt, constat eosdem conductores in communionem inci-
104 disse, non societatem, deficiente animo, celebrasse — *Nec*
enim (Ulpianus docet *in leg. ut sit.* 31. *ff. pro socio*)
sufficit, rem esse communem, nisi societas intercedat,
communiter autem res agi potest etiam citra societatem,
puta cum non affectione societatis incidimus in commu-
105 *nionem = ut in conductionibus publicorum = l.* 33. *ff.*
eod. tit. Voluntas igitur, seu tractatus, qui, quaeve so-
cietatem principaliter inducit, cum desideratur, commu-
106 nionem efficit, quae licet improprie societas nuncupetur,
non talis vere est, nec *pro socio* actionem praestat. Non
enim sequitur, negotium est commune inter me, et te,
ergo dicitur inter nos contracta societas, quia est potius
quaedam incidens communio, et partes magis proprie
dicuntur consortes, prout totidem observat verbis *Gra-*
107 *tian. discept. for. cap.* 320. *n.* 14. 16. 25. *ad plur. seqq.*
Et cum eo concordant *Connan. comment. jur. civ. lib.*
7. *cap.* 13. *n.* 2. *Fabr. in leg. ut sit.* 31. *ff. pro socio.*
Alderis. de symbolic. contract. tit. 3. *cap.* 1. *n.* 12. 13.
15. *et* 16. *Pacion. de locato, et conduct. cap.* 61. *n.*
13., *et* 14. *Rot. in dec.* 1621. *n.* 3. *cor. Penia*, et cum
in hoc primo casu, seu aspectu, principalis contractus sit
locatio, et conductio, incidenter autem, atque improprie
108 societas, praevalet locationis, et conductionis contractus
ad haeredes indole sua transitorius, veluti est superiore
n. 77. *et* 78. demonstratum. Addita ipsa natura simplicis
communionis ad haeredes transitoria *leg. actione* 66. *§.*
109 *morte ff. pro socio*, *Montica de tacit., et ambig. lib.* 6.
tit. 24 *n.* 32. Ea ex ratione, quia talis impropria, atque
incidens societas regulas verae societatis nequaquam ad-
110 mittit *Carol. Anton. de Luca ad Gratian. discept. for.*
cap. 320 *n.* 4. Verum quia de hac societatis specie, *de*
communione scilicet *bonorum*, infra loco suo peculiaris
111 inscribetur titulus, eo proinde lectorem ablego.

Ad secundum descendo casum, seu aspectum, in quo
112 sit praeventive inter partes contracta societas, et in con-
sequutionem habeatur stipulata vectigalium conductio;
dubitari quidem via potest, hanc veram societatem esse,
113 nam tractatu habito, talis haec societas coita est; et ideo
pro socio actio est, *ad textum in leg. nam.* 32. *ff. pro*
socio. Et in hoc casu, ut societas in unius defuncti socii
haeredem transeat, exigitur illorum quatuor requisito-
114 rum concursus, de quo superius *num.* 70. *et* 71. ad prae-
scriptum *glossae in leg. adeo* 60. *ff. pro socio.* Quo in
textu duae ad literam limitationes exhibentur, altera
115 est, si pars socii defuncti ad personam haeredis ejus ad-
scripta non sit, ut eidem haeredi minime conferatur, id
quod potest non raro contingere, ut puta si jura societa-
tis sint alteri legata, aut donata, aut cessa, nam tunc so-
116 lius haeredis nomen nequaquam suppeteret. Altera vero
limitatio est, si is socius mortuus sit, propter cujus ope-
ram maxime societas coita sit, aut sine quo societas admi-
nistrari non possit, ut in *dict. leg. adeo* 60. *ff. pro socio.*
117 Connanus tamen recte tuetur, quod si superest ex sociis,
qui solus eam operam digne possit exhibere, neque socii
mors, neque haeredis indignitas dissociabit eorum conjun-
ctionem, quia satis est ab uno illorum societatem admi-
nistrari digne posse, prout totidem verbis docet idem 118
Connan. comment. jur. civ. lib. 7. *cap.* 13. *n.* 16. *sub*
princ.

Tertius casus, seu aspectus est, si uno tempore, uno-
que actu vectigalia partes conducunt, et societatem coe- 119
unt: duo enim erunt contemporanei contractus, alter
conductionis, societatis alter. Uter propterea contractus
erit principaliter spectandus, ut in defuncti haeredem so-
cietas transire dicatur; an scilicet locatio, quae transit,
vel societas, quae sine praesertim illis quatuor suprascri-
ptis requisitis, non transit? Sunt qui hunc binae naturae
contractum ad haeredem non transire, in eoque propterea
debere societatem praevalere, sustinent, eosque inter *glos-* 120
sa in §. fin. verbo succedit instit. de locat. quam secuti
sunt *Gratian. discept. for. cap.* 276. *n.* 56. *cum seq.*
Carol. Ant. de Luca ad eumd. Gratian. cap. 320. *n.* 2.
Pacion de locato, et conduct. cap. 61. *n.* 9. Alii contra
sentiunt; locationem, et conductionem praevalere dicunt,
et societatem ibi complicatam ad haeredes transire con-
cludunt *Gratian. discept. for. cap.* 547. *num.* 62. *Carol.* 121
Anton. de Luca ad eumd. Gratian. cap. 320. *sub n.* 2.
Pacion. de locato, et conduct. cap. 61. *n.* 10., *Rota dec.*
213. *n.* 16. *coram Ubaldo.* Potissime vero, si in hoc casu
mixto, et utriusque contractus complicativo, adjectum
reperiatur pactum, ut societas ad haeredem transiret,
nam licet pacisci non valeant partes, ut haeres societati 122
succedat, ut *in l. adeo* 60. *ff. pro socio.* Nihilominus pa-
ctum in hoc casu mixto valebit, et societas ad haeredes
transibit *Gratian. discept. for. cap.* 547. *n.* 63. *in addit.* 123

In hoc diversarum opinionum conflictu, plerique do-
ctores rem ita conciliant, ut considerari serio debeat,
uter contractus sit principalis, et in intentione contra- 124
hentium primus, vel potius incidens, atque accessorius;
ut si sit incidens, et accessoria societas, haec ad haeredes
transeat, si vero principalis, non transeat, *ex Carol.*
Ant. de Luca ad Gratian. discept. for. cap. 320. *n.* 3.
Pacion. de locato, et conduct. cap. 61. *n.* 12. 13. *et*
15. *Rot. in dec.* 87. *n.* 6. 7. *et* 8. *part.* 4. *tom.* 2. *rec.*
Equidem vero ut meam dicam pro veritate sententiam,
parum utiles hujusmodi investigationes existimo, ad eum 125
praecipue, quo de agitur, transmissionis effectum; nam,
cum supponatur duplicem esse contractum, societatis, et
locationis in suo genere perfectum, societate per mortem
unius ex sociis soluta, remanet locatio suum plenarium, 126
effectum, quoad tempus praestitutum dubio procul con-
secutura; defuncti ergo socii haeres, suo consequatur
emolumento, similiter etiam, negotii damna patiatur ex
titulo societatis, seu locativo, exceptis nonnullis praeroga-
tivis socio de jure tributis, parvi refert, ut perinde con-
cludam, quod licet per socii unius mortem cessaverit so-
cietas, conductio tamen cum suis qualitatibus firma ma-
net, veluti quoque eleganter statuit *Rot. in dec.* 213. *n.* 127
16. *cor. Ubaldo.*

Sequitur casus, seu aspectus in ordine quartus, in quo
proponitur, partes post conductionem rei stipulatam, 128
superinduxisse societatem; nullum hac in re dubium ca-
dit, quominus societas per unius socii mortem ad haere-
dem pertranseat, ex eisdem jactis paulo ante in jure
principiis; videlicet si in facto verum sit, prius locatio- 129
nis, et conductionis contractum gestum fuisse, hic erit
principalis contractus, et in intentione primus, incidens,
e contra, et accessorius erit alter societatis, ut perinde
sit natura, et qualitas locationis, et conductionis, in eo,
quod, cum activae, tum passivae actionis, in haeredes
transmissionem concernit, spectanda, et cum per se res
clarissima sit, quaevis vana remanet dubitatio, juxta re- 130
gulam *textus in leg. ille, aut ille* 25. *ff. de legat.* 3. ta-
metsi hanc societatis vectigalium materiam praecipuam
in jure esse, ut videlicet, quamvis principalis, et in in-
tentione primus fuerit societatis contractus, transeat ipse
nihilominus in unius defuncti socii haeredem, indistincte 131
sustinet *Pacion. de locat., et conduct. cap.* 61. *n.* 22.
Caeterum cum iis nunquam doctoribus conveniam sen-
tientibus, ut societate complicata cum locatione, per ex-
pirationem illius, haec etiam finita intelligatur, ut per 132
Pacion. de locato, et conduct. d. cap. 61. *n.* 30. nisi lo-
cator his plene cognitis consensum suum vel initio, vel
deinceps clare praestiterit, nam volenti, et consentienti,

133 non injuria, non fraus, non praejudicium infertur ullum
cap. scienti 27. *de regul. jur. in* 6. *et in leg. nemo* 188.
ff. eod. tit.
Postremus est casus, atque aspectus, in quo post so-
cietatem super vectigalibus legitime contractam, alius
134 assumatur socius, seu utilium particeps, quid juris in
hac ad haeredem unius socii defuncti transmissionis ma-
teris? Societate vectigalium contracta, jus est sociorum
alteri, non obsistente in contrarium pacto, alium sibi
135 socium assumendi, seu in participem suae portionis, et so-
cialis ratae admittendi ad *textum in leg. qui admittitur*
19. *ff. pro socio* sed hic socius ita admissus, socius non
est alterius socii, qui illum non admisit, vel quia noluit,
vel quia non consensit, unde est protritum in jure prin-
136 cipium, socii mei socius, meus socius non est, de quo *in*
leg. nam socii 20. *ff. pro socio.* Quaeritur propterea in
hac ita proposita facti specie, an per mortem alterius ex
indicatis sociis, in totum solvatur societas, seu potius in
socii coeuntis haeredem transeat? Trifariam potest haec
137 considerari quaestio; primo in casu mortis socii assumpti;
secundo in casu mortis socii, qui assumpsit, et tertiu in
casu mortis alterius socii, qui non assumpsit; de singulis
distincte, et breviter.
Et quoad primum: socius assumptus, seu admissus,
138 dicitur socius ejus qui illum admisit *leg. qui admittitur*
19. *ff. pro socio*, ac proprie portionis illius particeps ap-
139 pellatur *Ansald. de commerc. et mercat. disc.* 80. *n.* 3.
ubi quod fingitur binas intercessisse societates, alteram
140 cum principalibus sociis, et alteram inter unum ex eisdem
principalibus sociis, ac tertium in socium deinceps assum-
ptum, qui socius assumptus verus est socius assumentis
in portione sua, prout ad literam docet *textus in leg.*
qui admittitur 19. *ff. pro socio* ibi: *qui admittitur so-*
141 *cius, ei tantum socius est, qui admisit, et recte*: con-
cordant *Gratian. discept. for. capit.* 547. *n.* 44. *Pocion.*
de locato, et conduct. cap. 32. *n.* 22. *Ansald. de com-*
merc. et mercat. disc. 80. *n.* 3. *Rot. in dec.* 370. *n.* 2.
cor. Ubaldo. Si proinde hic socius assumptus, seu ad-
missus, durante societate moriatur, non diversum erit
de ipso, atque de aliis sociis judicium, hoc est, ut exte-
nus ejus haeres succedat in societate, si suprascripta qua-
142 tuor requisita intervenerint, de quibus supra *n.* 70. et
praecipue si non fuerit defuncti socii assumpti electa
personalis industria, nec haeres valeat eam digne supple-
143 re, uti expresse docet *textus in leg. Adeo* 60. *ff. pro so-*
cio; atque statuit *Rota in Romana participationis* 9.
maii 1583. *coram Bubala* impressa *apud Marchesan. de*
commiss. part. 1. *fol. mihi* 772. *n.* 1. *et per totam.*
Quoad secundum vero propositum casum mortis unius
ex principalibus sociis, qui alterum admisit, nunquid
socius admissus cum haerede socii admittentis, quatenus
hic haeres cum altero principali socio superstite in eadem
144 societate continuet, valeat perseverare in societate eo mo-
do, quo fuerat admissus? Identificum refert casum *Rot.*
in dec. 213. *cor. Ubaldo*, ubi quaestio ex distinctione
resolvitur; aut socius assumptus habetur admissus, non
solum ad jura societatis, sed etiam ad jura conductionis
145 vectigalium, et hoc priore casu per mortem ejus socii,
qui admisit, non solvitur societas; aut ex diverso socius
assumptus, fuit initio admissus ad jura tantum societatis,
non autem ad jura conductionis, et hoc posteriore casu,
146 per mortem ejus, qui admisit, solvitur societas, ita sta-
tuit *Rota in d. dec.* 213. *n.* 1. 2. *et per totam coram*
Ubaldo; et quamvis successive fuerit ab hac decisione re-
cessum, ut *in dec.* 311. 370. et 496. *cor. eodem. Ubal-*
do, hoc tamen accidit, quia in facto fuerat, demonstra-
147 tum ibi: Caffarellum socium assumptum, fuisse ad jura
conductionis admissum, firma caeteroquin distinctione,
de qua superius permanente.
Equidem vero pro ingenii mei tenuitate, vim relatae
148 distinctionis non facile percipio, nam nulli dubium, so-
cium ad jura societatis admissum, verum esse socium, ra-
tione tamen ad socium admittentem habita, ex allegatis
supra juribus, quidquid sit de altero principali socio,
qui nec admisit, nec admissioni consensit, cui per talem
149 admissionem nullum irrogatum censetur praejudicium,
ut per *Gratian. discept. for. cap.* 547. *n.* 43. si socius
proinde admissus verus est admittentis socius, societatis

regulae ad unum omnes vigeant, oportet. Sed si res ita 150
est, quemadmodum in vectigalibus, per mortem socii
non solvitur societas, sed in haeredem transit, quatenus 151
saepe indicata quatuor requisita concurrant, socius ad-
missus jure continuabit in societate cum haerede socii de-
functi, qui se admisit, ut proinde socialis titulus sit ei
quoque solus ad d. effectum profuturus; et jura condu-
ctionis eidem socio admisso, tum solum si necessaria es-
se existimaverim, quando socialis titulus, per deficientiam
requisitorum non suppeteret; nam hoc posteriore tantum 152
casu, locum habebit regula, ut sublata societate, maneat
conductio, ad haeredes sine ullis requisitis transitoria ut 153
in superioribus *n.* 72. 77. *et* 108.
Ad postremum nunc descendo casum, mortis videlicet
alterius principalis socii, qui non admisit, neque admis-
sioni consensit; utrum videlicet admissus, atque admit-
tens valeant in societate perseverare? Haec etiam poste- 154
rior quaestio est superioribus pedissequa. Profiteor qui-
dem, bonam esse cautelam in hisce admissionibus jura
conductionis acquiri, sed ubi in illorum defectu, quae- 155
stio in puris terminis societatis dispungatur, resurgit
semper jactum supra principium; aut haeres principalis
socii, qui admissioni minime consensit, jus habet succe-
dendi in societate, aut non habet; si primum, societas
sine ulla novatione perseverat cum omnibus suis quali-
tatibus ad favorem quoque socii admissi; sin autem se-
cundum, et tunc tota corruit societas, via quemadmo- 156
dum ipsa persuadet ratio.
Hoc unum denique quoad transitum publicae societatis
in haeredem, observatione dignum est, ut si in societate
vectigalium, seu rerum publicarum, res etiam privatae
contineantur commixtae, quod tunc in hoc casu mixtum ad
haeredem defuncti socii fiat transitus indistincte *Felic. de* 157
societ. cap. 32. *n.* 26. *Giurba ad consuet. Messan. cap.*
5. *gloss.* 3. *part.* 1. *n.* 13. Hoc item alterum, quoad so-
cium participem, seu ad societatem admissum, est pari
modo observandum, ut fiscus ex privilegio valeat contra
ipsum quoque pro arrendamentis agere, tametsi cum eo
non contraxerit, nec ad societatem admitti consenserit: 158
Avendan. de execut. mandat. part. 2. *cap.* 12. *n.* 16.
Gratian. discept. for. cap. 346. *n.* 43. *et* 44. *Carleval.*
de judic. lib. 1. *tit.* 3. *disput.* 10. *n.* 4., *ad seqq. Capyc.*
Galeott. resp. fiscal. 32. *n.* 46. *et* 47. *Casareg. de com-*
merc. disc. 181. *n.* 18. *ad* 25.
Potest dubitari an socii plures numero vectigalium
possint inter sese societatem dividere; et fisco in exactio-
ne praejudicium inferre; si porro societatis divisio fiat
commodioris, atque utilioris administrationis causa, et
hoc priore casu societas vere non dicitur divisa, sed po-
tius administratio, nam integra manet illa, quocumque 159
fisci praejudicio cessante; quod si societas realiter divisa
ita extiterit, ut quilibet socius non communicet amplius
utile, et damnum suae portionis sibi per divisionem ob-
ventae, et hoc posteriore casu, quatenus fiscus, vel hanc
divisionem ignoraverit, vel consensum suum ei non prae-
stiterit, nullo ei erit praejudicio talis haec in exactionibus 160
fiscalibus divisio: quod si suum fiscus divisioni accom-
modaverit consensum, aequum videtur, ut idem fiscus
virilem a quoque socio, sublata solidalitate consequatur,
ex *Jul. Ferrett. de gabell. n.* 140. *extat. in tract. magn.* 161
tom. 12. *fol. mihi* 83. Eoque etiam loci idem *Ferret. de*
gabell. sub seq. n. 141. plurium sociorum gabellae vi-
ni proponit casum, in quo statutum interdicat omnibus
venditionem vini ad minutum, sub certa praescripta
contravenientibus poena, quod si dd. sociorum unus, ir-
requisitis, et non consentientibus aliis consociis suum vi-
num vendat, et in poenam incidat, quod cogi societati 162
valeat d. poenam statutariam solvere; idque non injuria,
quia secus, eorum jure, et utilibus aliis fraudarentur
consocii, quod non licet.
Quid praeterea juris, si unus ex pluribus salinarum
sociis; quidquod? si plerique etiam illorum a societate
intempestive recesserint? Et patet; inutilem esse reces-
sum, nam quo omnium consensu coita fuit societas, eo-
dem interveniente consensu dissociari, oportet *Baldus*
in leg. 1. *n.* 5. *c. pro socio*. Ergo, hac manente quoque 163
societate pro illius exactione, pro socio dabitur actio
leg. actione 66. *§. morte in fin. ff. pro socio.* Et conse- 164

quenter is, qui renunciavit societati a se quidem liberat
165 socios suos, se autem ab illis non liberat *d. l. actione*
66. *§. diximus ff. eod. tit.* Monitum quemque volo in
hac vectigalium societate, ut exceptis paucis, vel peculiariter in ea a jure constitutis, vel partium pacto constabilitis, jus idem in eadem publica, seu vectigalium societate
166 sit, quod in caeteris privatis rebus, ex *Connan. in comment. jur. civ. lib. 7. cap.* 13. *num.* 16. *sub princ. et num.* 17. Qua re socii gabellarum conductores ad instar sociorum rei privatae, sese in solidum vice mutua obstringuntur in socialibus contractibus, et respectivis ga-
167 bellarum exactionibus *Bart. in leg. si unus* 28. *ff. de pact. Jason. ibid. n.* 2. *ff. eod. Vincent. Carocc. dec. seu cas.* 2. *n.* 20.

Quid postremo si sociorum unus jussus merces ad nundinas ferre, vel a nundinis domum inferre, ne vectigal solveret, illas occultavit, et in commissum incidit; an pro damno, socii concurrant caeteri? Et non concurrere, sed solius occultantis periculum, et damnum totum esse, tuetur *Imola in l. fraudanti* 8. *n.* 2. *ff. de public., et vectig. Ferret. de gabell. n.* 142. Quid rursus si idem socius insolitum arripuit iter ad fraudandam gabellam, utrum consocii damno onerentur obvento? Consocios non onerari, et periculum suum totum esse probat *textus in leg. cum proponas cod. de nautic. foenor. ibiq. Bortol., Petr. de Ubald. de duob. fratrib. part.* 8. *n.* 5. Quod si non gabellam fraudandi animo insuetum iter fecit, sed timore hostium, seu latronum, ne ab ipsis diriperetur, aliud atque aliud erit dicendum, quia hoc posteriore casu, periculum non socio, sed societati imputabitur, *d. leg. cum proponas cod. de nautic. foen. Sebast. medic. de casib. fortuit. quaest.* 10. *n.* 7. Ac hujusmodi postremae quaestiones, et aliae, siquae sunt similes, magis ad privatam, quam ad hanc publicam societatem pertinent. Lectorem itaque ad illam ablego, dico ad privatam societatem, circa quam omne hujus tractatus reliquum versabitur.

168 169 170 171

CAPUT III.

De Societate licita et honesta, atque e contra.

SUMMARIUM

1. Societas debet esse licita, et honesta.
2. Regula contrariorum est, ut uno cognito, alterum permecessario cognosci debeat.
3. Societas rerum inhonestarum, et illicitarum est nulla, et non obligatoria.
4. Differentia est inter licitum, et honestum.
5. Bonum non est nisi honestum, malum non est turpe.
6 Honestum oritur ex quatuor partium aliqua, et indicatur n. 7.
8. Honesti, et boni assignatio in tribuendo cuique jus suum, convenit cum definitione juris, et justitiae et n. 9.
10. Convenit etiam cum nostri juris praeceptis, quae indicantur, et affertur locus Ciceronis, et n. 11.
12. Societatis humanae jus plus violatur, si receditur ab honesto, quam si receditur a licito.
13. Non omne, quod licet, honestum est.
14. Honesta societas respuit ea, quae laedunt pietatem, bonos mores, verecundiam, existimationem, et hujusmodi.
15. Honestas quandoque exigit, ut non fiant a legibus permissa, aut non prohibita.
16 Societas nulla gratior, quam ea, quae est cum republica, nulla detestabilior, quam ea, quae est contra patriam, et n. 17.
18 Societates contra patriam, et parentes, *coitiones seu conjurationes* potius existimantur.
19. Societatem contra religionem coit, qui paciscitur cum daemone, sortilegus.
20. Socius criminis est, qui haec similia mandat, suadet, fovet.
21. Societas contra verecundiam est lenocinium, aut meretricium exercere.
22. Societas ex causa furti, aut maleficii est turpis, atque faeda communio.
23. Socius cuilibet conferre non cogitur quaesitum ex prohibitis et in honestis causis, et n. 24.
25. Ex maleficio, vel furto quaesitum, si collatum, sit, commune erit.
26. Multa honeste retinentur, quae nonnisi inhoneste peti possent.
27. Limita si socius ita acquirens sit ad restituendum condemnatus.
28. Amplia ut condemnatus, rem restituat et poenam solvat solus, si alter socius rem male quaesitam ignoraverit, secus si sciverit, aut passus fuerit.
29. Et ad haec socii tenentur in solidum, in judicio criminali, pro virili autem in civili, nisi eorum alter non sit solvendo n. 30.
31. Socius sciens ab altero socio rem male quaesitam, tenetur in conscientia restituere, etiamsi damnum passus non fuerit.
32. Qui cum improbo socio contraxit societatem, tenetur, aut illam dissolvere si potest, aut protestari, se nolle participare de male quaesitis.
33. Episcopus habet auctoritatem cogendi ad restituendum male acquisitum, remedio etiam ecclesiastico, et n. 34.
35. Fidejussor pro poena maleficii jure accipitur favore fisci, aut damnum passi.
36. Non accipitur vero fidejussor ad exequenda, et servanda pacta furtiva, nam flagitiosa rei obligatio esset, et n. 37. et 38.
39. Quae ex re turpi, flagitiosa, et inhonesta descendunt, relatis juribus afficiuntur, sive durante societate, sive finita ea patrentur.
40. Delictum soluta societate non extinguitur.
41. Socius dans causam rei illicitae, alterum socium non obligat.
42. Ex ludo prohibito quaesitum, non communicatur in societate.
43. Amplia ut pactum mutuandi in causam ludi prohibiti non valeat.
44. Usurae etiam illicitae non communicantur inter socios de jure canonico.
45. Monopoliorum societas rejicitur, propter publicam, et privatam perniciem, et n. 46.
47. Princeps, et magistratus debent monopolia divellere.
48. Qui merces, aut victualia emunt minoris, ea supprimunt, ut postea pluris vendant, sunt dardanarii, et annonae flagellatores penitus exstirpandi, et n. 49. 51. et 52.
50. Dardanarii, et annonae flagellatores maledictione digni sunt.
53. Societas recipit varia pacta, variasque conditiones, licitas tamen, et n. 54.
55. Societas sit universalis sit particularis, erit licita, si rem turpem, seu lege prohibitam non continent.
56. Societas licita, quatuor requirit conditiones; quae indicantur n. 57. 58. 59. et 60.
61. Socius debet aliquid conferre in societate, cujus fundamentum est capitale.
62. Sine capitale societas stare non potest.
63. In re non extante non datur societas.
64. Opera, seu industria, loco rei, vel mercis, vel pecuniae admittitur in societate.
65. Aequalitas damni, et lucri requiritur in societate, et n. 66.
67. Partes in societate reticitae intelliguntur aequales.
68. Aequalitas in lucris, et damnis servata dignoscitur etiam in societate latronum.
69 Affertur locus Ciceronis loquentis de famosis latronibus Bargulo, et Viriato, et n. 70.
71. Pacta inaequalia in societate, illicita sunt.
72. Intellige data aequalitate capitalis, nam si plus unus confert, alter minus, aequalitas debet esse proportionabilis, hoc est non numerica, sed geometrica.
73. Pactum, ut unus lucrum tantum, alter damnum sentiat, est leoninum, et a jure reprobatum.
74. Capitale immissum in societatem si perit, periculo conferentis perit.
75. Societas ad caput salvum a nonnullis defenditur.
76. Trinus contractus in societate, fuit a Sixto V. damnatus.
77. Sunt nihilominus, qui trinum contractum defendunt; de quo remissive. n. 78.
79. Pactum, ut nulli liceat a societate recedere, est de jure illicitum, et non valet n. 81.
80. Nemo in societate detinetur invitus.
82. Pactum ne recedatur a societate est contra libertatem naturalem.
83. Contractus societatis est bonae fidei plenus.
84. Dolus malus est bonae fidei contrarius.
85. Societas dolo malo, aut fraudandi causa contracta nulla est ipso jure.
86 Super mercatura contrahi potest societas.
87. Hoc accidit, quando unus confert pecuniam, alter operam negotiando.
88. Dubitatur, an qui ponit pecuniam possit usuras pacisci.
89. Si is qui ponit pecuniam est verus socius, et periculo amis-

Zanchio

5

Honestam esse, atque licitam societatem debere, iosi-
1 ta primum eoique ratio suadet, jurisque etiam docet auctoritas, *in leg. nec permittendum* 58. *ff. pro socio*. Ergo juxta regulam contrariorum, quorum eadem semper ratio, et disciplina est, ut uno cognito, et alterum perne-
2 cesse cognosci oporteat, *instit. de iis, qui sui, vel alieni jur. sunt*, et *in leg. Pomponius* 40. *§. sed et is in fin. ff. de procurat*; ergo, inquam, rerum inhonestarum, et illicitarum nullam societatem, et consequenter minus
3 obligatoriam esse, recte sancitur *in d. leg. nec permittendum* 58. *in fin. ff. pro socio, Connan. comment. jur. civ. lib. 7. cap.* 13. *n.* 8.

Utrumque honesti, seu liciti, discriminari oportet vo-
4 cabulum, juxta monitum Ulpiani *in leg.* 1. *sub princ. ff. de just.*, *et jur.* ut sit totius rei plena cognitio = *Neque aliud esse vere, et simpliciter bonum, nisi hone-*
5 *stum; neque aliud quidquam malum, nisi quod turpe esset existimatum* = prout totidem verbis ait *Aul. Gell. noct. Attic. lib.* 12. *cap.* 5. » Omne autem, quod hone-
» stum est (sequitur *Cicer. lib.* 1. *offic. sub princ.*) id
» quatuor partium oritur ex aliqua, aut enim in perspi- 6
» cientia veri, solertiaque versatur, aut in hominum so-
» cietate tuenda, tribuendoque suum cuique, et rerum
» contractarum fide; aut in animi excelsi, atque invicti
» magnitudine, ac robore; aut in omnium, quae fiunt,
» quaeque dicuntur ordine, et modo in quo inest mode- 7
» stia, et temperantia ». Ita majores nostri philosophice
olim disputabant, neque ad rem nostram inutiliter, nam
illa *honesti, bono*, cohaerentis collocatio = *in hominum*
societate tuenda, tribuendoque suum cuique, et rerum
contractarum fide = mirum, convenit in modum cum 8
definitione nostri juris *in bono, et aequo* locati *leg.* 1. *ff.*
de just. et jur. convenit pariformiter cum definitione ju- 9
stitiae, *in constanti, et perpetua voluntate jus suum*
cuique tribuendi, repositae *leg. justitia* 10. *ff. eod. tit.*,
convenit postremo cum nostri juris praeceptis = *honeste* 10
vivere, alterum non laedere, et suum cuique tribuere:
demonstrantibus *d. leg.* 10. *ff. eod.* » Ex eo proinde quia
» suum cujusque fit, quae natura fuerant communia;
» quod cuique obtigit, id quisque teneat, et siquis sibi

11 » plus appetet, violabit jus humanae societatis, et ab
» honesto discedet » prout eleganter concludit *Cic. loco*
proxime cit.

Plus quidem quisque violabit jus humanae societatis,
12 si ab honestate recesserit, quam si non licita patrarit; ete-
nim juxta tritum illud: *non omne, quod licet, honestum*
est: de quo apud *Vinn. §. juris praecepta instit. de just.*
13 *et jur.* et clarius *Cic. pro Baldo c.* 3. ibi: *est aliquid,*
quod non oporteat, etiamsi licet. Tum propterea cum
societas honesta praecipitur, intelligi oportet, facta o-
14 mnia prohiberi, quae laedunt pietatem, verecundiam, exi-
stimationem nostram, et generaliter quaecumque pu-
gnant cum legibus, bonis moribus, et publica honestate
in tantum, ut etiam ab iis nonnunquam abstinendum
15 sit, propter honestatem, quae legibus civilibus permissa,
aut non expresse prohibita sunt prout, eleganter obser-
vat totidem verbis *Vinn. in d. §. juris praecepta instit.*
de just. et jur.

Inhonesta ergo erit societas, quae laedit pietatem, un-
de *Cic. lib.* 1. *offic.* » Omnium, inquit, societatum nulla
16 » est gratior, nulla carior, quam ea, quae cum republi-
» ca est unicuique nostrum; cari sunt parentes, cari libe-
» ri, propinqui, familiares, sed omnium, omnes carita-
» tes patria una complexa est, pro qua quis bonus dubi-
» tat, mortem oppetere, si ei sit profuturus? Quo est
» detestabilior istorum immanitas, qui laceraverunt omni
17 » scelere patriam, et in ea funditus delenda occupati, et
» sunt, et fuerunt » Verum istiusmodi in patriam, at-
que parentes societates, vere impiae, vere inhonestae, si
18 quae fiant quoquo modo, magis *coitiones*, seu *conjura-*
tiones, quae in sequiorem partem plerumque usurpan-
tur, existimari debent, ex *Connan. comment. jur. civ.*
lib. 7. *cap.* 13. *n.* 8.

In religionem pari modo coitur societas, puta si cum
19 daemone pactum ineat execrandus, scelestus, ac de hae-
resi male olens homo sortilegus *Scaccia de judic. lib.* 1.
cap. 12. *n.* 37. et qui haec mandat, vel fovet, vel sua-
20 det, socius criminis ea in re habetur *Pistach. de super-*
stit. cap. 22. *n.* 29. In verecundiam similiter peccat,
moresque bonos laedit, qui lenocinii, aut meretricii
21 causa societatem coit. *Leotard. de usur. quaest.* 77. *n.*
35. *Ferrar. biblioth. canon., et civ. verbo societas,*
seu societatis contractus n. 2. pari quoque turpitudine
notantur, qui sese ex causa furti, vel alterius maleficii
sociantur, quia delictorum turpis, atque faeda communio
22 est, ut sit *textus in l. quod autem* 54. *ff. pro socio,*
Cujac. comment. jur. civ, ad leg. 35. *§. veneni ff. de*
contrah. empt. tom. 7. *col.* 706. *lit. E. Connan. com-*
ment. jur. lib. 7. *cap.* 13. *n.* 8. *Donell. comment. jur.*
lib. 13. *cap.* 16. *lit. E. Ancharan. cons.* 184. *num.* 2.
Gratian. discept. for. cap. 713. *n.* 64. *Montica de ta-*
cit., et ambig. lib. 6. *tit.* 1. *n.* 6.

Socius ergo, quicumque sit, omnium quoque bono-
23 rum, conferre non cogitur, quae ex prohibitis, seu inho-
nestis supra causis quaesiverit *leg. si fratres* 53. *§. fin.*
ff. pro socio ibi: *socium omnium bonorum non cogi con-*
ferre, quae ex prohibitis causis acquisierit: et clarius
in sequenti *leg. quod autem* 54. *ff. eod. tit.* ibi: *quod*
autem ex furto, vel alio maleficio quaesitum est, in
societatem non oportere conferri, palam est, quia de-
24 *lictorum turpis, atque foeda communia est.* In idem
quoque consentiunt *Azon. in summa ad lib.* 4. *cod. tit.*
pro socio, n. 24. *Connan. comment. jur. civ. lib.* 7.
cap. 13. *n.* 7. *Giovagnon. lib.* 1. *resp.* 43. *n.* 58. *Cy-*
riac. contr. for. 197. *n.* 53. 54. *ad* 59. *Voet. in pandect.*
lib. 17. *tit.* 2. *n.* 7. *pro socio, Jov. de contract. min.*
glossa 25. *§.* 13. *n.* 675. Plane si in medium collata sint
25 ex furto, aliove maleficio quaesita, commune erit lucrum,
uti prosequitur Papinianus *in d. leg. quod autem* 54. *in*
26 *fin. ff. pro socio*, quia multa honeste retinentur, quae
nonnisi inhoneste peti possent, veluti probat *Faber. in*
ead. l. quod autem ff. eod. tit. ut socius haec ita collata,
non alias socio conferenti restituat, quam si hic sit sarci-
27 re damnum passo condemnatus *l. quod enim* 55. *ff. pro*
socio, ubi Faber. Quod si socius, qui deliquit, et contu-
lit rem male quaesitam restituere, et delicti poenam sol-
28 vere cogatur, alter socius; qui participavit, rem semper
restituere, poenam vero eatenus etiam subire compella-
tur, si sciverit rem fuisse male quaesitam, illa ratione,
quod aequum est, ut cujus ipse sciens participaverit,
participet et damnum *leg. si igitur* 56. *ff. pro socio,*
Voet. in pandect. lib. 17. *tit.* 2. *sub n.* 7. *pro socio*, et
quod damnum eadem ex causa illatum in solitum sarciri
per socios debeat, si sit criminaliter actum, non dubita- 29
tur, si vero civiliter pro virili. Quod si sociorum alter
non sit solvendo, solidum alter subsidiarie solvat, ex
Thesaur. dec. 254. *per totam.* Haec fere omnia *Conna-*
nus complectitur unus *in suis comment. jur. civ. lib.* 7. 30
cap. 13. *sub n.* 7.

Equidem vero alterum socium, qui rem male quaesi-
tam ab altero scivit, non instante etiam, qui damnum
sensit, tutum in conscientia participando nunquam dixe-
rim, quidquid in contrarium jure civili sancitum ha- 31
beatur; idque sane eatenus, ut qui cum negotiatore, quem
improbae conscientiae esse non ignorat, societatem coivit,
teneatur eam dissolvere, si commode potest, aut secus
protestari, se non intendere de illicitis participare lucris, 32
sunt identifica verba *Fognan. in cap. multa sunt n.* 75.
lib. 3. *de cleric. vel monac.* cui addendus est *Jacob de*
Graff. in dec. cas. conscient. lib. 2. *cas.* 120. *n.* 40. ex
quo habetur in praxi receptum, ut sua etiam valeat Epi-
scopus auctoritate ad restituenda socialia lucra illicite,
turpiterque quaesita, compellere *Gratian. discept. for.* 33
cap. 243. *n.* 45. *Muta ad consuet. Panormit. cap.* 44.
n. 88. ubi quod is, qui rem male quaesivit, ad eam re-
stituendam, remedio cogi valeat ecclesiastico. 34

Quod vulgo dicitur, maleficiorum fidejussorem accipi
non posse, non sic intelligi debet, ut in poena furti, is
cui furtum factum est, fidejussorem accipere non possit, 35
nam poenas ob maleficia solvi, magna ratio suadet, sed
ita potius debet intelligi, ut quis cum alio, cum quo fur-
tum admisit, in partem, quam ex furto sibi restitui de-
siderat, fidejussorem obligare non possit, et qui alieno
hortatu ad furtum faciendum provectus est, ne in furti 36
poenam, ab eo, qui hortatus est, fidejussorem accipere
possit; fidejussoria itaque obligatio nulla est, quia flagitio-
sae rei societas coita nullam vim habet, ita *Gajus* totidem 37
respondit verbis *in leg. si a reo* 71. *§. id quod ff. de fi-*
dejuss., *et Paul. de Castr. ibid. num.* 3. ubi clarius,
quod stipulata conventio, ac fidejussoris datio inter socios
de communicanda re furtiva, non valeat, nullaque omni- 38
no sit. Haec autem, quae ex turpi, flagitiosa, inhonesta-
ve descendunt causa, vim semper suam retinent, vel ante
societatem, vel manente societate, vel eadem quoque dis-
soluta societate contingant, ut *in leg. nequidquam* 57. *ff.* 39
pro socio, *Connan. comment. jur. civ. lib.* 7. *cap.* 13.
num. 7. ubi quod delictum, soluta societate, nequaquam 40
extinguitur.

Illicita nunc prosequendo, quae paulo minus urgent,
quam inhonesta; hoc firmiter statuendum, ut socius, sive
particularis, sive universalis, dans operam rei per se il-
licitae, et ab jure quomodolibet improbatae, alterum so-
cium, ejus rei causa, obligare non valeat, *Ansald. de* 41
commerc. et mercat. disc. 73. *n.* 11. et huc pertinet ex
ludo prohibito quaesitum, ut communicandi cesset obli-
gatio *Jul. Ferret. de re navali lib.* 3. *n.* 42. *Muta ad* 42
consuet. Panorm. cap. 44. *num.* 89., sicuti pactum et-
iam mutuandi in eamdem ludi prohibiti causam, conci-
dit, *ex Muta ad easdem consuet. Panormit. cap.* 72. 43
n. 11., eodemque jure utimur in usuris prohibitis, ut in-
ter socios hae communicari non debeant, nam licet illae
jure civili permittantur; jus tamen canonicum illicitas
declaravit *Gratian. discept. for. cap.* 243. *n.* 44. 44

Respuit quoque societas damnata, et ab omni jure
proscripta monopolia, quibus annona fit carior in publi-
cam, atque privatam perniciem, *ad textum in leg. lege*
Julia 2. *ff. ad leg. Jul. de annona ibi* » Lege Julia de 45
» annona, poena statuitur adversus eum, qui contra an-
» nonam fecerit, societatemve coierit, quo annona carior
» fiat » pluresque congerit hac in re *Zaul. ad statut.* 46
Faventin. lib. 4. *ad rubric.* 41. *n.* 139. Atque his ob-
viam ire societatibus, tota, qua possunt vigilantia, mo-
nentur principes, atque magistratus, per *Knipschid. de* 47
privil. civit. imperial. lib. 1. *cap.* 4. *n.* 23. ubi quod
plures quandoque in unum conveniunt pecuniosi, omnes-
que unius, vel alterius generis merces coemunt, eisque

de supprimendis, modoque vendendis certo loco, certo
48 tempore, certoque pretio paciscuntur, ut privati empto-
res necessitate compulsi eis obsequi compellantur. Darda-
narii, hi sunt, et annonae flagellatores dicuntur, maxime,
49 si pro rebus ad vitam necessariis, non voluptuosis coeunt
leg. annonam 6. *ff. de extraordin. crimin. Leotard. de
usur. quaest.* 24. *num.* 39. *Zaul. ad statut. Favent.
lib.* 4. *ad rubric.* 41. *n.* 142.

Hujusmodi negotiatores taliter coeuntes, maledictione
vero dignos Julius Pontifex ita edicit *in can. Quicum-
50 que* 14. *quaest.* 4. ibi » Quicumque tempore messis, vel
» vindemiae, non necessitate, sed propter cupiditatem
» comparat annonam, vel vinum, verbi gratia, de duo-
» bus denariis comparat modium unum, et servat usque-
51 » dum vendatur denariis quatuor, aut sex, aut amplius,
» hoc turpe lucrum dicimus ». Atque melius, fortius,
elegantiusque increpat Divus Ambrosius *ex* 3. *offic.
cap.* 6. ibi » Cur in fraudem convertis industriam? Cur
» affectas inopiam? Cur optare facis pauperibus sterilita-
» tem, fles publicam fertilitatem, exploras quando steri-
» lior proventus? Hanc vocas industriam, quae est calli-
» ditatis versutia, fraudis astutia; et quod tu remedium
» vocas, est commentum nequitiae, latrocinium autem
» foenus appellem; captantur tamquam latrocinii tempo-
» ra, quibus in viscera hominum durus insidiator obre-
52 » pas. Quid imprecari mala omnibus? Lucrum tuum,
» damnum publicum est ».

Pacta varia, variasque conditiones societas admittit *leg.
53 si societatem* 6. *ff. pro socio, Schrader. de contract.
tit.* 26. *de societ. n.* 23. modo tamen licita, licitaeve sint
54 *Hevia de commerc. terrestr. cap.* 3. *n.* 4. Hujusmodi au-
tem, licita nempe erit societas, si de re non turpi, seu a
legibus non prohibita, coita sit, utcumque universalis
55 fuerit, vel particularis societas *Mulin. de instit. jur. tra-
ct.* 2. *disput.* 415. *n.* 3. idque apparebit, si quatuor in
56 ea contrahentes servaverint conditiones. Prima conditio
est, ut societas fundetur in negotiatione licita, et honesta:
57 secunda conditio est, ut quilibet socius aliquid pretio ae-
stimabile conferat in communem societatem hoc est, aut
58 pecuniam conferat, aut mercem, aut operam, aut indu-
striam suam. Tertia vero conditio est, ut servetur aequa-
59 litas inter socios, cum in lucris, tum in damnis, ita ut
alter ab altero minime laedatur; quarta demum conditio
est, ut capitale collatum in communem societatem peri-
60 culo conferentis subjaceat, *Ferrar. biblioth. canon. ci-
vil. verbo societas num.* 2. *et seq.* de singulis distincte,
et breviter.

Et quoad primam conditionem, ut in negotiatione ho-
nesta fundetur societas, in superioribus locis hujusce ca-
pitis complura indicavi circa inhonestas societates, ut re-
gula contrariorum, de qua in superiore *num.* 2. hic inte-
gra resurgat. Quoad vero secundam, ut quilibet socius
aliquid pretio aestimabile conferat in societatem, pecu-
nia, ea sit, merx, aut opera, patet, capitale quod nego-
61 tiationi exponatur, fundamentum societatis esse, ex *Less.
de just. et jur. lib.* 2. *cap.* 25. *dubit.* 1. *n.* 2. *Ansald.
de commerc. et mercat. disc.* 87. *num.* 17. *cum seqq.
Rot. dec.* 240. *n.* 11. *cor. Kaunitz*, societas enim sine ca-
62 pitali stare non potest *Paris. cons.* 82. *n.* 11. 70. *ad seq.
tom.* 1. *Ansald. de commerc. et mercat. disc.* 87. *n.* 17.
Rota dec. 128. *n.* 5. *cor. Priolo*; neque ejus rei, quae
63 jam nulla est, quisquam socius est, prout totidem verbis
respondit Ulpianus *in leg. verum* 64. *in fin. ff. pro socio.*
Quod si, vel rei, vel mercis, vel pecuniae loco, opera,
aut industria praestetur, haec potis est ad societatem li-
cite coeundam, illa ratione, quia plerumque pauperior
64 opera supplet, quantum ei per comparationem patrimo-
nii deest, ut *in leg. societas* 5. *ff. pro socio.* Verum de
hoc infra peculiaris erit titulus.

Tertia conditio licitae societatis est, ut ea aequaliter
65 inter socios, sarta, tectaque servetur, tam quoad damna,
quam quoad lucra *Abb. Panormit. cons.* 77. *n.* 2. *part.* 1.
ita ut alius prae alio non laedatur socius, et sic lucrum,
jactura, impendia, detrimenta communicentur inter o-
66 mnes socios pro rata cujusque sortis, seu capitalis *Ferrar.
biblioth. canon. civil. verbo societas sub num.* 2. quod
67 si non fuerint partes societatis adjectae, aequales eas esse
decet *leg. si non fuerint* 29. *in princ. ff pro socio.*

Lex porro haec socialis super aequalitate lucrorum, et
damnorum, tantae virtutis est, ut cognita fuerit, atque
etiam servata per Bargulum, et Viriatum celeberrimo- 68
rum olim latronum principes, de quibus *Cic. de offic.
lib.* 2. *circa. med.* ibi: » Justitia ad rem gerendam ne-
» cessaria est, cujus tanta vis est, ut ne illi quidem, qui
» maleficio, et scelere pascuntur, possunt sine ulla parti-
» cula justitiae vivere; nam qui eorum cuipiam, qui una
» latrocinantur, clam furatur aliquid, aut eripit, is sibi, 69
» ne in latrocinio quidem relinquit locum; ille autem
» qui archipirata dicitur, nisi aequaliter praedam di-
» spertiat, aut occidetur a sociis, aut relinquetur; quin
» etiam leges latronum esse dicuntur, quibus pareant,
» quas observent; ita propter aequalem praedae parti-
» tionem, et Bargulus Illyricus latro, de quo est apud
» Theopompum, magnas opes habuit, et multo majores
» Viriatus Lusitanus, cui quidem etiam exercitus nostri, 70
» imperatoresque cesserunt ».

Generaliter ergo verum est, pacta in societate inaequa-
litatem redolentia, illicita esse, et non valere *Batta* 71
cons. 81. *n.* 10. *Cephal. cons.* 569. *n.* 2. *tom.* 4. *Manti-
ca de tacit., et ambig. lib.* 6. *tit.* 4. *n.* 7., *et tit.* 14. *n.* 6.
Ursill. ad Affliet. decis. 58. *n.* 4. *Gratian. discept. for.
cap.* 768. *n.* 18. *cum seq.* Id vero intelligi oportet, dum-
modo pactorum, seu partium inaequalitas, ab inaequali-
tate vel capitalis, vel industriae non proveniat; nam si
aliquid plus contulerit societati unus, vel pecuniae, vel
operae, vel cujuscumque alterius rei, aequalitas geome-
trice, non numerice considerata servabitur *leg. si non* 72
fuerint 29. *sub princ. ff. pro socio Jul. Pac. Isagogico-
rum lib.* 17. *tit.* 1. *pro socio sub num.* 3. *Milliar. super
instit.* §. *et quidem num.* 1. *de societ. Mantica de tacit.
et ambig. lib.* 6. *tit.* 14. *n.* 7., *et* 10. Illud vero pactum
erit semper proscriptione dignum, ut sociorum alter lu-
crum tantum, alter damnum sentiret, nam leoninam, et
ideo illicitam, hanc esse societatem, respondit Ulpianus 73
in leg. si non fuerint 29. §. *Aristo. ff. pro socio.* Verum
de his omnibus peculiaris redibit sermo, infra proxime.

Postrema conditio licitae societatis est, ut capitale col-
latum in communem societatem, conferentis subjaceat
periculo, ita quidem, ut si pereat sine culpa socii, pereat
illi, qui illud contulit, ratione dominii ad eum pertinen- 74
tis *Ferrar. biblioth. canon. et civil. verbo societas n.* 3.
Hinc societatem ad caput salvum negotiantium adinvenit
subtilitas, et nonnullorum doctorum defendit auctoritas
Abb. in cap. naviganti num. 11. *de usur. Carleval de* 75
judic. lib. 1. *tit.* 3. *disput.* 7. *n.* 15. *ad seq. Leotard. de
usur. q.* 31. *n.* 2. 3. *ad plur. seq. Rota dec.* 20. *n.* 10.
tom. 2. *in Nuperrim.* Trinum hinc quoque contractum
super eadem societate productum, Sixtus V. in ejus *con-
stitutione* 45. *tom.* 1. damnavit; quam refert constitutio- 76
nem *Scaccia de commerc.* §. 3. *gloss.* 3. *n.* 36. 37. *ad
seq.* Plurium ex diverso doctorum turba eumdem contra-
ctum trinum, declarata d. constitutione sixtina, substi-
nuit *Carleval. de judic. lib.* 1. *tit.* 3. *disput.* 7. *n.* 18.
Campell. ad statut. Urbin. decret. 52. *n.* 10. *usque ad* 77
n. 43. *Less. de just., et jur. lib.* 2. *cap.* 25. *dubit.* 3. *per
tot.*, hoc quoque punctum, peculiari discussione dignum 78
duxi, separatum propterea titulum inferius intexui.

Ut illicitum quoque illud improbatur pactum in so-
cietate, ut nulli liceat sociorum, eorumve haeredibus ab
ea recedere *Duaren. comment. jur. civ. in lib.* 4. *dige-* 79
stor. tit. 38. *pro socio c.* 1. visum namque est valde du-
rum, ob pactionem aliquam homines cogi ad perpetuo
manendum in communione, prohibente lege, ne in com-
munione, vel societate quis detineri compellatur invitus
leg. final. cod. commun. divid. et societatem hoc pacto 80
coitam nullam esse probat *Duaren. loco prox. cit.* nam 81
libertatis quoque naturalis laesionem continet *Rota in* 82
Firmana communionis, et peculiaria 25. *junii* 1759. §.
4. *coram clar. mem. Card. Paracciano, et in ejus con-
firmataria die* 27. *junii* 1760. §. 1. *coram eodem.*

Hunc societatis contractum esse bonae fidei plenum
debere, scribit Proculus *in leg. in proposita* 79. *ff. pro* 83
socio. Dolum vero malum esse bonae fidei contrarium, 84
docet *textus in leg. ea vero* 3. *in fin. ff. pro socio.* Socie-
tas ergo, si dolo malo, aut fraudandi causa coita sit, ipso
jure nullius momenti est *d. leg. ea vero* 3. *in fin. ff. pro* 85

socio. Atque eleganter exponit *Connan. comment. jur. lib.* 7. *cap.* 13. *n.* 4. *in fin.*

Supra demonstravi *n.* 44. usuras, tamquam de jure
illicitas, non debere inter socios communicari. Constat
86 autem super mercatura contrahi posse societatem *An-
dreol. controv. far.* 83. *n.* 2. *tom.* 1. hoc est, ut alter
87 domi sedens pecuniam det, negotietur alter, juxta ter-
minos *leg. societas* 5. *ff. pro socio*. Dubitare ideo contin-
88 git, utrum is, qui pecuniam dat, valeat initio usuras li-
cite stipulari. Quaestio potest bifariam considerari, pri-
mo videlicet in supposito quod is, qui dat pecuniam, sit
vere consocius, deinde vero in supposito, quod socius non
89 sit, sed ad cambium dantis instar, contrahat. In priore
quidem supposito, quod pecuniae dator sit verus socius,
et amissioni capitalis subjaceat, non improbantur usurae,
90 moderatae saltem, quae periculo amissionis respondeant
Andreol. contr. for. 83. *per tot. Rota dec.* 46. *n.* 10.
vers. a contra, *et n.* 11. *coram Tanar.* sed certum lu-
crum tantum in socio, sine damno improbatur. *Spada
cons.* 293. *n.* 1. *t.* 2., quod si sublato capitalis periculo,
illud stipuletur salvum, materia haec erit illius particu-
91 laris tituli, quem infra *de societate ad caput salvum* in-
scriptum subjiciam. Interim scire praestat, non semper
pecuniam in societate conferens, et ex illa usuras, capi-
tali salvo, paciscens, in foenoris vitium impingere, si
92 moderatae ita usurae sint, ut ex duodecim in singula
centum verisimilibus, quatuor sibi in singula stipuletur
centum, quemadmodum in subjecta, atque identifica
93 quaestione, *Navarro*, quem allegat, consentit *Scaccia
de commerc.* § . 3. *glass.* 3. *n.* 40., et hoc verum, dum-
modo talis socius praeter lucrum uti supra stipulatum,
94 alterum sociale ex eisdem pecuniis non perciperet *Rota
dec.* 576. *n.* 8. *et* 9. *coram Emerix. jun.* Verum de hoc
infra proxime; atque iterum, latiusque sub *cap.* 6.

In posteriore autem supposito, quo pecuniae dator,
socius non sit, certasque pecuniae usuras in negotii, seu
mercaturae causam versae conveniat, foenus de jure illi-
95 citum abesse dixerim, si certae conditiones, de quibus
infra, servatae apparebunt. Ad hoc praemitto, perutilia
esse reipublicae commercia ad societatem humanam feli-
96 citer conservandam *Scaccia de commerc.* § . 1. *quaest.* 1.
n. 70., quemadmodum namque humanum corpus sine
sanguine emoritur, ita corpus cujusque civitatis politi-
cum sine commerciis, contractibusque frequentioribus
97 elanguet *Knipschild de privil. civit. imperial. lib.* 5.
cap. 22. *n.* 2. ut floridum perinde magis unumquodque
sit futurum imperium, quo plus sibi ampliatum videat
98 commercium *Scaccia loco prox. cit. n.* 173.

Et huc pertinet data facultas decipiendi venditorem
99 in pretio rei venditae, *in leg. in causae cognitione* 17. §.
idem Pomponius ff. de min. 25. *ann.* intra tamen valo-
100 ris rei dimidium *leg.* 2. *cod. de rescin. vendit.* nam pro-
pter assiduam, et quotidianam emptionum, et venditio-
101 num celebrationem, ita constitui publice interfuit *leg.
justo errore* 44. *sub princ. ff. de usucap.* magis enim
plerumque expedit, ut plures fiant contractus, in eisque
102 decipiantur contrahentes, quam hi per litium anfractus
implicentur, et a commerciis distrahantur. Non me qui-
103 dem fugit, multiplices probari contractus, licitos tamen,
et usurarum labe nequaquam infectos; sed hujusmodi
foenoris suspicio non est principiis calamistro detortis eo
traducenda, ubi ratio plausibilis nequeat contrarium
evincere, et uno tempore necessitati commerciorum, per
novorum quoque contractuum, si fieri potest, introdu-
104 ctionem, occurrere, ut per *Scaccia de commerc.* § . 1. *qu.*
1. *n.* 173.

Fingatur ergo casus, quod quis mercium venalium ha-
beat fundacum, subrogandi vero alias merces ei desit po-
testas, propter pecuniarum deficientiam. In hanc igitur
105 causam rogor equidem pecunias dare, an non licite mo-
deratas, assuetasque valeo usuras pacisci? Non dubito, *si
106 pecuniarum versio effectiva concurrat*. Fundacum quip-
107 pe mercium venalium, accedente mercatoris industria,
fructiferum per se est, et ad parandos quaestus aptissi-
mum *Rota in Romana societatis* 26. *junii* 1744. §. 7.
coram Peralta, *et in Fulginaten. pecuniaria* 9. *februar.*
1759. §. 7. *cor. clar. mem. Card. Paracciano*, ex mea
pecunia in eam causam versa, magnum sibi mercator pa-

rat compendium, non video itaque cur mihi invideatur
usura moderata, atque assueta in pactum deducta, ut per 108
Andreol. contr. 83. *n.* 2. *tom.* 1. quamvis equidem so-
cius sim *Rota in dec.* 516. *n.* 7. *et* 8. *part.* 19. *tom.* 109
2. *recent.*, *et in d. Romana societatis* 26. *junii* 1744.
§. 7. *coram Peralta.*

Principia tamen, quibuscum in Romana vivitur cu-
ria, his nonnihil opponuntur; dicitur enim pecuniam per
se sterilem esse, fructibusque vacuam *leg. usura* 121. *ff.* 110
de verb. signific. Galli de fructib. disput. 4. *artic.* 1. *n.*
22. *Mansius consult. for.* 102. *n.* 5. *tom.* 2. *Rota decis.*
140. *n.* 3. *part.* 17. *recentior.* At aeque verum, hoc in-
telligi de pecunia otiosa, et intrinsecus mortua, non au-
tem de illa pecunia viva circa quam industria, ac nego-
tiatio versatur, ex *Andreol. contr. for.* 83. *n.* 7. *vers.* 111
non obstat. Less. de just. et jur. lib. 2. *cap.* 25. *dubit.*
2. *n.* 14. *in fin. Castropalao opera moral. t.* 6. *disput.* 8.
punct. 2. *n.* 3. *in fin.* Nec satis percipio, cur dietim per- 112
mittantur, et exequantur quoad usuras etiam conventas,
cambia quae obliqua dicuntur, et pecuniae in negotium so-
ciale, stipulatis usuris immissae, permitti, et exequi non
debeant. Pecunia enim ad cambium tradita non raro depo-
nitur, atque in dimissionem creditorum debitoris cambii,
inve aliam extraneam causam erogatur, sublata sic spe e-
tiam transmittendi eamdem pecuniam in nundinas, con-
tentaque se tribunalia urbis praebent, ut cambii debitor
in se cambiandi, vel eamdem pecuniam, quod impossibile
est, seu aequivalentem, quod impossibilitati est proximum,
onus assumat, fructusque locó damnorum, et interesse 113
persolvat, ut penes *Card. de Luca de camb. disc.* 8.
Caecutiens porro ipse videt, in his cambiorum contra-
ctibus verba venditari dumtaxat, non facta, hoc est non 114
pecuniarum transmissionem ad nundinas. Non illucet ita-
que ratio, cur haec pecunia cambialis faecunda, et fru-
ctuum productiva, illa autem nostri casus in emptionem
mercium realiter versa existimari sterilis debeat. In re 115
enim quaque ratio plurimum spectanda est, quae legum
anima medullaque nuncupatur per *Cujac. comment. jur.* 116
civ. in lib. 2. *respons. Papin. tom.* 4. *col.* 875. *lit. C.*

Urget praeterea, si equidem pecuniae loco, merces ne-
gotio tradidero, exque illis usuras convenero, modica
dubitatio, quo minus illicite valeam usuras pactas accipe-
re, nam merces venales in negotium immissae indole sua
fructum apportant, et lucrum, industria accedente *Magon.* 117
decis. Lucen. 1. *n.* 36. *Rota in Fulginaten. pecuniaria*
19. *februarii* 1759. §. 7. *coram clar. mem. Card. Pa-
racciana*, cum quandoque duodeviginti, ac viginti etiam 118
in singula quaeque centum, ratione lucri rependant *De-
cian. respons.* 60. *n.* 3. *vol.* 2. *Constantin. vot.* 30. *n.*
24. *tom.* 1. *Rota in Romana societatis* 7. *junii* 1743. §.
8. *cor. Molino confirmata die* 26. *junii* 1747. §. 6. *co-
ram Peralta.* Et si res ita est, non video, cur tantum- 119
dem non sit de pecuniis ad easdem merces comparandas,
seu in locum distractarum subrogandas, datis, tenendum;
merces namque tradam equidem, vel magis pecuniam, ex
qua merces mercator emat, parvi refert; interest solum
maxime, ut taberna, vel mercibus a me traditis, vel mea
pecunia coemptis instruatur, unoque verbo interest maxi-
me factum, hoc est ut versio pecuniae interveniat. Si 120
proinde nihil interest, utrum ego, vel merces tradam,
vel potius easdem mea pecunia comparatas in negotium,
seu fundacum immitti efficiam; hoc affirmandum, usuras
pecuniae meae non secus licitas esse, atque si ex ipsis da- 121
tis mercibus convenerim; extra vero dubium est, ex mer-
cibus venalibus tamquam per se, accedente industria,
fructiferis, usuras licite peti posse, argumento *leg. cura-* 122
bit 5. *cod. de act. empt.* cujus legis aequitas procedit
etiam in pretio rerum mobilium fructiferarum *Scaccia* 123
de commerc. §. 1. *quaest.* 7. *part.* 2. *ampl.* 8. *n.* 173.
Sabell. var. resol. cap. 17. *n.* 14. In subjecta praesertim
hypothesi, in qua pecunia data supponitur non homini
otioso, nulliusque industriae, sed mercatori tabernam
exercenti, hanc mercatoria qualitatem, praecipuam hac in 124
re esse, considerat *Scaccia de commerc.* §. 1. *quaest.* 7.
part. 2. *ampl.* 8. *n.* 225. *Rota in dec.* 46. *n.* 4., *et* 12.
coram Tanur., *et in Romana societatis* 7. *junii* 1743.
§. 9. *coram Molino*, *et in ejus confirmatoria diei* 26.
junii 1744. §. 7. *coram Peralta.*

Neque his obice ullo est, quod si ex duobus, pluribus-
que sociis, unus, vel alter, sive instruendi, sive adau-
gendi negotii socialis causa in numerato centum conferat,
possit quidem idem socius suam geminare personam, al-
teram socii, qualis initio est, et alteram creditoris, ut hic
125 in causam societatis, credentis *Hortmaa. Pistor. quaest.*
jur. lib. 3. *quaest.* 2. *n.* 30. *in fin. Rat. in decis.* 516. *n.*
7. *part.* 19. tom. 2. *rec. et in dec.* 494. *n.* 4. *et* 5. *cor.*
Cerro, *et dec.* 503. *n.* 6. *cor Caprara*, *et dec.* 37. *num.*
10. 11. et 12. *t.* 3. *in nuperrim.* Atque de illis centum,
fructus quotitativos, non autem quantitativos licite paci-
sci, hoc est, ut pro illis centum in numerato collatis
quotitativas lucri partes, puta tertiam, quartam, atque
hujusmodi partem eidem capitali collato, aut superaddito
respondentes in figura consocii, solvi sibi stipuletur, ex
126 originali doctrina *glossae in leg. si fratres* 53. §. *item*
ex facto, *verbo in certa quantitate ff. pro socio*, *Hort-*
man. Pistor. quaest. jur. lib. 3. *q.* 1. *sub n.* 30. *Man-*
tica de tacit., et *ambig. lib.* 6. *tit.* 7. *n.* 3. *Rota in dec.*
576. *n.* 3. *et* 4. *coram Emerix. jun.* ex qua recepta con-
clusione argui forte licebit, usuras quantitativas ex pecu-
127 nia societati credita, seu etiam in emendas pro societate
merces tradita, stipulari licite, et citra usurae labem no-
quaquam posse.

Enim vero discrimen intercedit maximum inter hunc
128 posteriorem casum, alterumque superiorem; in hoc siqui-
dem posteriore casu, socius duplicem exhibet personam,
alteram socii, creditoris alteram, quae licet ad alios ju-
ris effectus prohibita non sit, ad hunc tamen, quo de
agitur effectum, vitio suo non caret, illa ratione, quia
socius, hic, et duplicem personam exhiberet, et super
eadem re, nempe centum in numerato collatis duplex lu-
crum reportaret, alterum in figura socii super illo intrin-
seco, et majore lucro, propter adauctum societatis capi-
129 talo, naturaliter contingibile et alterum super d. pecu-
niae usuris ex pacto conventis ut per *Rotam in dec.* 576.
n. 8. *et* 9. *coram Emerix. jun.* Quis porro ignorat, du-
plicem causam lucrativam circa eamdem rem, et personam
130 haberi de jure proscriptam? Ita ad literam docet *textus*
in §. *si res aliena instit. de legat.* ibique *Vinnius n.* 1.
qui non ex una tantum legati causa receptum hoc sit,
131 sed ex aliis etiam causis, advertitque *Fontanell. de*
pact. nupt. claus. 5. *gloss.* 8. *part.* 14. *n.* 41. *Sanbonet.*
de animalibus, *curribus*, *et plaustris cap.* 27. *n.* 15.
Rota dec. 350. *n.* 15. *coram Peutinger.* Et quod ex uno,
eodemque fonte, vel capitali, plura lucra reportari non
132 conveniat, dixit *Rota in Romana societatis super reser-*
vatis 6. *decembris* 1754. §. 9. *coram clar. mem. Card.*
Coprara, *et in ejus confirmatoria* 26. *januarii* 1756. §.
6. *cor. bon. mem. Borrull.*, atque illucet ratio, quia so-
cietas, jus quodammodo fraternitatis in sese habet *leg.*
133 *verum* 64. *in princ. ff. pro socio.* Non debet itaque so-
cius unus ab altero, acerbe tractari *Jov. de contract.*
134 *min. gloss.* 25. §. 13. *n.* 133. In posteriore autem casu
proposito, tertius societati credens, eam pecunia sua mer-
cibus augens, usurasque assuetas, ac moderatas conve-
niens, unam, simplicemque creditoris personam gerit,
unamque pari modo, atque simplicem lucrativam causam
135 fovet, ita ut illico appareat utriusque casus diversitas.
Praeterquam quod, non est indistincte verum, socium
societati credentem, et usuras insimul, et lucra socialia
non posse licite percipere, quia hoc procedit, cum ab al-
tero socio tantum integras creditae pecuniae usuras per-
cipit, ipsamque pecuniam creditam integre ab eo re-
petere stipulatur, non item quando a societate ipsa usu-
ras percipit, nam hoc casu dimidium usurae a sua parte
sociali, et alterum dimidium a portione alterius socii con-
sequitur. Quod si socius societati credens lucra socialis
percipit, tamquam socius percipit, ab illa etiam parte
dimidia pecuniae creditae, cujus et ipse aequale subit
periculum; atque ita intelligenda est de duplicitate lu-
cri exceptio; idque est maxime notandum, ac menti te-
nendum: at de hoc alibi clarius, latiusque.

Sed vero paulo altius praestat rem hanc usurarum at-
tingere, ut licita ab illicita dignoscatur societas. *Leotard.*
136 *de usur. quaest.* 1. *num.* 2. Usuram ita esse definit, vi-
delicet = *accessionem sortis debitae ex solo tempore*
tardae solutionis = Dicitur *accessio*, quae tamen non
improbatur in agro, in arboribus, in animalium foetu,
et similibus, quae natura ipsa operante fructus repen- 137
dunt *Leotard. loc. cit. n.* 3. hinc eleganter *Cic. de se-*
nectute post 3. *vituperat. senect.* ibi » Venio nunc ad
» voluptates agricolarum, quibus ego incredibiliter dele-
» ctor, quae nec ulla impediuntur senectute, et mihi ad
» sapientis vitam proxime videntur accedere; habent e- 138
» nim rationem cum terra, quae nunquam recusat impe-
» rium, nec unquam sine usura reddit, quod accepit,
» sed alias minore, plerumque majore cum foenore ».
Siquid ergo usurarum pretio fundi, puta venditi non so-
luto accedit, accessio haec non erit vitiosa, non illicita,
quia naturalem habet causam fructuum ex eodem fundo
productivam, juxta censuram *leg. curabit. c. de act.* 139
empti.

Cur tantumdem dici de mea pecunia mercatori tradi-
ta, ut merces coemat, suamque tabernam instruat, atque
adaugeat, non video, nisi furta dicatur, pecuniam meam 140
per se sterilem esse, fertilem vero per se agrum; sed jam
paulo ante demonstravi, sterilem esse pecuniam intrin- 141
secus mortuam, seu simpliciter otiosam, non quae ex-
trinsecus viva dicitur, seu quam industria hominis se in 142
negotiis exercentis multiplicat. Nonne mercium apothe-
ca, seu taberna, fundacum, negotiatio, per se sunt ad
quaestum, et ideo ad fructus ferendos disposita? Certe
quidem. Ergo si suppar, et in agro, et in mercium ta-
berna ad habendum quaestum, ratio, natura, et condi-
tio est, cur in fundo licita in fundaco autem vitiosa ac- 143
cessio erit?

Responderi scio, aliam in agro, aliam, atque aliam in
fundaco rationem esse; in agro ipsa, ut jam dixi, opera-
tur natura, in fundaco autem hominis industria tantum.
Falsum, quia si ex agro vis granum colligere, vis arbo- 144
rum poma carpere, vis demum ex vitibus uvam, vinum-
que depromere, oportet ut agrum aratro subjicias, fru-
mentum seras, arbores, vitesque in eo plantes, occes, lu- 145
xuriantes ramos amputes, et similia complura facias, quae
dietim fieri, rerum edocet usus, secus, vel nulli, vel pau-
ci, vel inconditi, seu peracerbi etiam percipientur fru- 146
ctus; et quamvis pratum ipsum, ita dictum, ad fructus
capiendos, quasi *paratum* minus oneret industriam do-
mini, non ab ea tamen in totum eximit, nam falce, qua 147
foenum secetur, indiget *ad textum in leg. pratum* 31. *ff.*
de verb. signific. ibi = *pratum est*, *in quo ad fructum*
percipiendum falce dumtaxat opus est, *ex eo dictum*,
quod paratum sit ad fructum capiendum =. 148

Si propterea accessio, ex agro sit, exve negotiatione
sit, industria utrobique hominis, plus, minusve, pro 149
certo necessaria est, non ideo percipere iterum repeto,
quomodo plerique doctorum, qui non verba legum, sed
vim, ac potestatem illorum tenere profitentur, ut *in leg.* 150
scire leges 17. *ff. de legibus*, quique rationem legis unam
sequi protestantur *leg.* 14. et 15. *ff. eod.* Accessionem pe- 151
cuniae per industriam multiplicabilem, vitiosam, aliam-
que dumtaxat ex fundo naturalem permissam definierint;
qua ex re, aut verbalis, aut substantialis *accessio* defi- 152
nitioni illicitae usurae male convenit, aut si bene conve- 153
nit cum in utroque et agro, et negotio, nonnisi per in-
dustriam hominis exercibili, sit parilis ratio, hujusmodi
accessio vitiosa non erit, et a commercio minime proscri-
benda, immo vero, ut illud, in bonum publicum vigeat, 154
tuendum, fovendum, servandum.

Dum haec ipsa scribebam in eam incidi rotalem deci-
sionem, quae inscribitur hoc titulo, *Fulginaten. pecu-* 155
niaria 9. *februarii* 1759. *cor. cl. mem. Card. Paraccia-*
no. Decisio haec *sub* §. 8. ita ad rem, ut sequitur, de-
finit, ibi » Nil penitus facessente, quod promissae fue-
» rint pecuniae, quae uti pertinentes ad classem rerum
» fungibilium fructus sui natura non pariant, nec venire 156
» per se ipsae possunt in contractu locationis. Ubi enim
» non separatim, sed conjunctim per modum universa-
» litatis, ac pro instructione fundaci, pecuniae traditae
» apparent, et destinatae ad comparandas merces, utique
» tunc sine nota illiciti foenoris sub capitali fructifero, 157
» comprehendi potuerunt ». Agitur in casu hujus deci-
sionis de fundaco mercibus instructo cum usuris quinque
in singula centum locato, et quia praeterea conductor in-
digebat, ad alias comparandas merces, pecunia, locator ac-

re suo eamdem pecuniam addidit, et quinque, ut dixi,
pro his in singula centum ei rependere conductor promi-
158 sit; conventionem hanc usurarum pro pecunia, licitam
Rota definivit, duabus ex rationibus; altera, quia loca-
tor ipse fundaci dominus pecuniam dederat, et altera,
159 quia una cum fundaco pecuniam per modum universali-
tatis suppeditaverat.

Et quoad primam rationem, non video quid intersit,
an pecunia data sit potius locatoris, quam alterius; nun-
quid pecunia locatoris est pretiosior, aut diversae ab aliis
pecuniis naturae, quia locatoris, quam sit altera tertii?
160 Quoad alteram vero rationem universalitatis, haec spe-
ctari assolet universalitas ratione specialis hypothecae, seu
reservationis dominii super mercibus, vel per modum
161 corporis distractis, vel in locum distractarum subrogatis.
juxta terminos *leg. cum tabernam* 34. *ff. de pignor. et
hypoth.* quod nihilcum pecuniis ad ferendos fructus aptis
commune habet; aut defenda igitur generalis illa est, de
incapacitate ad ferendos fructus regula, sine distinctione
162 tradita; aut illa in causam mercium, seu instructionis
fundaci limitanda; plurimum vero, quia fundaci locator
poterit quandoque pecunia conductori danda carere, ea-
que per tertium suppeditari, quo in casu justitia usurae,
163 non a re ipsa, sed a solo locatoris nomine palam expenso
pendebit. Fateor itaque, illam relatae decisionis ratio-
nem, licitam pecuniae usuram, declarantem = *ubi pro
instructione fundaci pecuniae traditae apparent, et de-*
164 *stinatae ad comparandas merces* = solidam esse, plausu
dignam, et per *Rotam* alias in identifica quaestione am-
plexam, *in Romana societatis 7. junii* 1743. §. 9. *coram
Molino, et in ejus confirmatoria* 26. *junii* 1744. §. 7.
coram Peralta. Circumstantiam vero solius locatoris pe-
cuniam dantis, et non alterius; prout similiter alteram
universalitatis, minus necessariam esse putaverim, illa
nunc repetenda ratione, quia pecunia sit unius, sit alte-
rius, per modum universalitatis, vel separatim tradatur,
165 semper pecunia est, suamque jugiter pecuniae naturam
retinet.

In hac theoria, si tribunalibus placet, firmiter consta-
bilienda, multiplex utilitas cum publica, tum privata,
sine ullo vitio concurret, et quo me clarius explicem, ca-
sum denuo ita fingo. Mercator fundaci, merces venales
minutatim distraxit, atque consumpsit; alias subrogandi
merces, propter aeris deficientiam, facultatem non habet;
centum a tertio sub usuris quatuor, aut quinque in sin-
gula quaeque centenaria, easdem merces subrogandas e-
mendi causa accipit, reapse merces emit, tabernam in-
struit, negotium prosequitur, et non modicum ea ex re
166 compendium facit. Utrumque concurrit damnum, et
publicum, et privatum, si ille se ab accipiendis illis cen-
tum, sub usuris abstinet, negotium quippe suum uti ob-
aeratum resolvitur, avviamentum dissipatur, et ei indu-
striandi facultas adimitur; ex diverso autem acceptis pe-
cuniis, merces comparat, suum bonum nomen instaurat,
mercaturae exercitium in ani, ac publici utilitatem pro-
167 sequitur, rem familiarem industria sua adauget, debi-
tumque contractum majore cum commodo dimittit. Id er-
go judices, id tribunalia spectare praeprimis debent, an
pecunia foenori accepta vere in instruendae tabernae ver-
tatur causam, nam hac concurrente versione, usura in
pactum deducta, non erit pecuniae otiosae, sed industriae
super negotio, illa accedente indubie fructifero, ut semel
iterumque habetur superius demonstratum. 168

Ut eo demum, unde egressus sum, revertar, et huic
capiti finem faciam; usuras illicitas communicari inter
socios, non oportere; licitas tamen rationi subnixas, de- 169
bitoribusque etiam utiles conferri debere, aequi, boni-
que ratio expostulat; bonum quoque publicum, ampliatis 170
contractibus exquirit. Hujusmodi sane erit contractus su-
pra propositos, aliusque similis, si negotium, quodcum-
que sit per se, suopte ingenio utilitatem ferat, habeatur
ad compendium aptum, necnon pecunia mercatori sub us-
suetis, moderatisque usuris credita, in utilitatem negotii
versa realiter ostendatur. Ita namque respublica stabit, 171
commercium florebit, cives ditescent, unde gloria prin-
cipi, fortitudo, potentia, atque subditorum felicitas ma-
xima redundabit *Knipschild. de jurib., et privil. civ. im-* 172
perial. lib. 5. *cap.* 22 *per totum.*

Dixi pecuniam in negotii utilitatem versam, usuras
licite rependere. Maximi momenti haec conditio, vel cau-
tela est; nec audiendos arbitror illos doctores, aut nego- 173
tiatores etiam, qui materialiter tenent spectandum, cui
pecunia tradatur, an pauperi, et homini otioso, seu magis
mercatori industrio, et in negotiis quaestuariis implicito,
ut pecunia nempe huic tradita usuras licite rependat, illi 174
non item. Nam lubens admitto, quod mercatoris nego-
tiantis qualitas, optima in hypothesi circumstantia sit,
sed minime sufficiens, cum fieri possit, ut hujusmodi
mercator in alias causas steriles a negotiatione quaestua-
ria diversas; pecuniam illam acceptam eroget, hoc non im-
possibile factu est. Quamobrem, ne otiosa illa pecunia 175
dicatur, sed fructuum per industriam productiva, illud
omnino probandum censeo, ut in negotiationem quae-
stuariam versa reapse fuerit, atque talis versio non sit
praesumptiva, non conjecturalis, aut per subtilitates in-
ducta, sed vera, et realis, ut titulum usurarum justum 176
efficiat; atque ita conciliandas arbitror hac in re salebro-
sa, et periculo plena tot doctorum, et theologorum sen-
tentias, hinc pro mutuo palliato, hinc pro capitali fru- 177
ctifero certantes.

Atque illa mihi, in hac theoria, persuadet ratio, quod
si pecuniam tibi libere sub usuris tradidero, ut eam tu
simpliciter in negotium tuum colloces, atque inferas, il-
latio haec, seu versio, si fieri contingat, ex providentia
tua erit, nam poteras illam in alias causas erogare, mihi-
que propterea nullum pretium, seu usura debebitur, cum 178
equidem nihil curae, nihilque diligentiae, praeter sola
verba impenderim, ad instar mutuantis, et in jura pri-
vilegiarii creditoris dimissi, sine praecedenti pacto, vero-
que animo, subingredi contendentis, ut in alio meo *tra-* 179
ct. de praelat. creditor. exercit. 2. §. 9. *n.* 54. 60. 61.
62. 118. 119. 131. 143., *et* 146. At vero, si ego effece-
rim, ut mea pecunia in illud tuum tale negotium per se
fructiferum inferatur, tunc quia negotio magis tuo quam
tibi credidisse videor, in eo erimus ambo quodammodo
socii, ut ego curaverim, meam ad illud tuum negotium
pecuniam pervenire, tuque negotium tuum prosperum
habere successum intenderis, unde lucrum inde profe-
cturum ex providentia mea insimul, et industria tua pro- 180
ductum, merito existimabitur, ita ut hujus lucri portiun-
cula, mihi non fuerit licito usurarum titulo, seu nomine
invidenda.

CAPUT IV.

De bona, vel mala fide in societate.

SUMMARIUM

1. Bona fides quid sit, traditur.
2. Bona fides, et arbitrium boni viri, est idem, et unum.
3. Boni autem viri descriptio per Ciceronem facta refertur et n. 4.
5. Boni viri qualitas convenit sociis, qui jus quoddam fraternitatis habent.
6. Bonae fidei nomen accommodatur nedum societati, sed etiam tutelis, fiduciis, mandatis, rebus item emptis, venditis, locatis, conductisque.
7. Bonae fidei ergo est societas.
8. Immo societas requirit bonam fidem in summo gradu.
9. Socii debent manere in societate ex puro, et sincero corde, necnon ex bona caritate.
10. Ab aliis cavere nos possumus, a sociis non facile possumus.
11. Qui socium fallit, non est vir bonus.
12. Plus est socium fallere, quam de culpa notari, et datur ratio.
13. Infamis est, qui actione pro socio damnatur, item tutelae, mandati, depositi.
14. Societas coiri potest, vel in perpetuum, vel ad tempus, vel ex tempore vel sub conditione.
15. Socius debet esse multae probitatis, et fidei, et assignatur ratio n. 16. et 17.
18. Oculus omnium sociorum debet esse fidelitate unus.

19. Socius non debet acerbe tractari.
20. Inter bonam, et malam fidem est quoddam medium.
21. Sufficit, socium non notari de mala fide, ut a bona fide discessisse non dicatur.
22. Dolus, et mala fides in socio non praesumitur, nisi concludenter probetur.
23. Socius a bona fide recedit, cum de dolo, lata, et levi culpa notatur, et n. 24.
25. Levis culpa est in socio, quando in rebus socialibus non adhibet eam diligentiam, quam in rebus suis adhibet.
26. Levissima culpa est, quando socius non adhibet majorem diligentiam, quam in rebus suis adhibere assuevit.
27. Ex culpa levissima socius non tenetur pro socio.
28. Socius si rem socialem subripuerit, an furti actione teneatur.
29. Si de malo socii animo in contrectando non doceatur, cum partem suam habeat in re sociali, potest dici jure suo usum fuisse n. 30.
31. Socium malo fuisse animo, credendum non est.
32. Nemo ex sociis plus parte sua potest alienare.
33. Si socius plus parte sua alienat, praesumitur ex furto, dolo, et mala fide.
34. Societatis aequalitas non consistit in puncto indivisibili.
35. Aequalitas in societate satis quoque est, quod sit in potentia.
36. Conclusio de qua supra n. 33. intelligitur, si excessus partis suae est notabilis, secus si talis non est.
37. Dolus non abest ab eo, qui alienavit, vel possidere cessavit, et sols creditoribus non satisfaceret.
38. Fiscus ex privilegio potest rem totam communem alienare, sine dolo, et mala fide, et n. 39.
40. Amplia licet fiscus in re communi habuerit minimam partem, et n. 41.
42. Communis debitor, cum possit acquirere, si non acquirat, non dicitur fraudare suos creditores, etiam in concursu creditorum, et n. 43.
44. Socius etiam potest non acquirere in fraudem societatis.
45. Contrarium verius, et explicatur *textus in l. nemo* 69. *ff. pro socio*, et n. 49. 52. 53. et 54.
46. Societas ad quaestum faciendum unice dirigitur.
47. Socius pari lege tenetur, et damna vitare, et utilia facere.
48. Amplia, ut ad hoc habeat a jure mandatum.
50. Traditur differentia socii, et debitoris.
51. Socius de utilibus praetermissis tenetur pro socio.
55. Textus in *leg.* 69. §. *illud ff. pro socio* loquitur de societate particulari, et remissive.
56. In societate universali communicantur haereditates, legata, et donationes et n. 57.
58. Hujusmodi communicatio descendit a lege, et legale redolet pactum.
59. Per hoc legale pactum, dicitur jus alteri socio quaesitum, super haereditate etc. obvenie, cui per non acquisitionem alter derogare non potest.
60. Limita in casu, quo omnes socii abstinere se ab acquirendo, consentiant.
61. Rejicitur *Baldus* dicens quod *d. leg.* 69. intelligatur de acquisitione, quae non erat casura in societatem, et datur ratio n. 62.
63. Socius particularis potest non acquirere rem ad se peculiariter pertinentem.
64. Bona fides est contraria dolo, qui inest in socio utente re sociali ad usum non destinatum n. 65.
66. De dolo, et furto tenetur socius re sociali utens ad usum non destinatum.
67. Et ad hoc satis est, ut unus ex pluribus sociis contradicat.
68. In re communi potior est causa prohibentis.
69. Conditio autem socii uti volentis re communi ad usum destinatum, melior est aliorum prohibentium.
70. De dolo, et mala fide notatur socius, qui cum sit obligatus negotiari communi nomine, suo negotietur nomine, et sibi lucrum addicit.
71. Ita ut teneatur ad id quod interest aliorum sociorum.
72. Nempe ad damnum emergens, et ad lucrum cessans.
73. Seu ut talis socius illa lucra aliis sociis rependat, quae pecunia socialis versa in utilitatem societatis rependisset.
74. Seu demum quae, alia occasione rependisse probari potest.
75. In haeredem socii defuncti datur actio ut bonam fidem praestet.
76. Haeres licet non socius, praestat tamen culpam eorum, quae defunctus injuria fecit.
77. Compensatur dolus, et culpa inter socios.
78. Intellige in paritate doli, atque culpae.
79. Societas dolo malo, aut fraudandi causa contracta, nulla est, et datur ratio.
80. Amplia fortius si dolus dedit causam contractui societatis.
81. Refertur locus *Cujacii* elegantissimus, ubi de distinctione doli, et fraudis late, et n. 82. 83. 84. 85. et 86.
87. Dolus malus vitiat societatem, quia removet consensum ab actu.
88. Amplia quia dolo, et fraudi est contraria bona fides, quae praecipua est in societate.
89. Societatis contractus ex laesione vitiatur, et remissive n. 90

1 Quid sit bona fides, quaerit *Cujacius ad leg. ult. ff.*
rem publ. salv. fore tom. 4. *col.* 323. *lit. C.* officium est,
sit boni viri, hoc est bona fides, quam bonus vir existimaturus est; et bonam fidem, et arbitrium boni viri idem,
2 et unum esse, docet idem *Cujac. ad leg.* 54. *ff. ad senat.*
consult. Trebell. tom. 4. *col.* 557. *lit. C.* » Bonus autem
» vir (subdit *Cic. de offic. lib.* 3. *post med.*) homo justus est, et is, quem sentimus virum bonum, nihil
» cuiquam, quod in se transferat, detrahet, hoc qui ad-
3 » miratur, is se, qui sit vir bonus, nescire fatetur »
atque immediate rursus *Cicero eodem in loco* concludit.
» At vero siquis voluerit animi sui complicatam notio-
» nem evolvere, jam se ipse doceat, eum virum bonum
4 » esse qui prosit quibus possit, noceat nemini » Vera
bonae fidei, bonique viri descriptio illi fraternitati, na-
5 turae societatis per Ulpianum appictae, cohaerens, *in*
leg. verum 64. *in princ. ff. pro socio.*
» Hinc fidei bonae nomen existimabat (Scaevola manere latissime, idque versari in tutelis, societatibus,
» fiduciis mandatis, rebus emptis, venditis, conductis,
» locatis, quibus vitae societas continetur, in his magni
» esse judicis statuere, praesertim, cum in plerisque es-
6 » sent judicia contraria, quid quemque cuique praestare
» oporteret » quemadmodum totidem ait verbis *Cic. de*
offic. lib. 3. *post med.* Ergo societatem bonae fidei esse
7 contractum, veluti docet *imperator in* §. *actionum instit.*
de act., ac perinde bonam in supremo grado fidem eamdem societatem in sociis exquirere unanimes tradiderunt
8 *Corn. cons.* 98. *n.* 4. *vol.* 4. *Cephal. cons.* 340. *n.* 18.
tom. 3. *Hartman. Pistor. quaest. jur. lib.* 3. *quaest.* 1.
n. 2. *Mantica de tacit. lib.* 6. *tit.* 4. *n.* 11. *et tit.* 14.
n. 9. *Gratian. discept. for. cap.* 522. *n.* 1. *et cap.* 768.
n. 27. *Afflict. decis.* 58. *ubi Ursil. in addit. n.* 3. *Jov.*
de contract. min. glossa 25. §. 13. *n.* 132. *Fontanell.*
dec. 504. *n.* 21. *et dec.* 508. *n.* 16. *tom.* 2. *Valent. de*
contract. vot. 18. *n.* 186. *Rota in dec.* 308. *n.* 4. *coram*
Ludovis. et dec. 41. *n.* 10. *coram Arguell.* hoc est, socii debent manere in societate ex puro, et sincero corde, 9
necnon ex bona caritate secundum *Cuman. in leg. verum*
§. *societas ff. pro socio, Jov. de contract. min. gloss.*
25. §. 13. *n.* 245.

Neque injuria habetur ita sancitum, nam eleganter
Cic. pro Roscio Amerino. » Tecti ad alios esse possu- 10
» mus, socium vero cavere qui possumus, quem etiam si
» metuimus, jus officii laedimus? Unde majores, eum qui
» socium fefellisset, in virorum bonorum numero non
» putarunt haberi oportere » quem referunt, atque com- 11
mendant *Budaeus in pandect. ad leg.* 1. *ff. de iis qui notant. infamia pag. mihi* 172. *in fin. Garz. de expens., et*
meliorat. c. 19., *n.* 2. Hinc jurisprudentes plus esse putarunt socium fallere, quam de culpa notari, nam haec
quandoque excusari potest, illud non potest, veluti observat allegati per *Leotard. de usur. quaest.* 77. *n.* 53. 12
Nec propterea mirum, si infamia quoque notatur, qui
pro socio, tutelae, mandati, depositi damnatus erit, aiunt 13
verba *textus in leg.* 1. *ff. de iis qui not. infam.*

Tum ergo, cum Paulus scribit = *societas coiri potest,*
vel in perpetuum, idest dum vivunt, vel ad tempus, vel
ex tempore, vel sub conditione = *in leg.* 1. *ff. pro so-* 14
cio. « Cur hoc ita se habeat (subdit *Connanus*) facile fuerit adjudicandum, si cognoverimus, quae sit natura istius
» contractus (societatis). Eo enim qui implicantur, non
» aliud sequuntur, quam ut in augenda re sua familiari
» socium sibi adjungant multae probitatis, et fidei, cujus 15
» diligentiam bene cognitam habeant, quae opinio de ejus
» haerede, cum quis, et qualis futurus sit, ignoremus, haberi non potest, nec ipse haeres fortasse de nobis idem
» existimabit, quare mors socii finem afferat societati, ne-
» cesse est, nec teneat ejus haeredes in posterum, nisi ipsi
» voluerint = ita his verbis adnotavit suprascriptus *Con-* 16

nen. comment. jur. civ. lib. 7. *cap.* 13. *sub n.* 1. *circa fin.*
Socium itaque, quem nobis adjungimus, eum non possimus
omnia per nos agere, et vicaria proinde amicorum fide in-
17 digeamus, tali bona fide, sinceritate, integritate, fiducia
ornatum esse oportet, ut oculus fidelitate unus sit, necesse
sit, illa ratione, quia sanctissima vincula societatis habentur
18 *Budaeus in pandect. ad leg.* 1. *ff. de iis, qui not. infam.
pag. mihi* 173. *Alderis. de symbolic. contract. tit.* 3. *cap.*
8. *n.* 29.

19 Non debet tamen socius ita acerbe tractari, ex *Jov. de
contract. min. gloss.* 25. ℥. 13. *n.* 133. ut non apparente
bona fide, debeat statim de *mala* fide incusari; nam inter
20 bonam, et malam fidem medium quiddam est, ut per *Ci-
rocc. discept. for.* 67. *n.* 20. *Rota post Zacchia de oblig.
cameral. dec.* 197. *n.* 11., *et in recentior. part.* 2. *dec.*
320. *sub n.* 2. *circa fin.* Redundat itaque, socium de posi-
tiva mala fide non causari, ut a bona fide non discessisse di-
21 catur; militante praesertim regula, ut dolus, et mala fides
in socio minime praesumatur, nisi probationibus evincatur
22 concludentissimis, *ad textum in leg. merito* 51. *ff. pro so-
cio. Ansald. de commerc. et mercat. disc.* 38. *n.* 39.
cum seq.

Sitque exemplo: socius in gerendis socialibus negotiis bo-
nam fidem praestare tenetur, et ab ea recedere intelligitur,
23 cum de dolo, lata, levique culpa notatur ad *textum in leg.
cum duobus* 52. ℥. *venit. ff. pro socio*, ibi « Venit autem
» in hoc judicium pro socio bona fides, utrum ergo tantum
» dolum, an etiam culpam praestare socium oportet, quae-
» ritur? Celsus lib. 6. digestorum scripsit, socios inter se
24 » dolum, et culpam praestare oportere » hoc est, culpam
non solum latam, sed levem quoque, eo solum in casu, in-
tervenientem, quando in re sociali, eam non adhibet socius
diligentiam, quam in rebus suis frugi pater familias adhi-
25 bet; levissima tantum excepta, quae inerit dumtaxat, ubi
non majorem socius in re sociali adhibuit diligentiam, quam
26 in rebus suis adhibet, seu adhibere assuevit; nam ita se
socius gerens in *illo medio* est, inter bonam, et malam fi-
dem se impune continet, evaditque pro culpa levissima pro
27 socio judicium, ita Gajus *in leg. socius* 73. *ff. pro socio, et
Imperator in* ℥. *socius socio instit. de societat. Igneus in
leg.* 3. ℥. *si quisquam n.* 59. *in fin. ff. ad senat. consult.
Syllanian. Duaren. comment. jur. civ. lib.* 4. *tit.* 38. *cap.*
4. *vers. aliud exemplum*, *Donell. comment. jur. civ. lib.*
13. *cap.* 16. *lit. O. Cannan. eod. comment. jur. civ. lib.* 7.
cap. 13. *sub eod. n.* 10. *Vinn. ad* ℥. *socius socio n.* 1. *et* 2.
instit. in societ. Alex. cons. 210. *n.* 6. *lib.* 7. *Schrader.
de contract. tit.* 26. *de societ. n.* 58. *Ferret. de re na-
val. lib.* 3. *n.* 91. Nonnullas vero, quae hac in re sunt,
leges pugnantes, affabre conciliat *Vinn.* in ℥. *fin. num.* 3.
instit. de societ.

Quid juris vero si socius rem socialem subripuerit, an
28 furti, *malaeve* fidei actione teneatur? Et sane, si non illu-
ceat supprimendi, seu contrectandi animus, potest socius
non male fidei auctor esse, ac furti minus teneri; puta cum
partis ipsae socialis sit dominus, poterit magis jure suo uti,
29 quam furti consilium inire, quemadmodum Ulpianus ele-
ganter docet in *leg. merito* 51. *ff. pro socio*, ibi « Merito
» autem adjectum est, ita demum furti actionem esse, si
» per fallaciam, et dolo malo amovit, cum enim sine dolo
» malo fecit, furti non tenetur; et sane plerumque creden-
» dum est, eum, qui partis dominus est, jure potius suo,
» quam furti consilium inire; et imo videamus an lege Favia
30 » teneatur, et ratio quidem facit, ne teneatur; verum si
» plagium fecit, vel suppressit, Favia tenetur ». Ait textus
recitatus *plerumque* credendum ita esse, ut malum, quod
31 fieri potest, animum socii indignum abominemur, atque
rejiciamus, ita *Faber. in d. leg. merito* 51. *in ratione de-
cid. ff. pro socio*, *Caball. resol. crimin. cas.* 216. *n.* 3. 4.
ad 8. *tom.* 2. *Menoch. de praesumpt. lib.* 5. *praesumpt.*
2. *num.* 2. *Ansald. de commerc., et mercat. disc.* 93. *n.*
11. *Rota dec.* 293. *n.* 8. *et* 9. *tom.* 5. *part.* 1. *in nuperrim.*

Sed vero, cum nemo ex sociis plus parte sua possit alie-
nare, etsi totorum bonorum socii sint, veluti his docet ver-
32 bis Gajus *in leg. nemo* 69. *ff. pro socio*, dubitare licet, num
socius plus parte sua alienans, suprascripta benigna prae-
sumptione, furti, et consequenter doli, malaeque fidei ex-
33 clusiva, juvari possit. Regulariter negant *Corneus cons.*
128. *sub n.* 5. *vol.* 3. *Bertazzol. cons.* 228. *n.* 2. *lib.* 2.
Zonchio

Equidem vero cum sciam societatis aequalitatem non consi-
stere in puncto indivisibili, *Thomat. decis. Macerat. dec.* 34
132. *n.* 39. *tom.* 2. illamque, ut in potentia quoque sit,
redundare, ex *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 21. *n.* 35
22. aequius dixerim, dolo malave fide excusari socium in pro-
posita facti specie, nisi eatenus distrahendo longe portionis
suae socialis metam excesserit, ut malus non dubie illuceat 36
animus, quemadmodum de eo Gajus tractat, qui bona sua
distrahit, vel quoquo alio modo possidere desinit, quo mi-
nus erga creditores suos facere possit satis, nam in his do-
lum casibus abesse vix dixerim *leg. nemo ex sociis* 69. ℥. 37
illud quaeritur ff. pro socio.

Ex privilegio suo fiscus dumtaxat jus habet rem socialem,
vel alio quovis modo communem, praeter quoque suam por-
tionem, immo vero rem totam, citra doli, malaeque fidei
notam, distrahendi, *ad textum in leg. multum interest.* 2. 38
c. de commun. rer. alienat. ibi » Multum interest, utrum
» cohaeredes tui possessionem communem distraxerint, an
» vero fiscus partis dominus esset, soliditatem, juxta pro-
» prium privilegium, vendidit. Etenim si a fisco facta sit 39
» venditio, fidem ejus infringi, minime rationis est ». Et
hoc eatenus consistit fisci privilegium, ut rem communem,
totam quoque valeat distrahere, licet minimam dominii par- 40
tem eo in re habuisse fiscum constiterit, *in leg. unico cod.
de vendit. rer. fiscal. lib.* 10. ibi » Forma est quoties ad fi-
» scum vel minima portio rei pertinet, ut universa a pro-
» curatoribus meis distrahatur, sed pretium partis tamen in
» fiscum redigatur, reliquum dominis partium restituatur » 41
et in hoc una consentiunt *Fabius de Monte de empt., et
vendit. quaest.* 3. *princ. n.* 56. *Nigri de laudem. quaest.*
27. *n.* 17.

Habemus regulam, eum qui, cum possit aliquid quaere-
re, non id agit ut acquirat, in fraudem creditorum non fa-
cere, propterea nempe, quod ita agendo patrimonium non 42
diminuit suum *leg. qui autem* 6. *ff. quae in fraud. credit.
Salgad. labyrint. credit. part.* 2. *cap.* 14. *n.* 2. *ad plur.
seq. Rota dec.* 62. *n.* 7. *coram Buratto*, idque etiam con-
cursu creditorum pendente, locum obtinere sustinet *Sal-* 43
gad. loco prox. cit. num. 80. *ad plur. seqq.* Nunquid so-
cio tantumdem in fraudem societatis licebit? Affirmat *Lam-* 44
bert. de contract. gloss. 4. *in verbo vel distractu n.* 3.
atque nititur dispositioni *leg.* nemo 69. ℥. *illud ff. pro socio*,
sed hujus, ni fallor, textus loquentis de beneficio, ne socius
ultra conveniatur a socio, quam facere possit, vereor ne sa- 45
tis sit ad casum quaestionis, commoda applicatio; etenim
societas eo indole sua dirigitur, ut lucri in commune fa-
ciendi gratia unice coeatur *Vinn. ad* ℥. *et quidem n.* 1. *in* 46
princip. instit. de societ. Socius pari lege tenetur, et damna
vitare, et utilia facere *de Nigris de laudem. quaest.* 28. *ar-* 47
tic. 1. *n.* 22. et pro his lex ipsa mandatum suppeditat *Rota
in recentior. part.* 8. *dec.* 19. *n.* 6. *et cor. Millino dec.* 37. 48
n. 1. Cum ei proinde sit lucrifaciendi potestas, atque ne-
gligit, non erit a desidia, negligentiaque immunis, *minus-*
que erit frugi paterfamilias, eam vigilans pro societate in-
dustriam adhibens quam in suis rebus adhibere assuevit,
cujusmodi debere socium esse, definit imperator in ℥. *socius*, 49
socio instit. de societ. et in leg. socius 73. *ff. pro socio;*
neque cum debitore obaerato suppar causa est, hic enim,
non a lege, non a pacto pro creditoribus acquirere obstrin-
gitur, contentus bona, quae habet pro eisdem creditoribus
integra servare, illaque non diminuere *dict. leg. qui au-* 50
tem 6. *ff. quae in fraud. credit.*

Reque quaestionis casum fingo, in terminis, in quibus
socius, et occasionem, et commodum acquirendi pro socie-
tate habeat, si non impeditus negligit, certe de utilibus
quoque praetermissis tenetur erga socium, ut per *Decian.* 51
respons. 11. *n.* 94. *vol.* 1. *et Rota in Romana thesaura-
riae Marchiae super utilibus, et damnis* 12. *decembris*
1718. ℥. *Quod autem, et* ℥. *minime coram Crispo.* Sed
quinam ergo erit intellectus supra indicatae *leg.* nemo 69. 52
℥. *illud ff. pro socio?* Jam supra adnotavi, loqui textum
de personali beneficio, ne socius ultra conveniatur, quam
facere possit, non ideo facile protrahendum ad facultatem
socio datam impune non acquirendi. Dici etiam praeterea
potest, d. textum loqui de socio, non particulari, sed uni-
versali, propter illa ejusdem legis verba = *et si totorum* 53
bonorum socii sint = ut proinde socius abstinendo ab acqui-
sitione eorum, quae sibi fortuna obtulit, aliis sociis aequa-

54 quam praejudicet, secundum ea, quae de debitore obaerato
supra scripsi.
Sed ne iste quidem mihi satisfacit intellectus; nam prae-
55 terquod *in §. illud quaeritur dictae leg.* 69. loqui magis
videtur de particulari societate, ut infra latius *part.* 3. *cap.*
11. *n.* 43. *ad seq.* urget responsio, quod universalis socie-
tatis natura, cum sit omnium bonorum » tunc, et haeredi-
» tas, et legatum, et quod donatum est, aut quaque ratione
56 » acquisitum, communioni acquiretur » ut in *leg. ea vero*
3. *in princ. ff. pro socio*, atque iterum *in leg. si societatem*
74. *ff. eod. tit.* ibi » Si societatem universarum fortunarum
» coierint, id est earum quoque rerum, quae postea cuique
57 » acquiruntur, haereditatem cuivis eorum delatam in com-
» mune redigendam ». Haec ita descripta universalis so-
cietatis natura, vel tacite, vel expresse ineatur, una semper,
58 eademque erit, pactumque inter socios sapiet, vel certe re-
dolebit ipso juris ministerio productum; si socii sese pacto,
vel expresso, vel tacito obstrinxerunt conferre quidquid
prospera fortuna eorum cuique esset oblatura, jam non est
amplius in unius illorum potestate revocandi pactum, le-
gemque hanc socialem intervertendi, et sic derogandi juri
59 alteri socio, ex d. legali pacto, seu conventione quaesito,
ad textum in leg. fin. in fin. ff. de pact. Rota dec. 51. *n.*
23. *et seqq. part.* 10. *recentior.* et in subjecta questione
advertit *Felic. de societ. cap.* 31. *n.* 39. nisi quidem omnes
socii haereditatem, vel quid aliud simile uni ipsorum a for-
60 tune oblatum, abjicere unanimes consenserint, quod facere
non prohibentur, juxta regulam *textus in cap. ad aposto-
licum* 16. *de regul. jur.*, *et in leg. si quis in conscribendo*
61 29. *c. de pact.* Nec de caetero possum praebere aures *Baldo
in addit. ad d. leg. nemo §. illud ff. pro socio* ajenti, quod
textus debeat intelligi de acquisitione, quae non erat casura
in societatem; nam si non erat casura acquisitio in societa-
tem, haec esse debebat particularis, non universalis contra
62 literam *d. textus* quo in casu involveret dubium sine du-
bio, quia quidquid socio particulari ex dono fortunae obve-
nit, eidem, non societati acquiritur, et consequenter cum
ageretur de suo peculiari, privatoque interesse, nemini
praejudicium, renunciando inferret, ex regula juris dudum
63 relata in superiore *n.* 42. atque advertit etiam *Felic. de so-
ciet. cap.* 31. *n.* 40.
Bona fides contraria est dolo, veluti probat Paulus *in leg.*
64 3. *in fin. ff. pro socio, Capon. de pact., et stipulat. quaest.*
19. *n.* 18. Illa statim cessat, et subingreditur dolus, atque
65 socius re communi ad usum non destinatum utitur: nam de
dolo, ac furto etiam teneri socium re communi ita abuten-
66 tem, dixerunt *Bertazzol. cons.* 278. *n.* 1. *lib.* 2. *Caball.
resol. crimin. cas.* 136. *n.* 3. *t.* 1. *Thesaur. dec.* 41. *n.* 13.
Sperell. dec. 56. *n.* 2. *et* 3. *tom.* 1. *Mantica dec.* 45. *n.* 7.,
67 et si plures sint socii, unusque dissentiat ad hoc, is unus
maxime redundat *Thesaur. dec.* 41. *n.* 20. *Sperell. d. dec.*
68 56. *n.* 17. *tom.* 1. In re enim pari, seu communi, potiorem
causam esse prohibentis constat *leg. Sabinus* 28. *ff. com-
mun. divid.* Quod si ad usum destinatum uti quis velit re
communi, in contrarium urget regula, ut melior sit unius
etiam volentis conditio, et ideo prohiberi nequaquam pos-
69 sit *Mandell. Alba cons.* 403. *n.* 8. *tom.* 3. *de Nigris de
laudem. qu.* 14. *n.* 38. *Sperell. d. dec.* 56. *n.* 5. *et* 20.
tom. 1. *Jov. de contract. min. gloss.* 3. *n.* 92. Verum de
his latior infra redibit sermo.
Deterius vero longe est, si socius communi nomine ne-
gotiari obligatus, suo tantum nomine hoc faciat, et in rem
suam compendium referat, non enim sine dolo, aut mala fi-
70 do ita facere videtur, argum. *leg. quae de tota ff. de rei
vindic. Ancharan. cons.* 3us. *n.* 8. et consequenter si so-
ciali pecunia utitur, et in proprios usus eam convertit, ad
71 id quod interest, sine interpellatione etiam, erga alios so-
cios tenetur *Leotard. de usur. qu.* 1. *n.* 20., *et qu.* 31. *n.*
52. *et qu.* 82. *n.* 33. *Rota dec.* 798. *n.* 2. *cor. Coccin.*, *dec.*
201. *n.* 2. *coram Remboldo*, *et in dec.* 1019. *n.* 7. 8. *et* 9.
coram Lancetta. Hoc est, ut aeque ad damnum emergens,
atque ad lucrum cessans teneatur *Rota in decis.* 798. *n.* 2. 72
et decis. 1042. *n.* 2. *et* 5. *coram Coccino*, *et decis.*
1019. *num.* 7. *coram Lancetta*, *et in Romana thesau-
rariae Marchiae super utilibus, et damnis* 22. *aprilis*
1720. *§. retenta*, *et §. final. coram Crispo*; videlicet ut il-
las usuras sociis rependat, quas pecunia socialis in ejus usum
conversa, pro societate rependisset *Rota in d. Romana the- 73
saurariae Marchiae super utilibus, et damnis* 12. *decem-
bris* 1718. *§. disparem coram eodem Crispo*; seu quas, alia
occasione rependisse constat, *ibid. §. quod autem.* 74
Quamvis, ut scribit Ulpianus, nemo possit societatem
haeredi suo sic parare, ut ipse haeres socius sit, attamen in
socii haeredem proponitur actio, ut bonam fidem praestet
leg. nemo potest. 35. *ff. pro socio*, ita quidem, ut socii hae- 75
res, licet socius non sit, praestare nihilominus debeat cul-
pam eorum, quae defunctus injuria fecit *leg. Et acti etiam* 76
36. *ff. pro socio.* Siquid vero socii vicissim dolo admise-
rint, societate durante, et dolum, et culpam ipsos inter
compensari, non dubii juris est, *ad textum in leg. si duo* 77
37. *ff. de dolo malo. Azo in summa ad lib.* 4. *cod. tit. pro
socio*, *n.* 30. *Sebast. Medic. de compensat. q.* 21. *n.* 12. In
pari tamen culpa, dolove, hoc accipe receptum, non si unius
culpa, dolusve major sit, veluti allegati doctores declarant, 78
quibus adde *Alderis. de symbolic. contract. tit.* 3. *cap.* 8.
n. 51. *cum seq.*
Societas si dolo malo, aut fraudandi causa coita sit, ipso
jure nullius momenti est, illa ratione, quia fides bona con-
traria est fraudi, et dolo, *leg.* 3. *in fin. ff. pro socio. Franc.* 79
Curt. penes Igneum comment. jur. tom. 3. *pag. mihi* 82.
n. 22. *Cujac. comment. jur. civ. ad d. leg.* 3. *§. ult. ff. pro
socio tom.* 5. *col.* 480. *lit. E. Sebast. Medic. de casib. for-
tuit. part.* 1. *qu.* 10. *n.* 31. Longe vero fortius, si dolus con-
tractui societatis causam dederit *Franc. Curt. penes Igneum* 80
loc. cit. n. 28. Locus *Cujacii* proxime allegati est ad rem
elegantissimus, et ideo relatu dignus: ait enim: 81
» Non tantum societas coita dolo malo, veluti callida, et 82
» insidiosa persuasione alterutrius, ipso jure nulla est, sed
» etiam quae coita est fraudandi causa, idest quae perquam
» damnosa est alterutri, ut quae dicitur leonina societas;
» igitur non tantum dolus vitiat societatem, sed etiam fraus, 83
» quia bona fides, ut ait, contraria est fraudi, et dolo; fra-
» us ex re ipsa venit ex conventione inconsulto facta sine
» dolo adversarii. Dolus autem venit ex calliditate, machi-
» natione, circumscriptione, insidiis adversarii, et utrum-
» que bona fides rejicit, et bonae fidei contractus. Igitur 84
» utrumque vitiat societatem, et dolus adversarii, si mihi
» dolo malo persuaserit, ut cum eo inirem societatem, et
» res ipsae, idest si conventiones adjectae societati sint ca-
» ptiosae mihi, et damnosae nimis. Quod dixi externo die, 85
» iterandum censeo, ipso jure rescindi societatem, non ob
» id solum, quod coita sit dolo malo adversarii, sed etiamsi
» dolus adversarii absit, ob fraudem scilicet nimiam, et lae-
» sionem alterutrius, in quam re ipsa incautus inciderit,
» quod et in caeteris bonae fidei contractibus arbitror esse 86
» servandum ».
Duo, ni fallor, *Cujacius* principaliter intendit, alterum,
ut dolus malus vitiet societatem, non tantum quia dolus ma-
lus, consensum ab actu generaliter removet, ut *in leg. ni- 87
hil consensui* 117. *ff. de regul. jur. ubi glossa*; *Constan-
tin. vot.* 197. *n.* 46. *tom.* 1. sed singillatim quia bona fides,
quam peculiarem, et in summo gradu requiri in contractu
societatis, supra *n.* 8. demonstravi, contraria est fraudi, et
dolo, ut in saepecitata *leg.* 3. *in fin. ff. pro socio.* Alterum 88
vero, ut vitietur quoque societas re ipsa, hoc est ex insidiosa
pactorum conventione, implorato videlicet beneficio *leg.* 2. 89
cod. de rescind. vendit. quod in societate etiam habere lo-
cum dixi, atque probavi in alio meo *tract. de laesione* 90
part. 2. *cap.* 1. *n.* 72. Verum de hoc laesionis remedio, ali-
bi plurica infra, et pluribus.

CAPUT V.

De Societate Leonina.

SUMMARIUM

1. Iniquissimum est in societate, ut socius ex re damnum sentiat, non lucrum n. 3.
2. Haec talis societas dicitur leonina a legibus reprobata n. 4.
5. Socius leoninus lucro semper, damno nunquam exponitur.
6. Leonina societas dicitur insidiosa, captiosa, et honesto viro non digna.
7. Origo hujus leoninae societatis refertur, et repetitur a fabola societatis coitae inter leonem, vulpem, et asinum, et n. 8. et 9.
10. Meliorem leoninae societatis originem indicat *Cujacius*, qui exscribitur; et eminuam non hanc societatem eti magis volunt n. 19.
11. Cum potentioribus societas male coitur, nam inferior sequiorem semper partem habet.
12. Imago leoninae societatis, est laesio, quae in toto dicitur, seu in gradu extrema, et remissivo: et affertur ratio n. 13. et 14.
15. Damnum sentire, et lucrum amittere, non est eadem ratio.
16. Leonina societas consideratur dupliciter, in ordine ad damnum, et in ordine ad lucrum.
17. Quoad damnum, aspectus est triplex atque traditur infra.
18. Damnum dicitur, cum patrimonium proprium diminuatur.
20. Datur casus lucri facti cum aere, et opera socii usnimil, male perditam totum lugentis.
21. Haec dicitur iniquissima jactura, et affertur ratio n. 22.
23. Donatio gratuita non subest laesioni.
24. Societas est contractus correspectivus, qui donationem respuit.
25. Alter aspectus minor est, si deductis sumptibus, lucrum, quod superest, socius leoninus totum accipit.
26. De jure rei, ut lucrum intelligatur deductis sumptibus.
27. Socius praegravatus in d. aspectu fraudatur, quia ad hoc coitur societas, ut lucrifaciat socius.
28. Postremus aspectus est, cum negotium sociale male cessit; nam tunc socius gravatus a fortuna, non pacto laeditur.
29. Lucrum, et damnum culpa socii non contingens, est commune.
30. Pactum subeundi damnum, et non lucrum capiendi non valet.
31. Horum consequentia est similis laesioni enormissimae, quae includit dolum, et removet consensum ab actu.
32. Et contractus nullus ab initio remanet, sine ulla etiam ope rescissionis, et n. 33.
34. Perinde quasi contractus gestus non fuisset.
35. Leonina societas perinde habetur quasi coita non fuisset.
36. Et socius deceptus, ad instar enormissime laesi reintegrandus est ad primaevum statum.
37. Sicut socius gravatus non participavit de lucris, ita nec de damnis participare debet
38. Natura societatis versatur super aequalitate.
39. Pactum leoninum si est generale, vitiat societatem, secus si fuerit restrictum ad rem particularem, et n. 40. Utile per inutile non vitiatur ibidem.
41. Pactum leoninum, quod versatur in re particulari dimidiam non excedente, reducitur ad aequalitatem.
42. Pacta gravosa in societate non ita tolerantur, prout in aliis contractibus.
43. Divisio societati accedens, citra quoque laesionem reformatur, et ad aequalitatem reducitur.
44. Argumentum a majoritate rationis valet.
45. In societate habet locum remedium laesionis.
46. Socius leoninus habet optionem, stante laesione, aut permittendi rescissionem contractus, aut supplendi.
47. Si leoninus socius eligit rescindi contractum, quid faciendum, in casu damni.
48. Quid pariter faciendum in casu lucri.
49. Quid denique faciendum, in casu, quo leoninus socius velit supplere.
50. In casu autem enormissimae laesionis, societas habetur ac si non fuisset contracta, et est locus reintegrationi damnorum.
51. Sed quomodo sit faciendum, tam in casu damni quam in casu lucri traditur, et n. 52. et 53.
54. Sensus auctoris in has disputations est, ut quaevis concurrat laesio, pactum reformetur, et ad aequalitatem reducatur, et n. 55. 56. et 57.
57. Refertur textus *in leg. majoribus* 3. *cod. commun. utr. judic.* atque explicatur, et 58. 59. et 60.
61. Pactum leoninum locum habet, etiamsi conferatur lucrum, dummodo in damno adsit injustitia pacti.
62. Societas leonina cadit in animalibus, si conferatur lucrum, et periculum totum sit socii minoris, et n. 63.
64. Amplius ad pactum standi lucro, non autem damno per institores inferendo.
65. In re quoque spirituali, seu spiritualitati adnexa datur leonina societas.
66. Traditur casus duorum parochorum aequale emolumentum, non aequale onus habentium.
67. Leoninae societatis vitium inest, licet socius asininus, scivarit pacti inaequalitatem.
68. Fortius si inaequalitas fuerit magna.
69. Pactum leoninum consideratur etiam quoad lucrum.
70. Leges durius agunt in damno permittendo, quam in lucro captando.
71. Non par, eademque ratio est, amittere debita, et lucra non capere.
72. Lex facilius patitur lucrum non capere, quam damnum sentire.
73. Illa quaestio pacti, ut ad Titium lucri duae partes pertineant, damni tertia etc. n. 74. et 75.
76. Resolvitur, ut in n. 77. 78. et 79.
80. Melior resolutio et n. 81. et 82.
83. Qui nihil confert in societate, leoninam societatem contrahere intelligitur.
84. Sine capitali non datur societas, nisi leonina.
85. Damnum vitare, et solum lucrari in societate, iniquissimum est.
86. Amplius in eo, qui ex solo damno, et labore alterius socii lucrum capit.
87. Qui paciscitur in societate pecuniae unius, et industriae alterius capitale salvum, pactum erit leoninum, et ideo iniquum, et n. 88. et datur ratio n. 89.
90. Duplex causa lucrativa in eadem re, et persona interdicitur.
91. Multo minus toleratur duplex damnum, seu duplex gravamen in una eademque persona.

Iniquissimum genus societatis est, ex qua quis damnum,
1 non etiam lucrum spectet, scribit Ulpianus *in leg. si non*
fuerit 29. *in fin. ff. pro socio*, qui Cassii responsum ab
Aristone memoriae proditum ita refert, videlicet: » So-
2 » cietatem talem coiri non posse, ut alter lucrum tantum,
» alter damnum sentiret, et hanc societatem leoninam esse
» solitum appellare » et huic Cassii responso plausit ad-
modum Ulpianus ipse his verbis » Et nos consentimus, ta-
3 » lem societatem nullam esse, ut alter lucrum sentiret, al-
» ter vero nullum lucrum, sed damnum sentiret » *d. leg.*
29. *ff. pro socio*. Atque eatenus haec societas meruit ab
4 omnibus legibus proscribi, ut ait *Rota in dec.* 314. *n.* 22.
coram Ansaldo, quia leoninus socius lucro semper, damno
5 nunquam habetur expositus *Alciat. de praesumpt. reg.* 1.
n. 3. *tom.* 4. *Bertuzzol. cons.* 182. *n.* 5. *Cephal. cons*
248. *n.* 34. *tom.* 2. *Rota dec.* 455. *n.* 5. *coram Cavaler.*,
et dec. 738. *n.* 10. *cor. Pamphil.*, ut insidiosam captiosam,
et homine libero, honestoque non dignam, hanc leoninam
6 societatem vocaverint *Connan. comment. jur. civ. lib.* 7.
cap. 13. *n.* 4. *Mantica de tacit., et ambig. lib.* 6. *tit.* 8.
n. 1. *in fin.*

Placet primo originem hujus leoninae societatis perscru-
7 tari. *Duarenus in suis comment. jur. civ. in lib.* 4.
Pandectar. tit. 38. *pro socio cap.* 1. *ante fin.* ita sentit
» Veteres etiam jurisconsulti vocant hujusmodi societatem
» leoninam, ex apologo quodam Æsopi de societate leonis,
» vulpis, et asini, cum ad unum ex sociis totum lucrum
» pervenit, et alter nihil aliud, quam damnum sensit ».
Distentius, non incuriose etiam, rem melius ita exponit 8
Connan. comment. jur. civ. lib. 7. *cap.* 13. *n.* 4. ibi:
» Caeterum quod de leonina societate affertur ex Cassio,
» videtur sumptum ex hoc Æsopi apologo, ut etiam Eras-
» mus adnotavit, leo, vulpes, et asinus, inquit, fecerunt
» societatem eorum, quae venatu caperent; cum praeda
» partienda esset, leo jussit, ut asinus partes faceret, hic
» aequaliter distribuit, qua re leo indignatus, quod caete-
» ris aequaretur, asinum dilaniavit, et vulpi ut partiretur,
» jubet; at illa praedam fere totam leoni reliquit conten-
» ta minima ejus parte, quam distributionem leo ratam
» habens, interrogavit vulpem, quis illam partiri docuis-
» set, at illa calamitas, inquit, asini » plauditque *Scaccia* 9
de commerc. §. 3. *gloss.* 3. *n.* 50.

At rem, omnium melius, atque verius, uti opinor, enar-
rat *Cujacius ad lib.* 4. *cod. tit.* 37. *pro socio*. Hisce ver-
bis: » Hanc societatem Cassius solebat appellare leoninam
» etc. et leoninam, non ex eo apologo, quem omnes asse-
» runt de societate leonis, asini, lupi, et vulpis, sed ex eo
» apologo, qui residet apud Gabriam in tetrastichis de
» vulpe, et leone venatum profectis, ac deinde divisa
» praeda in tres partes, quarum unam sibi quasi rex leo
» adrogavit, alteram quasi potentior, et tertiam dixit ejus 10
» fore, qui ausus fuerit eam attingere, quo in genere man-
» sit apud alium lucrum, apud alterum labor omnis »
Quaeque vero sit hujus leoninae societatis origo veritati
proximior (equidem *Cujacii* partibus adhaereo, nam si
vulpes minimam partem habuit, in loco *Connani* non po-

tuit haec injusta in toto existimari; quia leonis industria
major fuit et utilior, et ideo majore portione digna, juxta
terminos textus *in leg. si non fuerint* 29. *in princ. et leg.
quid enim* 81. *ff. pro socio*) hoc certum, quod in eo, apo-
logi aesopiani substantia, quae traducitur, semper una est,
ut cum potentioribus perraro sit coaequalis societas, ut
inferior vel nullam, vel sequiorem jugiter partem cogatur,
11 subire *Zasius in leg. jusjurandum* §. *quae onerandae n.*
14. *ff. quarum rer. act. non dat. Connan. comment. jur.
civ. lib.* 7. *cap.* 13. *sub n.* 4. *Leotard. de usur. quaest.*
31. *n.* 21. *in fin.* docetque ipsa Phaedri fabula *lib.* 1. *fab.*
5. ibi = *Nunquam est fidelis cum potente societas* =.

Viva quidem hujus leoninae societatis imago, enormissi-
ma laesio est, aeque laesio, quae in toto dicitur, seu in
grado extremo, et superlativo contingere, juxta doctores
12 allegatos in alio meo tractatu *de laesione part.* 1. *cap.* 3.
n. 11. *ad seq.* neque injuria, nam cum hoc genus societa-
tis, prout initio dixi, sit, ex qua quis damnum, non etiam
13 lucrum spectat, meruit appellari iniquissimum *d. leg.* 29. *in
fin. ff. pro socio*. Et ideo enormissime laesivum, quia socius
praegravatus lucri expers, et expers solius damni gravatur
sarcina tantum, onerosiore, quantum est pecuniam, labo-
14 rem, et industriam perdere, et in leonini socii iniqui gra-
tiam, poenam in aere, et corpore sentire. Durius itaque est
in damno versari, quam ad speratum lucrum nequaquam
admitti, cum non par, eademque ratio sit, admittere sibi
debita, et lucra non capere, ex imperatoris Theodosii mo-
15 nito, de quo *in leg. fin. cod. de codicill.*

Hinc hoc leoninae societatis caput principaliter bifariam
16 considero, et in ordine ad damnum, et in ordine ad lucrum,
quo plenior sit in omni sua parte hujus materiae cognitio.
17 Et quoad damnum, triplex aspectus est, et cum lucrosum,
et cum damnosum finem habet societas. Damnum itaque
18 intervenire dicitur, cum proprie diminuitur patrimonium,
l. damnum 3. *ff. de domn. infect.* hoc est, ut ad rem prae-
sentem accedam, cum, negotio societatis prospere cesso,
abjecto lucro, quidquid aeris, operae, laboris industriave
impendit socius asininus (hanc societatem asininam potius,
19 quam leoninam appellari vult *Felic. de societ. cap.* 18. *n.*
17.) male perditum lugere cogatur. Jactura haec sane prior
20 eatenus iniquissima est, ut nihil supra; nam socius leoni-
nus duplex sibi lucrum adstruit, alterum propter negotium
21 bene cessum, et ex indole lucrosae societatis delatum. Al-
terum vero ab altero praegravato socio, qui aes proprium,
22 propriamque industriam insumpsit, petitum. Tanta qui-
dem jactura, locum vix jure obtinet in contractu donationis
gratuitae, ubi eo agit animo donator, ut sinat rem suam in
23 donatarium, quavis remota laesione, transire, ut in alio
meo *tract. de laesione part.* 1. *cap.* 3. *n.* 16. paulo latius,
non autem in hoc per se correspretivo societatis contractu,
qui donationis etiam causa initus ab jure ipso proscribitur
24 *in leg. societas* 5. *in fin. ff. pro socio, Constantin. vot.*
255. *n.* 81. *tom.* 2.

Alter damni aspectus in sociali negotio prospere cesso
est, si deducto sumptu, leoninus socius solum sibi, totum
que addicit lucrum. Paulo mitior est hujusmodi damni
25 aspectus, nam hoc dispositioni juris proprius accedit pactum,
nempe quia lucrum non intelligitur, nisi omni damno,
sumptuque deducto, neque damnum, nisi omni lucro sub-
26 tracto, ut in *leg. Mutius* 30. *ff. pro socio, Vinn. in* §. *de
illa num.* 4. *verbo in alia re, instit. de societ. Hortman.
Pistor. quaest. jur. lib.* 3. *quaest.* 2. *num.* 28., *Ansald.
de commerc., et mercat. disc.* 53. *num. fin. Rota decis.*
1331. *n.* 2. *et seq. cor. Emerix. jun.* Nihilosecius tamen
quia lucri parte laesus fraudatur socius, vitio suo pactum
minime caret, illa evidenti ratione, quia finis societatis
unicus, quaestus est, quem qui tollunt, naturam ipsam
27 societatis destruunt *leg. coire* 7. *ff. pro socio. Tholosan.
syntagm. universit. jur. part.* 3. *lib.* 27. *cap.* 4. *n.* 16.

Tertius damni aspectus, est cum sociale negotium vere
male cessit; in hoc gravatus socius, de quo conqueratur non
28 videtur habere, si negotium in pessum ivit, ac damnum
sensit; nam ex doctrina Ulpiani, sicuti lucrum, ita da-
mnum commune esse oportet, quod non culpa socii contigit
29 *in leg. cum duobus* 52. §. *Damna in fin. ff. pro socio*. Ve-
rum quia hujus societatis vitium, non in malo stat exitu,
sed in nobiliore sui parte, initio videlicet, seu in pacto
solum damnum subeundi sub initium convento, inde tale
pactum, veluti naturae, ac substantiae societatis contra-
rium, non valere asseruerunt *Cujac. comment. jur. civ. in
lib.* 4. *cod. ad tit.* 37. *pro socio tom.* 10. *col.* 995. *lit. A.* 30
Mantica de tacit., et ambig. lib. 6. *tit.* 5. *n.* 9.

Quaenam vero horum ita praemissorum erit consequen-
tia? Similia profecto iis, quae habentur in enormissima lae-
sione, recepta; hoc est, quod sicuti enormissima laesio in-
cludit dolum removentem consensum ab actu seu contra-
ctu, quemadmodum docent *Gamma dec. Lusit.* 94. *n.* 3. 31
Panimoll. dec. 151. *n.* 22. *Constantin. vot.* 119. *n.* 7.
Rota dec. 627. *n.* 24. *coram Ansald. dec.* 75. *n.* 1. *coram
Herrera, et dec.* 286. *n.* 1. *coram Ratto*; ita ut nullus
ipso jure usque ab initio contractus remanserit *Faber. in* 32
cod. lib. 4. *tit.* 30. *defin.* 3. *per totam, Card. de Luca de
renunciat. disc.* 14. *sub n.* 3. *Constantin. vot.* 119. *n.* 7.
Rota dec. 759. *n.* 7. *coram Lancetta, et dec.* 286. *n.* 1.
coram Ratto, sine ulla etiam ope rescissionis *Rota in Ro-* 33
mana laesionis 9. *februarii* 1756. §. 2. *coram cl. mem.
Card. Bussio, et in Romana laesionis* 27. *martii* 1767.
§. 8. *coram bon. mem. Monnelli*, perinde quasi contractus
gestus nunquam fuisset *Tartoglia de reservat. statutar.* 34
artic. 62. §. 6. *n.* 143. ubi concordantes.

Ita pariter leonina societas perinde gesta habeatur, atque 35
si gesta non fuisset, et consequenter socius praegravatus ad
pristinum statum reintegrandus sit cum omnibus damnis,
si quae passum fuisse constiterit, veluti ferme de enormis-
sime laeso dicitur, et probavi in d. alio meo tractatu *de* 36
laesione parte 1. *cap.* 3. *n.* 162. *ad* 165. Addita illa cor-
respectivitatis ratione omnium potissima, quod sicuti supra-
scriptus socius laesus ex maligna natura leoninae societatis
nequivisset participare de utilibus, ita pariformiter neque 37
de damnis, et sumptibus particeps fieri debet, secundum
societatis naturam super aequalitate versantem, *Mantica* 38
de tacit. et ambig. lib. 6. *tit.* 4. *n.* 7. *ad seq.* ubi latissime.
Idque eatenus tamen, si pactum, solum damnum uni con-
ferens sit generale, *secus si* fuerit particulare, et ad aliquam
damni ratam coercitum, nam hoc casu, sublato pacto vitio-
so parti rei socialis adjecto, juxta notam regulam *textus in* 39
cap. utile 35. *de regul. jur. in* 6. *et in leg. qui testamento*
38. *ff. de legat.* 2., *et leg.* 1. §. *sed si ff. de verb. oblig.*
maneat societas aequaliter prout de jure inter socios par-
tienda *Gratian. discept. for. cap.* 768. *n.* 5. 15. *et* 17. *tom.* 40
4., quem laudat *de Valent. de contract. vot.* 18. *n.* 172.

Rationem vero patulam hujusmodi habet conclusio, quia
si vitium pacti leonini in re manet dividuus et quod ma-
gni interest, in parte rei socialis dimidiam de jure, et de
statuto tertiam non excedente, cadit: res, propterea quod
de societate agitur, reformatur, ad suam aequalitatem re-
ducitur, firma manente societate, tametsi ultra dimidiam
de jure, et ultra tertiam de statuto urbis, non interveniat
laesio; nam quaedam pacta gravosa, non ita in societate to- 41
lerantur, prout in aliis contractibus, propter illud jus fra-
ternitatis, quod in sese habet societas, veluti peracute per-
pendit *Azo in summa cod. lib.* 4. *in rubrica pro socio n.* 42
8., et sicuti divisio, quae aequalitatem exquirit, et societa-
ti proprius accedit, citra quoque laesionem, ad suam ae-
qualitatem reducitur, *ex Dec. cons.* 350. *fere per tot.* 43
Hermosill. ad Lopez. gloss. 9. *leg.* 56. *tit.* 5. *part.* 5. *n.*
12. *Roderic. de annuis reddit. lib.* 1. *quaest.* 11. *sub n.*
33. *Gratian. discept. for. cap.* 324. *n.* 11. ita pariter ipsum
posse fieri in societate videtur, propter majoritatem quoque
rationis, ut ajunt, *Arg. textus in leg. libertum* 64. *ff. de* 44
ritu nupt. Rota in dec. 173. *n.* 17. *part.* 4. *tom.* 1. *re-
centior.*

Quod si forte leoninum pactum, ita grave esset, ut alte-
rum socium, ultra dimidiam de jure, et ultra tertiam de
statuto urbis, laederet, non dubito si laesa pars velit, fore
locum remedio *leg.* 2. *cod. de rescind. vendit.*, quod in
societate etiam locum obtinere, compertissimi juris est *Arg.
leg. unde si Nervae ff. pro socio, Cagnol. in leg.* 2. *n.* 42. 45
et 61. *cod. de rescind. vendit. Voet. in pandect. lib.* 17.
tit. 2. *sub n.* 8. *pro socio, Viv. commun. opin.* 1147. *n.*
3. *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *cas.* 73. *n.* 3. *Hermosill. ad
Lopez. gloss.* 56. *tit.* 5. *part.* 5. *n.* 9. *cum seq.* et hoc casu
se res mirum in modum habebit; nam socius leoninus, ver-
bi gratia, alterum socium ultra dimidiam decepit; optio-
nem ille habet, aut rescindendi societatem, aut supplendi
quod deest, mediente reductione ad aequalitatem *d. leg.* 2. 46

cod. de rescind. vendit. Si socius leoninus eligit rescinde-
re societatem, quid erit acturus in casu, quo usque ad tem-
pus moti judicii sociale negotium male cesserit? Nunquid
partem obvenienti damni respondentis capitali socii laesi eidem
47 attribuet? Ita certe videtur, atque melior fiet socii laesi
conditio, nam vice totius damni, illius partem dumtaxat
subibit. Quod si vice damni lucrum societati obvenerit, et
tunc socius laesus, eam lucri partem habebit, quam, si res
juste gesta ab initio extitisset, habiturus fuisset, quo etiam
48 in casu socii laesi conditio semper melior erit. Quod si de-
mum leoninus socius elegerit supplere quod deest, videli-
cet societatis partes ad aequalitatem redigere, et hoc etiam
tertio casu socius laesus suam conditionem meliorem effi-
49 ciet, quia totius damni sarcina relevatur, et proportiona-
tam capitali suo utilium partem consequitur.

Ut videamus restat, quid juris in casu quo leoninus so-
cius alterum enormissime deceperit. Sed hunc, supra, ca-
50 sum abunde disputavi, et rite, ni fallor, conclusi, societa-
tem perinde, quasi contracta non fuisset, haberi, deque
omnibus socium deceptum damnis reintegrari. Sed quomo-
do id faciendum, hic opus, hic labor: nam si ita, veluti si
nunquam esset contracta societas haec consideretur, et hoc
51 casu capitali per decipientem una cum sumptibus, restitu-
to, pretioque operarum, siquae intervenerunt, soluto, so-
cius enormissime deceptus, a negotio forsan male cesso in-
demnis abeat; eoque res pervenit, ut socius leoninus de
decipiente deceptus efficiatur; digna poena, pro excessivo
lucri studio, decipientium. Sin autem negotium sociale pro-
52 spere cessit, et hoc posteriore casu debebit socius deceptus,
suo capitali, ut supra, sumptibusque receptis, ab utilibus
vacuus discedere, decipiente melioris conditionis effecto;
53 abrogato enim contractu, tituloque ad non titulum redacto,
ita tenendum, ita servandum.

Verumtamen, praeterquod, re ita ad formam juris reda-
cta, duriuscula se praeberet universa utilium favore deci-
pientis remissio, et insuper, ut hoc rite expleatur judicium,
in ambages plurimas, sumptusque oporteret impingere, ve-
luti in judicio laesionis evenire, rerum edocet, usus idque
eatenus, ut non raro deterius sit ipso malo remedium; pu-
54 taverim factu optimum, rem ita temperare, et in melius
componere, quamvis habeat pactum leoninum, vel non ha-
beat laesionem, futurum omnino puto, et partibus indis-
criminatim utilius, et commercio magis expediens, ut firma
societate manente, res tota, ad formam socialium legum,
55 reformetur, suamque ad aequalitatem redigatur, juxta mo-
nitum imperatorum Diocletiani, et Maximiani datum super
56 inaequali divisione, ut jam dixi huic materiae societatis
proxima in *leg. majoribus* 3. *cod. commun. utr. judic.*
ibi » Majoribus etiam per fraudem, vel dolum, vel perpe-
» ram sine judicio factis divisionibus, solet subvenire,
57 » quia in bonae fidei judiciis, quod inaequaliter factum
» esse constiterit, in melius reformabitur ».

In melius reformabitur, ait textus, et non ait, rescinde-
tur, ad non esse redigetur divisio; et hoc licet eadem divi-
58 sio secuta ibi supponatur, *per fraudem*, vel *dolum*, vel
perperam, hoc est per dolum, et fraudem removentem
consensum ab acto, ac divisionem ipso jure irritantem; si-
59 militer *perperam*, scilicet male, contra legum placita, et
non sine enormi saltem laesione. Haec tamen nihilo secius
obstantibus, rigido legum, et judiciorum ordine abjecto,
reformatio divisionis indicitur in textu superius recitato.
Plenam hanc esse aequitatis legem, omnique laude dignam,
60 et ideo a quovis judice sequendam, pluribus demonstravi
in alio meo *tractatu de laesione part.* 2. *cap.* 12. *n.* 44.
et fere usque fin.

In re quaque autem posse hoc vitium leoninae societatis
contingere, palam est; non solum si solo damno, sine ullo
lucro alter gravetur socius, sed etiamsi conferatur quaestus,
61 dummodo in collatione damni, injustitia illuceat, atque
inaequalitas *Mantica de tacit., et ambig. lib.* 6. *tit.* 8. *sub
n.* 14. *Calcagnin. ad mater. feudal. observat.* 16. *n.* 63.,
et observat. 18. n. 61. *Constantin. vot.* 255. *n.* 40. 41.
cum duob. seq. tom. 2. ut puta si sociorum alter nihil in-
dustriae, nihil pecuniae conferat, et indemnis lucrum pro
dimidio participet, *Rota in Romana, seu Novarien.* 29
martii 1756. §. 4. *coram bon. mem. Stadion*, impressa
apud *Constantin. vot.* 255. *n* 67. *et seq. tom.* 2. Ergo et
in semoventibus leonina haec cadit societas, ita ut si in so-
cietatem animalia tradantur, ut in fructibus, et commodi- 62
tatibus dumtaxat communio, et participatio fiat, periculum
tamen, seu damnum illorum, totum transferatur in alterum
socium, ita quidem ut, si pereant, aut deteriora animalia
socialia fiant, quacumque ex causa, ex culpa etiam socii
levissima, ex ipso rei judicio, vel casu etiam fortuito, to-
tum damnum consocii sit, non domini animalium; leoni- 63
nam hanc esse societatem probat *Copon. de pact. et stipu-
lat. cap.* 18. n. 19. Parilem causam habet conventio standi
lucro, non autem damno per institores inferendo in nego-
tium sociale, ex *Fontanell. decis. Cothalon.* 508. *n.* 20. 64
tom. 2.

In re quaque, dixi, leoninam societatem irrepere; ergo
etiam in re spirituali, seu spiritualitati adnexa, puta si duo
in eadem Parochia curam animarum gerant in solidum, et 65
emolumenta parochialia ex aequo percipiant, si porro eo-
rumdem Parochorum alter, vel diu, vel noctu ab exercitio
curae se abstineat, injuste facit, et in vitium leoninae socie-
tatis impingit, ex *Clericat. discord. forens. de benefic. di- 66
scord.* 50. *n.* 33. *et* 34. *tom.* 1. Quoties dixi, socio decepto,
aut alias gravato esse adversus leoninum plene succurren-
dum, obtinere id locum scito etiam in casu, quo socius gra-
vatus, sciens prudens ita contraxerit, et inaequalitatem pa-
cti praenoverit *Constant. vot.* 255. *n.* 76. 77. *et* 78. *tom.* 2. 67
de Valent. de contract. vot. 18. *n.* 164. plurimum vero si
inaequalitas magna intervenerit *de Valent. ibid. n.* 176. 68
ad seq.

Vitium leoninae societatis considerari haetenus in ea par-
te, quae damnum respicit, ut in alia modo lucri etiam par- 69
te consideretur, restat. Certi juris est, leges duriores esse in
permittendo damno, quam lucro, ita ut in lucro hoc majus
sit, minus re, procliviores sint, ac mitius agant, juxta do- 70
ctrinam *textus in leg. fin. cod. de codicill.* ibi = *Non enim
par, eademque ratio videtur, amittere debita, et lucra 71
non capere* =, et quod lex facilius permittat lucrum non
facere, quam damnum sentire, statuit *Rota in dec.* 795. *n.* 72
27. *coram Emerix jun.*

Hinc super illa quaestione, quam imperator Justinianus
proponit *in §. de illo sane instit. de societ.*, videlicet, si
Titius, et Sejus inter se pacti sint, ut ad Titium lucri duae 73
partes pertineant, damni tertia, ad Sejum duae partes da-
mni, lucri tertia, utrum rata talis haberi debeat conventio;
licet Quintus Mutius negaverit, Servius autem Sulpicius
affirmaverit, se tamen Servio Sulpicio imperator addidit,
Quinti Mutii sententiam rejecit, et relatam pactionem, tam-
quam a vitio leoninae societatis immunem, valere definivit, 74
loco dudum citato, cui additur *leg. Mutius* 30. *ff. pro socio*;
et adeo d. Servii Sulpitii praevaluit sententia, ut Justinianus
illud etiam conveniri posse affirmaverit, unum socium suam
lucri partem ferre, et damnum sentire nullum debere, ut
in eodem §. de illa instit. de societ. 75

Equidem priorem Justiniani textus partem, sive jus com-
mune, sive statutum urbis spectetur, non injustam de ri-
gore existimo; nam si unus socius de *triginta* sibi *decem* u-
tilium nomine stipulatur, hoc est tertiam lucri partem, cum
alias *quindecim* consequi jure debuisset, in illa jactura 76
quinque desideratur excessus ultra dimidiam de jure, et ul-
tra tertiam de statuto urbis, nam d. jactura *in quinque* po-
sita, in eo puncto consistit, quod tertiam attingit, sed non 77
excedit, veluti ad habendam laesionem de statuto enormem
requiritur; quod ipsum debet peraeque intelligi de duabus
damni partibus, nec dimidiam de jure, nec tertiam de sta-
tuto excedentibus. Posterior autem judicati textus Justinia- 78
nei pars, in qua socius lucri partem, et damnum nullum
sentit, est, secundum aliquos, intelligenda de damno con-
tingente non in capitali societatis, nam secus sibi textus con-
tradiceret, et leoninam societatem deleret, sed intelligenda
est de damno contingente in lucris, seu societatis utilibus,
veluti explicant allegati per *Mantica de tacit., et ambig.* 79
lib. 6. *tit.* 8. *n.* 3. quae mihi expositio, tamquam nimis de-
torta, eidemque *Manticae loc. cit.* n. 4. suspecta, vere non
placet; commodior itaque erit *Vinnii* expositio, qui recte 80
ait, leoninam tum inesse societatem, cum quis damnum
dumtaxat, non etiam lucrum expectat, sed in litera Justi-
niani is qui indemnis abit, non totum lucrum, sed lucri
dumtaxat partem stipulatur ibi = *lucri partem ferat* = pot-
est quidem fieri, ut illa pars lucri minima sit, et ratione
suae paucitatis additae etiam industriae socii indemnis, com-

81 penset illam damni aversionem in stipulatu deductam, ita
Vinn. ad d. §. de illa sane n. 4. instit. de societ. Quod
si totum damnum cum sua lucri parte alteri socio adjectum,
juxta ea, quae dixi, contractum constituat laesivum, non
dubito, superius iudicato, fore locum rescissionis, seu re-
82 formationis remedio. Verum quia mea sensim oratio delapsa
est in partes societatis, hic subsisto, deque iis infra loco suo
commodius, latiusque edisseram.

Illud quoque pro certo erit ad hanc leoninam societatem
referendum, ut si sociorum alter vel capitale, vel industriam
conferat in societatem; alter vero nihil conferat, nullimode
sit de hoc vitio societatis dubitandum, quemadmodum obser-
83 vat *Felic. de societ. cap. 9. n. 54. Rota in dec. 240. n. 13.
coram Kaunitz.* Jam alias probavi capitale, sit in pecunia,
sit in mercibus, sit in industria, fundamentum esse socie-
tatis, totum, sublato enim hoc fundamento, caetera cor-
84 ruant, necesse est; et sicuti rursus qui nihil ponit, inde-
mnis consequenter abit, leoninam hic societatem interveni-
re, dicamus oportet, quia talis nomine tantum, non re so-
cius, lucro, si quod obveniret societati, se objiceret, da-
mnumque vitaret, id quod iniquissimum esse societatis ge-
85 nus, pronunciavit *Ulpianus in leg. si non fuerint 29. in
fin. ff. pro socio*, plausitque *Rota in Romano, seu Sabi-
nen. societatis 18. junii 1753. §. 4. cor. illustriss. D. Figue-
roa.* Idem juris est in eo, qui ex solo alterius socii labore,
et damno, lucrum expectat. *Decian. respons. 39. n. 9. vol. 1.* 86

Sunt etiam, qui ad classem hujus leoninae societatis refe-
runt illam inter socios initam conventionem, per quam al-
ter ponit operam, seu industriam, alter vero pecuniam po-
nit, vel aliud capitale, eo tamen addito, ut si res male et-
iam cedat, capitale hujus sit semper salvum, ita sentit *Cy-* 87
riac. contr. for. 465. n. 9. et 10. cum duob. seq. tom. 3.
iniquam vero, hanc esse pactionem sustinet etiam *Carpan.* 88
ad statut. mediolan. cap. 483. n. 104. tom. 2. Et recte,
ni fallor, quia potest fieri, ut sociale negotium in pessum
eat, quo in casu is, qui posuit operam, duplex sentiret
damnum, alterum amissae operae, industriaeve, et alterum
servandi indemnem capitalis dominum; si porro duplex 89
causa lucrativa in eadem re, et persona interdicitur *Vinn.
ad §. si res n. 2. instit. de societ.* multo sane minus tole- 90
rari debet duplex damnum, ex regula, quod duplici onere
gravari nemo debet, *ad textum in leg. navis. §. cum autem* 91
*ff. ad leg. Rhodiam de jactu, Rota dec. 672. n. 3. in fin.
part. 1. rec.* Verum de his iterum altius, ac separatim infra.

CAPUT VI.

De Societate ad caput salvum.

SUMMARIUM

1. Quaestio capitis salvi est dura, perplexa, et salebrosa.
2. Auctor pollicetur sectari rationem.
3. Formula *ad caput salvum*, significat assecurationem a periculo, et jactura capitalis.
4. Consideratio capitis salvi triplex, et traditur.
5. Assecuratio simplex capitalis, licita, si pro mercede, in pretio, vel praemio respondente periculo consistit, et assimilatur sponsioni, seu jactui retis.
6. Tota justitia pretii, vel praemii in illo majori, vel minori periculo consistit ad instar pecuniae trajectitiae, et n. 7.
8. Similiter ad instar census vitalitii, societatis officii, necnon etiam ipsius fidejussionis, et n. 9. et 10.
11. Ad hanc refertur classem societas assecurationum, de qua remissive.
12. Assecuratio etiam datur in contractu bino, et datur exemplum e *textu in leg. si Margarita ff. pro socio* deductum, et n. 13.
14. Indicatus *textus* continet contractum binum, atque exponitur.
15. Casus d. *textus*, sed existimatur contractus innominatus, vel societatis, vitio caret n. 16. et 17.
16. Usuraria conventio est, in qua uni totum vel periculum, et alique lucri pars attribuitur.
18. Suprascriptus *textus* habet minorem dubitationem, si contractum societatis contineat, et quare n. 19.
20. Dispungitur *decis. 46. coram Tanar.* super contractu bino, et 21. 22. 23. et 24.
24. Conventio dubia capitalis salvi in fine societatis restituendi, intelligitur, quatenus salvum extet, secus a contra.
25. Periculi susceptio quandoque refertur ad fructus, et non ad capitale.
Mercatores ipsam utilium emissionem damnum vocent ibid.
26. Sixtus V. damnavit contractum trinum, non contractum binum.
27. Contractus binus est, si unus confert industriam, alter pecuniam, cum assecuratione certi lucri, et n. 28.
29. Assecuratio certi lucri in societate, est implicita emptio boni, vel mali exitus futuri.
30. Quandocumque fit talis assecuratio, vel initio, vel ex intervallo, valet.
31. In casu decisionis, de qua supra n. 20. reperitur assecuratio fructuum, non capitalis.
32. Dubitatur, an in contractu bino assecuratio capitalis sit licita.
33. Pro affirmativa stat ratio quia Sixtus V. trinum, non binum prohibuit contractum.
34. Constitutio Pontificis juris communis correctoria de uno contractu ad alium non extenditur.
35. Auctor neque in bino contractu assecurationem capitalis licitam proponit.
36. Binus contractus continens assecurationem certi lucri, non capitalis permittitur.
37. Juris fontes excludentes capitale salvum in societate, indicantur.
38. Refertur textus *in l. si non fuerint 29. ff. pro socio.*
Pactum salvi capitis sub ea conditione valet, si tanti sit damnum pecuniae unius, quanti operae alterius, ibidem.
39. Damnum in diminutione proprii patrimonii consistit.
40. Et lucrum intelligitur, deducto damno.
41. Textus, de quo supra n. 38. dispungitur, qui loquitur de utroque socio tam pecuniam, quam industriam conferente, n. 42.
43. Ut in utroque socio fiat aequa laeve compensatio, et n. 44.
45. Pactum ergo indemnitatis, seu capitis salvi sub conditione valet, hoc est si damnum operae non sit ultra pecuniam, nec damnum pecuniae ultra operam, et datur ratio, n. 46. et 47.
48. Cum societas contrahitur, tam lucri, quam damni communio initur.
49. Amplia, ut haec damni, et lucri communio, sit de essentia societatis, n. 50.
51. Qui sibi salvum caput stipulatur, certum lucrum licet moderatum paciscitur, sed hoc non potest conciliari cum societate, et cur? n. 52. et 53.
54. Lucrum non intelligitur, nisi omni damno deducto, neque damnum, nisi omni lucro deducto.
55. Ex hac etiam parte d. pactum salvi capitis non valet.
56. Unus socius potest sero suo capitale societatis augere, usuras convenire, et sic socii, et creditoris personam geminare.
57. Sed si percipit usuras, non potest ex eadem pecunia, alterum sociale lucrum habere.
58. Verum debet personam socii exuere, et n. 69.
59. Incompatibilis est persona socii cum capite salvo.
60. Potest socius geminare suam personam tum socii participantis, tum creditoris sub usura etiam credentis, n. 68.
61. Socius impendens in causam societatis servetur indemnis etiam ab usuris, si quas forte persolvit.
62. Amplia ad expensas etiam utiles.
63. Officium suum nemini debet esse damnosum.
64. Socius suam pecuniam credens societati, petit illas usuras, quas ab alio recepisset.
65. Metuere significat etiam pecunias ad usuras credere.
66. Socius potest pecunias suas credere societati sub usuris.
67. Et si usuras in stipulatum non deducit, potest petere quod sua interest.
In eo autem quod interest continetur non solum, quod abest, sed etiam quod creditor lucrari potuit ibidem.
70. *Decis. 570. Emerix jun.* continet duos casus qui exponuntur.
71. Socius conferre promittens 1000., si 300. confert solum, potest alter dd. 500. de suo supplere, et usuras convenire.
72. Amplia ut possit etiam caput salvum pro dd. 500., pro altero socio suppletis paciscí tamquam creditor, et figuram retinere socii, atque datur ratio n. 73. 74. et 75.
76. Ambo socii contulerunt mille, alter eorum vult augere capitale in alio mille, an possit usuras, et caput salvum convenire.
77. Quoad usuras potest sibi illas stipulari, sed pro 500. sua pro parte alterius socii, non pro integris 1000, et solvitur objectum n. 78.
79. Quoad vero caput salvum, non potest, nisi exuat personam socii, et datur ratio, et solvitur objectum, n. 80. et 81.
82. Socii quandoque teneatur creditoribus ultra capitale, semper tamen tenentur in solidum, n. 83. et 84.
85. Actio, et passio non datur in eodem subjecto; id quod contingeret, si in casu proposito admitteretur caput salvum, n. 86.
87. Consilium auctoris est in casu quo unus socius augeat capitale 2000. societatis ad 3000. de proprio, ut sibi stipuletur duas ex tribus partibus utilium.
De hac materia salvi capitis remissive, ibid.
88. Magna quaestio *de trino contractu* in societate, qualis sit, et quomodo concipiatur late exponitur, n. 89. 90. et 91.
92. Ante annum 1586. hunc contractum in societate trinum, alii doctores licitum sustinebant, alii uti illicitum reprobabant.
93. Supervenit eodem in anno constitutio Sixti V., quae damnavit dictum contractum trinum in societate.
94. Tenor d. constitutionis Sixtinae refertur, quae antecedentem conveniendi modum proscribit, et futurum praescribit et n. 95. et 97.
95. Sequitur tenor Sixtinae constitutionis super modo contrahendi societatem in animalibus, aliisque rebus, et n. 98. 99. et 100.
96. Extra quem modum, nullum declarat contractum, naturalem, et civilem obligationem tollit, et caetera pacta inaequalitatis constituit n. 101. 102. et 103.
104. Post hanc publicatam constitutionem non defuerunt denuo qui

licitum, et qui illicitum, contractum trinum in societate defenderent.
105. Referuntur doctores sustinentes licitum in societate contractum trinum.
106. Hujus opinionis doctores duas conditiones praescribunt, alteram, ut major lucri pars cedat socio suscipienti periculum, et alteram ut lucrum conventum sit moderatum et n. 107.
108. Hanc opinionem esse receptam in Urbe, et in tota Italia, tenet Rota Romana.
109. Constitutionem Sixti V. non obstare dicunt, quia in quadam Signaturae Gratiae eam viva voce declaravit idem Sixtus V.
110. Altera doctorum opinio in contrarium, est fortior, gravior, atque communior, iniquum esse sustinens, ut alter socius sit cum capitali salvo, et alter cum capitali fracto.
111. Et pro hac opinione stat Rota Rom. modernior, atque recentior.
112. Haeret auctor in quam partem sit abiturus, et adducit rationem et n. 113.
114. Ille ratio primae opinionis, reposita in moderatione lucri certi conventi, non persuadet, quia si adest usura plus, et minus illam non tollit.
115. Oraculum divinum sit *nihil sperantes*, qui dicit nihil, totum excludit et n. 117.
116. Majoris, vel minoris lucri stipulatio respicit justitiam, vel injustitiam conventionis reducendae, non usuram et n. 117.
118. Quam auctor desiderabat alterius posterioris Pontificis declarationem, invenit in synodo dioecesana Benedicti XIV. et n. 119.
120. Tenor d. synodi *lib.* 10. *cap.* 7. in substantia refertur, et n. 121.
122. Tenor ad literam *d. cap.* 7. §. 5. super qualitate foeneratitia contractus trini n. 123., et 124.
125. Refertur ibi *cap. navigantis de usur.* atque vindicatur et n. 126. et 127.
128. Conclusio synodi Benedicti XIV. super contractu trino, est, ut ipse non damnaverit illum, sed consilium dederit episcopis, ne eum permitterent dioecesanis, et n. 129. et 130.
131. Opinio auctoris est conformis consilio Benedicti XIV., in re has periculum spirituale animarum continente et n. 132.
133. Consilium testatoris in re profana est praeceptum, tale multo magis erit consilium summi Antistitis in re spirituali.
134. Verba hortatoria superioris potestatem habentis sunt praeceptiva, et inducunt necessitatem.
135. Expungitur decisio Rotae Romanae, contractum trinum in tota Italia licitum statuentis, per *Card. de Luca*, et n. 136.
137. Aliae decisiones incidenter loquuntur, et ideo non merentur attendi.
138. Moderniores d. Rotae decisiones, vel se abstinuerunt a definitione hujus articuli, vel si urxit definiendi necessitas, illicitum habuerunt contractum, et n. 139.
140. Indicantur quatuor decisiones posteriores licitum definientes contractum trinum.
141. Referuntur verba unius dd. decisionum, item ratio decidendi, et respectiva applicatio, et n. 142. et 143.
144. Qui in causa ibi judicarunt, non potuerunt videre subsequens monitum Benedicti XIV., non juris fontes rite explorarunt, minusque ponderarunt usuram a majori, vel minori fructu convento non pendere et n. 145. et 146.
147. Opinio, seu responsio auctoris ad dictas tres ultimas decisiones rotales, est, ut qui trinum contractum sibi stipulatur, non sit socius n. 148. et 149.
150. Illatio vero necessaria est, ut socius qui sibi usuras cum capitali salvo stipulavit, non sit socius, sed simplex creditor et n. 151.
152. Auctor sibi suggestur, decisiones, de quibus supra n. 140. fore revocandas, prout alias alibi accidit.
153. Dubitatur an talis socius effectus non socius possit licite pactas usuras percipere, et resolvitur affirmative, concurrentibus requisitis, de quibus remissive et n. 154. et 155.
156. Conclusio est, ut contractus trinus in societate non sit tolerandus.
157. Assignatur unicus casus in quo permittitur contractus trinus: puta si fructus quotitativi, non quantitativi conveniantur, et n. 158. ad 162.
163. Caput salvum sit in bino contractu, vel in trino conventum, est semper illicitum.
164. Non sola eversio periculi, sed etiam quantitativarum usurarum conventio, illicitum reddit in socio contractum, et affertur ratio.
165. Usurae capitalis in quota conventae si fuerint modicae, aut excessivae, non constituunt caput illicitum, sed injustum, et reformabile.
166. Constitutio igitur Sixti V. est in vigore, et contractus trinus, sive ex capite salvo, sive ex usura quantitativa est damnatus.
167. Unus socius cum alio convenit, ut vel ipse, vel tertius, constituto pretio, vel praemio, capitale assecuret: an sit licita conventio.
168. Respondetur negative, quia est mera subtilitas.
169. Quid faciendum post contractum trinum jam executum.
170. Dubium maxime intrat quando negotium male cessit, non semper quando bene cessit et n. 171.
172. Si ergo male cessit negotium, capitale non est restituendum.
173. Nec ei qui caput salvum sibi stipulatus est prodest contractum esse nullum, et ideo ad primaevum statum restitui.
174. Si negotium bene cessit dominus, capitalis non petit fructus, et quos percepit, in ejusdem capitalis extenuationem cogitur compensare.
175. Solutum ex naturali obligatione licet non repetitur, limitatur tamen in casu praesenti, in quo Sixtus V. sustulit etiam naturalem obligationem et n. 176.

Dura, perplexa, et admodum salebrosa haec quaestio est,
propter theologorum, canonistarum, et maxime forensium
1 jurisconsultorum sententias in diversum abeuntes. Equidem vero singulos percurram, illorum magis rationem, quam auctoritatem perpendam, et qua in parte persuasus extitero, ibi persistam. Formulam sane illam *ad caput salvum*, assecurationem a periculo, et jactura capitalis, significare, jam per se quisque intelligit. Hoc igitur primo est ex or-
3 dine videndum, an capitalis assecuratio sit in commercio licita.

Tripliciter hoc assecurationis caput considero, in sche-
4 mate contractus *simplicis*, contractus *bini*, et contractus *trini*. Et quoad primum; pro qualitate liciti contractus, stat ratio generaliter ipsa. Nam assecuratio, re quidem emptio, et venditio est periculi, quod rei assecuratae dominus avertit, et assecurator respective suscipit pro certo pretio, vel praemio; juxta majorem, vel minorem periculi naturam,
5 ita ut sponsioni, et jactui retia assecuratio haec aequiparetur, ita *Molin. de just., et jur. tract.* 2. *disput.* 507. *n.* 2. 4. *et per tot, Rocchus de assecurab. notat.* 3. *n.* 7. *Cyriac. contr. for.* 465. *n.* 18. *Leotard. de usur. quaest.* 31. *n.* 14. *Scaccia de commerc.* §. 1. *quaest.* 1. n. 129. *Less. de just. et jur. lib.* 2. *cap.* 28. *dubit.* 4. *n.* 24. *Ansald. de commerc., et mercat. disc.* 70. *n.* 4. *Rota dec.* 597. *n.* 7. *et* 8. *coram Merlin., et in dec.* 369. *n.* 97., *et decis.* 373. *n.* 6. *part.* 19. *tom.* 1. *rec. et dec.* 192. *n.* 3., *et dec.* 205. *n.* 2. *et* 3. *tom.* 5. *part.* 1. *in nuperrim.* Et in illo jacturae periculo tota consistit justitia pretii, mercedis, praemii, usurae, et hujusmodi stipulata, quae assecuranti praesta-
6 tur. *Volent. de contractib. vot.* 18. *n.* 26. *Rota in decis.* 116. *n.* 13. *tom.* 5. *part* 1. *in nuperrim.*, veluti ferme
7 hac retenta regula, contingit in pecunia trajectitia, *textus in leg.* 1. *ff. de nautico foenore*, item in censu vitalitio
8 *Card. de Luca de censib. disc.* 36. *n.* 13., *et in Romana contractum vitalitiorum* 25. *junii* 1753. §. 9. *coram clar.*
9 *mem. Card. Molino.* Similiter in societate officii *Fagnan. in cap. naviganti n.* 54. *de usur.* aliisque omissis in ipsa
10 fidejussione etiam *Constantin. vot.* 32. *per tot. tom.* 1. et ad hoc referri commode potest ipsa *societas assecuratio-*
num = de qua paulo inferius in hac prima hujus tractatus 11
parte separatim.

Ad assecurationem in contractu *bino* cadentem descendo.
Vivam hujus contractus imaginem exhibet Ulpianus *in leg.* 12
si margarita 44. *ff. pro socio*, his verbis « Si margarita » tibi vendenda dedero, et si ea decem vendidisses, red- » deres mihi decem, si pluris, quod excedit, ut haberes; » mihi videtur, si animo contrahendae societatis id actum
» sit, pro socio esse actionem, sin minus praescriptis ver- 13
» bis ». Hic nunc non inquiro, an recitatae legis casus sit contractus societatis, qui pro socio praestat actionem, seu magis contractus innominatus; qui actionem praescriptis verbis suppeditat; sed bene ad rem observo binum esse in eo contractum; alterum societatis, vel si placet innominati contractus, inter margaritae dominum, et suam industriam pro illius venditione conferentem, et alterum assecurationis pretii d. margaritae in illis decem, quae conferens operam,
integra, margaritae domino debet, tametsi minoris ea ven- 14
diderit. Ulpianus hunc contractum, nullo vitio infectum innuit; et merito, nam si ponens operam subit periculum supplendi pretium usque ad illa decem in stipulatum deducta, vicissim quoque subest illi majori lucro supra decem forte reperiendo, quod si se deceptum sensit, et margarita non tanti veneat, nonnisi de se ipso, quod ejusdem mar-
garitae valorem non exploraverit, conqueri posse videtur. 15
Neque vero si in schemate societatis spectetur casus recitatae legis tribuentis, *quod excedit* dumtaxat illa decem, operam suam locanti, duriusculus illucet, et usurariam con-
ventionem redolet, quemadmodum innuere videtur *Rota* 16
post Salgad labyrint. credit. dec. 101. *n.* 30. nam urget ratio; quia operam praestans non *omne periculum* Margaritae, ut ait relata decisio, subest, sed illud dumtaxat minus,
quod infra decem margarita venierit, ita ut hunc binum 17
contractum sine vitio recte Ulpianus definierit.

Longe vero minoris dubii erit, si recitatae legis casus ita interpretetur, ut pretio decem margaritae non reperto, quod
deest, supplere non teneatur qui ponit operam, quemadmo- 18
dum sentire videtur *Cyriac. contr. for.* 465. *n.* 15. qui praeterea eodem loco *n.* 14. duriorem proponit casum alle-

gato testui cohaerentem, videlicet in quo is, qui pro ven-
denda margarita posuit operam, et pretio supra decem re-
peto, illius dumtaxat deberet partem lucrari dimidiam altera
dimidia margaritae domino soluta, tametsi ergo in hoc po-
steriore casu minori lucro subsit operam, atque industriam
19 conferens, nihilominus quia indemnis abit, vitio quovis
expertem existimat contractum, ut in *d. controv. for.* 465.
num. 14.

Hujus bini contractus naturam de jure validam, penitius
20 dispungit *Rota in dec.* 46. *coram Tanario*. Ait enim,
mercatorem contraxisse cum alio industriam suam conferente
societatem in certam negotiationem; ei mercator socius scuta
mille numeravit, pacta lege, ut in fine anni d. summa si
restitueretur integra. Circa utilia vero convenit, ut illa ex
21 aequo dividerentur. En primus contractus, qui societatis
est; subdit vero postea decisio, ut quae futura esset suorum
utilium incertorum medietas ad se mercatorem pertinens,
eamdem socio cesserit, ut usuram sortis dumtaxat, ad ra-
22 tionem sc. 5. in singula quaeque centum, sibi rependeret;
et hic est secundus contractus, super assecuratione videli-
cet lucri stipulatus. Male cessit negotium, et lucrum abfuit;
contendebat socius, qui contulit operam, nullum esse con-
tractum propter vitium capitalis salvi, omni jure damnati.
23 Duplici fundamento nullitatem respuit *Rota*, primum fuit,
quod promissio restituendi sc. 1000. in fine societatis, intel-
ligenda foret, quatenus eadem mille non fuissent deperdi-
ta, seu consumpta, aut in ea summa, et quantitate, quae
superfuissent, idque eatenus tenendum, quousque litera
conventionis contrarium expresse non doceret, et pro hac
24 interpretatione stant *Andreol. contr. for.* 83. n. 11. *§. prae-
tereo non est*, *Panimoll. dec.* 152. *in annot.* 2. n. 12. *tom.*
3. *Thomat. decis.* 132. *n.* 18. *ad* 24. *Rota in dec.* 763. *n.*
1. *et* 12. *part.* 1. *diversor. et dec.* 101. n. 5. *coram Molin.*,
et in d. dec. 46. n. 3. *coram Tanar.* Aliam haec dabat de-
cisio responsionem ad conventam damni, seu periculi su-
sceptionem, ut eadem nempe damni, seu periculi susceptio
referenda esset non ad sortem, seu ad capitale salvum, bene
vero ad fructus, seu societatis utilia; mercatores enim ipsam
utilium, seu lucri amissionem pro damnis facile habent,
25 ut hoc perinde casu quodvis abesset pacti vitium; ita *Rot.*
in d. dec. 46. n. 6. *ad* 9. *coram Tanar.*

Alterum vero d. decisionis fundamentum fuit illud *bini
contractus* ab jure separatim, multoque minus unitim, ne-
26 quaquam a san. mem. Sixto V., de quo paulo inferius, da-
mnati; prior namque contractus societatis erat, quae inter
duos, alterum pecuniam, et alterum operam conferentes,
27 jure coitur, *leg. si non fuerint* 29. *ff. pro socio.* Posterior
vero contractus erat assecurationis lucri assueti, ac limitati,
in locum illius incerti, et forte majoris lucri, quod proficisci
28 a societate poterat *Rot. dec.* 70. n. 4. *coram Coccino.* Idque
per quamdam implicitam speciem emptionis, et respectivae
venditionis, boni, vel mali futuri eventus, id quod est in
29 foro sine distinctione receptum *Ricc. collect. decis. part.* 7.
collect. 2688. *per totam*, vel ab initio, vel ex intervallo
haec lucri certi praestitutio, seu taxatio intervenerit, quem-
30 admodum statuit *Rota in d. decis.* 46. n. 11. *coram Tonar.*

Sed quia in casu relatae decisionis aderat quidem assecu-
ratio moderati lucri, revera non interdicti, non item vero
31 aderat assecuratio capitalis, de quo principaliter in praesen-
tia quaeritur. Hoc ergo videndum, nunquid si habeatur
pacto, capitale salvum stipulatum, attenta *bini*, non *trini*
contractus complicatione, nullitatis urgeat vitium? Prima
fronte non videtur; quia cum capitale in societate salvum
32 non improbetur a jure, ad textum expressum *in leg. si
margarita* 44. *ff. pro socio*, atque probat etiam *Leotard. de
usur. qu.* 31. n. 14. Quidquid de complicatione sit trium con-
tractuum a Sixto V. damnata, de qua mox infra disputabi-
tur; quoad ad hanc pertinet quaestionem *bini contractus*,
ex ratione, uti vidimus, atque auctoritate, cum separatim,
tum conjunctim permissi, redundat, suprascriptum Sixtum
33 V. *trinum*, et non *binum* proscripsisse contractum, ut le-
gitime deducatur d. constitutionem prohibitivam, et juris
communis correctoriam, de una specie trini contractus lo-
quentem, ad alteram bini contractus speciem extendi nequa-
34 quam debere, juxta doctrinam *glossae in cap. unico, vers.
nota ulterius de excess. praelat. in* 6. *Rota dec.* 163. *n.* 3.
et 5. *coram Mantica*, *et in dec.* 1. n. 8. *de servit. coram
Falconor.*, *et dec.* 318. *n.* 15. *coram Rezzonico.*

Hae rationes ab iis, qui trinum quoque contractum, de
quo mox infra, validum contendunt, pleno excipientur
plausu, sed si nostri juris fontes liceat in sua puritate ex-
plorare, in contrariam quisque mecum sententiam abire
compelletur, ut videlicet caput salvum in societate non sit
omnino tolerandum, utcumque binus etiam fuerit iste con-
tractus, quotiescumque hujusmodi bini contractus qualitas 35
sit capitis salvi comprehensiva; quod si ex diverso eadem
bini contractus qualitas contineat simpliciter contractum so-
cietatis, necnon conventionem certi lucri moderati, in lo-
cum aequalis portionis incertae sociali jure ex utilibus per-
cipiendae, non dubitaverim hujusmodi binum contractum
salvi tamen capitis exclusivum, ratum habere, id quod in 36
substantia est unicum saepius citatae *dec.* 46. *coram Ta-
nario* fundamentum, sed hoc etiam declaratione indiget,
ut infra circa finem.

Venio itaque ad juris fontes iniquitatem capitis salvi di-
gito demonstrantes. Ulpianus in *l. si non fuerint* 29. *sub
princ. pro socio*, ita docet » Ita coiri societatem posse, ut 37
» nullam partem damni alter sentiat, lucrum vero commu-
» ne sit, Cassius putat, quod ita demum valebit, ut et
» Sabinus scribit, si tanti sit opera, quanti damnum est ».
Quid porro aliud est salvi capitis pactum, nisi = *nullam* 38
partem damni sentire? = damnum quippe in sola patri-
monii nostri diminutione versatur *leg. damnum* 3. *ff. de* 39
damn. infect. Nam quoad lucrum pertinet, hoc inesse ne-
quaquam intelligitur, nisi omni damno deducto *leg. Mu-
tius* 30. *pro socio*, damnum itaque in solo capitali, illius- 40
que partiali diminutione, aut totali amissione verificari
necesse est. Et quod allegatus textus in *d. leg.* 29. *ff. pro
socio* assecurationem capitalis contineat, observavit *Grotius
de jur. belli, et pac. lib.* 2. *cap.* 12. *§.* 24. *n.* 3., *et in
notis n.* 23. quem sequitur *Vinn. in §. de illa* n. 4. *instit.
de societat.* ibi » D. Grotius loco praecitato scribit mixtum
» esse hujuscemodi contractum ex societate, contractu aver-
» tendi periculi, quem assecurationem vocant ».

Ait ergo textus dudum recitatus = *nullam partem da-* 41
mni alter sentiat =. Haec verba ad utrumque socium
procul dubio referuntur, eum videlicet, juxta casum d. le-
gis, ad socium pecuniam conferentem, eamque sibi salvam,
et sine damno stipulantem, tum ad alterum socium operam
suam, industriamve praestantem, et in ea se indemnem ca-
ventem, et hunc sensum habere *dict. leg* 29. accuratissime 42
his verbis exponit *Vinnius in §. de illam* n. 4. *instit. de
societ.* ibi » Si tanti sit opera, quanti damnum est, id est,
» si tanti est illud, quod impenditur, et perditur operae, 43
» quanti est damnum acceptum » concordant in hoc *Go-
thofredus*, *et Faber.* in *d. leg.* 29. *ff. pro socio*, *Mantica*
de tacit., *et ambig. lib.* 6. *tit.* 4. n. 12. *tom.* 1., et alii ex-
positores, veram, et conaequam utrinque damni compensa-
tionem inducentes: ergo non absolute, sed conditionaliter 44
pactum = *ita demum valebit*, *si tanti sit opera*, *quanti
damnum est* = veluti observat *glossa in eadem leg.* 29.
verbo quod ita ff. pro socio =; ita quidem, ut si pecuniae
damnum, ultra sit operam, vel opera sit ultra pecuniae
damnum, pactum non valeat; atque clarius, si negotio so- 45
ciali male cesso, opera unius socii respondeat pecuniae alte-
rius deperditae, pactum indemnitas stipulatum valeat; vi- 46
vaque ratio est, quia jam qui posuit operam pecuniae alte-
rius coaequalem, eamdem male perditam lugere cogitur; et
sic damni dimidiam subit partem, qui deperditam praesti-
tit operam, atque qui pecuniam amissam contulit, et hic 47
est verus societatis spiritus clare panditus in *leg. si unus* 68.
ff. pro socio, ibi » Cum societas contrahitur, tam lucri,
» quam damni communio initur ». Hanc vero damni, et 48
lucri participationem, essentiale requisitum societatis ap-
pellant citati per *Ansald. de commerc. et mercat. disc.* 87. 49
Voet. in pandect. lib. 17. *tit.* 2. *n.* 8. *pro socio.* Secluso
autem, una ex parte damno, talis cessat indicta communio. 50

Praeterea, qui caput salvum sibi stipulatur, certum,
moderatumque lucrum praestandum sibi ab altero socio pa-
ciscitur; sed conciliari hoc non patitur in societate pactum,
quia fieri non potest, ut sociorum alter sit in lucro quan-
tumvis minimo, et alter solus in damno; manifestaque ratio 51
est, quia lucrum non intelligitur, nisi omni damno dedu-
cto, et si deducto damno, nihil supersit, quomodo sociorum
alter lucri partem, quantumvis minimam adstruet sibi? ubi
erit lucri, damnique supputatio, in societatis divisione in-

52 dispensabilis? Idque in causa est, ut simile indemnitatis
pactum absolute non valeat, ita eleganter Paulus *in leg.*
53 *Mutius* 30. *ff. pro socio*, ibi » Mutius lib. 13. scribit, non
» posse societatem coiri, ut aliam damni, aliam lucri par-
» tem socius ferat. Servius etiam in notis Mutii ait, non
» posse ita societatem contrahi, neque enim lucrum intel-
54 » ligitur, nisi omni damno deducto, neque damnum, nisi
» omni lucro deducto ». Tam Mutius, quam Servius Sul-
picius in casu hujus legis *non posse* scribunt ita contrahi,
ita societatem coiri; et clarius *glossa ibidem*, ibi = *dicit*
55 *Mutius, tale pactum non valere* =. Hisce ego persuasus
juribus, ne in bino quidem societatis contractu, caput sal-
vum tueri posse existimo.

Hoc confirmat assumptum, ea ponderatio, quod si socio-
rum unus aere suo capitale societatis augeat, certasque pro
hoc augmento usuras paciscatur cum salvo ejusdem augmen-
ti capite; quamvis socius adaugens suam geminet personam,
alteram socii, ac tertii creditoris augentis alteram, id quod
56 ei nequaquam interdicitur, *Rota in dec.* 516. *n.* 7. *et* 8.
part. 19. *tom.* 2. *rec.* ut usuras tamen licite percipiat, non
debet in figura consocii, in hac parte augmenti, utilia ca-
57 pitalis adaucti percipere, et duo lucra ex eadem pecunia
habere. *Rota dec.* 576. *n.* 8. *et* 9. *coram Emerix jun.* Sed
immo debet exuere personam socii, et alterum tertii credi-
58 toris induere *Rot. dec.* 116. *n.* 9. *et* 10. *tom.* 5. *part.* 1. *in*
59 *nuperrim.* illa superius indicata ratione, quia incompatibi-
lis est persona socii cum capite salvo, quemadmodum vi-
detur satis demonstratum.

Hic articulus meretur altius, clariusque explicari; et
primo videndum, an sociorum alter valeat suam personam
geminare, in alteram socii participantis, et in alteram tertii
creditoris societati mutuantis: et pluribus in locis hujus
60 tractatus posse demonstravi non solum si gratis, sed etiam
si sub usuris mutuatus fuerit; de utroque loquitur textus
in leg. si unus 68. *§. si unus ff. pro socio*, ibi » Si quid
» unus ex sociis necessario de suo impenderit in commune
61 » negotium, judicio societatis servabit, et usuras, si forte
» mutuatus sub usuris ». In hoc plana res est, ut socius,
qui de suo in causam societatis necessario impendit, releve-
tur, et si forte sub usuris mutuas accepit pecunias in eam-
dem societatis causam erogatas, ab his etiam usuris pro parte
alterius socii indemnis abeat, ut hoc in loco probe arguit
62 *Faber*, qui ad utiles quoque societati expensas legem ex-
tendit; ne secus officium suum erga societatem rite explens
63 socius sibi damnosum agnoscat contra regulam *textus in*
leg. sed si quis 7. *ff. quemadmodum testament. operiantur.*

De altero duriore loquitur casu immediate post textus
indicatus his verbis ibi » Sed et si suam pecuniam dedit,
» non sine causa dicetur; quod usuras quoque percipere
» debeat, quas posset habere, si alii mutuum dedisset ».
64 Ne dixeris, hanc legis partem haberi jure pontificio, quin
etiam divino, usuras ex mutuo peti prohibente, correctam
nam praeterquod mutui nomen, etsi gratuitam indole sua
praestationem significet, aptatur etiam foenori, et pro foe-
nore promiscue usurpatur apud veteres jurisconsultos, que-
65 madmodum observat *Faber hic in fine.* Difficultas hic nunc
non consistit, an non mutuum fieri sub usuris possit per
socium societati, qui sit contractus a mutuo etiam diver-
66 sus; *Faber* huic textui cohaerens affirmat his verbis » Sed
» tamen decidendi ratio illa est, quod ex hac pro socio
» actione praestandum sit actori, quanti ejus interest; in
» eo autem quod interest non tantum id continetur, quod
» actori abest, sed etiam id quod lucrari potuit, potuit au-
» tem lucrari usuras, si etiam ipsam pecuniam, quam in
67 » rem communem impendit, alii forte mutuam dedisset,
» nimirum sub usuris ».

Non itaque dubium, quin socius possit uno tempore
personam suam geminare, et socii participantis, et tertii
68 creditoris sub usuris societati credentis: sed quod dicitur *in*
dict. decis. 576. *n.* 8. *et* 9. *coram Emerix. jun.*, ut socius
ex sua pecunia usuras percipiens exuat socii personam, ne
forte bina lucra eadem ex pecunia percipiat, alterum in
quantitate annua, ut creditor, et alterum in quota utilium,
69 ut socius: indicata decisio duos comprehendit casus. alte-
rum, quo unus socius partem suam integram in societate
non contulerit; et alterum, quo unus socius voluntarie so-
cietatis capitale aere suo adauxerit. Priore casu socius con-
ferre obligatus, v. g. mille, contulit quingenta, alter socius
jus habet cogendi illum ad conferenda reliqua quingenta, 70
ut pinguiora societas utilia rependat, quod si vice tertii in
eam causam credentis, ipse socius de suo illa quingenta
suppeditet, poterit usuras convenire in figura tertii societa-
ti credentis, quia de actu necessario agitur, et insimul uti-
lia socialia percipere in figura socii, quia sic initio fuerat 71
pacto conventum.

Neque alteratur haec juris dispositio, si ille socius (ut ad
rem praesentem descendam) convenit de suis quingentis
societati creditis caput salvum, quia est de natura cujusque
credentis sub usuris habere caput suae pecuniae salvum,
puta in cambiis, nempe ut exacto tempore in contractum
deducto suum integrum repetat capitale sub quatuor, aut 72
quinque in singula centum societati traditum; quod si tam-
quam socius, et utilia quoque percipiens nequiverit caput
salvum convenire, hoc intelligitur de capitali suo, quod
initio in mille contulit integris, non de capitali alieno, vi-
delicet alterius socii, per eum suppleto; nam si hic inte- 73
gram partem suam initio contulisset, aequale cum altero
socio capitale juxta pactum posuisset, onusque in casu si-
nistro sua integra mille amisisset, nec supplementum in
quingentis quaerere aliunde cum capitali salvo opus ha-
buisset; socius itaque alter, qui societati sub usuris credi- 74
dit, exceptis illis quatuor, aut quinque in singula centum,
quae tamquam tertius percipit, in reliquis tantum lucri,
et damni sensit, quantum sensisset, si initio alter socius in-
tegra sua mille, veluti erat conferre obligatus, contulisset. 75

Major difficultas in altero inest casu, quo videlicet au-
gmentum societatis sit utrinque voluntarium; puta ambo
socii initio contulerunt integra duo millia viritim; sociorum
alter ad habenda pinguiora societatis utilia exhibet societa-
ti credere alia mille communi damno, et lucro, et sic con-
stituere totum capitale in tribus millibus aucto; verum de
his mille aere suo adauctis paciscitur quatuor, aut quinque
annua in singula centum, et insimul caput salvum sibi sti- 76
pulatur, an jure, et licite id convenerit, quaeritur? Vitium
in conventione usurarum omnino corrigendum in eo consi-
stit, quod ipse socius societati credens non potest conve-
nire, atque exigere usuras omnium mille, sed quingento-
rum dumtaxat; nam alia quingenta pro sua portione sub-
ministrata intelliguntur, nam secus ex sua portione bina
lucra reportaret, alterum annuarum usurarum, et alterum
socialium utilium, quod jura abominantur, supra hic *n.* 77
57. Nec dicatur, quod si tertius societati mille credidisset,
usuras integras eorumdem mille exegisset; nam hoc verum,
sed de utilibus socialibus non participasset. Praeterquod
haec est quaestio nominis, et verborum, quia integras usu-
ras a societate dum exigit socius creditor, semper pro dimi-
dia utrinque parte exigit, ita ut res incidat in idem. 78

Quoad vero caput salvum dictorum scutorum mille, illi-
citum omnino esse illud dixerim, nisi forte socius creditor
exuat personam socii, et loco mercedis assecurationis supra-
scriptorum mille, utilia ex eis provenientia penes alterum
socium dimiserit, qui sunt termini d. *decis.* 576. *n.* 8. *et* 79
9. *coram Emerix. jun.* Ratio saepius repetita viva est,
quia alter socius pro d. adaucto capitali in mille, lucro so-
cialium utilium esset expositus. et non damno, seu periculo
amissionis ejusdem capitalis adaucti, contra plories insinua- 80
tam regulam *textus in leg. si unus §.* 1. *in fin. ff. pro so-*
cio. Nec vitium removetur, ex quo socius non ab altero so-
cio, sed a societate caput salvum sibi stipuletur, quo in
casu capitale in commune restauratur, hoc est pro quin-
gentis ex portione unius, et pro totidem quingentis ex por- 81
tione alterius.

Etenim non sine fallacia argumentatio est, illa ratione,
quia negotio male cesso, ultra quandoque capitale etiam te- 82
neatur socii in aliis eorum bonis. Additur, socios pro debitis
socialibus teneri in solidum, quemadmodum de priore
conclusione tradunt allegati infra *part.* 2. *cap.* 10. *n.* 135. 83
ad 145. et de posteriore similiter tractant alii citati in eadem
par. 2. *cap.* 10. n. 92. *ad seq.* ita ut in fine socius, qui 84
ad caput salvum credidit, vel contra suam ipsam personam
agere deberet, unde actio, et passio in eodem subjecto da-
retur quod pro monstro esset, ad *textum in leg. Uranius* 85
72. *ff. de fidejuss. Rota dec.* 9. n. 15. *de legitima et dec.*
1. n. 4. *de senat. consult. Vellejan. coram Falconer.* vel
alterum socium inique, et contra regulas societatis gravaret.
Ad vitandas vero hujusmodi contentiones, satius erit con- 86

silium, ut ob eo socio, qui in mille societatem adduxit in
casu proposito duas integras ex tribus partes utilium socia-
lium (atque in his procedit terminis quotitativae, aut quan-
titativae conventionis distinctio) totidemque damni, seu
periculi sibi stipuletur; nam ita societas in suis regulis ju-
stae aequalitatis integra consistet, et in scopulum capitis
87 salvi non impinget, seu melius omnes difficultates effugiet.
De hac autem salvi capitis materia *infra par.* 2. *cap.* 7.
et 9. et alibi redibit sermo.

Ad magnam hinc descendo *trini contractus* quaestionem
postremum ceterisque majus hujus tituli objectum exhiben-
88 tem. Substantia hujus trini contractus haec ipsa est *Primo*
duo vel plures contrahunt societatem in aliquo negotio, vel
mercium, vel animalium, et similium, sociorum alter vel
pecunias, vel merces, vel animalia subministrat, et alter
89 suam ponit operam, suamque confert industriam: *secun-
do* rerum subministratarum dominus expresso cavet pa-
cto, capitale, res nempe, seu merces, animalia, seu pecu-
niam, subministrata, sibi fore semper salva, et in fine
societatis integre, omnique abjecto periculo restituenda per
eum, qui operam suam, vel industriam in societate collo-
90 cat: *tertio* initur inter eosdem socios pactum, ut ei, qui
rem socialem, seu pecuniam subministrat, loco medietatis,
aut alterius aequalis portionis utilium incertorum, certum
quid usurae nomine singulos in annos rependatur per al-
terum socium operam suam, vel industriam conferentem,
qui propterea totum societatis commodum, totumque peri-
91 culum subire ex hoc tali trino contractu compellitur, ut
per *Scaccia de commerc.* §. 3. *gloss.* 3. *num.* 36., et alios
plures.

Hunc trinum contractum ante ann. 1586., alii doctores
licitum, alii illicitum, atque foeneratitium proclamabant,
92 ut videre est penes *Spada cons.* 113. *n.* 4. 5. *et* 6. *tom.* 1.
sed post dictum annum 1586. in medium prodiit Sixtus
V. et in sua *constit.* 45. *incipien. detestabilis tom.* 2.
bullar. vet. sub datum 12. kalend. novembris 1586. hujus-
93 modi pactiones, et conventiones d. trinum contractum con-
tinentes, damnavit hisce verbis *ex* §. 1. ejusdem Sixtinae
constitutionis, exscriptis ibi » Hac nostra perpetuo valitura
» constitutione damnamus, et reprobamus omnes, et quos-
» cumque contractus, et conventiones, et pactiones post-
» hac ineundos, seu ineundas, per quos, seu quas cavebi-
94 » tur personis, pecunias, animalia, aut quaslibet alias res
» societatis nomine tradentibus, ut etiamsi fortuito casu
» quamlibet jacturam, damnum, aut amissionem sequi
» contingat, sors ipsa, seu capitale semper salvum sit, et
» integrum a socio recipiente restituatur, sive ut de certa
» quantitate, vel summa in singulos annos, aut menses,
» durante societate respondeatur: statuimusque, hujusmodi
» contractus, conventiones, et pactiones, usurarios, et illi-
95 » citos posthac censeri debere; atque in posterum non li-
» cere iis, qui pecunias, vel animalia, aut alias res in so-
» cietatem tradent de certo lucro, ut praefertur, percipien-
» do inter se pacisci, et concordare, neque etiam, sive ad
» certum, sive ad incertum lucrum convenerint socios, qui
» ea recipient ad sortem, seu capitale salvum, et integrum,
» ubi illud casu fortuito perierit, vel amissum, erit red-
» deodum, quovis pacto, aut promissione sibi obligare; ac
96 » ne de cetero societates ineantur sub hujusmodi pactis, et
» conditionibus, quae usurariam pravitatem sapiunt, di-
» stricte interdicimus, et prohibemus ».

Postquam vero haec Sixtina constitutio illicitam hujus
contractus societatis partem proscripsit, alteram justam, li-
citamque ita sequendam, usuque recipiendam demandavit
sub §. 2. ibi » Sed potius cuncti noverint societates hujus-
» modi, cum in posterum unus pecuniam, animalia, aut
97 » alias res, et bona; alter vero operam, vel industriam con-
» fert, pure, sincere, et bona fide, sicut decet, justis, et
» aequis conditionibus, et pactis, secundum juris disposi-
» tionem, ac sine ulla prorsus fraude, palliatione, aut usu-
» rariae pravitatis labe, aut suspicione ineundas, seu con-
» trahendas esse, ita ut, non ad certam summam, aut quan-
98 » titatem, ab omni periculo, et damno, ut praefertur im-
» munem, lucri nomine persolvendam, neque ad capitale,
» si casu fortuito perit restituendum socius accipiens te-
» neatur. Si vero finita societate, ipsum capitale extat, ei
» qui illud in societate contulerit, restituatur, nisi socio
99 » recipienti fuerit communicatum, aut aliter inter ipsos
» contrahentes super eo legitime conventum sit. Ac praete-
» rea iidem contrahentes, fructus, expensas, et damna in
» commune conferant, et prout aequum, et justum fuerit
» sibi communicent, atque dividant » Sequitur §. 3. ejus-
dem Sixtinae constitutionis, ibi » decernentes, si qui con- 100
» tractus, conventiones, et pactiones in futurum contra
» nostram hujusmodi prohibitionem de facto initi fuerint,
» nullam ex eis, tamquam per hanc eamdem constitutionem
» nostram damnatis, et reprobatis, etiamsi juramento, aut 101
» in forma Camerae Apostolicae; vel alias quomodolibet
» roborati fuerint, obligationem civilem, aut naturalem
» oriri, nullamque actionem realem, aut personalem, aut 102
» judicis officium, neque aliud quodcumque jus cuiquam
» competere, neque quoad sortem, seu capitale integrum
» recuperandum, quod casu fortuito perierit, aut amissum
» erit, neque quoad certas summas, seu quantitates in sin-
» gulos annos, aut menses lucri socialis nomine promissas». 103

Ad praescriptum hujus Sixtinae constitutionis, videba-
tur sublata omnis quaestio circa illicitam ad caput salvum
societatis qualitatem; sed doctores, plures numero, et au-
ctoritate praestantes, post evulgatam quoque d. constitu-
tionem Sixtinam, in utramque insurrexerunt partem, aliis 104
licitam hujus pacti qualitatem, aliis illicitam propugnanti-
bus. Licitam porro hujus pacti ad caput salvum in trino
contractu, qualitatem defendunt *Scaccia de commerc.* §. 105
3. *gloss.* 3. *n.* 36. *et* 37. *Covarruv. var. resol. lib.* 3. *cap.*
2. *n.* 4. *Less. de just., et jur. lib.* 2. *cap.* 25. *dubit.* 3. *per
tot. Leotard. de usur. qu.* 31. *n.* 12. *ad seq. Molin. de
just., et jur. tract.* 2. *disp.* 417. *per totam*, *Castropalao
opera moral. disput.* 8. *punct.* 5. *per tot. tom.* 6. *Bonac-
cina opera moral. disp.* 3. *quaest.* 6. *punct.* 3. *sub n.* 10.
vers. neque obstat. Bulla tom. 2. *Jov. de contract. min.
gloss.* 16. §. 11. *artic.* 1. *n.* 48., *et glos.* 25. §. 13. *n.* 632.
ad seq., *Paulut. dissert.* 68. *n.* 2. *ad seq. tom.* 2. *Ray-
nald. observat. crimin. tom.* 2. *ad observ. cap.* 16. *sup-
plet.* 1. *n.* 26. *ad plur. seq. Carleval. de judic. lib.* 1. *tit.*
3. *disput.* 7. *n.* 18. *ad plur. seq. Franc. de protestat. con-
siderat.* 50. *n.* 10. *Campell. ad stat. Urbin. decret.* 52. *n.*
10. *ad plur. seq. tom.* 1. *Sanbonet. de animalib., curri-
bus, et plaustr. cap.* 28. *n.* 36. 38. *et* 53. *Ferrar. Biblioth.
canon. civil. verbo societas n.* 4. *ad plur. seq.* Substantia- 106
lis autem volita conditio est, dummodo major pars lucri ce-
dat suscipienti periculum, ipsumque lucrum sit periculi
suscepti compensativum; et aliam adducunt conditionem vi-
delicet, dummodo capitale conferens moderatum pro eo sibi
lucrum conveniat, et huic opinioni videtur consentire *Rota* 107
Rom. in dec. 70. *n.* 7. *cor. Coccin.* Et quod haec opinio sit
recepta in urbe Roma, et per totam Italiam, asseveravit 108
Rota post Torr de pact. futur. success. dec. 68. *n.* 16.,
et in rec. par. 14. *dec.* 74. *n.* 18. 19. *et* 20. *ad fin.*, *et
part.* 17. *dec.* 368. *n.* 19. *ad seq.* Et quoad constitutionem
Sixti V. superius recitatam, plerique doctores respondent,
ipsum Sixtum V. hac de re interrogatum in quadam Signa-
tura Gratiae respondisse, se illam societatem ad caput sal-
vum condemnasse, et condemnatam intellexisse, quae habe-
bat contra se juris communis dispositionem, et graviorum
doctorum sententiam, non alteram juris dispositionem pro 109
se habentem, et sanioribus doctoribus comprobatam, ut per
Leotard. de usur. quaest. 31. *sub n.* 13. *Pacin. de loca-
to, et conduct. cap.* 12. *n.* 48. *Campell. ad statut. Urbin.
decret.* 52. *n.* 43. *tom.* 1. *Conciol. allegat.* 1. *n.* 61. et hanc
interpretationem ratam habuit *Rota in dec.* 70. *n.* 7. *co-
ram Coccino.*

Adversus autem hanc relatam doctorum opinionem stat
altera communior, et fortior, societatem ad caput salvum
non valere, eamdem esse contra naturam societatis, et ideo
ab omni jure damnatam, viriliter propugnans; iniquum
namque esse haec tuetur opinio, ut alter socius habeat ca-
pitale salvum, et alter capitale fractum. Ita *Bald. in leg.* 1. 110
n. 30. *cod. pro socio. Salycet. in leg.* 1. *n.* 2. *ad fin. cod.
eod. tit. Abb. Panormit. in cap.* 7. *n.* 8. *de donat. inter
vir. et uxor. Soccin. in decretal. lib.* 1. *in rubrica de u-
sur. n.* 116. *Lopez in cap. per vestras* §. 11. *n.* 7. *de do-
nat. inter vir., et uxor. Bertazzol. cons.* 182. *n.* 4. *Spada
cons.* 113. *n.* 1., *et per tot. tom.* 1. *Sotus de just., et jur.
lib.* 6. *qu.* 6. *artic.* 2. *per tot. Mantica de tacit., et ambig.
lib.* 6. *tit.* 6. *per. tot. Panimoll. dec.* 152. *in annot.* 2. *per
tot. tom.* 3. *Angel. de perigl. do societ part.* 1. *n.* 11.

Actolin. resol. 98. *n* 8. *Carpan. ad statut. Mediolan. cap.* 483. *n.* 104. *tom.* 2. *Gait. de credit. cap.* 2. *tit.* 7. *quaesit.* 5. *n.* 1930. *cum duob. seq. Palladur. rerum quotidian. cap.* 2. n. 9. *ad seq. Graeven. ad Gail. pract. conclus. lib.* 2. *concl.* 24. *per totam. Morla empor. jur. part.* 1. *tit.* 8. *quaest.* 25. *n.* 27. 28. *et* 29. *Galli de fructib. disput.* 4. *artic.* 1. n. 58. 59. *cum seq. Bocca disput. jur. cap.* 99. *n.* 6. *ad plur. seq. tom.* 2. *Pacion. de locato, et conduct. cap.* 12. n. 43. *ad plur. seq. Felic. de societ. cap.* 18. *per tot. Card. de Luca de usur. disc.* 1. n. 5. *Constant. vot* 30. *n.* 1. *tom.* 1. *Rota post Salgad. in labyrint. credit. dec.* 111. n. 27. *et dec.* 576. n. 5. *coram Emerix jun.* aliisque praetermissis, pro hac contraria opinione stat
111 *Rota* modernior *in dec.* 116. *n.* 1. *ad* 5. *tom.* 5. *part.* 1. *in nuper.*, *et in Melevitana societatis* 13. *maji* 1735. § 16. *cor. cl. me. Card. Calcagnino*, *et in Fulginaten. Pecuniaria* 9. *februarii* 1759 § 5. *cor. cl. me. Card. Paracciano.*
Quid equidem in tanto doctorum, et decisionum quoque Rotalium conflictu dicturus sum, et quam in partem abiturus? Considero de materia usurarum illicitarum agi, et quod magni interest ea de materia agi, quae ad literam habetur
112 per Pontificiam constitutionem definita, cujusmodi est illa 45. *Sixti V.* superius recitata. Decere minus videtur doctori privato, subtilitates, et distinctiones inducere, di-
113 ctamque constitutionem literalem, et simili Pontificia auctoritate non revocatam, seu saltem publice non declaratam, evertere; plurimum vero, quia summa rationis pro sustinenda licita d. trini contractus qualitate, reposita in moderatione lucri ex parte capitale suum assecurantis, et in majoritate lucri periculum compensantis ex parte alterius socii, qui idipsum suscipit periculum, non me movet, non persuadet, illa ratione omnium maxime, quia quoties stipulatum lucrum, usuram vere, ut opinor, sapit, hoc minime debetur, ex quo major sit, vel minor praestatio, cum nulla
114 de cetero esse debeat ex oraculo divino ibi = *nihil sperantes*, ut in *cap. consuluit* 10. *de usur.* qui nihil dicit, totum excludit *Barbosa tract. var. dict.* 214. *n.* 1. et in subjecta
115 d. oraculi divini quaestione *Fagnan. in cap. Naviganti* 19. *n.* 14. 15. *et* 16. *lib.* 5. *de usur.* Majus autem, aut minus lucrum a partibus stipulatum respicit justitiam, vel injustitiam conventionis, per judicem, ad legum praescripta, moderandae, seu reducendae, seu etiam annullandae, juxta re-
116 medium in contractibus usurariis traditum per doctores relatos in alio meo *tract. de laesione par.* 2. *cap.* 4. *n.* 10. 11. *et* 12. ad rem praecipue additis *Spada cons.* 296. *sub n.* 17. *vers. quod si lib.* 2. *Card. de Luca de usur. disc.* 40. n. 9. *Tartoglia de reservat. statutar. artic.* 59. n. 103. *Rota dec.* 101. *n.* 6. *vers. placuit coram Millino*, *et in dec.* 116. *n.* 13. *tom.* 5. *part.* 1. *in nuperrim.* Sed quoad
117 usurariam pravitatem pertinet, lex divina, nihil debere pacisci, nihil sperare absolute praescribit *in dict. cap. consuluit de usur.*, et quod ex mediocritate, seu minoritate annuae praestationis non tollatur usurae vitium, definivit san. mem. Benedictus XIV. in ejus *constit.* 143 § 2. *incip. Vix pervenit tom.* 1. et in ejus *Synodo Dioecesana lib.* 10. *cap.* 4. § 10.
In hac ergo proposita juris quaestione, declarationem al-
118 terius Pontificis, tutius sequendam, vere desiderabam, quae illuxit denique in *Synodo Dioecesana san. me. Benedicti XIV. lib.* 10. *cap.* 7. ubi sub initium indagandum proponit » An laicis inire liceat contractum societatis, cum assecuratio-
119 » ne, ut ajunt, capitalis, et fructuum, quem etiam contra» ctum trinum appellant » ibi naturam, et indolem societatis in communi lucrorum, et damnorum participatione proponit; deinde *sub* § 2. qui sit hujusmodi trinus contractus describit; *sub* § 3. refert doctores super validitate, aut nullitate, seu licita, aut illicita ejusdem trini contractus qualitate dissidentes; meminit ibi etiam Sixtinam constitu-
120 tionem, quae doctores pro licita d. contractus qualitate disputantes compescuit. Conqueritur vero *sub* § 4. de aliis theologis deinceps supervenientis qui suprascriptum trinum societatis contractum tueri, et Sixti V. constitutionem in diversum trahere, non dubitarunt. Alios inde vero theolo-
121 gos magni nominis adducit *sub* § 5. qui mentem, seu constitutionem d. Sixti V. non detorquendam sustinent.
Atque suprascriptus Benedictus XIV. loco dudum citato *sub eodem* § 5. ut sequitur » Quod autem contractus » trium contractuum sit in se foeneratitius, evidenter patere
» praedicti auctores arbitrantur, quoniam conferens pecu» niam rejecto periculo in accipientem censetur mutuum
» dare, et pecuniae dominium in eumdem accipientem trans- 122
» ferre, cui reipsa perit, si pereat; neque ad rem facere » videtur, quod accipiens pecuniam obligetur ex pacto ad » eam erogandam in negotiationem, quod non contingit in » vero mutuo, cujus ratione ita mutuatarius fit dominus » acceptae pecuniae, ut eam pro suo libitu in quemcumque » usum impendere valeat; etenim ea pactio, et inde orta » obligatio videtur apparens, atque unice apposita ad obtegendam usuram, quia revera nihil interest ejus, qui pe» cuniam tradit habita cautione et pecuniae, et lucri, an » illa ab accipiente in negotiationem, vel in alium quem-
» cumque usum impendatur. Addunt praeterea trini con- 123
» tractus obtentu omnes leges eludi usuras prohibentes, » cum petenti mutuum quilibet respondere possit, nolo » mutuum dare, sed societatem tecum inire sub pacto, ut » me de sorte securum facias, et ob majus lucrum, quod
» ex negotiatione probabiliter spero eventurum aliquod 124
» minus, sed certum mihi tradendum promittas; sciunt » sane etiam hunc contrahendi modum approbari a *Navarro cit. ibi loco n.* 255. At non ita sensisse clamitant, Gre» gorium IX. in *cap. Naviganti de usur.*, cum ait = *Naviganti, vel eunti ad nundinas certam mutuans pecu» niae quantitatem pro eo, quod suscipit in se periculum, » recepturus aliquid ultra sortem, usurarius est censen-*
» *dus* =. Siquidem inquiunt, si pontifex foeneratorem 125
» pronunciavit, qui non aliter pecuniam vult mutuam dare » mercatori maritimo, quam subeundo ejusdem pecuniae » periculum, ut hac ratione aliquid ultra sortem a mutua» tario percipiat, quemadmodum praedictum textum ex» pendentes adnotarunt *S. Antoninus etc.* multo magis usu» rarius erit, qui non aliter vult societatem inire, nisi re» jecto in socium sortis periculo, et accepta insuper ab eo
» securitate alicujus lucri. Neque vero audiendos volunt au- 126
» ctores relatos a *Gibalino etc.* existimantes in allegatum » textum irrepsisse mendum, et legendum = *usurarius » non est censendus* = huic quippe explicationi, teste e» ruditissimo *Gonzalez etc.*, repugnat omnium codicum » fides, in quorum nullo reperitur particula non, sed tex-
» tus legitur, sicuti habetur in vulgata decretali ». 127
Quid autem hisce juribus, et rationibus in utramque partem relatis sentiat, atque statuat recolendus san. mem.
Benedictus XIV. *in d. sua Synodo Dioecesana d. lib.* 10 128
cap. 7. indicat ipse *sub* § 6. his verbis » Haec sunt praeci» pua rationum momenta, quae in utramque partem addu» cuntur, neque Apostolica sedes priori opinioni (licitum » contractum societatis trinum existimanti) etsi minus con» gruere videatur Sixtinae constitutioni, ullam hactenus » censuram inussit, a qua proinde eidem infligenda debet
» episcopus abstinere. Ad usum vero, quod attinet, tuto 129
» poterit contractum trinum, quem etiam ejusdem patroni » periculosum fatentur, pro viribus impedire, atque ab eo » ineundo suos subditos dehortari, quod a plerisque epi-
» scopis in suis dioecesanis synodis sapientissime factum 130
» referunt *Gennet. etc.*
Hoc in loco Benedictus XIV. trinum contractum, quo de agitur, certe non damnat, id quod causae est, ut nonnulli dari possint casus, in quibus abesse usurariis labes valeat ab eodem trino contractu. Sed quoad me pertinet,
non diversimode sentire, atque consulere contrahentibus, 131
et judicibus possum, ac sentiisse visus est, atque consuluisse Episcopis intendit laudatus Pontifex, qui quoad usum, seu praxim pertinet, episcopos admonuit, ut eorum quisque = *tuto possit contractum trinum pro viribus impedire, atque ab eo ineundo, suos subditos dehortari* —
Cordi profecto erat laudato Pontifici commerciorum liber- 132
tas, atque frequentia, sed longe magis periculi spiritualis animarum declinatio, atque aversio; si porro testatoris con-
silio, in re mere temporali, seu profana, haeredi suo, data, 133
vis praecepti attribuitur, ut in *leg. fideicommissa* 11. § *haec verba ff. de legat.* 3. quid erit in re spirituali salutem animarum concernente, summo antistite loquente, et consulente, dicendum? Dicendum profecto, atque tenendum
verba hortatoria a superiore potestatem habente prolata, 134
necessitatem, atque praeceptum inducere, ex *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *cas.* 461. *n.* 19. *et seq. Card. de Luc. de jurisdict. disc.* 24. *n.* 10.

Tribunal urbis majus, atque spectabilius, *Rota* dico, *in*
Viterbien. transactionis coram Thyn impressa *post Turr.*
de pact. futur. success. dec. 68., et repetita *in rec. part.* 14.
decis. 74. superius in contrarium allegata, contractum tri-
135 num in urbe Roma, et in tota Italia licitum esse definiens,
carpitur *a Card. de Luca de usur. disc.* 1. *sub num.* 7. in-
quiens, illam definitionem emanasse, non ex necessitate
136 causae, sed ex sensu, atque licentia extensoria; altera ve-
ro, seu altera, quae afferri deinceps valeat Rotalis decisio,
veluti est *dec.* 368. *n.* 19. *et* 20. *part.* 17. *rec.*, *et dec.* 20.
n. 10. *tom.* 2. *in nuper.* incidenter potius, quam ex professo
137 rem definitam praebet, quod ut non attendatur, plane re-
dundat ex *Card. de Luca loc. citat.* n. 8. Caeterum re
melius deinceps explorata, vel a definitione hujus articuli
138 d *Rota Romana* se abstinuit, ut in *decis.* 46. *n.* 10. *cor.*
Tanar., vel si quandoque urxit necessitas, illicitum, da-
139 mnatumque trinum contractum, quo de agitur, habuit, ut
in nuperrim. tom, 5. *part.* 1. *decis.* 116. *n.* 1. 2. *cum*
trib. seqq., *et in Melevitana societatis* 13. *maii* 1735. §.
16. *coram clar. mem. Card. Caleagnino.*

His tamen nequaquam obstantibus, fortuito casu incidi
in quatuor decisiones sub titulo *Romana societatis* 4. *ju-*
nii 1742. *coram clar. mem. Card. Bussio.* confirmata *die*
7. *junii* 1743. *coram clar. mem. Card. Molino* ratihabita
demum *die* 26 *junii* 1744. *coram bon. mem. Peralta*, et
140 in alia sub titulo *Lucana pecuniaria* 21. *januar.* 1744. §.
3. *cor. cl. mem. Card. Bussio*, se, ut usuvenit ad binas
praecedenter hic paulo ante allegatas decisiones referente.
In secunda relatarum decisionum *cor. Molino sub* §. 7. ita
clarius habetur, ibi » Nullius roboris reputarunt Domini
» alteram nullitatem deductam a qualitate obligationis prae-
» seferentis contractum trinum, societatem nempe, assecu-
» rationis capitalis, et lucri certi a sacris canonibus, et
» praesertim a bulla Sixti V. improbatum, de quo in *Me-*
141 » *levitana etc.* discursus enim procederet, quando illi so-
» cio, qui subministrat pecuniam, et habet respective du-
» plicem assecurationem capitalis, et lucri, ab alio socio
» datur compendium totius lucri similiter a societate ob-
» venturi, ita ut alteri socio assecuranti non detur, vel re-
» mittatur aliquid, quod assumptum periculum compenset;
» nullatenus vero succedit, quoties assecuratarius remittit
142 » alteri socio assecuranti portionem d. consueti, et verisi-
» milis lucri, ex quo efformari valeat proportionata merces
» pro periculo susceptae assecurationis, justa distinctionem,
» de qua *Scaccia etc.* » et hujusmodi theorica, seu distin-
ctio applicatur casui ibi deciso, in quo agebatur de taberna
mercium, compendium scut. 20. in singula centum, singu-
losque in annos rependente, deque moderato lucro scut. 5.
143 in singula quaeque centenaria ad assecuratarii favorem quo-
tannis stipulato.

Qui plane in relatis tribus decisionibus eumdem unum,
identificumque casum continentibus, et in altera quarta tu-
lerunt suffragium, non viderunt, nec videre potuerunt do-
144 ctrinam, suumque consilium sau. mem. Benedicti XIV. in
sua superius relata synodo dioecesana traditum; et quod ma-
gis urget, non intrinsecus explorarunt nostrarum legum
145 fontes, incompatibile caput salvum cum societate docentes;
minusque ponderarunt majoris, vel minoris usurae stipula-
tionem respicere justitiam, vel injustitiam praestationis ad
formam juris nonnumquam reducendae, sed quoad ipsam
146 pertinet illicitam usuram, haec minor sit, vel major, nullo
pacto delebilis est, veluti superius hic *n.* 114. *ad* 116. ad-
notavi, maxime quia alia decisio posterius emanata in *Ful-*
ginaten. pecuniaria 9. *februarii* 1759. §. 5. *coram Parac-*
ciano qualitatem salvi capitis illicitam praesupponit. Quid
147 ergo solidi sum ad relatas decisiones responsurus? Attende
lector. Ergo secundum illas, assecuratarius sola scut. 5. in
singula centum ex suo capitali in societatem immisso, uti-
lium, seu fructuum nomine percipit; similiter nullum,
quodcumque futurum sit, vel in capitali, vel in utilibus
damnum, praeterea sentit; nec se quoque deinceps ingerit
in administratione negotii socialis; non institores, seu com-
plementarios ultra eligit non sociales libros confici, et ser-
vari amplius studet, non sumptus denique in causam socie-
tatis fieri assuetos subit ullos; propterea nempe quod ad da-
mnum, et lucrum solius assecurantis totum pertinet nego-
tium, nec alias perinde sociorum praerogativas, atque sol-
148 licitudines assecuratarius habet, quas *cap.* 9. *et* 10. *secun-*
dae partis, aliaque hujus tractatus capita sociis praestant,
illa ratione vivissima, quia salvo suo capitali, suisque sal-
vis praestitutis utilibus, vel fructibus, quod reliquum est, 149
nihil sua amplius interest, neque interesse potest.

Quaenam vero, hisce positis, erit, hujus rei consequen-
tia vere necessariissima? Erit profecto, ut hujusmodi asse-
curatarius remaneat sociali veste exutus, et non socii, sed
creditoris deinceps nomine, et substantia fruatur; et hoc 150
illud in substantia est, quod in casu relatarum decisionum,
si veritas in pretio est, contingit. At superius hic jam sum-
mo indicatum est digito, creditorem immittentem pecuniam
suam in societatem, si personam socii dimittat, jure valet
sibi capitale cum utilibus, seu fructibus salvum stipulari, 151
ut in superiore *n.* 57. 58. ad instar cujuscumque alterius
pecuniarii, non socialis creditoris, neque nodus hic expe-
diri secus potest, si recte sit, salva ratione, ac majestate
tribunalis, quod alte veneror, et maximi semper facio, ju-
dicandum. Quid in aliis sit de hac quaestione contractibus,
in praesentia non quaero; constanter solum dico, caput
salvum incompatibile esse cum societate, tamquam juris
civilis in hac parte destructivum. Quoad illas vero quatuor
decisiones in superiore *n.* 140. indicatas, idipsum mihi au-
guror futurum, quod super privilegio praelationis Urbani
VIII. pistoribus extra quoque urbem concesso accidit; hoc
est, ut *decis.* 24 *n.* 4. *coram Herrera*, *et decis.* 1276. *n.*
9. *ad* 20. *coram Molin.* prae votis meis panditis in altero
meo *tract. de praelatione creditor. exercit.* 3. §. 2. *n.* 68.
et 69. revocarentur, quemadmodum revocatae novissime 152
fuerunt in *Nepesina dotis*, *et fructuum super executione*
contra tertios possessores 18. *junii* 1781. *coram R. P. D.*
Lancellotto, confirmata *die* 26. *aprilis* 1782. *et die* 5. *maii*
1783. *coram eodem.*

Sed immediate hinc alia subsequitur difficultas; si talis
de quo supra, creditor socii personam ponit, et alteram
creditoris induit, quomodo pactas sub pallio societatis usu-
ras licite percipiet, cum socialis ei titulus in substantia de-
sit? Non alio meliore, utiliore, ac justiore, mea sententia,
titulo, quam illo creditoris immittentis pecuniam suam in
aliquod negotium sociale, et ea ex sibi certas, moderatasque
usuras stipulantis, requisitis tamen, de quibus late disserui
in superiore *cap.* 3. *n.* 95. *ad plur. seq.* hujus primae par- 153
tis, concurrentibus, quemadmodum etiam habetur decisum
in *dicta Romana societatis* 7. *junii* 1743. §. 9. *coram*
cl. mem. Card. Molino, ibi » et in omnem casum, cum
» pecunia data fuerit pro negotio, et taberna mercibus in-
» structa, et ratione avviamenti fructus reddente, saltem
» deberentur fructus recompensativi; ad firmata etc. » et 154
in ejus *confirmatoria diei* 26. *junii* 1744. §. 7. *coram bon.*
mem. Peralta, ibi » Caeterum quoad usuras attinet, satis
» videtur agi de pecuniis in societatem negotiatoriae taber-
» nae invectis, ut cum illa ad instar frugiferi praedii ha-
» beatur, semper debeantur fructus in damni restauratio-
» nem » Ita quidem ut hodie statui pro regula commode 155
possit, contractum trinum societatis complexivum, quoad
jus pertinet, esse illicitum, et a foro eliminandum, atque
exturbandum, veluti probatum sufficienter videtur. 156

Dixi quoad jus pertinet trinum societatis contractum es-
se damnatum; nam sicuti Benedictus XIV. se, uti vidimus,
a definitione hujus articuli abstinuit, in facto quandoque
dari aliquis potest casus, ut ab usuraria labe non infectus
abeat. Unicum, inter hujusmodi casus, si talis dici potest,
locum obtinet illa ab omnibus doctoribus recepta in jure 157
distinctio; aut capitalis fructus, vel usurae stipulatae ha-
bentur in quota, seu magis in quantitate; si in quantitate,
puta in *quatuor*, *quinque*, aut *sex* in singula quaeque cen- 158
tum, et hoc priore casu, regula illicitae conventionis resur-
git; sin autem in quota, puta in tertia, quarta, aut alia
deinceps parte, atque clarius, si de scut. 1000. subministra-
tis alteri socio, conventa sit quinta utilium a negotio sociali
percipien., eidemque capitali, servata geometrica propor- 159
tione, respondens; et hoc posteriore casu, sicuti de trino
contractu, principalior est societas, et quotae proportionata
conventio societati magis accedit, immo cum ipsa societate
identificatur, nam illa quota utilium stipulata non est certa
in sua quantitate, sed incerta, cum augmento, aut decre-
mento subsit, catenus quidem, ut in casu sinistro assecura- 160
tarius percipere etiam nihil possit, ita pactum, ablata usu-
raria labe, omnino subsistit, et hanc distinctionem veluti

161 rationabilem, et naturae societatis uniformem. sustinent
Felic. de societ. cap. 17. *n.* 1. 8. 12. *et* 21. *Constantin.*
vot. 30. *n.* 3. *Rota in decis.* 576. *n.* 3. *et* 4. *coram Emerix*
jun., *et in decis.* 116. *n.* 6. *t.* 5. *part.* 1. *in nuperrim.* Ad-
dito, in hac ita proposita facti specie, contractum per d.
conventionem quotae, et non quantitatis, cessasse trinum
162 esse, a Sixto V. taxative proscriptum.

Neque refert, in supposito etiam bini contractus, capi-
tale salvum inesse, quod sufficit, ut inficietur contractus;
affirmo enim pactum salvi capitalis, contractum semper in-
ficere, trinus sit, vel binus etiam quomodocumque contra-
163 ctus. Sed si doctrinae dudum allegatae inspiciantur, non
sola aversio periculi capitalis foeneratitium constituit con-
tractum a Sixto V. damnatum, sed praefinita etiam ejusdem
capitalis usura, in quantitate stipulata, quae in mutuum
quandoque palliatum capitale ipsum convertit, aut saltem
contractum societatis pervertit, nullumque constituit. Dico
pervertit, nullumque constituit, quia licet, capitali salvo
cessante, sociorum unus, aut suspectum habens alterum
socium administratorem, aut exonerare se cupiens fastidio
rationis, et calculorum, certum quid possit periculo capi-
talis respondens sibi in quantitate stipulari, ut ferme con-
tingit in societate officii, de qua inferius *cap.* 12. *n.* 25.
26. 27. 146. *et* 147. nihilominus, quidquid in eadem socie-
tate officii, contra regolas societatis, usus approbaverit. Pro-
fecto in vera societate ab jure digestorum proficiscente, ne-
fas ei est de socio administratore, quem sibi elegit, quasi
fratrem, dubitare; incivile autem, fastidium rationis depo-
164 nere, et sic bonum vel malum exitum societatis effugere,
cum hae sint qualitates cujusque societatis intrinsecae, qui-
bus sublatis, ipsa corruat societas, et in alium, atque alium
transeat contractum, necesse sit. Quoties igitur usura haec
quantitativa cessat, et loco illius certa utilium quota capi-
tali respondens, stipulatur, res ad terminos societatis redu-
citur, et a quovis vitio purgata conspicitur, irrita semper
salvi capitis conventione manente. Quod si utilium quota
gravior sit, excessiva nempe, et capitali non debite, ac pro-
portionate respondens, id materiam, non illicitae usurae
subministrabit, ac perinde nullitatis contractus, sed magis
injustitiae conventionis, quae ratione excessus reduci, et
ad terminos justae quotae reformari debebit, ut supra hic
165 *sub n.* 117., ut concludi perinde valeat, Sixtinam vigere
censuram, quoties trinus appareat in societate contractus,
166 et hoc, vel ex causa capitalis salvi, vel ex causa etiam certae
stipulatae quantitatis, utcumque contingat.

Poterit quoque secundum aliquos, trini contractus qua-
litatem excludere illa quoad sortis assecurationem conven-
tio, per quam pecuniae collator paciscatur cum socio, ut
ipse, vel per se, vel per alium tertium assecuret suom ca-
pitale, assueto pretio, seu praemio assecurationis soluto.
Talis utique assecuratio est de jure generaliter licita, ut su-
perius *n.* 5. sit proinde socius, sit tertius, qui capitale as-
securet, semper licita erit assecuratio, semperque trinus
excludetur contractus; nam si socius capitale assecurabit,
hoc non tamquam socius, sed tamquam quilibet tertius fa-
ciet, dum separatum, assuetumque pro tali assecuratione
consequitur praemium, ita subtiliter tenet *Azpilc. in ma-* 167
nuali consil. 1. *n.* 72. ad verbum relatus per *Graeven. ad*
Guil. proct. conclus. lib. 2. *conclus.* 24. *n.* 8. At quia vero
Azpilc. per *Graeven.* recitatus, conclusioni suae finem his
verbis ponit, *cessante omni fraude, et simulatione*, hanc
equidem intervenire statim dicerem, atque nullo, vel dif-
ficili modo tertius reperiri assecurator posset; nam tunc pa-
ctum suprascriptum socium gravaret, *Rota in decis.* 201.
n. 5. *coram Millino*, et alter socius indemnitatem contra
naturam societatis sentiret; tametsi veram hanc esse docto- 168
rum subtilitatem, nemo non videat.

Quaenam vero sint legitimae consequentiae trini contra-
ctus executi, modo videamus. Praemittendum sane, hujus- 169
modi disputationes nullitatis trini contractus proponi ut
plurimum, cum sociale negotium in pessum ierit, et nihil,
aut parum capitalis reliquum superfuerit. Nam si bene ne- 170
gotium cesserit, et capitale ei, qui illud contulit, restituen-
dum superfuerit, omnis de illicito contractu, usurave 171
quaestio conticescit, ut per *Rotam in decis.* 20. *n.* 8. 9. *et*
seq. tom. 2. *in nuperrim.* Quod si, ne capitale quidem re-
stituendum superfuerit, propter sociale negotium male ces-
sum, et hoc posteriore casu, neque is, qui capitale salvum
sibi stipulatus est, illud petere ab alio socio poterit, neque
is, qui illud salvum promisit, refondere compellitur. Nihil 172
profutura capitalis domino exceptione, quod attenta nulli-
tate vitiosi contractus, res ad pristinum statum redeat, si-
bique capitalis restitutio competat; nam talis ab eo nullitas
inciviliter opponi valet; qui vitiosi contractus fuit auctor, 173
prout late animadvertit *Aetolin. resol. for.* 98. *n.* 18. 19.
cum *tribus seq.* Quod si ex diverso sociale negotium pro-
spere cessit, capitalis dominus, vel nullos fructus conven-
tos, atque inexactos petat, vel si acceperit restituat, aut in
extenuationem sortis, seu capitalis cedere permittat *Cam-* 174
pell. ad stat. Urbin. decret. 52. *n.* 7. et 8. *tom.* 1. *Con-*
stantin. vot. 30. *n.* 2. 3. *et* 4. *tom.* 1. *Rota in decis.* 576.
n. 1. *coram Emerix jun.*, *et dec.* 116. *n.* 1. *tom.* 5. *part.*
1. *in nuperrim.*, quia licet solutum ex naturali obligatione
non repetatur *ad textum in leg. naturales* 9. *ff. de act*, 175
et oblig. Rota dec. 528. *n.* 7. *part.* 14. *recent.* attamen in
subjecta quaestione Sixtina constitutio *sub* §. 3. non solum
civilem, sed naturalem quoque obligationem abolevit illis
verbis = *nullam ote, obligationem civilem*, *aut natura-* 176
lem oriri, nullamque actionem etc. competere =.

CAPUT VII.

De Communione bonorum.

SUMMARIUM

1. Res omnes, quae possidentur, sunt aut propriae, aut communes, aut confusae, et explicantur.
2. Communionis verbum significat possessionem, et fruitionem pro virili.
3. Communio citra affectionem societatis contrahitur, pute in re duobus legata, seu haereditario jure relicta, seu etiam ab eisdem empta, aut conducta n. 4.
5. Expungitur *Asinius* tenens, communionem veram esse societatem.
6. Societas vero contrahitur, tractatu habito, non quando simpliciter negotium communiter geritur.
7. Nec ideo sufficit rem esse communem, nisi societas intercedat.
8. Societatis ergo nomen ad conventionalem contractum refertur, non ad communionem incidentem
9. Communio re contrahitur, non consensu, invitos quandoque, et ignorantes obstringit, et necessaria appellatur, n. 10. et 11.
12. Societas non potest dari sine communione, communio tamen potest dari sine societate
13. Communio idem, quod pro indiviso significat.
14. Communio cum coratur societas, intelligitur de societate incidenti, improprie, incommoda, atque abusiva, et afferiur ratio.
15. Communiter possidentes dicuntur habere partem in qualibet rei communis glebe, seu particula.
16. Communia hic intelliguntur, quae privati juris sunt, puta singulorum.
17. Non quae publici juris sunt, puta naturali jure aer, aqua profluens, mare, atque ejusdem maris littora, n. 18
19. Item jus piscandi in portu, et flumine.
20. Item stadia, theatra, et similia
21. Haec dicuntur communia omnibus, sed quoad usum, non quoad dominium, et non sunt in commercio, et n. 22.
23. Communio igitur, de qua in praesenti, ad res singulorum refertur, quae sunt in commercio, et *res mancipi* apud veteres vocabantur.
24. Commune dicitur praedium communi nomine emptum, licet pecunia unius consortis comparatum, et n. 25.
26. Et qui emit adversus alterum consortem actionem habet *pro socio*, ut rata pretii ei praestetur, sed cur *pro socio* explicatur n. 27.
28. Contra vero, si communi pecunia quis praedium proprio nomine emit, non est commune.
29. Tenebitur is tamen, qui emit pecuniae suae ratam altari restituere, et id quod ejus interest, sarcire, n. 30.
31. Meum dicitur, quod mihi cum alio commune est, intellige n. 34.
32. In re tamen communi non possum quidquam facere, altero consorte invito.
In re communi, melior semper est conditio prohibentis, ibidem.
33. Nemo ex sociis plus parte sua potest alienare.
34. Conclusio, de qua supra n. 32 intelligitur, eam re communi uti volueris ad usum non destinatum
35. Qui utitur re communi ad usum non destinatam, potest furti crimine notari.

36. Limita si cemulatio interveniet.
37. Ex diverso autem, si re communi uti voluero ad usum destinatum, plerisque, aut omnibus etiam contradicentibus, potero. Nam in his sola mei uotus conditio, melior est elia caeterorum, ibidem.
38. Amplia etiamsi re communi in proprium utar commodum, et nocaem consortibus, et n. 39.
39. Qui jure suo utitur, nemini facit injuriam.
40. Amplia etiam, ut repugnante socio, vel consorte, me uti re communi ad usum destinatum, liceat mihi vel prati clausuram, vel domi januam ei frangere.
41. Intellige tamen, si meo rei communis parte uti nequeam separatim, veluti est in navi communi.
42. Aequum est, ut socio, vel consorti, minus quo fieri potest, noceatur.
43. Socius, vel consors potest sylvam caeduam communem, invito altero caedere.
44. Item rem communem locare, dummodo communi, non proprio locet nomine n. 45.
46. *Pocion.* sustinet nihil referre quod res communi locetur nomine, si res sit locari solita, et utiliter locetur, et n. 47.
48 Amplia in re communi etiam cum ecclesia.
49. Res communis utiliter locata dicitur, si eisdem, vel melioribus conditionibus, quibus ante locata reperiebatur, locata sit.
50. Et res communis taliter locata per unum socium, seu consortem afficit alios, ut hi locationi stare teneantur, licet ante finem locationis fiat divisio.
51. An socius, vel consors possit pro se rem communem retinere? Potest suam partem, si res dividua est.
52. Si vero individua, aut eam locet, aut si totam retineat, pensionis partem alteri solvet.
53. Intellige si res sit solita locari, nam secus totam rem unus retinebit et alteri ea uti non curanti pensionem non solvet.
54 Si res tamen, puta domus, ita ampla sit, ut pars illius uni sufficiat debet abstinere ab usu totius, nam secus ratam pensionis solvet.
55. Negans habere condominium in re, qua utitur, tenetur pensionem solvere, licet alias solvere non debuisset.
56. Praedium rusticum cum alio commune habens, et fructus percipiens, tenetur alteri ratam suam praestare.
57. Limita si alter sit pertinax in permittendo, ut locetur praedium, et partem suam alter nequeat locare, nam pensionem non solvet.
58. Declara, hoc non procedere in foro conscientiae; quia renores praedium locaei duplici onere gravaretur, et n. 59 et 109.
60. Quis praefertur in locando rem communem? Praefertur, qui honestae personae locare intendit.
61. Amplia, licet persona minus honesta plus obtulerit.
62. Unus sociorum non potest in domum communem inducere inimicum alteri, item rixosum, scandalosum, moribus corruptum, lusorem, ganeam, lenonem, et hujusmodi.
63. Si utraque persona conducere volens, honeste sit, ea praefertur, quae meliorem fecerit conditionem.
64. In paritate conditionum, statur judicio sortis.
65. Aut verius praeventioni locus erit, quia sors quandoque periculosa est.
66. Quid si utraque persona conducere volens domum inhonesta fuerit, puta meretrix?
67. *Caroc. de locato*, diversas refert opiniones, ibi videndas.
68. Auctor credit, praeventioni locum esse, qua non apparente, judicio sortis.
69 Praefertur etiam in locando, qui majorem in re partem habet.
70. Quod si rixae timeantur, et jurgia, judex se interponat, ejusque arbitrio stabitur.
71. In his tamen rerum communium locationibus, caeteris paribus, socium, seu consortem praeferri extraneis, aequum est.
72. Quod si duo consortes in conductione concurrant: aut major oblatio spectabitur, aut is, cui magis accommodatur conductio; aut judicium sortis.
73. Hoc vero certum, ut unus sociorum licet, aut conducat rem communem, debeat eius ratam pensionis solvere.
74. Socius, vel consors rem totam communem nequit distrahere et n. 75.
76. Limita si alii socii, seu consortes consensum alienationi praestiterint.
77. Fiscus ex suo privilegio potest rem communem alienare, invito socio.
Amplia licet fiscus minimam in re partem habuerit ibidem.
78. Fiscus tamen debet interpellare consocium, an velit ipse praeferri.
79. Ecclesia etiam in hoc habet privilegium fisci, ut invito altero valeat, rem communem distrahere.
80. Socius, vel consors alienans suam rei communis partem, ex statuto urbis debet interpellare, et praeferre consortem et n. 81.
82. Secus si alienaverit uni ex consortibus, nam caeteros consocios nec interpellare, nec praeferre tenetur; et datur ratio n. 83.
84. Privatus quandoque socius, circa rem communem, invito etiam altero, potest disponere.
85. Puta si rem communem distrahat pro aedificanda ecclesia.
86. Potest tamen alter socius, suam pretii partem respuere, et super ecclesia aedificanda juspatronatus acquirere.
87. Si quid duobus donetur a principe, hi sunt consortes, unoque intestato moriente, non defuncti haeredibus defertur sed alteri donatario superstiti accrescit; secus si fecerit testamentum, et n. 88 et 89.
90. Amplia ut socius, seu donatarius superstes excludet fiscum, et affertur ratio.
91. Cum de donatario, et socio moriente dicitur, intelligitur de moriente naturaliter, non autem civiliter.
92. De hoc principis liberalitate, circa plures quaestiones, remissive.
93. Socius, seu consors potest rem communem pro derelicto habere; et erit non consocii, sed prius occupantis et n. 94.
95. Licet consocius rem communem in qualibet ejus parte possideat, nihilominus fiet prius occupantis n. 96.
97. Nisi sciatur rem a domino pro derelicto habitam, non potest acquiri.
98. Socius itaque, vel consors id scire debet, et titulum possessionis in alienum occupationis mutare.
99. Socius, vel consors debet ad rei communis refectionem concurrere.
100. Et si eorum alter solus reficiat, repetit ratam suam ab altero.
101. Si unus sociorum monitus nolit ratam sumptuum pro refectione subministrare, seu reintegrare alterum, qui impendit, post lapsum quatuor mensium amittit partem suam, quae alteri acquiritur n. 102.
103. Et talis amissio permittitur in poenam morae, et contumaciae, propter damnum alterius socii praestitum, et propter damnum publicum n. 104. ad 107.
107. Rei publicae interest, domos refici, et civitatem non deformari.
108. Propter bonum publicum, plura contra juris dispositionem recepta sunt.
109. In casu conclusionis, de qua supra n. 101 et 102. qui sibi partem alterius addicit, sumptus factos non repetit n. 110.
110. Haec tamen omnia intellige cum distinctione, de qua ibidem
111. Si contendant socii circa modum reficiendi rem communem, ille auditur, qui rem magis idonee reficere proponit, et n. 112.
113. Et illud magis idonee, quomodo intelligitur, traditur.
114. Molendinum commune, si in molis potest refici, non auditur qui novas molas velit facere.
115. Quae dicuntur de refectione rei communis facienda, intelliguntur de necessaria, non de voluptuosa, et datur exemplum n. 116.
117. Amplia praesertim, si in sumptibus non necessariis alii contradicant.
118. Amplia etiam, ut sufficiat, unum dissentire.
119. Major pars praevalet in re cujusque collegii, non in re sociali.
120. Dissentiens tamen refectioni irrationabiliter, compelli potest per judicem.
121. Hypotheca contracta per unum socium in re communi, afficit solum portionem suam, non aliorum sociorum, n. 122.
123. In hac incidenti societate, unus non obliget alterum, nisi aliter sit initio conventum
124. Census per unum impositus super re communi, valet quoad suam partem, non quoad partem alterius.
125. Limita si unus id fecerit pro reficienda eadem re communi.
126. Census impositus in parte rei communis cum designatione confinium valet, et datur ratio.
127. Unus socius habet mandatum a jure obligandi alterum in utilibus, et favorabilibus, non autem in odiosis, aut praejudicialibus.
128. Sententia favorabilis reportata per unum socium prodest alteri, in actione reali.
129. Appellatio interposita per unum a contraria sententia, prodest alii, si sit eadem defensio.
130. Qui communem rem possidet, pro aliis etiam sociis possidet, etiam ad effectum manutentionis, n. 131.
132. Nam faciendo actus possessorios, pro se jure proprio facit, pro sociis autem jure familiari eos gerit.
133. Unus socius rem communem possidens per tempus immemorabile, non potest contra alium socium praescribere.
134. Pascuorum communio inter duas communitates, nec per tempus etiam immemorabile et millenarium impedit, quominus divisio fiat.
135. Limita in communione pascuorum jure filiationis, et quae sit traditur.
136. Socius, vel consors non potest in re communi servitutem imponere.
137. Unus socius non potest sibi ab altero socio super re communi servitutem stipulari, et datur ratio.
138. Ambo socii possunt a tertio stipulari servitutem fundo communi, n. 139
140. Unus ex sociis non potest in re communi servitutem imponere in praejudicium alterius, n. 141.
142. Amplia in servitute inquilinatus.
143. *Vaconius* hanc materiam servitutis in re communi, in longum et eleganter tractat.
144. Locus *d. Vaconii* ad literam refertur super servitute activa usque ad n. 152.
145. Negativa cum verbo *potest* removet potentiam ab actu.
153 Sequitur locus *d. Vaconii* super servitute passiva, usque ad n. 157.
158. Socius qui neque activam, neque passivam servitutem imponere potest in re communi, acquirit illam nihilominus legitima praescriptione, et affertur ratio, n. 159.
160. Plus, et efficacius operatur juris ministerium, quam hominis provisio.
161. Tertius emens rem communem ab uno socio, potest totam rem praescribere.
162. Emphyteusis duobus pro virili concessa, cum pacto caducitatis, ob non solutum canonem; si unus solvit, alter non, ille non caducatur, et n. 164.
163. Conditio iniqua alteri per alterum non debet inferri.
165. Si super re a duobus pro indiviso possessa fiat executio pro debito unius, nulla est executio
166. Diceretur enim facta executio super re alterius, quam debitoris, quae semper nulla est.
167. Communio bonorum est societas impropria, magis realis, quam personalis.

168. Communio bonorum non extinguitur per mortem unius socii, seu consortis, sed transit ad haeredes.
169. Et tamdiu durat, quousque divisio fiat.
170. Nemo invitus detinetur in communione.
171. Communio bonorum parit jurgia, et discordies.
172. Societas vera personatis, seu conventionalis per mortem unius socii solvitur.
173. Haec vera societas non transit ad haeredes per continuationem, absque novo actu renovationis.
174. Sed bene transit ex titulo incidentis communionis vigentis quousque divisio fiat.

Statui in hac prima hujus tractatus parte, omnes, quae
extant, licitas, atque, illicitas usque receptas in foro socie-
tates innuere, ne quid in materia societatis per me susce-
pta desideretur. Res omnes, quae possidentur, aut propriae
sunt, aut communes, aut confusae. Propriae, dominorum
singularium sunt, communes plusium; confusae autem in-
1 certorum, et harum diversa nature, quae separatim expo-
nitur per *Tholosan syntagm. jur. univers. lib. 27. cop. 4.*
n. 3. De communione hic modo acturus; ejus veriverbium,
2 pro virili possessionem, et fruitionem significat, *ad textum*
in l. Lucius Titius 90. *§. Lucius Titius ff. de legat.* 2.
Ripa in l. re conjuncti n. 111. *ff. de legot.* 3. *Costa de*
ratione ratae quoest. 119. *n.* 10. *Rota dec.* 269. *n.* 2. *et*
3. *coram Celso.*
» Communiter res agi potest (ita scribit Ulpianus) etiam
» citra societatem, puta cum non affectione societatis inci-
» dimus in communionem, ut evenit in re duobus legata,
» item si a duobus simul empta res sit; aut si haereditas,
» vel donatio communiter nobis obvenit, aut si a duobus
3 » separatim emimus partes eorum, non socii futuri » *in l.*
ut sit 31. *ff. pro socio*, idque etiam receptum subdit idem
Ulpianus = *in conductionibus publicorum, item in em-*
4 *ptionibus* = *leg. ut in* 33. *ff. eod. tit.*
Fallitur hinc *Asinius de execut. cap.* 127. *n.* 10. *pag.*
mihi 203. *terg.* inquiens, communionem, veram esse socie-
5 tatem; nam cum tractatu habito societas coita est, pro socio
actio est; cum sine tractatu, in re ipsa negotium communiter
6 gestum videtur, sunt verba *textus in l. nam cum* 32. *ff.*
pro socio. Et rursus in *l. ut sit* 31. *sub prino. ff. eodem*
tit. ibi = *nec sufficit rem esse communem, nisi societas*
7 *intercedat* = Societatis ergo nomen proprie refertur ad con-
ventionalem ejusdem societatis contractum, praevio tracta-
tu initum, uti est supra demonstratum, non autem ad in-
8 cidentem communionem, ut ait *Boldus in l. si convenerit*
14. *n.* 5. *in addit. ff. pro socio.* Qua ex re, cum talis, de
qua nunc agitur, communio, re solum, non consensu con-
9 trahatur, *ex Cujac. comment. jur. civ. in tit.* 3. *ff. com-*
muni dividund. tom. 7. *col.* 571. *lit. C. Bertazzol. cons.*
10 483. *n.* 9, et invitos quandoque, atque ignorantes obstrin-
gat *Connan. comment. jur. civ. lib.* 7. *cap.* 13. *n.* 2. hinc
talis communio necessaria appellari promeruit *a Cujac.*
11 *comment. jur. civ. in tit.* 1. *l.* 14. *§. id quod ff. famil.*
ercisc. tom. 7. *col.* 508. *lit. D.*
Et ideo quamquam verum sit, societatem non posse dari
sine communione, communio tamen datur sine societate *l.*
12 *ut sit* 31. *ff. pro socio*, *Cujac. in lib.* 4. *cod. ad tit.* 37.
pro socio tom. 10. *col.* 994. *lit. A. Connan. comment. jur.*
civ. lib. 7. *cap.* 13. *sub n.* 2. *Faber. in d. l.* 31. *ff. pro so-*
cio. Botta cons. 60. *n.* 12. *Gratian. discept. for. cap.* 547.
n. 28. *et seq. et cap.* 752. *n.* 9. *et* 19. *Carena resol. jur.*
194. *n.* 11. *Panimoll. dec.* 152. *n.* 31. *Jov. de contract.*
min. gloss. 25. *§.* 13. *n.* 140. *Rota dec.* 51. *n.* 25. *cor.*
Arguell., *et dec.* 871. *n.* 12. *cor. Emerix jun.*, *et dec.*
170. *n.* 11. *tom.* 7. *in nuperrim. et in Carpenctoraten ter-*
ritorii 7. *decembris* 1744. *§.* 8. *cor. bo. mem. Vicecomite.*
Verum quia communio idem, quod pro indiviso significat
13 *Cujac. in lib.* 4. *cod. tit.* 37. *pro socio tom.* 10. *col.* 995.
lit. B. hinc ratione consortii, doctores eamdem communio-
nem, societatem appellant, sed tamen incidentem, impro-
priam, momentaneam, atque abusivam, veluti contractam
14 non animo in societatem directo, verum incidentes, et quasi
fortuito dumtaxat, *Vesembec. in pandect. lib.* 17. *tit.* 2.
n. 1. *ff pro socio Bald. in l. si convenerit* 14. *n.* 5. *in*
addit. ff. eod. tit. Botta cons. 8. *n.* 6. *et* 7. *Fontanell. de*
pact. nupt. claus 4. *gloss.* 9. *p.* 2. *n.* 59. *Asin. de execut.*
cap. 127. *n.* 8., *et* 9. *Gratian. discept. for. cap.* 320. *n.* 7.
8. 9. *ad plur. seq. Peregrin. decis. Patavin.* 58. *n.* 16.
et 17. *Giurba ad consuet. Messan. cap.* 1. *gloss.* 7. *part.*
1. *n.* 12. *Carol. Anton. de Luca de pluralit. homin. le-*
gul. cap. 49. *n.* 8. *Rota decis.* 324. *n.* 13. *et* 14. *part.* 12.
rec. et decis. 154. *n.* 2. *tom.* 8. *in nuperrim.*, *et in Ro-*
mana, seu Comen divisionis 7. *martii* 1755. *§.* 6. *coram*
Illmo D. Figueroa. Atque ita communiter possidentes di-
cuntur habere partem in qualibet rei communis gleba, atque 15
particula *Altograd. cons.* 100. *n.* 81. *lib.* 1. *Amat. resol.*
54. *n.* 13. *Cyriac. contr. for.* 197. *n.* 16. *Gratian. discept.*
for. cap. 948. *n.* 42. *de Nigris de laudem. quaest.* 28. *ar-*
tic. 6. *n.* 18. *Granut, commun. conclus. theorem.* 2. *n.*
5. *Pecchius de aquoeduct. cap.* 1. *quaest.* 2. *lit.* 1. *Posth.*
de subhastat. inspect. 53. *n.* 22. *Tartoglia de reservat.*
statutor. artic. 59. *n.* 9. *Mans. consult. for.* 102. *n.* 21.
t. 2. *Rota post Posth. de subhastat. dec.* 169. *n.* 5. *et cor.*
Ubaldo dec. 364. *n.* 8., *et in rec. p.* 12. *dec.* 417. *n.* 18.
Caveas modo, communia hic non intelligi, quae vel *na-*
turali, vel civili dispositione publici juris sunt, sed quae
dumtaxat privati juris sunt, hoc est singulorum, juxta mo- 16
nitum Justiniani *instit. de rer. divis. in prin.* ibi — *Quae-*
dam enim naturali jure communia sunt omnium, quaedam
universitatis, quaedam nullius, pleraque singulorum =
Primae speciei, et naturali jure communia sunt omnium 17
haec; aer, aqua profluens, mare, et per hoc littora maris,
§. et quidem instit. de rer. divis. addita *l. quaedam* 2. *ff.* 18
eod. tit. Similiter jus piscandi in portu, et fluminibus com-
mune est omnibus *§. flumina instit. eod. tit.* stadia quoque,
theatra, et his similia communia sunt civitatum *§. univer-* 19
sitatis instit. eod. tit. haec communia quidem sunt omni- 20
bus, attamen quoad usum, non quoad dominium *Vinn.*
in d. §. et quidem in not. numer. 1. *institut. de rer. divis.* 21
nec propterea in commercio sunt hominis, nisi publica in-
terveniat auctoritas. Praesens igitur de communione, seu 22
rebus communibus oratio ad res singulorum refertur, quae
res *mancipi* apud veteres vocabantur, quae scilicet emi,
vendi, et quovis alio modo acquiri, distrahique libere pos-
sunt *Budaeus in pandect. ad l.* 2. *de origin. jur. fol. mihi* 23
47. latiusque, atque eruditius *Heinec. antiquit. Roman.*
ad instit. de rer. divis. lib. 2. *tit. §.* 17. 18. *et* 19. *tom.* 1.
Commune ergo praedium erit, communi nomine em-
ptum, licet alterius socii, seu consortis pecunia compara-
tum, juxta Diocletiani, et Maximiani rescriptum *in leg.* 2. 24
cod. pro socio, ibi » Cum proponas te praedium, conju-
» cto dominio cum patrono tuo comparasse, in possessio-
» nemque tam te, quam ipsum inductum, juris ratio effi-
» cit, ut dominium fundi ad utrumque pertineat, sane
» quia pretium *a* te solo numeratum, et solemnibus pensi-
» tationibus, cessante socio, satisfactum esse dicis, judicio
» societatis id, quod eo nomine praestari oportuerit, con- 25
» sequeris » Vera hic societas contracta non dicitur, et ta-
men judicio societatis agi permittitur, et hoc ideo, quia in-
terdum licet nihil sit de societate nominatim dictum, si ta-
men pacti finis sine societate obtineri nequit, pro societate 26
reputatur, prout eleganter totidem observat verbis *Brunne-*
man. in lib. 4. *cod. l.* 2. *n.* 1. *tit.* 37. *pro socio.* Quamvis
revera praedium in casu legis commune esse, sociali jure
dicat *Cujac.* quia communi nomine emptum constat, licet
pro contributione pretii in alterum consortem pro socio tri-
buatur actio, societati proprie cohaerens, quemadmodum
melius exponit *Cujacius ad tit.* 37. *cod. pro socio lib.* 4. 27
tom. 9. *col.* 360. *lit. D. E.*
Ex diverso autem, si consortium alter rem, quam com-
muni nomine comparare debebat, suo tantum nomine eme-
rit, res non fit communis, sed soli ementi acquiritur,
quamvis (hoc notandum) pecunia communis fuerit *leg. si* 28
quis 75. *ff. pro socio*, et *leg. si patruus* 4. *cod. commun.*
utriusque judic. Mantica de tacit. et ambig. lib. 6. *tit.* 11.
num. 28. *Surd. dec.* 304. *n.* 3. *Antonell. de loco legal.*
lib. 2. *cap.* 9. *quaest.* 16. *n.* 222. *Ponimoll. dec.* 152. *in*
annot. 1. *n.* 48. *et* 49. *Rota dec.* 1390. *n.* 2. 3. 4. *et seq.*
coram Coccino. Tenetur tamen is, qui de pecunia commu-
ni proprio emit nomine, ejusdem pecuniae partem consorti 29
restituere *Mantica et Surd. in locis prox. cit.* una cum in-
teresse, si quod intervenisse probetur. *Decius cons.* 254.
sub n. 3. *tom.* 1. *Rota d. dec.* 1390. *n.* 3. *et* 4. *cor. Coccino.* 30
Est quidem verum, meum dici, quod mihi cum alio
commune est *glossa in leg. Servi electione §. Labeo ait,* 31

verbo communis ff. de legat. 2. Rot. post Iranc. de pro-
test. dec. 35. n. 2. in fin. Non aeque tamen verum, me in
re communi posse quidquam facere invito etiam altero so-
cio, vel consorte. illa ratione, quia in re communi semper
32 prohibentis conditio melior est, ad text. in leg. Sabinus ff.
communi divid., et in cap. in re communi de regul. jur.
in 6. Thesaur. dec. pedemont. 41. n. 20. Altograd. cons.
100. n. 38., et 54. lib. 1. Cyriac. contr. for. 28. n. 18.
Magon. decis. Florent. 46. n. 5. de Nigris de laudem.
quaest. 14. n. 38. Sperell. dec. 56. n. 1. tom. 1. Alia ra-
tio, quia nemo ex sociis plus parte sua potest alienare, sunt
33 verba textus in leg. nemo 69. ff. pro socio. Haec tamen sunt
non indistincte accipienda, sed ita demum; si equidem uti
re communi voluero ad usum non destinatum, nam tunc
res communis, aut mea improprie dicitur, aut ad hunc ef-
34 fectum non mea existimatur, sed aliena esse intelligitur
Altograd. cons. 100. n. 10. lib. 1. Thesaur. de dec. 41.
n. 13. Sperell. dec. 56. n. 2. 5. et 17. Rota dec. 104. n.
2. cor. Herrera. Atque hinc utens ego re communi ad usum
non destinatum, invito altero socio, seu consorte, furti
35 etiam teneor crimine Gratian. discept. for. c. 948. n. 48.
Jovius de contract. min. gloss. 3. n. 93. Sperell. d. dec.
56. n. 3. Licet quandoque ad usum quoque non destinatum
uti re communi liceat, puta si intercedat aemulatio, et
36 usus consorti non noceat Altograd. cons. 100. n. 41. lib. 1.

Ergo per contrarium, si ad usum destinatum re commu-
ni uti voluero, jure potero, non solum pleriisque, sed om-
nibus quoque aliis sociis, seu consortibus contradicentibus,
nam hoc posteriore casu melior est conditio unius re com-
37 muni ad usum destinatum uti volentis = leg. si aedes 12.
ff. commun. divid., glossa in leg. Sabinus verbo Constat.
ff. eod. tit. Altograd. cons. 100. n. 67. lib. 1. Bertazzol.
cons. 224. n. 7. tom. 1. Mandell. Alba cons. 403. n. 8.
tom. 3. Surd. cons. 233. n. 2. et 15. lib. 2. Honded. cons.
80. n. 33. lib. 1. Gabriel. cons. 149. n. 4. lib. 1. Thesaur.
dec. Pedemont. 41. n. 1. et 2. Sperell. dec. 54. n. 11. et
12., et dec. 56. n. 20. Pacion. de locat. et conduct. cap.
4. n. 4. Jovius de contract. min. gloss. 3. n. 92. Idque
verum, licet re communi in proprium utar commodum Bo-
38 naccina opera moralia disp. 3. quaest. 6. punct. 3. n. 8.
tom. 2. meoque consorti etiam noceam, enim is, qui jure
39 suo utitur, nemini faciat injuriam ad textum in cap. cum
ecclesia 31. de electione, Altograd. cons. 100. n. 67. lib.
1. Thesaur. dec. 23. n. 5., et dec. 41. n. 2. Sperell. dec.
56. n. 9. eatenus id vero, ut repugnante socio, vel consor-
te, uti me re communi ad usum destinatum, puta prato,
vel domo, liceat mihi clausuram illius, aut seras portarum
40 hujus, vi etiam frangere leg. si vitam 21. §. si ad januam
ff. quod vi, aut clam, Felic. de societ. cap. 28. n. 30.
Sperel. dec. 56. n. 28. Fontonell. de pact. nupt. claus. 4.
glos. 9. part. 2. num. 3. et 5. Granut. commun. conclus.
theorem. 2. n. 4. Menoch. de interdict. recuper. remed.
9. n. 239. Quod intelligendum semper est, si mea parte uti
nequeam separatim, puta in navi communi, cujus parte mea
41 tantum uti non possum Bertazzol. cons. 524. n. 2. et 7.
tom. 2. Costa de ratione ratae quaest. 55. n. 2. Pacion.
de locat, et conduct. cap. 9. n. 11. Rota decis. 692. n. 4.
et 8. part. 1. recentior., aequum namque est, ut quo mi-
nus fieri potest, in his meo socio, vel consorti noceam Spe-
42 rell. dec. 56. n. 39. tom. 1. ubi plures hac in re ampliatio-
nes, ac limitationes colligit.

His vero fit consequens, ut socius, vel consors possit rem
communem, puta sylvam caeduam, invito etiam altero so-
43 cio, incidere, tempore tamen suo, Jason. in leg. servi ele-
ctione §. Labeo n. 18. ff. de legat. primo, Surd. cons. 43.
n. 17. tom. 1. Sperell. dec. 56. n. 22. tom. 1. Michalor.
de fratribus part. 3. cap. 35. n. 4. similiter possit rem
44 communem locare ad textum in leg. si quis 6. §. sive ff.
commun. divid. Surd. cons. 43. n. 8. Pacion. de locato,
et conduct. cap. 9. n. 1. si tamen communi, et non proprio
45 locet nomine, ut in d. leg. si quis §. sive ff. commun. di-
vid. ibi = Et si quidem communi nomine id fecit = Ger.
Spin. cons. 36. n. 19. licet hanc conditionem parvi pendat
46 Pacion. de locato, et conduct. cap. 9. n. 29. Rota post
Iranc. de protest. decis. 35. n. 2. praecipue vero procedet
rei communis locatio, si res sit locari solita, atque utiliter
47 locetur Spada cons. 294. n. 6. lib. 2. Surd. cons. 43. n.
8. Ger. Spin. cons. 36. n. 20. et 21. Pacion. de locato, et
conduct. cap. 9. n. 2. ad seq. Rota dec. 301. n. 3. 4. et 7.
coram Ubaldo, et dec. 452. n. 23. et 24. coram Bichio.
idque eatenus, ut etiam ecclesia. si rei communis socia sit,
vel consors, huic legi subjaceat Rota dec. 301. n. 3. et 4. 48
et 7. coram Ubaldo, et dec. 452. n. 23. et 24. cor. Bichio.
Utilis vero locatio erit, si alias ante, vel eadem, vel minori
locata res sit pensione; si rursus vel eisdem, quibus antea,
vel melioribus sit pactis stipulata locatio Ger. Spin. cons. 49
36. n. 20. et 22. Pacion. de locato, et conduct. cap. 9. n.
5. 6. ad 9. Atque locatio rei communis in his circumstan-
tiis facta per unum socium, seu consortem, alios ita obli-
gat, ut hi tali locationi stare teneantur, tametsi intermedio 50
tempore divisio rei communis fiat Ancharan. quaest. Jur.
28. n. 4. Costa de ratione ratae quaest. 55. n. 5. Pacion.
de locato, et conduct. cap. 9. n. 22. Rota dec. 311. n. 11.
coram Ubaldo et in dec. 154. n. 4. et 5. tom. 8. in nu-
perrim.

Quid juris autem, si unus ex sociis, seu consortibus vel-
let rei communis partem pro se retinere? Et patet, quod,
aut res communis, puta domus, est dividua, et poterit par-
tem ad se pertinentem retinere; si vero individua, et por- 51
tio alterius socii separari commode nequeat, duorum alte-
rum is concedat, oportet, vel ut domus locetur, ratamque
suae portionis in pensione recipiat, vel ut ipse socius eam
totam inhabitet, et ratam consuetae pensionis alteri socio
rependat, Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 5. cas. 442. 52
n. 4. 13. et 15. de Marin. resol. jur. lib. 1. cap. 319. n. 6.
Hoc semper tamen intelligendum, si res sit solita locari,
nam si talis non sit, et velit unus totam domum inhabitare,
non impeditur, nullamque consorti, qui forte cohabitare
non curat, pensionem solvet Mandell. Alba cons. 778. n. 53
25. lib. 4. Franch. dec. 160. per tot., et ibi Adden. Fon-
tanell. de pact. nupt. claus. 4. gloss. 9. part. 2. n. 10.
Gaill. de pignorat. observat. 20. n. 9. et 10. Granut. com-
mun. conclus. theorem. 2. n. 2. et 3. de Marin. resol. jur.
lib. 1. cap. 319. n. 1. et seq. Jov. de contract. min. gloss.
3. n. 93. Rota dec. 97. n. 3. tom. 1. et dec. 652. n. 5. 6.
et 7. tom. 3. part. 1. coram Molin. quod si communis do-
mus ita sit ampla, ut pars habitare volentis pro sua habita-
tione sufficiat, tenetur ab inhabitanda tota domo se absti-
nere, secus pro rata aliorum sociorum, seu consortium, pen-
sionem his solvet Ayllon. ad Gomez. tom. 2. de locato 54
cap. 3. n. 15. vers. si unus veluti quoque pensionem in
proposito casu persolvet, si alterum socium, seu consortem
ea in re partem habere detrectaverit, et succubuerit de 55
Marin. resol. jur. d. cap. 319. n. 3. lib. 1.

Quod si demum de predio rustico negotium sit, non du-
bium, quin unus socius, seu consors percipiens ex eo fru-
ctus quoquo modo, alteri suam partem illorum tradere te- 56
neatur Ubald. de duob. fratrib. part. 5. quaest. 9. n. 11.
Costa de ratione ratae qu. 55. n. 4. Ayllon. ad Gomez.
tom. 2. de locat. cap. 3. n. 15. vers. si unus. Nisi alter so-
cius, seu consors ita se difficilem, atque pervicacem prae-
buerit, ut praedium rusticum, aut locari, aut seminari in-
juste negaverit, nam fructuum suorum ratam amittet, si
alter socios commode nequiverit partem suam dumtaxat se- 57
rere, aut locare Salycet. in leg. Jubemus 14. sub n. 1. cod.
de sacrosanct. Eccles. Surd. cons. 43. n. 18. tom. 1.
Natta cons. 31. n. 10. tom. 1. Felic. de societ. cap. 28. n.
19. cum seq. Sperell. dec. 56. n. 15. tom. 1. quamvis in
foro conscientiae, non tutum dicat, qui omnes agri commu- 58
nis fructus sibi addicit Pacion de locat., et conduct. cap.
9. n. 21. neque socius, vel consors locari renuens duplici
onere gravaretur, altero locationis contra suam voluntatem,
et altero amissionis fructuum partis suae, quod jure non
licet leg. navis §. cum autem ff. ad leg. Rhodiam.

Non levis quandoque est inter socios, circa locandam rem 59
communem, contentio, uter in locando praeferatur? Et
primo praefertur, qui honestae personae locare intendit,
Menoch. de arbitr. cent. 5. cas. 442. n. 5. de Marin. resol. 60
jur. cap. 319. n. 4. lib. 1. Carol. Ant. de Luc. ad eumd.
ibidem sub n. 6. Carocc. de locato tit. de re communi n. 7.
Pacion. eod. tract. cap. 9. n. 23. idque receptum, licet
persona minus honesta, se pluris conducere obtulerit Pa-
cion. loc. prox. cit. Bonaccina opera moralia disput. 3. 61
qu. 7. de locat. punct. 1. proposit. 2. n. 6. tom. 2. Nam
regulariter socius in domum communem introducere non
potest, alterius socii inimicum, similiter rixosum, scanda-

62 losum, moribus corruptum, lusorem, gancam, lenonem, et
hujusmodi *Imola in leg. si stipulatus* 111. *n.* 2. *ff. de verb.*
oblig. Æmil. Ferret. in leg. servi electione §. *Labeo n.*
20. *ff. de lugat.* 1. *Carpoll. de aedilit. edict. in leg. aediles*
25. §. *Paedius ait n.* 7. ut 8. *ff. de aedilit. edict. de Graffis*
dec. cas. conscientiae lib. 2. *cap.* 120. *n.* 35. Quod si per-
sona honesta utrinque proponatur, is recipiendus, qui me-
63 liorem conditionem, vel in pactis, vel in mercede fecerit
Ripa in leg. quominus n. 139. *ff. flumin. Menoch. de arbitr.*
lib. 2. *cent.* 5. *cas.* 442. *n.* 6. *Fulic. du societ. cap.* 28. *n.* 39.
Pacion. de locato, et conduct. cap. 9. *n.* 24. si vero pari-
lis fuerit utriusque conductoris conditio, stet sortibus urna,
64 ut per *Menoch. de arbitr. d. cas.* 442. n. 10. *Carocc. de*
locato, et conduct. tit. de re communi n. 37., aut melius
dixerim praeventioni locum esse, uti mox infra, nam quan-
doque sors periculosa est *Menoch. loc. prox. cit. n.* 11.
65 Quod si demum inhoneste utraque persona fuerit, puta
meretrix, et agitur de domo in Lupanari posita, *Carocc.*
66 *de locato loco prox. cit. n.* 38. a suo se conspurcando ab-
stinuit calamo, et non incuriose nonnullorum retulit opi-
niones tenentium, praeferendam esse, in exercitiu anti-
67 quiorem; aliorum vero tenentium praeferendam esse eam,
quae magis officio suo satisfacit; aliorum denique tenen-
tium, praeferendam esse juniorem, pulchrioremque; equi-
68 dem vero praeventioni locum fore existimarem, de qua si
non appareat, negotium esse sorte dirimendum.

Praefertur etiam in locando rem communem ille socius,
vel consors, ad quem major rei communis pars pertinet *Ca-*
69 *rocc. de locato, et conduct. tit. du re communi n.* 8. *Felic.*
du societ cap. 28. *Bunaccina opero moralia disput.* 3. *qu.*
7. *penct.* 1. *n.* 6. *in respons. de locat. tom.* 2 *Pucion. de*
locato, et conduct. cap. 9. *n.* 26. Hac in re tamen ad vi-
tanda jurgia, se interponet judex, suoque magis arbitrio,
70 quod expediens fuerit, imperabit, *Menoch. de arbitr. lib.*
2. *centur.* 5. *cas.* 442. *n.* 7. ut 8. In his vero conflictibus,
illud est in jure pacificum, ut si sociorum alter conducere
71 domum, seu famulum communem, soluta rata mercedis, vel
pensionis aliis suis consortibus voluerit, praeferri omnino
extraneis debeat *Franc. Marc. decis. Delfin.* 512. *part.* 2.
Carocc. de locato, et conduct. tit. de re communi n. 18.
Mastrill. dec. 4. *n.* 5. *ad* 8. *tom.* 1. *Gratian. discept. for.*
cap. 526. *n.* 3. *Conciol. ad statut. Eugubin. lib* 2. *rubric.*
68. *per tot.*, *et in addit. n.* 7. *Subell. in summa verbo so-*
cietas n. 22. *vers. quod socius. Rocca disput. jur. cap.*
160. *n.* 21. *et* 23. *tom.* 2. *Rota in dec.* 350. *per tot. cor.*
Buratto. Quid si duo, vel plures consocii, seu consortes
aemulatione tacti, de praelatione in conductione certave-
rint? Aut major oblator spectabitur, aut is; cui accomoda-
72 tior, expeditiorque erit conductio, aut quaestionem deni-
que sorte dirimendam existimarem. Hoc denique certum,
ut socius, vel consors locet, aut conducat rem communem
73 ad usum locandi destinatam, fructuum, seu pensionum ra-
tam debeat aliis rependere *Granut. commun. conclus. theo-*
rem. 2. *n.* 2. *circa fin. Pocin. de locato et conduct. cap.*
36. *n.* 83. *Rota in decis.* 141. *n.* 36. *coram Ansaldu.*

Opportune etiam quaeritur, an socius, vel consors rem
communem pro parte etiam alterius socii, seu consortis va-
74 leat distrahere? Negat Gajus in *l. nemo* 69. *ff. pro socio*,
ibi = *Nemo ex sociis plus parte sua potest alienare* =
Addita *leg. portionem* 4. *c. de commun. rer. alien.* ibi
= *Portionem quidem tuam militantis frater tuus alienare*
non potuit, ejus autem partem pretio soluto tibi restitui
75 *postulare, nec militaris gravitati convenit* =. Ratio, quia
dum disponit unus de tota re communi, quoad portionem
alterius, de re aliena disponit, de portione igitur sua tan-
tum disponere potest, ex allegatis juribus; quibus plau-
dunt *Bart. in leg. servi electione* §. *labeo ait ff. du legat.*
1. *Rota dec.* 229. *n.* 2. *coram Coccino, et in Anconita-*
na assecurationis 28. *aprilis* 1766. §. 9. *in fin. coram*
76 *bon. mem. Azpura* = intellige tamen dummodo alii con-
sortes suum alienationi non accomodaverint consensum,
quemadmodum ad recitatos *textus*, cohaerenter animadver-
tunt *Gratian. discept. for. cap.* 401. *n.* 45. *Cyriac. contr.*
for. 147. *n.* 6., *et controv.* 592. *n.* 15. *Rota dec.* 361. *n.*
7. *tom.* 7. *in superrim. dec.* 463 *n.* 7. *coram Crescentio*,
et decis. 4. *et* 5. *utrobiq. n.* 1. *de societ. coram Falconer.*
Ab hac solet regula fiscus excipi, qui ex privilegio suo
tantum, de tota re communi, consorte etiam invito, jure
Zanchiu

disponit, quantumvis etiam minima sit ejusdem fisci pars,
ex *Felin. in cap. quae in ecclesia n.* 51. *vers. sexta du-* 77
claratio, de constit. Vincent. Carocc. decis. cas. 2. *n.* 2.
3. 4. *cum seq. du Nigr. de laudem. qu.* 28. *art.* 2. *n.* 17.
et art. 3. *n.* 2. *et seq. Mans. consult. for.* 363. *n.* 7. *et* 8.
tom. 4. *Rota dec.* 4. *n.* 6. *de societ. coram Falconer.* ubi
quod Fiscus solo gravatur onere interpellandi consocium,
num velit ipse in tota re communi praeferri, addito *Gra-* 78
tian. decis. Marchiae 169. *n.* 8. Atque exemplo fisci, ec-
clesia etiam rem cum alio communem, potest, illo invito,
distrahere *Vincent. Carocc. dec. cas.* 2. *n.* 7. 79

Utque eo, unde egressus sum modo revertar; socius, vel
consors, per ea, quae dicta sunt, nequit, rem totam com-
munem distrahere, numquid vendendo solam partem suam
rei communis, id quod ei jure licet, teneatur consortem in-
terpellare, eumque extraneo praeferre, ex dispositione 80
statuti urbis cap. 110? Non dubium ex iis, quae late re-
fert *Constantin. ad stat. urb. annot.* 24. *per totum.* Quid 81
rursus, si unus socius, vel consors, portionem suam rei
communis distrahat in unum, ex aliis pluribus consortibus,
utrum idem juris sit? Non videtur, quia statutum Urbis
in d. cap. 110. loquitur de venditione, quae in extraneum 82
fieri velit, non in unum ex pluribus aliis sociis, seu con-
sortibus: hinc venditio, cessio, vel quae alia portionis unius
consortis in alium translatio, sine interpellatione, et respe-
ctiva praelatione ritu procedit, quemadmodum definivit
Rota in decis. 1114. *per totum cor. Penia.* 83

Privatus quoque socius, vel consors de tota re communi,
quandoque, invito etiam altero, disponit; et casus est, 84
quando unus socius, vel consors intendit in re, vel fundo
communi ecclesiam aedificare, nam alter socius tenetur in-
vitus etiam partem suam, recepto illius pretio, vendere,
idque ex privilegio ecclesiae est, secundum *Lambertin. du* 85
Jurepotronatus lib. 1. *artic.* 18. *quaest.* 2. *princip. part.*
1. *n* 4., *et art.* 2. *quaest.* 3. *princ. part.* 1. *n.* 5., *et artic.*
19. *quaest.* 5. *princ. part.* 1. *n.* 9. *et artic.* 22. *quaest.* 3.
princ. part. 1. *n.* 1. *ejusd. lib.* 1. *Hermosill. ad Lupez.*
gloss. 5. *leg.* 3. *tit.* 5. *n.* 3. *Mostrill. dec. Sicil.* 280. *n.*
12. *ad seq. tom.* 2. *Nicol. lucubrat. canon. lib.* 3. *tit.* 24.
de empt., et vendit. sub numer. 19. Verum tamen verum
est, socium, seu consortem partem suam vendere, ut in
casu, coactum; posse, objecto pretio, vice illius, juspa-
tronatus super ecclesia in solo suo aedificata; sibi, suisque
acquirere, veluti prosequitur *Lambertin. de jurepatr.* 86
artic. 22. *quaest.* 3. *princ. part.* 1. *num.* 3. *lib.* 1.

Et prosequendo singulares casus hujus tituli; *text. in l.*
unica cod. du liberalit. imperial. soc. sine haered. decess.
lib. 10. haec habet » Jubemus, ut siquis forte ex his, qui-
» bus communiter a nobis aliquid donatum sit, nullo hae-
» rede relicto decesserit ad consortem potius solarium, quam
» ad personam aliam, pars decedentis perveniat ». Duo-
bus itaque donatum aliquid a Principe supponit textus, 87
consortes in re sibi donata, pro certo hi sunt, qui deceden-
tes, partem rei donatae suam, ad proprios transmittunt
haeredes, si cum testamento decesserint, sin autem inte- 88
status eorum alter praeobierit, non ad suos ipse transmit-
tet intestatos haeredes, sed rei donatae portio accrescet alte-
ri donatario, et respective socio, seu consorti, illa ratione,
quia decet beneficium principis personas contemplatas pro-
sequi, ita legem recitatam exornantes, sentiunt *Amaya in* 89
d. leg. unica cod. eod. tit. lib. 10. ubi latissime, consonant
Mastrill. du Magistratu lib. 3. *cap.* 10. *n.* 377. *de Phi-*
lipp. allegat. Fiscal. dissert. 35. *n.* 20., *ut fere per tot.*
Felic. de societ. cap. 12. *n.* 23. Eoque amplius, ut socius,
vel consors superstes ipsum quoque excludat fiscum, ut ille
liberalitatem principis plenius consequatur *Amaya loc. cit.* 90
n. 4. *et* 5. *Antenez. de donat. reg. cap.* 19. *n.* 59. *lib.* 3.
Et cum de socio, seu consorte moriente, aut decedentu
mentionem textus faciat, debet intelligi de moriente natu-
raliter, non autem civiliter *Amoya loc. cit. n.* 42. *cum* 91
duob. seq. qui in hoc ejus commentario plures proponit,
resolvitque quaestiones ibi videndas 92

Quid praeterea, si sociorum, vel consortium alter, suam
rei communis partem, pro derelicto habuerit? Modestinus
id fieri posse non dubitat *in leg. an pars* 3. *ff. pro dereli-*
ctu, ibi = *Et quidem si in re communi socius partem*
suam reliquerit, ejus esse desinit = Sed cujus erit talis 93
rei communis pars pro derelicto habita, numquid alterius

socii, seu consortis jure accrescendi? Prudentibus in jure
94 non placet, sed magis prius occupantis *leg.* 1. *ff. eod. tit.*,
et in subjecta quaestione *Bellon. de juru accrescendi cap.*
6. *quaest.* 40. *n.* 4. *ad seq. tom.* 1. Sed vero, si socius,
vel consors non jure accrescendi habebit, cum rem commu-
nem possideat in qualibet ejus partu, seu gleba ut in supe-
95 riore *n.* 15. hac de causa, illam jure occupantis retinebit.
Non videtur, nam pro derelicto habitam occupare volens,
96 scivt oportet, eam pro derelicto haberi *ex leg.* 2. *ff. pro*
derelicto, ibi = *Pro derelicto rem a domino habitam si*
97 *sciamus, possumus acquirore* —, ut ita cognito, rem pro
derelicto esse, quisque per occupationem eam sibi acquirat:
socius itaque, vel consors, ut recitatae legis beneficium sen-
tiat, titulum socialis possessionis mutare cogitur in alterum
98 occupationis, quod animo fit insimul, atque apprehensione
Bellon. loc. sup. cit. n. 4. *ad* 10.

99 Socius item, vel consors debet ad rei communis refectio-
nem pro rata concurrere, *ad text. in leg. si unus* 68. §. *si*
unus vers. si quid anus ff. pro socio. Ita ut si alter tantum
socius impendat, atque reficiat, sumptuum ratam ad alte-
rum socium pertinentem ab eo sibi restitui, juste postulet
100 *Aloys. de Leo in lug.* 4. *n.* 1. *cod. de privot. oedific. Al-*
tograd. cons. 100. *n.* 71. *et* 74. *tom.* 1. *Sperell. dec.* 56.
n. 31. *Rot. in dec.* 334. *n.* 3. *part.* 16. *recen.* Dubium in-
cidit, si ante refectionem socius, vel consors pro refectione
rei communis monitus, ut ratam suam expensarum exhi-
101 beat, et nolit, quid juris in hac ita proposita facti speciu?
Atque patet, socium, vel consortem de contribuendo mo-
nitum, seu debite interpellatum, si intra lapsum quatuor
mensium, non contribuit, seu consortem, qui rem sumpte
jam suo refecit, de sua expensarum rata non reintegrat,
post hoc lapsum tempus quadrimestre partis suae dominium
amittit, et in dominium alterius consocii, seu consortis refi-
102 cientis, ejus portio recta pertransit, veluti per textum li-
teralem *in leg. si fratres* 53. §. *idem respondit ff. pro so-*
cio, communiter tradunt *Zosias in leg. creditor n.* 10. *ff.*
si cert. pet. Jason. in eod. leg. creditor n. 7. *ff. eod. tit.*
Aloys. de Leo in leg. 2. *n.* 19. *cod. pro socio*, *et in leg.*
4. *n.* 1. *et* 2. *cod. du aedific. privat. Branemon. in leg.*
eum proponas n. 3. *cod. pro socio*, *Borgia ad Fobrum*
lib. 2. *cap.* 9. *n.* 11. *et* 12. *Vost. in Pondect. lib.* 17. *tit.*
2. *n.* 13. *pro socio. Merill. exposit. var. ex Cujacio lib.*
2. *cop.* 14. *per tot. part.* 2. *Surd. cons.* 43. *n.* 19. *tom.* 1.
Alduris. de symbolic. contract. tit. 3. *cap.* 8. *n.* 43. *Fen-*
zon. od stat. urb. cap. 108. *lib.* 1. *per tot. de Marin. resol.*
jur. cap. 319. *n.* 9. *lib.* 1. *Michalor. de fratrib. part.* 3.
cop. 35. *n.* 9. *Conciol. od stutut. Eugubin. lib.* 2. *rubr.*
69. *n.* 1. *et* 8., *et Roto in Romano officii vacabilis* 5. *de-*
cembris 1763. §. 11. *coram R. P. D. Vuri.*

Atque hoc habetur, non tam in poenam morae, et contu-
maciae reficere rem communem, suamque expensarum ratam
103 contribuere nolentis, receptum, ex *Ubald. de duob. frotrib.*
part. 6. *n.* 5. *sub princ.* quam propter damnum, quod culpa
contumacis subit alter socius reficere paratus in sua rei com-
104 munis parte; siquidem, non semel accepi, ipseque vidi, do-
mos locatas, et ab aqua pluvia non servatas, vel alio quovis
modo fatiscentes, ruinamque minantes, non restitutas seu
105 non refectas ab inquilinis derelinqui, et quousque non refi-
ciantur, non locari; aequum propterea videbatur, ut consors
reficere paratus tanto reintegretur damno, aut per sollici-
106 tam rei communis refectionem, aut per illius totalem addi-
ctionem favore reficere volentis, ex allegatis juribus. Addi-
tur interesse publicum, cujus interest, domos refici, non
107 derelinqui, et civitatem diruti non deformari aedificiis, ad
textum in l. praetor ait 20. §. *hoc inter dictum il*, 2. *ff.*
du novi oper. nanciat. quam ob causam, publicam videli-
cet, plura etiam contra juris dispositionem recepta sunt ex
108 *Constantin. ad stat. urb. annot.* 24. *n.* 229. 237. *cum*
seq. Ad rem vero; addicitur quidem pars domus communis
reficienti, sed hoc in casu sumptus in ea factos non repetit,
ne reficere negligens, seu non curans duplici poena plecta-
109 tur, vel onere gravetur, contra regulam, *textus in l. na-*
vis §. *cum autem ff. od l. Rhodiam.*, ut in subjecta quae-
stione observant allegati per *Alderis. de symbolic. con-*
110 *tract. tit.* 3. *cap.* 8. *n.* 43., suprascripta vero omnia intel-
lige, ut non verus socius, puta in communi possidens, et
reficere detrectans valeat rem cedere, non sic verus socius,
si rem consequi non curat, sed de sumptibus factis reinte-
grari magis velit, quod ei licet, *Felic. de societ. cap.* 27.
n. 38. *et* 39.

Potest quidem fieri, ut socii, vel consortes inter sese, de
reficienda re communi, vice mutua contendant, ut alter
alio, et alio alter velit modo reficere; utri annuendum quae-
ritur? Pomponius respondit, illius partes potiores fore, qui
rem magis idonee refici proposuerit in *l. in reficiendo* 41. 111
ff. de damn. infect. ibi » In reficiendo communi pariete, ei
» potius facultas aedificandi praestatur, qui magis idonee
» reficere parietem velit; idemque dicendum est, et si du
» eodum itinere, rivovo reficiendo inter duos, vel plures
» quaeratur » plauditque *Petr. de Ubald. de duob. fra-* 112
trib. p. 6. *sub n.* 5. *vers. secundo ambo volunt reficere*,
ubi subdit, illam majorem idoneitatem non debere ad ex-
tremum perduci, puta si idonei fulcimenti loco. integer ve-
lit tolli paries, seu vice purgandi rivum, effodi novus ve- 113
lit, quod ipsum est de itinere communi dicendum; neque
non audietur molendini socius, vel consors, si novas molas
ponere velit, cum quae actu extant, per se sint aptae et
refici possint, ex *Petr. de Ubald. de duob. fratrib. loc.* 114
prox. cit. sub n. 5. *post princ. vers. quod si molendinum.*

Hoc tamen scire interest, quod cum sociorum aliquis, re-
ficere rem communem, puta domum, velit, attendat, opor-
tet, necessariam esse refectionem debere, non ultroneam,
non voluptuosam, puta si domum aliqua in parte fatiscen- 115
tem, cum posset ad necessitatem reficere, ex integro vellet
tollere, nam socius ita impendens, hujusmodi voluptuosos
sumptus non necessarios nequaquam ab aliis sociis repetet
Roto in Senogallien. contributionis 18. *junii* 1759. §. 4. 116
et 9. *coram Emmo D. Card. Cornelio.* Omnium vero ma-
xime, si alii socii dissentirent, imo vero magis si contradi-
cerent *Rot. ibid.* et hoc verum, etiamsi sociorum unus dum- 117
taxat dissentiret, nam in re communi melior semper est
conditio prohibentis *ibid.* §. 5. Illa ratione, quia major pars 118
consentientium in personis alicujus collegii attenditur, non
in sociis *ibid.* §. 5. quod si demum hac in re unius socii 119
dissentientia prohibitio moderetur ab judice, qui temere,
ac irrationabiliter dissentientis suppleat consensum, hoc ca-
su refectio utilis existimabitur, et ad illius contributionem
viritim cogentur omnes, ut in *d. Senogollien. contribatio-* 120
nis 18. *junii* 1759. §. 6. *coram Eminentissimo D. Card.*
Cornelio.

Cum se unus socius, vel consors, bonaque sua omnia
obligat, et hypothecae subjicit, quoad rem cum alio com-
munem pertinet, obligatio, et respectiva hypotheca afficit
suam portionem dumtaxat, non utique alterius socii, seu 121
consortis, ad *textum in leg. anica cod. si commun. rus*
pign. dat. sit. ibi » Frater vester, sicut vobis invitis portio-
» nem vobis competentem obligare non potuit, ita suam
» dando obligationem creditori quaesivit; unde intelligitis,
» contractum ejus, nullum praejudicium dominio vestro
» facere potuisse » communiterque plaudunt *Borgia ad* 122
Fabrum lib. 1. *cap.* 9. *n.* 20. *et* 21. *Gait. de credit. cap.*
4. *quaest.* 7. *n.* 377. *Franch. dec.* 77. *per tot. cum suis*
addit. Fontanell. du pact. nupt. claus. 4. *gloss.* 9. *purt.*
2. *n.* 53. *ut per tot. Merlin. de pign.*, *ut hypoth. lib.* 2.
quaest. 36. *n.* 22. *od fin. Post. resol.* 110. *n.* 14. *et* 15.
Jov. de controct. min. gloss. 25. §. 13. *n.* 190. *et* 191. *Rota*
dec. 320. *n.* 23. *part.* 16. *recent.* nam in hac, qua de agi-
tur incidenti, atque impropria societate, socii non tenentur
ex obligatione unius in solidum, sed pro sua quisque rata
dumtaxat, nisi diversimode inter partes initio sit actum
Rocca disp. jur. select. cap. 94. *n.* 4. Ergo nec censum po- 123
terit unus consors imponere super tota re communi, sed
impositio super sua tantum imponentis portione, valida exis- 124
timabitur *De Solis de censibus tit.* 1. *lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 21.
in fin. cum seq. Cencius eod. troct. quaest. 20. *n.* 4. 5. *ad*
seq. Sabell. in summa verbo census n. 12. *Roto post Cenc.*
du censib. dec 538. *num.* 9. *et* 10., *et corom Ludovis. dec.*
225. *n.* 1. *et* 16. nisi unus socius, vel consors pro reficienda
re communi censum super eadem imposuerit, nam virtute
taciti mandati in similibus a jure tributi, rata impositio erit
Rota in dec. 664. *n.* 4. *part*, 19. *tom.* 2. *rec. ut cor. Molin.* 125
tom. 5. *dec.* 1314. *n.* 20. *ad* 29. Dubitari potest, an census
imposito super parte dumtaxat rei communis nondum divi-
sae cum certorum finium designatione, sit valida impositio;
et validam esse arguitur ex *Cenc. de censib. qa.* 20. *n.* 9.
Rot. post eumd. dec. 67. *n.* 4. modo pars rei ad imponen-

tem pertinens sit quoad fructus oneri census capax, et idonea *Canc. loc. cit. n. 7.* nam confinium designatio respicit fundi censiti peremptionem dumtaxat, eumdem censum ex-
126 tinguentem *Canc. eod. tract. qu. 40. sub* n. 34. plurimum, quia census imponi etiam potest super re aliena in praejudicium imponentis, qui ideo ad interesse tenetur *Canc. eod. tract. qu.* 13. *n.* 11. *et* 12.

Id ergo est in re communi, seu pro indiviso possessa tenendum, ut in favorabilibus socius, vel consors virtute taciti mandati, de quo superius proxime, alium socium, seu
127 consortem obliget, et respective afficiat *Rota dec.* 141. *n.* 38. *coram Ansalda.* In odiosis autem, ac praejudicialibus, secus; et secundum haec in jure certissima, favorabilis sententia per unum socium, seu consortem obtenta super re communi, in actione tamen reali, non personali, alii pro-
128 dest socio, seu consorti, ad *textum in leg. loci corpus* 4. §. *si fundus ff. si servitus vindicetur*, ibi: *Et victoria, etiam aliis proderit — Negusant. de pignor. memb.* 2. *part.* 5. *n.* 37. *sub princ. Scaccia de senten., et re judicata glossa* 14. *quaest.* 12. *n.* 103. *et* 105. *Pacific. de Salvian. interdict. inspect.* 4. *cap.* 1. n. 125. qua ratione sociorum unus a contraria provocans sententia, et alteri consocio, seu consorti, appellatio prodest, dummodo una sit, eademque de-
129 fensio *Scaccia de sentent., et re judicata glossa* 14. *qu.* 12. *n.* 123. *vers. confirmatur. Idem Scaccia de appellat. qu.* 5. n. 58.

Similiter si sociorum, seu consortium unus rem communem possideat, eam administret, fructusque solus percipiat, non pro se tantum, sed pro aliis etiam sociis, seu consorti-
130 bus possidet, et suprascriptos actus gerit *ad textum in leg. communis servus* 42. *ff. de acquir., vel amitt. possess.* ibi = *Communis servus etiamsi ab uno ex dominis omnium nomine possideatur, ab omnibus possidere intelligitur* =
131 idque ad omnes juris effectus, etiam manutentionis, veluti observat *de Clapper. centur. causar. causa* 34. *qu. unica n.* 10. 11. *et* 12. *Post de manutent. observ.* 54. *n.* 15. *Gratian. discept. for. cap.* 450. *n.* 35. *ibique Carol. Anton. de Luca n.* 3. Et quamvis socius hujusmodi possessorios actus gerens, quoad suam portionem jure proprio agere intelligatur, attamen quoad alteram consortis partem jure familiaritatis tantum egisse, possedisse, administrasse, fru-
132 ctusque percepisse censetur *Rota post Posth. de manutent. dec.* 473. 3. 4. *cum seq.*

Per contrarium vero unus socius, vel consors re communi utens per tempus etiam immemorabile, praescriptio-
133 nem contra alterum socium inciviliter allegat. *De Marin. resol. jur. lib.* 1. *cap.* 319. *n.* 9. *Amendola in addit. ad Franch. dec.* 160. *n.* 10. *et seq. Ayora de partition. part.* 3. *qu.* 30. *n.* 110. *Bald. de praescript. part.* 4. *princ. qu.* 13. *per totam, et qu.* 15. *n.* 3. *Rota dec.* 74. *num.* 34 *coram Zarat.*, et *dec.* 136. *n.* 13. *coram Ansaldo*, at de communione pascuorum inter duas communitates, quod nulla temporis praescriptio, etiam immemorabilis, et mil-
134 lenaria inter illas non impediat divisionem, quandocumque petitam, tuetur *de Marin. resol. jur. lib.* 1. *cap.* 319. *num.* 10. *Rota in Carpentoraten. territorii* 7. *decembris* 1744. §. 2. *coram bon. mem. Vicecomite*; *et in Nullius, seu Farfen. divisionis* 17. *junii* 1757. §. 2., *et* 4. *coram Reverendissimo P. D. Olivatio*; excepta communione pascuarum jure filiationis, quae indissolubilis est; puta cum aliqui cives unius Castri, in eodem territorio, aliud sibi castrum aedificant, pascuis in commune retentis, nam quasi
135 filii, aut fratres jus illa dividendi nunquam habent, *Rota in d. Carpentoraten. territorii* §. 4. *et per totam coram eodem Vicecomite.* Multoque minus potest socius, vel consors in re communi servitutem acquirere, *ad textum in leg. in re communi* 25. *ff. de servit. urban. praed.* ibi. » In re » communi nemo dominorum jure servitutis neque facere » quidquam invito altero potest, neque prohibere, quomi-
136 » nus alter faciat, nulli enim res sua servit » et cohaerenter *Natta cons.* 23. *n.* 2. *Bellon. cons.* 40. *n.* 17. *Marend. contr. jur. lib.* 15. *cap.* 34. *per totam.* Imo subtiliter scribit Paulus, unum socium sibi non posse in re communi servitutem stipulari ab altero socio, quia res propria sibi
137 serviret, contra doctrinam legis dudum recitatae, quod si ambo socii, vel consortes servitutem sibi, vel fundo com-
138 muni a tertio stipulantur, utilis stipulatio erit in *leg. si unus* 19. *ff. de servit. rustic. praed.* ibi » Si unus ex sociis » stipuletur iter ad communem fundum, inutilis est stipu- » latio, quia nec ei dari potest; sed si omnes stipulentur, » sive communis servus, singuli ex sociis sibi dari oporte- » re, petere possent, quia ita dari eis potest a te » adde 139
Thesaur. decis. Pedemont. 41. *n.* 11.

Multo sane minus unus ex sociis, vel consortibus potest in re communi servitutem imponere in alterius socii praejudicium ad *textum in leg. unus* 2. *ff. de servit.* ibi = *Unus* 140
ex dominis communium aedium, servitutem imponere non potest =, *et in leg. unus ex sociis* 34. *ff. de servit. rustic. praedior.* ibi = *Unus ex sociis fundi communis permittendo jus esse ire, agere, nihil agit* =. Atque etiam 141
notant *Soccin. jun. in leg. stipulationes n.* 64. *ad seq. ff. de verb. oblig. Burgia ad Fabrum lib.* 19. *cap.* 14. n. 6. *Paris. cons.* 115. *n.* 10. *lib.* 1. *Caepolla de servit. urban. praed. cap.* 15. *n.* 2. *Pecch. de aquaeduct. cap.* 3. *q.* 11. n. 1. 5. 6. *ad* 10. *lib.* 1. *Fattinell. respons.* 110. *n.* 31. *Morott. resp.* 8. *n.* 18. *Rota in dec.* 450. n. 13. *coram Duran. tom.* 2. quod in servitute etiam inquilinatus, ut unus socius, vel consors hanc nequeant servitutem in praejudicium alterius socii imponere, dixit *Rota dec.* 301. *n.* 6. 142
coram Ubaldo. Si perelegantes vero utriusque denegatae activae, et passivae servitatis rationes intimius perspexeris, rem juste definitam citra admirationem senties ullam, dautur ese quippe per *vacon a vacuna lib.* 5. *suorum declara-* 143
tionum in declarat. 74. praestat ejus verba transcribere.

Ait enim *sub n.* 2. » solet quaeri in *l. stipulationes etc.*
» quamobrem fundo communi per unum socium non possit
» servitus acquiri; item nec per unum socium imponi. Ratio-
» nem hanc reddi posse existimo, quod servitutem recipere
» nisi sibi nemo potest. *l. proprium ff. commun. praedior.* 144
» et nota ibi negari potentiam, dictio enim negativa posita
» ante verbum *potest*, removet potentiam; sed quamobrem
» hoc fieri non possit, non est manifestum, nisi dices, hoc
» effici libertatis favore, vel dices in jure positivo non referri
» sic, an sic ab initio constituatur; postquam vero est consti- 145
» tutum, diligenter et custodiendum *Arist.* 5. *Ethic.* Placi-
» tum est igitur legum latori, servitutem etiam praedialem
» neminem posse, nisi sibi ipsi acquirere. Pone itaque fun-
» dum mihi tecum esse communem, si acquiretur hujusmodi
» servitus fundo communi, per me tibi acquireretur, quod
» lex fieri vetat *d. leg. proprium.* Item si stipuler iter ad 146
» partem meam fundi communis, nec mihi quidem acqui-
» ritur, quia non potest mihi iter acquiri, quia tibi acqui-
» ratur, nulla enim particula quamvis minima potest osten-
» di, in qua tu etiam non habeas partem, nemo enim par-
» tis corporis dominus est *l. si ut certo* §. *si duobus vehi-* 147
» *culum ff. commodati.* Non possum igitur mihi soli acqui-
» rere iter in una minima fundi communis particola, in
» qua tu non habeas partem. Praeterea pars propria mea,
» quamvis minima, non potest apparere, si non apparet,
» perinde est, ac si non esset; paria enim sunt, non esse,
» et non apparere *l. in lege fundi ff. de contrah. empt.* et
» per consequens dici potest, nullam illius fundi partem
» posse ostendi meam, sequitur, ut nec fundus aliquis ibi
» sit meus, res enim communis est omnium simul, et non 148
» singulorum *l. servus communis ff. de stipul. servor.*
» Quamobrem servitus imponi non potest, nemo enim ser-
» vitutem acquirere potest, nisi qui praedium habet *l.* 1. *ff.*
» *commun. praedior.* Eadem ratione, nec tu potes acqui-
» rere iter fundo communi, seu parti tuae, quin mihi ac-
» quiras, quod fieri non potest, *d. l. proprium.* Praeterea,
» nec est fundus tuus, nec aliqua pars potest dici tua, *l.*
» *servus communis.* Ergo etc. sed si ego, et tu stipularemur
» iter fundo communi, utique valeret stipulatio, et iter ac-
» quireretur *l. si unus ex sociis ff. de servit. rustic. prae-*
» *dior.* apparet enim fundus, cui servitus potest acquiri. 149
Sequitur locus Vaconii *sub n.* 3. » Nec abest si diceres,
» nam socius censetur habere mandatum a socio, et sic
» poterit stipulari communi societati, *glossa in l. nemo*
» *ex sociis ff. pro socio*, et sic unus socius uti procurator
» poterit alterius servitutem fundo communi acquirere,
» parti suae ut dominus, parti vero socii, uti procurator?
» ad hoc respondentes senenses ajunt, illam *glossam* dum-
» taxat locum habere in societate conventionali, quibus, et
» ego assentior. Tu vero dicas, controversiam esse de hoc, 150
» an socius, uti socius possit servitutem et parti suae, et
» partii socii et consequenter fundo communi acquirere; sit

» sane ut habeat mandatum, tunc sequirit, non uti socius,
» sed uti procurator alterius socii, cui enim dubium per
» procuratorem posse nobis acquirere? *l. 1. §. per procura-*
» *torem ff. de acquir. possess.* est enim procurator uti in-
» strumentum animatum mandantis, ut dictum est in ma-
151 » teris acquirendae possessionis, sed controversia est, an
» ut socius acquirat. Adde, quod si etiam haberet manda-
» tum, non posset unus socius acquirere servitutem parti al-
» terius socii, num socius ille non sit dominus alicujus par-
» tis *d. l. servus communis, et d. §. si duobus vehiculum*
» *si* non est dominus alicujus partis, ergo non habet ibi
» fundum si non habet fundum, non potest, nec per pro-
» curatorem acquirere servitutem, cum sine fundo servitus
» acquiri non possit, *dict. l. 1. ff. commun. praedior.* de-
152 » fectu igitur fundi, servitus acquiri non poterit ».
De servitute autem passiva loquens, *Vacon. loc. cit. sub*
eod. n. 3. ita prosequitur » Idem dicendum est de fundo
153 » serviente; unus enim socius non potest fundo communi
» servitutem imponere *l. unus ff. de servit. rustic. prae-*
» *dior. l. 2. ff. de servit.* nec parti quidem suae, cum nulla
» pars ostendi possit, quae propria sua dici queat. In qua-
» libet enim particula, et socios habet partem. Praeterea
154 » socius certae partis non est dominus *d. §. si duobus ve-*
» *hiculum*; non enim fundus est singulorum, sed omnium
» *d. l. servus communis sic ff. de stipulat. servor.* si
» socius non habet partem fundi, quae possit demonstrari,
» nec habere fundum dicetur, et si non habet fundum, nec
» imponi, nec dari ab eo servitus potest *l. 1. ff. commun.*
» *praedior., et l. fin de servit.* nec obest, quod intellectu
155 » saltem habeat partem *l. Maevius §. duorum ff. de legat.*
» *2. verbo, namque plures*; et advertit quod textus ille est
» mendosus, scriptum est enim *neque*, legendum est *cum*,
» licet enim habeat partem, quae intellectu percipi possit,
156 » tamen servitus non potest imponi parti intellectuali sicuti
» non potest anulo signum in aere imprimi. Nec obest, si
» quispiam dicat, etiam qui non habet fundum, potest pro-
» mittere servitutem; fateor enim servitutem posse promitti
» sine fundo, sed imponi, vel acquiri sine fundo minime
» potest; qui enim promittit, obligatur personae, servitus
» vero debetur praedio, non autem personae *l. unius ex*
» *sociis ff. de servit. rustic. praedior. vers. tamen. quo-*
157 » *niam*, et sic habes rationem, quamobrem, nec imponi,
» nec acquiri servitus fundo communi, nec parti unius
» socii recte potest ».
Verumtamen si socius, vel consors, neque activam, ne-
que passivam servitutem acquirere potest in fundo commu-
ni ex pacto, vel stipulatione, quemadmodum videtur de-
monstratum, potest tamen activam servitutem eidem com-
158 muni fundo acquirere ope legitimae praescriptionis, ut per
Crott. cons. 271. n. 9. et 10. tom. 2., qui rationem diver-
sitatis in eo dicit consistere, quod stipulatio, vel pactum
habet consensum momentaneum; praescriptio vero consen-
sum successivum, qui est in jure efficacior, quae confirma-
159 tur distinctio, per *Speculatorem in rubrica de praescri-*
ptione lib. 4. partic. 2. pag. mihi 185. col. 1. sub princ.,
neque est novum in jure, ut plus, efficaciusque operentur
juris ministerium, quam hominis provisio, seu conventio
Alexand. Turamin. oper. omn., ad l. non puto cap. 3 *n.* 160
28. *ff. de jure fisci pag. mihi* 324. In eo autem minus dubii
erit, ut tertius emens rem communem ab uno socio, vel
consorte, rem totam valeat praescribere, ut per *Rota in* 161
decis. 5. n. 2. de societ. coram Fulcaner.
Eleganter etiam quaeritur, si res aliqua sit duobus viri-
liter, non in solidum in emphyteusim concessa, et consor-
tium, seu sociorum alter canonem rei domino non solverit,
alter vero portionem suam solverit, utrum inflicta caducitas 162
socio non solventi, alterum quoque socium solventem affi-
ciat in sua portione? Negat *textus in l. non debet 75. ff.*
de regul. jur. ubi quod iniqua conditio alteri per alterum 163
non debet inferri, et in subjecta definiverunt quaestione
Bart. in l. fraudati 8. *n. 2. ff. de publican. Bertachin. de* 164
Gubellis part. 9. n. 36. *Gall. de except. p. 1. tit. 4. ex-*
cept. 2. n. 91. Curbul. de emphyt. tit. de caus. privat. ob
non solut. can. limit. 36. *per tot. Rota in dec.* 544. *n. 4.*
p. 2. recentior.
Rem similiter pro indiviso, et in communi duo possi-
dent, eorum alter debitorum mole praemitur, et ab ejus
creditoribus d. res communis executioni tota subjicitur;
Quid juris, quaeritur? Et nullam esse executionem decisit 165
Rota in dec. 37. n. 9. cor. Durano tom. 1., quia talis exe-
cutio super re alterius, quam debitoris facta intelligitur in
ea rei communis parte, quae ad alterum socium, seu con-
sortem pertinet, id quod nullitatem actus inducit, ad *text.* 166
in l. a divo Pio, §. si super rebus ubi glossa, et alii ff.
de re judicat. Constantin. vot. 113. n. 7., et vot. 117. n.
13. *tom. 1. Rota dec. 32. n. 4. et 5. part. 15. rec., et re-*
cen. 213. n. 4. coram Ratto.
Initio jam dixi, bonorum communionem, societatem im-
proprie nuncupari, cum realis potius, quam personalis so- 167
societatis induat naturam; propterea que per mortem unius
cii, seu consortis non extinguitur, sed ad ejus haeredem
pertransit, *ad textum in l. per hoc judicium 4. versic.* 168
sed et si ff. commun. divid. Bellon. cons. 93. n. 11. quous-
que communio actione communi dividundo dirimatur *l.*
quibus casibus 34. ff. pro socio. Dirimitur autem volunta- 169
te alterutrius socii, vel consortis, nam in communione, ne-
mo compellitur invitus detineri *leg. fin. c. commun. divi-*
dun.; ad vitanda jurgia, et discordias, quibus obnoxia com- 170
munio est *Rota in Romana domorum 17. januarii* 1755. *§.* 171
11. *cor. bon. mem. Vicecomite.* Et haec omnia debent intel-
ligi, non solum de communione bonorum, quae, talis initio
extitit incidenter coita, sed de illa etiam, quae a vera per-
sonali, et conventionali societate proficiscitur, ut puta cum
vera societas personalis, seu conventionalis, per obitum u- 172
nius socii solvitur *l. 4. ff. pro socio*; eadem per continua-
tionem in haeredes defuncti socii, absque renovatione, hu- 173
jus incidentis communionis naturam consequitur, nam
quousque communi dividundo judicio non fuerit actum, 174
regula incidentis communionis vigebit *Rota in dec.* 269.
n. 25. ad fin. p. 16. recentior.

CAPUT VIII.

De Societate per modum participationis.

SUMMARIUM

1. Particeps est, qui rei partem habet.
2. Participali curiae militum associati, dicebantur olim magistri equitum
3 Verbum participis, seu participationis, in societate, significat partialem, et limitatam lucrorum socialium communicationem.
4. Particeps quandoque pro socio, et participatio pro societate usurpatur.
5. Participationis contractus regulariter differt a societate.
6. Nomina enim diversa ad hoc introducta sunt, ut rem diversam significent, n. 7.
8. Neotarici jurisperiti in rerum, et verborum incertitudinem, non raro prolapsi sunt
9. Majores nostri loco participationis usurparunt *admissionem*, et *assumptionem*, et indicantur jurium loci, n. 10 et 11.
12. Verbum tamen participationis non est expungendum, valuti comprobatum a consuetudine diuturna, quae pro lege observatur.
13. Primum substantia participationis spectanda est, mox effectus videndi.
14. Fingitur casus, in quo Titius init societatem cum Cajo super 4000., Cajus in socium assumpsit Sempronium in mille, hic est Socius Caji, non Titii.
Socius mei socii, socius meus non est, ibidem.
15. In casu proposito duae sunt societates, prior inter Cajum, et Titium, altera inter Cajum, et Sempronium, n. 79.
16. Videlicet, ut Titius participet in 4000. solus, Cajus, et Sempronius in totidem 2000 pro virili.
17. Hujusmodi contractus participationis saepe initur a nobilibus, aliisque personis refugientibus, eorum nomen expendi.
18. Unus sociorum potest, altero etiam invito, et ignorante, sibi socium assumere, et ad participationem admittere.
19. Ex socio, qui non admisit, non potest sine ejus consensu, alter socius eddi.
20. Per admissionem socii, principalis non dissolvitur societas.
21. Amplia ut nec diminutionem, alterationem, seu novationem, patiatur ullam principalis societatis natura.
22. Principales socii admissioni consentientes omnes, perinde admissus efficitur socius, atque si initio contraxisset
23. Aut saltem societas perinde habetur quasi renovata fuisset.
24. Longa differentia est inter principalem societatem, et participationem, nec facile confundenda est.

25. Participatio licet improprie sit societas.
26. Attamen particeps non acquirit dominium juris formalis societatis, sed solum dominium illius ratae in societatem immissae.
27. Sub nomine participis, veniunt etiam vulgo *caratanti*.
28. Participes, a sociis distinguuntur, quando admittuntur post contractam societatem.
29. Qui autem ante contractam societatem, seu in actu coitae societatis admittitur, est magis socius, quam particeps.
30. In dubio autem censetur magis socius, quam particeps.
31. Observantia in hoc subsecuta, plurimum facit.
32. Effectus participationis sunt, ut particeps se non ingerat in administratione, directione, et guberniu societatis.
33. Item non se ingerit in gerendis socialibus contractibus, et negotiis.
34. Item non habet facultatem inspiciendi libros sociales
35. Item non potest exigere utilia socialia, nec adversus debitores sociales agere.
36. Administrator societatis licet ad rationem reddendam jure conveniatur a sociis, non aeque tamen a participe convenitur.
37. Particeps tamen ea de causa convenire potest socium principalem, et maxime eum, qui se admisit.
38. Societas principalis, per mortem participis non resolvitur.
39. Per mortem tamen socii admittentis societas solvitur, ita et jus participis accessorium evanescit.
40. Particeps non obligatur in solidum creditoribus socialibus, sed pro sua rata dumtaxat in societatem immissa.
41. Societas etiam principalis, veluti participatio, si limitatis consistit in capitalibus favore creditorum, accedit potius naturae socomanditae.
42. Limitatur conclusio, de qua dictum n. 40. si particeps se in electione institoris immiscuit, vel consensum dedit, nam in solidum tenebitur.
43. Et in hoc sensu procedit illa doctorum conclusio, particeps, perinde quasi socius existimatur.
44. Verbum *particeps*, quandoque de vero socio praedicatur.
45. Particeps non tenetur de facto sociorum, neque obligationibus per eos contractis obstringitur.
46. Si plures sint socii in afficiis, et fiant non solvendo, an locator agat contra participem ab uno socio assumptum? Et regulariter negative resolvitur, n. 47.
47. Maxime in eo quod excedit ratam capitalis per participem collati.
48. Amplia si particeps fuit admissus sine consensu locatoris.
49. Particeps recta via tenetur pro afficitibus locatori, si jura formalia societatis, seu conductionis in eum sint initio translata.
50. Jura autem formalia societatis, aut conductionis, quomodo in participem transferantur, traditur, et n. 51.
52. Quibus in casibus particeps tenetur locatori solvere afficitus a principalibus sociis non solutos, et n. 53.
54. Doctores disputant, quando d. jus formale societatis, et conductionis, ad relatos effectus, habeatur translatum.
55. Locator si cavit pacto, ne assumatur particeps, sine ejus consensu, assumptio nulla erit et resolvetur etiam locatio.
56. Commixta societate cum locatione, si principalis contractus sit societas; accessorie erit locatio; et societatis regulae vigebunt.
57. Unde si socius sibi socium assumit, hic erit simplex particeps.
58. Limita si in principali contractu societatis fuerit pactum ad effectum nominandi alios, et fuit nominatus socius assumptus.
59. Socius jura societatis tamquam personalia cedere non potest in alios.
60. Quod si principalis contractus fuerit locatio, tunc jura conductionis, assumendo sibi socium, potest transferre.
61. Et quicumque moriatur, vel principalis conductor, vel particeps, utriusque haeres succedit in locatione usque ad tempus praestitutum.
62. Societas vectigalium transit ad haeredes, et remissive.
63. Declara in sociis, non in participibus.
64. In locatione vectigalium, conductor inscio etiam locatore, potest sibi socium assumere.
65. Declara in commodum, et praejudicium ipsius assumentis, non in praejudicium fisci locatoris, nisi fiscus quandocumque d. assumptioni consensum praebuerit, et n. 66.
67. Juvat fiscum consensum praestare d. admissioni, quia nec contra admissum actionem habebit, et n. 68.
69. Actionem, cessante d. consensu, nec fiscus pro observantia pactorum habet contra participem, neque hic contra fiscum.
70. Actio ibi esse non potest, ubi non praecessit obligatio.
71. Intellige, ut fiscus pro solutione afficitus agat in solidum contra generaliter, et illimitate assumptum.
72. quod si fuerit assumptus pro parte limitata, puta tertia, vel quarta etc. pro hac aget tantum rata.
73. Amplia ad bonu communitatem, ut contra assumptum a conductore, et a communitate non agnitum, ipsa pro afficitibus aget, agnitum vero etiam pro damnis agat.
74. Fiscus, communitas, et alii habentes jura fiscalia, principalibus conductoribus decoctis: agunt in subsidium contra assumptum pro praeteritis afficitibus.
75. Amplia, etiam ut similes locatores jura fiscalia habentes, citra quinque subsidium, recta via agunt contra assumptum: atque affertur ratio, n. 76. 77.
78. Socius admittens communicat cum sociis, admissus autem non communicat, et datur ratio, n. 79.
80. Similiter etiam socii communicant cum socio admittente.
81. Nihil interest, an prius agant socii adversus admissum, an hic adversus illos.
82. Socius admissus si in aliqua re deliquit recta via tenetur admittens, puta de damno, vel culpa admissi, n. 83.
84. Amplia ut admittens teneatur pro admisso, licet hic alia ex parte societatem melioraverit, rejecta compensatione.
85. Participatio, ad instar societatis, cum sit quid facti, probari debet.
86. Licet participatio, praesupponat societatem principalem, tamquam accessoria, nihilominus probanda est, et n. 87.
88. Participatio probatur per effectivam capitalis immissionem in societatem.
89. Probatur etiam ex subsecuta observantia.
90. Participes socii non sunt idonei testes pro societate, propter interesse, quod in illa habent.

1 Particeps est, qui certam rei partem habet, ait *Cujacius*
ad instit. lib. 1. *cap.* 3. *de jure person. tom.* 8. *col.* 895.
lit. C., atque testus loquens de magistris equitum, eosdem
2 = *Adsociatos participali curan*, *militiae gratia* dicit in
leg. unica ff. de offic. praefect. praetor. hinc facillimum
captu est *participis*, seu *participationis* verbum societati
accommodatum, significare partialem, et limitatam lucro-
3 rum communicationem per socios faciendam cum eo, qui
particeps est; et quamvis particeps pro socio, et participatio
4 pro societate quandoque usurpetur, ex *Gratian. discept.
for. cap.* 547. *n.* 26. *Rota in dec.* 606. *n.* 24. *coram Merlin.* plerumque tamen contractus participationis nomine
notatus, suam non exuit participationis naturam a vera so-
5 cietate distinctam ex *Constantin. vot.* 291. *n.* 39. *et* 98.
tom. 2. hinc non ineleganter Celsus ex Servio ait » Quor-
» sum nomina, nisi ut demonstrent voluntatem dicentis?
» Et quidem non arbitror quemquam dicere, quod non
» sentiet, ut maxime nomine usus sit, quo id appellari so-
6 » let, nam vocis ministerio utimur; caeterum nemo exi-
» stimandus est dixisse, quod non mente agitaverit, sed
» etsi magnopere me Tubero, et ratio, et auctoritas mo-
» vet, non tamen a Servio dissentio, non videri quemquam
» dixisse, quod non suo nomine usus sit, nam etsi prior,
» atque potior est, quam vox, mens dicentis, tamen nemo
7 » sine voce dixisse existimatur » *in l. labeo ait* 7. *ff. de supellectili legata.* Et in subjecta quaestione *Rota in Macera-
ten. contractus super praetensa restitutione in integrum*
11. *maii* 1781. §. 6. *coram Reverendissimo P. D. Origo.*
Majores tamen nostri, et rerum verbis, et eorum vi, ac
8 potestati rectius inservientes, explosis Neotericis jurisperi-
tis in rerum, et verborum incertitudinem non raro prolap-
sis, non participationis, sed accommodatius *admissionis*,
9 et *assumptionis* verbo usi sunt. Ait enim Ulpianus in *leg.
qui admittitur* 19. *ff. pro socio*, ibi » Qui admittitur so-
» cius, ei tamen socius est, qui admisit etc. quid ergo si
» socius meus eum admisit, ei soli socius est » et in *leg.
et quidquid* 21. *ff. eod tit.* ibid. » Et quidquid fuerit de 10
» societate nostra consecutus, cum illo, qui eum assumpsit,
» communicabit », Nihilo secius tamen, quia longa con- 11
suetudo, *participationis* verbum comprobavit, eamdem
consuetudinem sequi oportet, cum scitum sit diuturnam
consuetudinem pro jure, et lege observari *leg.* 33. 34. *et* 12
35. *ff. de legib.*

Interim nosse oportet vim, et substantiam participatio-
nis, quae sit, mox de effectibus. Pone Titium contraxisse 13
societatem cum Cajo super aliqua negotiatione valoris in
capitali scut. 4000., Cajus deinceps, quia forte pecunia
indigebat, assumpsit in socium Sempronium pro sc. 1000.,
quae Cajo numeravit; Sempronius est socius Caji, non
Titii, qui probe dicit socius socii mei, socius meus non est
l. 19. *et* 20. *ff. pro socio*, *Connan. comment. jur. civ. lib.* 14
7. *cap.* 13. *sub n.* 11. *Alexand. cons.* 139. *n.* 2. *lib.* 5.
Fontanell. dec. Catalon. 234. *n.* 2. *tom.* 1. *Rota dec.* 39.
n. 16. *coram Clemente Arostegui.* Ergo sunt duae socie-
tates, altera inter Cajum, et Titium principales socios super
capitali sc. 4000., et altera inter Cajum, et Sempronium ad 15
societatem admissum super sc. 2000. *Faber. in leg. et quidquid* 21. *in ration. decid. ff. pro socio*, *Fontanell. dec.
Catal.* 234. *n.* 3. 4. *ad* 7. *tom.* 1. *Olea de cess. jur. tit.*
3. *quaest.* 5. *n.* 15. *Ansald. de commerc. et mercat. disc.*
80. *n.* 3. *Rota in dec.* 1055. *n.* 5. *coram Emerix jun.* Ut
videlicet Sempronius admissus de portione Caji scut. 2000.
participet pro utilibus suae ratae scut. 1000. in societatem
collatorum; unoque verbo de lucris proficiscentibus a toto
capitali sc. 4000., duas partes integras habeat Titius, ter-
tiam Cajus alter principalis socius, Sempronius reliquam 16
in socium admissus; atque hunc participationis contractum
regulariter solet a nobilibus aliisque personis coiri, refu-

Zanchio

gientibus eorum nomen expendi, et nobilitatem dehone-
17 stari, juxta textum in leg. nobiliores cod. de commerc.,
et mercat. Card. de Luca de credito disc. 89. n. 6. Jov.
de contract. minor. gloss. 25. §. 13. n. 700. vers. diciturque Rota dec. 826. n. 10. et 11. coram Emerix iun.

Semproinus itaque admissus, non est socius Titii, quis
unus ex principalibus sociis (quemadmodum hic Cajus
est) potest, invito etiam, atque ignorante altero principali
socio, tertium in socium sibi assumere, seu in participem
admittere, tam ante contractam, quam post contractam so-
18 cietatem principalem leg. qui admittitur 19. ff. pro socio.
Marta de clausulis claus. 216. part. 1. Rota dec. 40. n.
32. coram Otthobono, elegantemque rationem docet textus
19 in d. leg. qui admittitur 19. ff. pro socio, ibi » Cum enim
» societas consensu contrahatur, socius mihi esse non po-
» terit, quem ego socium esse nolui » ita ut prior, et prin-
cipalis societas inter socios principales, coita per hujusmodi
separatam admissionem tertii in socium, non solum minime
20 dissolvatur, ut per Rotam in decis. 1055. n. 4. coram Eme-
rix jun. sed ne minimam quidem patiatur diminutionem,
mutationem, alterationem, atque novationem naturae so-
21 cietatis, cum haec firma eo modo persistat, quo coita initio
reperitur Card. de Luca de credit. disc. 89. n. 7. Rota dec.
826. n. 3., et in d. dec. 1055. n. 4. coram Emerix jun. et
in dec. 372. n. 11. part. 16. recentior. Quod si forte socii
principales ad unum omnes, vel expresse, vel tacite etiam
consentiant admissioni tertiae personae in socium, tunc
perinde quasi haec tertia persona societatem ab initio cum
22 aliis sociis cojisset, existimatur, non simplex particeps ad
omnes juris effectus Fontanell. decis. Catalon. 235. n. 1.
ad plur. seq. tom. 1. Oleo de cess. jur. tit. 3. quaest. 5.
n. 16. Casareg. de commerc. disc. 133. n. 8. vel societas
23 hoc casu saltem, quasi renovata reputabitur Carol. Ant.
de Luca ad Franch. dec. 249. n. 3.

Longa hinc differentia est, inter societatem principalem
atque participationem, et a confundenda una cum altera
24 magnopere cavendum, prout communiter tradunt Cotoneus
cons. 7. per tot. Sebast. medic. decis. March. 8. num. 8.
Gratian. discept. for. cap. 320. n. 7. 8. et 9. Card. de
Luca de regal. disc. 90. n. 12., et disc. 91. n. 15. et de
credit. disc. 87. n. 6. et 7. disc. 88. n. 4. et disc. 89. n. 5.
Constantin. vot. 291. n. 29. tom. 2. Jov. de contract. min.
gloss. 25. §. 13. n. 70. Casareg. de commerc. disc. 39. n.
30. et 31. Rota in Romana societatis 15. apr. 1738. §.
Non obstat, cor. cl. mem. Card. Millino. Nam quamvis
participatio, improprio, latoque modo considerata, appel-
lari societas possit, propter illud, quod inest consortium
25 glossa in leg. cum in societatis verbo participasse cod.
pro socio, Rota in dec. 208. n. 8. part. 4. tom. 1., et dec.
87. n. 9. part. 4. tom. 2. rec. et in dec. 311. n. 18. cum
seq. cor. Ubaldo, et dec. 826. n. 16., et dec. 871. n. 14.
coram Emerix jun. Vere tamen particeps ex sua admis-
sione non consequitur dominium juris formalis societatis,
sed dominium retinet illius ratae dumtaxat, quam jure
26 participationis in societatem immisit Rot. in Melevitana
depraedationis super 1. Dubio 16. martii 1733. §. quo
vera, et §. ex ea quidem cor. cl. mem. Card. Aldrovando
impressa apud Constantin. vot. 291. n. 44. et 46. tom. 2.,
et in Maceraten. contractus super praetensa restitutione
in integrum 11. maji 1781. §. 8. et 12. coram Reveren-
diss. P. D. Origo. Et sub nomine participis veniunt etiam
27 qui Curatanti vulgo nuncupantur Carleval. de judic. lib.
1. tit. 3. disp. 10. per tot. Capyc. Galeott. respons. fiscal.
22. n. 48. Rota dec. 39. n. 8. coram Clemente Aroste-
gui, et in Maceraten. contractus super praetensa restitu-
tione in integrum 11. maji 1781. coram Reverendiss. P.
D. Origo.

Regulariter vero dignoscuntur participes a veris sociis, ex
eo, si admissi fuerint per unum ex sociis ad ratam societa-
28 tis partem post expletam, firmatamque a principalibus so-
ciis societatem Gratian. discept. for. cap. 547. n. 26., et
27. Merlin. de pign. et hypoth. lib. 2. tit. 1. quaest. 76.
n. 20. Rota in dec. 46. n. 22., et 26. part. 6. rec., et in
dec. 141. n. 5. tom. 1. Coram Molin., et in nuperrim.
tom. 2. dec. 147. n. 13., et in d. Melevitana depraeda-
tionis §. hactenus, §. rursus, et §. posito autem coram eod.
Aldrovando, et in d. Maceraten. contractus super prae-
tenso restitutione integrum 11. maji 1781. §. 10. coram
Reverendiss. P. D. Origo. Secus vero si tertia persona fue-
rit in participem admissa ante principalis societatis cele-
brationem, nam hoc casu regulariter magis socia, quam
particeps erit existimanda Fabius Anna cons. 59. n. 37. 29
et 38. Rota in dec. 311. n. 18. et 19. cor. Ubaldo. Id
quod etiam recipi commode potest, si nec ante, nec post
participationem expletam, principalis societas contracta di-
gnoscatur, nam hoc initio societatis deficiente, admissus
existimari magis socius, quam particeps debebit Fabius 30
Anna d. cons. 59. n. 37., et seq., idque vero magis sub-
secuta aperiet observantia, quae in hac etiam materia pe-
culiaris est Rota dec. 871. n. 6. coram Emerix jun. et in 31
d. Melevitana depraedationis 16. martii 1733. §. postre-
mo in idem coram eod. cl. mem. Card. Aldrovando.

Peculiares vero simplicis participationis effectus, hi sunt.
Ut se particeps non ingerat in administratione, directione,
et gubernio rerum societatis Gaiguaet. de different. indi- 32
vid. utr. jur. sub lit. S. n. 32. Rota in dec. 871. n. 3. cor.
Emerix jun., et in Romana societatis 15. aprilis 1738.
§. nec etiam officit, coram cl. mem. Card. Millino, et
in Forolivien. locationis 12. martii 1759. §. 8. cor. bon.
mem. de Canillioc. Ergo particeps se neque in gerendis so-
cialibus contractibus, negotiisque ingeret, Rota in dec. 33
826. n. 9. et 10., et dec. 871. n. 6. coram Emerix jun.,
et in dec. 39. n. 9. cor. Clemente Arostegui, et in Mace-
raten. contractus super praetenso restitutione in integrum
11. maji 1781. §. 7. et 13. cor. Reverendiss. P. D. Origo.
Neque facultatem inspiciendi sociales libros habebit Rota 34
in dec. 116. n. 22. tom. 5. part. 2. in nuperr. minusque
nomina debitorum socialis exigere, seu adversus debitores
societatis agere licebit ei, qui est in societate particeps Rota 35
Genuen. apud Bellon. dec. 39. sub n. 9. Gaiguaet. de dif-
ferent. individ. utr. jur. sub lit. S. n. 32. Casareg. de
commerc. disc. 39. n. 32. Rota in Melevitana depraeda-
tionis super primo dubio 16. martii 1733. §. ex quo, co-
ram cl. mem. Card. Aldrovando. Et qui postremo societa-
tis administrator est, convenitur hic quidem a sociis pro
redditione rationis, a participe autem non convenitur, Rota 36
Januen. apud Bellon. dec. 39. sub n. 9. Fontanell. decis.
Catalan. 234. n. 1. ad seq. tom. 1. Ansald. de commerc.
et mercat. dis. 80. n. 6. Nam eidem participi, socios prin-
cipales tantum ea de causa convenire licet, ex juribus pro-
xime allegatis, et maxime socium admittentem, qui ad
participem admissum relatione habita, administratoris, vel
institoris personam induit Casareg. de commerc. disc. 66. 37
n. 3. His etiam addi potest, quod sicuti hic simplex parti-
ceps, socius vere non est, nullumque jus in formali socie-
tate obtinet, ita per ejus mortem civilem, aut naturalem,
societas principalis, nequaquam resolvitur Rota in dec. 38
663. n. 6. 10. 11. et 12. coram Emerix jun., et in Mace-
raten. contractus super praetenso restitutione in integrum
11. maji 1781. §. 18. coram Reverendiss. P. D. Origo.
Contra ea vero, sicuti societas per mortem socii admitten-
tis solvitur, ita assumpti participis jus omne, tamquam
accessorium evanescit Rota decis. 213. n. 1. cor. Ubaldo. 39

Ex diverso autem particeps personali sua obligatione non
tenetur in solidum erga creditores sociales ex quovis facto
sociorum, vel institoris in damnum societatis resultante, sed
usque ad mensuram dumtaxat sui capitalis immissi tenetur
particeps, hoc est, ut limitate illud amittere valeat, si ne-
gotium male cedat Ger. Spin. cons. 10. n. 11. et 12. Card. 40
de Luca de credit. disc. 87. n. 7. Molin. de pignor., et
hypoth. lib. 2. qu. 77. n. 19. Rota Genuen. penes, Bel-
lon. dec. 14. n. 86. Constantin. vot. 291. n. 45. 46. 47.
57. 102. 104. 126. et 160. tom. 2. Rota in decis. 606. n. 6.
et dec. 619. n. 4. coram Merlin. et dec. 39. n. 1. coram
Clemente Arostegui, et dec. 11. n. 8. coram Tonario; et
in Melevitana depraedationis quoad qualitatem armato-
ris 28. februarii 1752. §. 4. coram cl. mem. Card. Mathaejo,
aet in Maceraten. contractus super praetenso restitutione
in integrum 11. maji 1781. §. 5. coram Reverendissimo P.
D. Origo. Et hac de causa participatio, sicuti etiam ipsa vera
societas si in limitatis, atque restrictis consistit capitalibus
erga contrahentes obligandis, accedit maxime naturae ac- 41
comanditae, de qua in sequenti loquar capite, veluti obser-
vant Cacheran. dec. 150. n. 8. et seq. Fontanell. dec. Ca-
talon. 505. n. 17. et 18., et dec. 506. n. 8., et decis. 507.
n. 11. tom. 2., Rota in nuperr. tom. 1. decis. 125. n. 17.

Superiorem vero conclusionem intelligi oportet, si se particeps ab eligendo institore abstinuerit, quod si per contrarium, vel re ipsa, vel de sociorum consensu particeps, se in electione institoris immiscuerit, vel suum facto institoris consensum praestiterit, praetermissa indagine, an non, in hisce circumstantiis, veri socii naturam induerit; hoc cer-
42 tum, quod particeps in hac proposita facti specie non secus in solidum erga creditores, atque iidem socii, tenetur, *Rota Januen. apud Bellon. dec.* 14. *n.* 18. *ad plur. seq. et n.* 126. *in fin. Merlin. de pignor. et hypoth. lib.* 2. *tit.* 1. *qu.* 76. *n.* 22. *cum seq. Rot. in dec.* 246. *n.* 8. *et* 9. *par.* 16. *rec.* Et in hoc, uti opinor, sensu verum esse poteat, quod doctores nonnulli dictitant, participem perinde quasi
43 socium in omnibus haberi *Rota Januen. apud Bellon. dec.* 48. *n.* 1. *Pacific. de Salvian. interdict. inspect.* 4. *cap.* 1. *n.* 126. nisi rectius dicamus, verbum hoc *particeps* abstractive sumptum, de vero nonnunquam socio praedicari, ei-
44 que facile accomodari, ut per *Rotam in dec.* 606. *n.* 22. 23. *cum seq. coram Merlin.*

Dixi participem non teneri de facto sociorum, minusque
45 ab oneribus, et obligationibus per eos contractis, et respective assumptis ligari, ut per *Rotam in Forolivien. locationis* 28. *aprilis* 1758. § 7. *et* 8. *coram bon. mem. de Canilliac.* Quid si plures socii sint in aliquo affictu, et eorum unus alium sibi assumat in socium, seu participem, utrum
46 sociis non solvendo effectis, valeat pro affictibus locator in socium assumptum agere? Regula in puris terminis socii participis est negativa; videlicet, ut in eo, quod excedit ra-
47 tam sui capitalis per participem in negotium immissi, non agat locator, nec teneatur particeps, *Pancirol. cons.* 156. *n.* 3. *lib.* 1. *Salgad. labyrint. credit. part.* 2. *cap.* 26. *n.* 74. *Carol. Ant. de Luca ad Gratian. in cap.* 547. *n.* 4. *vers. assumptio in socium, Card. de Luca de locat. disc.* 27. *n.* 5. *Ansald. de commerc. et mercat. disc.* 73. *n.* 8. *Constantin. vot.* 525. *n.* 10. *tom.* 4. *Rota decis.* 40. *n.* 33. *coram Ottobono.* Plurimum vero, si admissio in participem sine consensu locatoris facta habeatur *Rota in Forolivien.*
48 *locationis* 12. *martii* 1759. § 9. *coram bon. mem. de Canilliac.*

Ad hoc propterea ut particeps locatori pro affictibus teneatur, talis sit oportet, ut jura formalis societatis dominii,
49 seu conductionis acquisivisse, usque ab initio dicatur, id quod plane accidit, vel quando principalis conductor, nec pacto, nec jure prohibetur sublocare, seu quemquam sibi in socium assumere, et in eum reapse assumptum jura conductionis transfert, aut cedit, aut in sui locum pro parte,
50 aut pro toto subrogatum convenit, vel item quando in priore instrumento affictus, aut societatis, affictum accipit pro se, et personis ab se nominandis, et hac utendo, intra praestitutum terminum facultate, nominat illum, quem sibi in
51 socium, vel participem assumit; nam hisce in casibus, quia assumptus particeps perinde habetur quasi ab initio cum
52 eisdem conductoribus, et locatore contraxisset, prout latissime *Gratian. discept. for. c.* 547. *n.* 31. *et* 32. *Carol. Ant. de Luca ibid. n.* 9. *vers. sufficeret consensus Rota in dec.* 311. *per totam cor. Ubaldo, et in nuperr. tom.* 2. *dec.* 147. *n.* 10. 11. 12. *cum seq., et in Maceraten. contractus super praetensa restitutione in integrum* 11. *maji* 1781. § 11. *coram Reverendissimo P. D. Origo.* Idem ita particeps locatori tenetur affictus per principalem conducto-
53 rem non solutos, persolvere. *Gratian. discept. for. cap.* 547. *n.* 23. *et* 24. *Constantin. vot.* 525. *n.* 8. 9., *et per tot. tom.* 4. *Rota dec.* 311. *n.* 15. *cum duob. seq. coram Ubaldo.*

Doctores in longum disputant, quando in socium, seu in participem admissum, translatum habeatur jus formalis so-
54 cietatis, seu jus conductionis, pro indicatis, aliisque infra subjiciendis effectibus. Quaestio haec non in eo dispungitur themate, quo locator pactum ineat expressum, ne conductor sociam, seu participem sibi assumat ullum, sine locatoris consensu, nam in hoc ita proposito casu, assumptio
55 *nulla* erit, et si adjectum reperiatur pactum resolutivum, resolvetur etiam principalis ipse locationis contractus, locatore tamen volente, ut per *Rotam in d. Forolivien. locationis* 28. *aprilis* 1758. § 4. *coram bon. mem. dd. Canilliac.* Sed in eo dispungitur casu, quo societas, et locatio commixta, atque complicata dignoscatur; ut si principalis contractus sit societatis inter duos, vel plures initus super illa tenuta conducenda, et postea subsequatur locatio, et
respectiva conductio, quod sit vera societas *Constantin.* 56
vot. 525. *num.* 16. *ad seq. tom.* 4. ita ut, si unus ex sociis assumat tertium in participem, hic nullum jus formalis societatis acquirat. Sed remaneat simplex particeps *Rota* 57
dec. 826. *n.* 7. *et dec.* 871. *n.* 1. *cor. Emerix jun.* nisi principalis societatis contractus cum facultate assumendi, seu nominandi alios fuerit stipulatus, et virtute hujus facultatis unus ex principalibus sociis, tertium nominando assumpserit, veluti supra est demonstratum; et ratio potissi- 58
ma hujus conclusionis est, quia socius jura societatis, quae personalia sunt, cedere, seu transferre jure proprio, propriaque auctoritate non potest *Thesaur. qu. for. lib.* 3. *q.* 59
28. *per tot. Olea de cess. jur. tit.* 3. *qu.* 5. *per tot. Mans. consul. for.* 548. *n.* 1. *et* 9. *tom.* 6. *Rota dec.* 125. *n.* 11. *tom.* 1. *in nuperr., et in Maceraten. contractus super praetensa restitutione in integrum* 11. *maji* 1781. § 11. *coram Reverendiss. P. D. Origo.*

Quod si principalis contractus societatem, et locationem redolens, fuerit locatio primo loco stipulata, aut haec principalem in eo figuram gesserit, et hoc posteriore casu, conductorum, vel sociorum unus participem postea sibi assumens, eique jura sua cedens, jura conductionis cessibilia, 60
cessisse, et in participem transtulisse intelligitur, optime *Gratian. discept. for. cap.* 547. *n.* 27. *ad seq. Carol. Ant. de Luca ibid. n.* 6., *et* 7. *Constantin. vot.* 525. *n.* 16. *cum duob. seq. tom.* 4. *Rota dec.* 147. *n.* 13. *tom.* 2. *in nuperrim., et in Maceraten. contractus super praetensa restitutione in integrum* 11. *maji* 1781. § 18. *cor. Reverendiss. P. D. Origo.* Quo in casu praeter effectus antea indicatos, et ille locum obtinebit, ut, si durante affictu moriatur principalis conductor, aut socius, qui participem admisit, seu ipse moriatur etiam particeps admissus, jura conductionis integra ad haeredes vice mutua pertranseant, et particeps, vel participis haeres, utili, atque damno conductionis, ad praestitutum usque tempus locationis, perfruatur, 61
ac respective patiatur *Pacion. de locato, et conduct. cap.* 32. *n.* 24. *Constantin. vot.* 525. *n.* 17. *tom.* 4. *Rota dec.* 311. *n.* 5. *et* 6., *et per totam. coram Ubaldo.* Id quod plane non accidit in terminis prioris casus, nempe societatis etiam vectigalium, quae licet societas indole sua transeat ad haeredes, ut per *Gratian. discept. for. cap.* 547. *n.* 56. 62
cum duob. seq. latiusque in superiore *cap.* 2. egi, attamen hoc est in sociis, non vero in assumptis, seu in participes 63
admissis receptum, *Rota in dec.* 213. *n.* 12. *cor. Ubaldo.*

In locatione autem fiscalium, seu vectigalium hoc habetur pacificum, ut redemptor possit quidem inscio etiam locatore sibi socium assumere *Pacian. de locato, et conducto* 64
cap. 32. *n.* 20. *ad plur. seq. Rota dec.* 147. *n.* 10. *tom.* 2. *in nuper.* Sed talis assumptio praejudicio erit, et commodo, ipsius conductoris, et socii assumpti circa ipsorum interesse *Constantin. vot.* 525. *n.* 12. *tom.* 4. *Rota decis.* 40. *n.* 32. 65
coram Otthobono, non tamen praejudicio esse ullo poterit, fisco locatori, nisi quatenus suprascriptae admissioni in participem, vel initio, vel deinceps consensum suum, fiscus 66
praestiterit *Constantin. d. vot.* 525. *n.* 2. 3. 12. *et per tot. tom.* 4. qui subdit *n.* 9. bonum esse consilium fisco hunc praebere consensum, quia hoc casu admissum quoque pro affictibus coobligatum habebit cum principali conductore, 67
nam secus, neque admissus contra fiscum, nec fiscus contra admissum, actionem vice mutua ullam habebunt, veluti 68
bene concludit *Constantin. loco prox. cit. sub n.* 10. addita *Rota post Zacchio d. oblig. cameral. dec.* 264. *n.* 42.

Hoc rursus debet intelligi, ut neque assumptus particeps ad instar principalis conductoris valeat ex locato, et conducto contra fiscum agere, neque fiscus pariter pro observan- 69
tia pactorum convenire, et compellere assumptum possit, atque patens ratio est, quia ubi non est obligatio inita, nec 70
pedisequa potest actio esse *ad text. in leg. quoties* 10. § *Item si temporalis ff. de administr. et pericul. tut. Rota dec.* 35. *n.* 5. *cor. Benincasa.* Secus vero est pro solutione annui affictus dicendum, ut si socius assumptus, vel particeps sit illimitate, ac generaliter admissus, pro solido con- 71
veniri per fiscum valeat; sin autem assumptio sit pro limitata parte, vel quota, puta pro tertia, quarta, quinta, aut decima parte; quod fiscus hoc posteriore casu recta possit adversus eumdem sic admissum agere pro rata parte pensionum respondente stipulatae admissioni, ut per *Avendan.* 72
de execut. mandat. part. 2. *cap.* 12. *n.* 12. *Cortleval. de*

judic. lib. 1. *tit.* 3. *disput.* 10. *n.* 4. *usque ad fin. Rota in*
dec. 871. *n.* 15. *coram Emerix jun.*
Quae juris etiam dispositio urget adversus participem
admissum ad bona communitatum aliis locata, ut si sit sim-
plex particeps possit pro afflictibus cogi, sin autem a com-
munitate agnitus, atque approbatus, pro damnis etiam ex
73 locato, et conducto compelli *Rot. post de Vecch. de bono*
regim. dec. 156. *n.* 34. *ad fin. tom.* 3. Quod si postremo
principales socii solvendo non sint, puta quia penitus ob-
aerati, et hoc ultimo casu, sit locator fiscus, sit communi-
tas, aliaque persona, quae jure fisci utitur; hoc est indubie
receptum, ut in participem valeat locator agere pro decur-
74 sis afflictibus in subsidium, ut per *Rot. in dec.* 505. *n.* 8.,
et 9. *tom.* 2. *coram Molin. et in dec.* 200. *n.* 9. 10. *cum*
duob. seq. tom. 1. *in nuperim* Imo vero, quod hujusmo-
di locatores induti praerogativa fiscali possint recta quoque
via, et citra subsidium in participes agere, ambae dudum
75 allegatae pandunt decisiones, plura in id jura cumulantes,
quibus assentior equidem, nam similes locatores certis le-
gibus in locando alligati, puta affisionis edictorum, admit-
tere compelluntur conductores, non quales volunt, sed qua-
les possunt, et nonnunquam non incallide minus idoneus
76 offert, et principalis conductoris figuram gerit, idoneus au-
tem accedens in participem assumitur, ut sic locatori frau-
dem inurat, ipseque particeps lucro exponatur, non da-
mno, nisi minimo. Et certa his famulator conclusio, ut non
apparenter, seu dicis causa, ut ajunt, nomen in societate,
aut locatione expensum attendatur, sed magis veritas, si
77 haberi potest, nempe, ut nomine particeps, re socius prin-
cipalis existimetur *Gratian. discept. for. cap.* 768. *n.* 1.
cum duobus seq. tom. 4.
Et ad simplicis participis qualitatem redeundo, socius
admittens communicat cum sociis principalibus, eisque,
vel societati suum factum praestat, admissus autem cum il-
78 lis non communicat, sed cum illo dumtaxat, qui eum as-
sumpsit communicans *leg. et quidquid* 21. *ff. pro socio*,
quia veluti initio dixi, duae sunt, atque inter se distinctae
79 societates *Fabur. in d. leg. et quidquid ff. eod. tit.* Ex con-
trario factum quoque sociorum debet socio admittenti prae-
stari, sicuti vice mutua eum eis praestat, nam ipse adversus
eos habet pro socio actionem *leg. ex contrario* 22. *ff. pro* 80
socio. Prior autem sit actio socii admissi adversus admitten-
tem promota, quam sit altera principalium sociorum inter
se, parvi refert *d. leg. ex contrario* 22. *ff. pro socio.* Hoc 81
sane interest, ut si socius admissus in aliquo peccaverit, er-
ga societatem, principalesve socios teneatur admittens, quia
difficile est negare culpa admittentis fuisse peccatum, invi-
gilare cum posset, tam in eligendo, quam in dirigendo
idoneum participem, *leg. de illo* 23. *ff. pro socio.* Quamo- 82
brem socius admittens tenetur erga socios principales de
culpa, et damno societati per socium admissum, seu assum-
ptum illatis *Mans. consult. for.* 439. *n.* 38. *et consult.* 440. 83
n. 11. *et* 12. *tom.* 5. Et hoc verum est, licet socius admis-
sus fuerit ab admittente delinquere prohibitus, initio suae
assumptionis idoneus, et fidelis, nonnullis ex partibus,
societatis conditionem meliorem fecerit, cum ne compensa-
tio quidem in his habere locum valeat, ex juribus allegatis
per *Mans. consult. for. d. consult.* 440. *n.* 11. *et* 12. *t.* 5. 84
Caeterum participatio, et respectiva in socium assumptio,
seu admissio, eo modo probanda in facto est, quemadmo- 85
dum probari debet societas *Rota in dec.* 802. *per totam*
coram Emerix jun. nam licet ipsa participatio stipulata
praesupponat societatem, imo ipsa sit societas *Gratian di-*
scept. for. cap. 547. *n.* 25. *Rota Januen. penes Bellon.* 86
dec. 46. *n.* 1. *Thomat. dec. Macerat.* 132. *n.* 8. *Rota Ro-*
mana in dec. 213. *n.* 5. *coram Ubaldo.* Attamen partici- 87
patio tamquam societati accessoria, probanda, ut dixi, est;
probatur autem per veram, atque effectivam immissionem,
seu collationem ratae sui capitalis in negotium sociale *Cal-* 88
cagnin. ad mater. feudal. observat. 18. *n.* 78., idque magis
subsecuta aperiet observantia in hac materia plurimum
spectanda *Constantin. vot.* 291. *n.* 41. *tom.* 2. *Rota in de-* 89
cis. 871. *n.* 6. *coram Emerix jun.* Observatu denique di-
gnum est participes, non esse testes idoneos pro societate,
nam cum in ea partiale ipsi habeant interesse, ad sui exo-
nerationem, vel utilitatem deponerent *Rota Januen. penes* 90
Bellon. dec. 71. *n.* 9.

CAPUT IX.

De Societate per viam AccomandItae.

SUMMARIUM

1. Plura sunt negotia, quam vocabula.
2. Januenses in arte mercatoria sunt praecipui, et singulares.
3. Statutum januensium super accomandita, et implicita refertur, n. 4.
5. Accomandita, et implicita ex d. statuto, sunt duo contractus fere similes.
6. Accomandita, ex d. statuto, nec est societas, nec societatis habet specimen.
7. Accomandita accedit naturae contractus institoriae, et quid sit, traditur, et n. 8. et 9.
10. Implicita, differt ex eodem statuto januensi ab accomandita.
11. Accedit naturae mandati.
12. Accomandatarius habet mercedem in quota, implicitarius in 2. in singula centum
13. Implicita, unde sit appellata, traditur, et januae vocatur *impiccia.*
14. Implicita non habet naturam mandati, quia mandatum est ex officio, et amicitia, et respuit mercedem n. 15.
16. Implicitarius recipiens mercedem, erit magis operarum locator, sin autem quotam utilitatis, erit socius.
17. Statutum januense super implicita non concordat cum regulis juris, unde dicendum fuisse ordinatum ad facilitatem, et libertatem commercii n. 18.
19. Mors unius socii solvit societatem.
20. Mors tamen accomandantis, seu implicantis non solvit accomanditam, seu implicitam ex d. statuto.
21. E contra mors socii, aut mandantis solvit societatem, et mandatum.
22. *Casaregius* concludit accomanditam, et implicitam institoriae naturam assumere.
23. De aliis quaestionibus super eodem statuto januensi excitatis et remissive.
24. Auctor tractare intendit de accomandita, quae est in foro, et commercio magis recepta.
25. De definitione accomanditae, remissive.
26. Descriptio naturae accomanditae data per Rotam romanam traditur, n. 27.
28 Relata ibi descriptio accomanditae substantiam indicat.
29. Accomandita descendit a *commendare* et commendare significat *deponere* et n. 30. et 31.
32. Contra, alii tenent commendare, esse idem ac committere, seu credere.
33. Sed prior opinio est verior, et affertur ratio.
34. Accomandans ille est, qui certam pecuniae quantitatem in negotio implicandam tradit personae tertiae.
35. Accomandatarius potest etiam conferre solam industriam, sine alio capitali.
36. Accomandantes, si plures sunt, duos ineunt contractus, alterum societatis inter se, et alterum accomanditae cum accomandatario, vel institore, et n. 40.
37. Et in hoc sensu procedit opinio aliquorum, ut accomandita sit societas.
38 Alii tenent, accomanditam largo modo convenire societati.
39. Accomandantes habent interesse in accomandita per participationem.
40. Sicuti accomandantes sunt socii quoad se, participes vero quoad accomandatarios.
41. Ita accomandatarii sunt socii inter se, participes vero quoad accomandantes.
42. Ad constituendam hanc participationem attenditur apud quam substantia, et jus formale negotii resideat.
43. Accomandita significat depositum irregulare.
44. In accomandita, vel pecuniae, vel merces interveniant, seu conferantur parvi refert.
45. Pecuniae verbum, continet omnem pecuniam, omnia corpora, seu res, tam soli, quam mobiles, et jura etiam, n. 46. 47. et 48. ubi affertur ratio.
49. Substantia accomanditae est diversa ab illa cambii obliqui, et quare, traditur, n. 50. et 51.
51. Accomandita non constituitur super aliquo praeexistenti credito sine labe usurae illicitae.
52. Emptio fieri potest pecunia credita.
53. Limita in eorum emptione, ut in accomandita, et n. 54
55. Amplia conclusionem, de qua supra n. 51. ut socius, vel accomandans, non jure compenset suum credito, quod habet contra praepositum, socium, aut accomandantium alterum.
56. In accomandita pecunia traditur personae tertiae, quae totius negotii domina efficitur.
Accomandatarius est dominus, accomandantes autem non socii, nec domini, sed creditores, ibidem.
57. Accomandantes non sunt domini negotii, sed solum eorum capitalis et n. 58.

59. Accomandatarius fit dominus, et proprietarius pecuniarum commendatarum, et ideo subit illarum periculum
60. Accomandatarius facultatem habet expungendi unum ex pluribus accomandantibus, seu ut dicitur *stornare* partem alicujus, dummodo ad illius notitiam fuerit deductum, et tunc ei non debentur utilia.
61. Non repugnat naturae accomanditae pactum, ut accomandatarius pro se nihil gerat.
62. Ex natura accomanditae accomandatarius debet negotia, suo, non accomandantium nomine gerere.
63. Accomandatarii solum nomen expendi debet, quoquo alatur nomine, vel institoris etiam, vel complementarii.
64. Quod si accomandantes quoque eorum expendunt nomen, tales non sunt, sed socii fiunt, et creditoribus in solidum tenentur n. 65
66. Si accomandantes evadunt decocti, decocta non evadit accomandita, et creditores negotii unice spectant accomandatarium in his
67. Si ex tribus accomandatariis, unius, vel alterius tollatur nomen ab accomandita, utrum id creditoribus praejudicet!
68. Aut in substantia, is, cujus nomen expunctum est, continuat in perceptione utilium, et non praejudicat.
Quod si non continuat, ita demum praejudicat, ei creditores, de hac novitate, et respectiva capitalis restrictione moniti fuerint, ibidem.
69. Nec cessante creditorum certioratione, ad hoc proficiunt secretae conventiones, ne alias contrahentes cum negotio decipiantur.
70. Accomandantes quoad contrahentes repraesentantium nullam gerunt.
71. Contrahentes sequuntur fidem, et nomen publice expensum, per accomandatarium, seu institorem, et complementarium
72. Accomandatarius tenetur creditoribus pro solido, etiam ultra capitale sibi commendatum, etiamsi nihil ipse, praeter industriam initio contulerit.
73. Accomandantes autem ad nihilum, praeter solum capitale commendatum, creditoribus tenentur, neque in bonis aliis propriis, neque in persona.
74. Et haec est natura accomanditae, ut institor, seu complementarius, capitali excepto, non possit, nec alia bona, nec personas accomandantium creditoribus obligare n. 75.
76. Hae sunt regulae, quae a mente contrahentium, aliisque facti circumstantiis, recipiunt quandoque limitationem.
77. Puta si accomandantes initio posuerunt quidem capitale limitatum, sed facultatem accomandatario dederunt illimitatam contrahendi, tunc tenentur etiam ultra capitale creditoribus, et datur ratio n. 78.
79. Amplia si accomandantes patiuntur ipsorum nomen palam expendi, et affertur ratio n. 80.
81. Fortius si accomandantes se personaliter ultra capitale, vel ipsorum bona indefinite obligant et n. 82.
83. Ad tollendas quaestiones, an sit societas, an accomandita; item an ultra capitale teneantur accomandantes creditoribus, vel non; remedium traditur sequens.
84. Capitula, pacta, et conventiones in albo referantur, et publice in foro exponantur, ut mercatores sciant omnia, et non decipiantur.
85. Refertur textus in hac re singularis *in leg. sed si* 11. §. *de quo ff. de instit. act. et nn.* 86. *et* 87.
88. Lex haec commendatur in edicto Card. Barberini, super hac materia publicato die 30. Junii 1626.
89. Quae lex extenditur ad quamvis aliam societatem, seu rationem, ut ajunt, cautantem.
90. Publicatis iis legibus accomanditae, siquae postea fiant secreta capitula, seu privatae conventiones inter accomandantes, et accomandatarios non nocent, creditoribus, et datur ratio n. 91.
92. Amplia etiamsi restrictio capitalis fiat ab aliquo eorum in testamento.
93. Praemissa declarantur, si literis ablatoriis notificatum sit mercatoribus adesse capitula secreta; nam tunc contrahentes tenebantur inquirere n. 94.
95. Jura vigilantibus, non dormientibus subveniunt.
96. Quod si plus continetur in literis oblatoriis, quam in capitalis, mercatores contrahentes secundum illas, bene contrahunt; et n. 97.
98. Finito negotio accomandantes, ab illo nihil detrahunt, nisi dimissis antea creditoribus.
99. Eoque amplius, ut siquae ipsi accomandantes credita habent anteriora super negotio, non retardent creditorum dimissionem.
100. Accomandantes non tenentur erga creditores personali, sed reali actione super capitali commendato.
101. Et per hanc capitalis immissionem renunciasse censentur omnibus juribus sibi super negotio competentibus.
102. Amplia ut accomandantes pro capitali per eos immisso uti libero, teneantur de evictione.
103. Creditores negotii si remittunt hypothecam super capitalibus, ad eorum favorem contractam, sibi praejudicant.
104. Puta si creditores vident, tacent, et patiuntur, inter accomandantes bona negotia dividi.
105. Nam tunc non agunt contra bona accomandantium, sed pro solido contra accomandatarios dumtaxat.
106. Prorogatio, seu continuatio accomanditae inter eosdem contrahentes permittitur.
107. Quae si fiat *coll' istessi capitoli* aggiunta cum formula *di dore ricapito per qualsivoglia onorevole negozio*, restrictio capitalium non nocet contrahentibus n. 108.
109. Nec si accomandans moritur, et filios in pupillari aetate reliquerit, d. obligatio favore creditorum imminuitur, aut alteratur, et n. 110.
111. Accomandita est contractus innominatus, et a consuetudine introductus.
112. Se habet tamen ad instar societatis ad sui probationem, et ideo non requirit scripturam, sed simpliciter consensum, et capitalium collationem.
113. Capitula accomanditae, eam maxime probant
114. In dubio censetur magis accomandita, quam societas.
115. Morte unius, vel alterius accomandantis, non solvitur accomandita.
116. Disdicta dissolvit accomanditam: nisi sit aequivoca et n. 118
117. Disdicta conventa in capitulis, et non facta intra tempus statutum, infert accomanditae renovatio.
119. Divisionis modus est, ut restituatur cuique accomandantium capitale, si reperitur integrum, secus quod superest.
120. Utilia vero, dividi debent, servata proportione capitalis.
121. Quod si solum capitale superest salvum, hoc dividitur in ratione capitalis, et non in ratione utilium.
122. Accomandantes non possunt assecurare capitale cum certis fructibus, nam involveret caput salvum ab jure proscriptum.

1 Ulpianus futuri quasi praescius, plura esse negotia, quam
vocabula, docuit in *leg. natura* 4. *ff. de praescript. verb.*
ac pluralitati negotiorum posterior aetas apta accomodavit
vocabula. Januensium natio in arte mercatoria facile prin-
ceps, speciem hanc, ut opinor, societatis per viam acco-
2 manditae, juri communi incognitae, produxit, inque ejus
statutum municipale intexuit; extat ibi namque rubrica *de
accomendis, et implicitis sub cap.* 13. *lib.* 4. Interest, ut
verba hujus *cap.* 13. transcribam, quae haec sunt » Siquis
3 » dederit alicui pecunias, seu res in accomenda, vel pro
» aliqua implicita pro quavis mundi parte, omnia bona,
» quae ex dictis pecuniis datis pro accomenda, seu implicita
» fuerint acquisita, quovis titulo, vel d. pecuniae, seu pro-
» cessus praedictarum rerum conversi fuerint, consignari
» debeant accomendatariis, seu sociis dictarum implicita-
» rum, ad hoc ut possint in eis sibi satisfieri pro rata eis
» contingente de dd. accomendis, seu implicitis, in quibus
» bonis, sive pecuniis, seu rebus, ut supra traditis, dicti
» accomendatarii, et socii implicitarum praeferantur, et
» praeferri debeant quibuscumque creditoribus, quantum-
» cumque anterioribus tempore, sive potioribus, quocum-
4 » que privilegio, seu hypotheca, etiam comprehensis doti-
» bus, et aliis quibuscumque magis privilegiatis ».
Ex hac statuti januensis rubrica binos contractus fere si-
miles haberi patet ex litera, alterum *accomendam*, et alte-
5 rum *implicitam* nomine distinctum; de utroque breviter.
et quantum satis, ad cognitionem. *Accomendum* ex indicato
statuto januensi, non esse societatem, neque societatis spe-
6 ciem, sentit *Casareg. de commerc. disc.* 29. *n.* 4. Sed spe-
cialem. subdit, esse contractum institoriae, in qua accoman-
dator praeponit accomandatarium ad deferendas pecunias,
vel merces ad aliquem locum, sive alienum emporium pro
illis vendendis, ac implicandis arbitrio suo ad majorem
quaestum, seu utilitatem accomandantis, quarum mercium
processum, sive valorem in aliis mercibus, sive in pecunia
ad accomandantem reportare debeat, sic totidem fere verbis 7
exponit suprascriptus *Casareg. de commerc. disc.* 29. *sub
n.* 4. qui desuper tuetur indicati statuti januensis substan-
tiam desumptam haberi a *textu in leg. siquis mancipiis* 8
17. *ff. de institor. act.* et de accomandita per viam institto-
riae etiam agit, et laudat *Rota in dec.* 640. *n.* 1. *p.* 1. *rec.* 9
Implicita autem ex eodem statuto januensi dudum revi-
lato, illa est, in qua implicitans committit suas pecunias
implicitario pro emptione rerum, sive mercium ad majorem 10
sui utilitatem *Casaregius de commerc. disc.* 29. *sub* n. 6.,
in eoque re differt a commenda, quod haec accedit contra-
ctui specialis institoriae, implicita autem accedit naturae,
seu indoli *mandati* universalis *Casareg. loc. prox. cit.* 11
Differt quoque, accidentaliter tamen, uterque contractus,
quod accomandatarius pro mercede, et salario ejus curae, et
administrationis habet aliquam quotam, seu partem uti-
lium, juxta conventionem; implicitarius autem suam tan-
tum capit provisionem usque ad 2. in singula 100. ex uti- 12
libus a negotiatione productis *Casareg. de commerc. d.
disc.* 29. *n.* 7. Atque implicita ideo nuncupatur, non quia
implicans pecuniam suam involvat, sed magis occupet seu
eroget in illam causam negotiationis, atque sensum italico
habet *impiegare*, unde in civitate Januae inolevit usus di-
cendi = *ha fatto una buona impietta* = hoc est pecu- 13
niam meam bene occupatam habeo, ita *Casareg. loc. prox.
cit.* n. 9.
Verumtamen, si implicita accedit naturae mandati, quo-

modo implicitarios potest obtinere suas provisiones in 2.
14 pro singulis quibusque 100.? Scitum quippe est, et oulli
non patet, quod » Mandatum, nisi gratuitum, uullum est,
» nam originem ex officio, atque amicitia trabit. Contra-
» rium porro est officio merces, interveniente enim pecu-
15 » nia res ad locationem, et conductionem potius respicit »
sunt verba *textus in leg. 1. in fin. ff. mandati*, difficulta-
tem hanc ipse praesensit *Casareg. de commerc. saepedicto*
disc. 29. *n.* 8. ubi in eo januense statutum taxat, quod im-
plicita non sit societas, atque concludit, quod si implicita-
rio merces certa statuitur, is operarum censeatur locator,
sin autem lucri pars statuitur aliqua, vel contractus inno-
16 minatus, vel rectius societas existimetur. Iusudat *Casareg.*
loc. cit. in concordando d. statuto januensi cum regulis ju-
ris, et ideo interpretationes inducit calamistro detortas, mo-
do se ad societatem applicat, modo ad institoriam, modo ad
locationem, et non raro etiam ad innominati contractus
17 qualitatem. Id quod ex statuto januensi super dd. duobus
contractibus accomendae, et implicitae colligi in substautia
potest, sedet in eo, quod statutum januense ad commercii
18 facilitatem, libertatemque respexit, seque ea de causa a re-
gulis juris, earumque rigore subtraxit.

Sitque praemissorum exemplo: mors omnia ea sociis de
19 jure societatem dissolvit, *leg. 4. ff. pro socio.* Contra ea ve-
ro, per mortem accomandautis, seu implicantis, ex d. sta-
20 tuto januensi, non solvitur accomenda, seu implicita; er-
ronea tamen conclusio, sive uterque contractus spectetur uti
societas, quae morte resolvitur, ut in *d. l. 4. ff. eod.* sive uti
21 mandatum, quod morte mandantis pari modo extinguitur
l. inter causas 26. *ff. mandati.* In hisce anfractibus, *Casa-*
regius de commerc. saepedicto disc. 29. *n.* 10. Ait hoc casu
accomendam, seu implicitam institoriae naturam assumere.
22 Iustitor enim, ait, per mortem praepouentis a suo non di-
scedit officio. Aliae sunt quaestiones, quas ex d. statuto ja-
23 nuensi super accomenda, et implicita, *Casaregius* excitat
in *d. disc.* 29. illas cuique est visendi potestas. Equidem
vero ad illam descendo accomanditam, quam frequentius in
foro, et in commercio receptam video, quaeque suis constat
24 regolis dispositioni juris minime contrariis.

Una, vel altera definitione accomanditae data per *Ar-*
menzan. dec. Genuen. 36. *n.* 3. Item per *Rotam in dec.*
25 140. *n.* 1. *par.* 1. *rec.* Seorsim posita, ad naturam hujus
contractus libenter accedo, traditam per *Rotam in dec.* 222.
26 *n.* 9. *cor. Ratto* his verbis » Accomanditae natura, et in-
» doles est, ut quis certam pecuniae quantitatem in nego-
» tio implicandam tradat personae tertiae, quae totius ne-
» gotii domina efficitur, illudque sub proprio, vel alterius
» nomine exerceat, non autem sub nomine accomandantis,
» qui nullam, quoad contrahentes repraesentantiam gerit,
» sed remanet solum creditor capitalis immissi, et habere
» dicitur interesse per participationem, non vero per pro-
27 » prietatem » et quia in hac accomanditae descriptione tota
28 illius continetur substantia, ideo expedit, eamdem per par-
tes exponere.

Vim antea nominis accomanditae intelligere praestat.
29 Accomandita *a commendare* descendit, commendare autem
est deponere, quemadmodum docet Ulpianus *in leg. com-*
mendare 18. *ff. de verb. signific.* ibi = *commendare, ni-*
30 *hil aliud est, quam deponere* » Accomandita enim (subdit
» *Ansold. de commerc. disc.* 98. *n.* 59.) nihil aliud signi-
» ficat, quam depositum pro negotiatione ineunda, et sic
» idem accomandans fit quidem socius, ob interesse, quod
31 » habet in illo deposito, sed per modum participationis,
» non proprietatis, aut verae, et propriae societatis » con-
sonat *Armenzan. dec. Genuen.* 36. *n.* 4. *et Rota Romana*
in dec. 125. *n.* 6. *et* 7. *tom.* 1., *et dec.* 275. *n.* 5. *eod.*
tom. 1. *in nuperrim.* Et quamvis hanc nominis derivatio-
nem impugnet, *Casareg. de commerc. d. disc.* 29. *n.* 9. in-
32 quiens commendare, idem esse, atque committere, seu a-
lienae fidei credere, non autem deponere, attamen quia Ca-
saregius loquitur secundum intelligentiam statuti januen-
33 sis, de quo superius sermonem habui, ita non audiendus,
adversus praecipue Rotae Romanae sententiam paulo ante
indicatam.

Cognita significatione vocabuli, revertor *ad decis.* 222.
n. 9. *cor. Ratto*, ajentem, eam accomanditae naturam,
et indolem esse, ut quis certam pecuniae quantitatem in
34 *negotio implicandam tradat personae tertiae* = accoman-
dans itaque ille dicitur, qui pecuniam suam tradit, seu
deponit penes institorem, seu complementarium, qui acco-
mandatarii figuram gerit, tametsi hic praeter industriam
nihil capitalis conferat *Ansald. de commerc., et mercat.* 35
disc. 98. *n.* 59. *et* 64. Accomandantes, sicuti etiam acco-
mandatarii plures esse non infrequenter assolent; si plures
quidem sint accomandantes, hi binos intelliguntur inire
contractus, alterum societatis inter sese, et alterum acco-
manditae cum accomandatariis, seu institoribus, seu com- 36
plementariis *Casareg. de commerc. disc.* 29. *n.* 19., et in
hoc, ut opinor, sensu, nonnulli doctores affirmant, acco-
manditam esse mixtam cum vera, et reali societate *Armen-* 37
zan. decis. januen. 36. *n.* 7. *ad seq.*, et alii volunt, so-
cietatem genericum nomen esse, et accomanditae largo mo-
do convenire *Casareg. de commerc. dict. disc.* 29. *n.* 34. 38
Rota in dec. 275. *n.* 11. *tom.* 1. *in nuperrim.*, et accoman-
dantes habere in accomandita interesse per participationem
Ansald. de commerc. disc. 29. *n.* 22. *Casareg. eod. tract.* 39
disc. 29. *n.* 24. *Rota in dec.* 222. *n.* 5. *cor. Ratto et in*
dec. 275. *n.* 4. *tom.* 1. *nuperrim.* Etenim accomandantes
socii sunt, cum inter ipsos de interesse negotii, versatur
contentio; participes vero, relatione ad accomandatarium 40
habita, juxta conciliationem *Casaregii* superius allegati;
atque eadem ipsa, identicaque ratione, accomandatarii,
si plures sunt, erunt inter se veri socii, participes vero
quoad accomandantes, propter complures substantiales dif-
ferentias infra subiiciendas, quae inter accomandantes. et 41
accomandatarios intercedunt, eatenus quidem, ut ad consti-
tuendam hanc respectivam participationem, non attenda-
tur, an negotium sit coeptum, vel incipiendum, an sit u-
num, vel multiplex, sed unice attendatur apud quem illius 42
substantia, et jus formale resideat *Casareg. de commerc.*
disc. 29. *n.* 38. *Rota in d. dec.* 275. *n.* 12. *t.* 1. *nuperrim.*

Ait praeterea decisio Ratti = *certam pecuniae quanti-*
tatem = dubitari potest, an conferens merces pretio aesti-
matas in locum pecuniae, hunc rite ineat accomanditae
contractum; negat ipsa rei facies, quia si ipsum accomandi-
tae veriverbium *depositum* licet irregulare significat, ut per 43
Rotam in dec. 125. *n.* 6. *et* 7. *tom.* 1. *nuperr.*, videbatur
dicendum, accomanditam in mercibus pecuniae loco tradi-
tis, non consistere; attamen contrarium experientia docet, 44
ipsaque juris firmat auctoritas; etenim » pecuniae verbum,
» non solum numeratam pecuniam complectitur, verum
» omnem omnino pecuniam, hoc est omnia corpora, nam
» corpora quoque pecuniae appellatione contineri, nemo
» est, qui ignoret » sunt verba *textus in l. pecuniae* 178. 45
ff. de verb. signific. addita *leg. pecuniae* 222. *ff. eod. tit.*
ibi » pecuniae nomine, non solum numerata pecunia, sed
» omnes res, tam soli, quam mobiles, et tam corpora, 46
» quam jura continentur » et statutum januense supra re-
citatum, ad literam intervenientibus pecuniis, vel merci-
bus accomanditam iniri, disponit, exponitque *Armenzan.* 47
dec. januen. 36. *n.* 5. Ratio quoque persuadet, quia si pe-
cunia ideo traditur, ut merces minoris emantur, et majoris
inde veneant, parvi refert ab initio merces immissas habe-
ri, seu potius pecunias ad illarum emptionem et respective 48
permutationem destinatas.

Nec fortuito subdit casu saepeindicata *decis.* 222. *n.* 9.
cor. Ratto superius recitata = *in negotio implicandam*
tradat = hoc est pecuniam, ut substantia hujus contractus
accomanditae intelligatur diversa ab illo obliqui cambii con-
tractu, qui est usu, et in foro receptus, ac plene executus, 49
ut videlicet cambii creditor tradat pecuniam, non in nundi-
nis cambiandam, sed non raro in aede sacra deponendam,
ut ex ea creditores debitoris cambii contra ipsum urgentes,
dimittantur, dato eidem debitori onere aequivalentem sum-
mam perquirendi, quae per mercatorem publicum praesti-
tutum cambietur, et pro hujusmodi effectu ad nundinas
transmittatur, quae inde pactis, licet ad executionem num-
quam tradatur, quemadmodum in superiore *cap.* 3. *n.* 112.
ad seq. adnuavi, nihilominus usurae cambiales, palliato ti- 50
tulo damnorum, et interesse pensitantur. In hac igitur no-
stra accomanditae specie, pecunia, vel merces debet actu
tradi accomandatario, et in negotiationem actu verti; et hac
etiam de causa, ni fallor, accomandita depositum redolet,
veluti supra demonstravi, ut intelligatur, non debere acco-
manditam citra illiciti foenoris suspicionem, constitui ex 51
aliquo praeexistenti accomandantis credito; suadeor, etiam

quia si alicujus rei, vel juris emptor, pecunia etiam credita
52 contrahit licite, ad textum in leg. quod vendidi 19. ff. de
contrah. empt. et nihilominus Pius V. in sua super censi-
bus constitutione, pecuniam numeratam, non creditam ve-
lit intervenire in impositione census, in quo, re proceditur
53 per viam emptionis, et venditionis, ut per Cene. de censi-
bus quaest. 49. n. 18. et 24. quid futurum in accomandita,
54 a pecunia in negotiationem realiter versa, substantiam suam
mutuaeta?

Ex hisce fit consequens, quod sicuti est in societate, et in
accomandita multo magis receptum, capitale esse utriusque
contractus fundamentum, ita dubium insurgit, an negotio
praepositus petens ab uno sociorum, seu accomandantium
partem suam capitalis, possit hic, se, vel socii, vel accoman-
dantis, vel praepositi etiam, creditorem objicere, cum illius
debito compensare, et ita partem sui capitalis supplere, et
realem collationem effugere? Non dixerim; quia praepositus
tamquam talis, ipsamque societatem repraesentans, non
tamquam singularis persona capitalis partem postulat; addi-
tur, id quod petit praepositus, sit in mercibus, sit in pe-
cuniis, in usum socialem haberi destinatum, quod suppleri
55 per indirectum, et aequipollens nequit, ita Petr. de Ubald.
de duob. fratribus p. 5. n. 35.

Sequitur decisio 222. Ratti, ut pecunia accomandantis
tradatur = personae tertiae, quae totius negotii domina
efficitur = hoc speciale habet iste contractus, ut pecuniae,
seu merces traditae accomandatario in hujus dominium ple-
narie transeant, et accomandantes meri creditores negotii
fiant, pro capitali immisso, proque utilibus illius ratae dum-
56 taxat, non autem totius negotii, consocii sint, aut con-
domini Ansald. de commerc. et mercat. disc. 29. n. 22.
Rota in rec. p. 1. dec. 154. n. 8. et in nuperrim. tom. 1.
dec. 125. n. 5. et tom. 3. dec. 37. n. 8., et tom. 5. part. 1.
decis. 116. n. 11., et coram Rezzonico decis. 63. n. 5. 6.
et 7. consultissime dixi, totius negotii dominos, accoman-
dantes non esse, capitalis tamen per eosdem immissi, do-
57 minos esse probat, Bonfin decis. florent. 22. n. 12. Rota
dec. 91. n. 2. part. 19. tom. 1. rec. et rationem docet etiam
textus in l. si tibi 14. ff. de praescript. verb. ibi = Quia
nemo societatem contrahenda rei suae dominus esse desi-
58 nit = ita quidem, ut accomandatarius tamquam negotii
dominus, et proprietarius pecuniarum sibi commendatarum
59 subeat periculum, juxta regulam textus in l. pignus 8. c.
de pignorat. act., et in subjecta quaestione, Rota in dec.
116. n. 21. tom. 5. part. 1. nuperrim.

Ex hoc autem fit, ut idem accomandatarius, tamquam,
veluti dicebam, proprietarius, et dominus negotii, siquod
in eo augumentum, durante accomandita fieri contingat, et
plures caratantes, seu accomandantes affluant, valeat quem
malit repellere, illiusque ratam partem, forte superfluam
rejicere, seu ut ajunt stornare, sufficitque in sociali codice
id per accomandatarium, seu complementarium adnotari,
ut d. rata para espuncta, seu stornata et ad notitiam illius
accomandantis, seu caratantis, seu participantis quomodo-
60 libet deducta, sterilis omnino remaneat, ex rationibus, quas
refert Rota in dec. 67. n. 3. 4. ad seq. tom. 6. in nuperrim.
Addendum hoc etiam qualitati proprietarii, et domini to-
tius negotii, ut accomanditae non alteretur natura, si acco-
mandatario adjiciatur prohibitio, ne proprio negotietur no-
mine, nam intelligitur, ut nihil gerat accomandatarius ad
privatam sui solius utilitatem, sed quod negotiando gerit,
ad commune beneficium gerat, nempe et suum, et acco-
61 mandantium Rota dec. 275. n. 13. 19. et 20. tom. 1. nu-
perrim.

Illudque, negotium scilicet = sub proprio, vel alterius
nomine exerceat (accomandatarius) non autem sub nomine
accomandantis, qui nullam, quoad contrahentes repraese-
sentantiam gerit = sunt verba saepius citatae decisionis
222. n. 9. coram Ratto. Exigit etiam hujus contractus ac-
comanditae natura, ut accomandatarius, tamquam negotii
dominus, et proprietarius, ipsum negotium susceptum suo
exerceat, atque administret nomine, non autem nomine
62 accomandantium, qui participantium dumtaxat jure fun-
guntur Ansald. de commerc. disc. 29. num. 22 Casareg.
cod. tract. disc. 29. n. 24. Rota in dec. 275. num. 4. tom.
1. in nuperrim. Hoc ergo interest, ut accomandatarius
suum in negotiis expendat nomen, quoquo utatur titulo,
vel accomandatarii, vel institoris, vel complementarii, nam
vis non stat in verbis, sed in substantia nominis publice
expensi, Rota in decis. 275. n. 14. tom. 1. in nuperrim. 63
Adeo quidem, ut si accomandantes eorum quoque expen-
di nomen patiuntur, exuat contractus naturam accoman-
ditae, et alterum societatis assumat Ansald. de commerc., 64
et mercat. disc. 98. num. 60., et perinde hujusmodi ac-
comandantes, creditoribus negotii pro solido teneantur Ca- 65
sareg. de commerc. disc. 29. num. 27. Atque ex hac ne-
cessitate, qua accomandatarius nomen suum publice ex-
pendi urgetur, facile descendit, ut non obaerata, seu non
decocta dicatur accomandita, quando accomandantes mole
debiti gravantur, seu ad inopiam etiam vergunt; nam in
hoc contractu interesse habentium personae minime spe-
ctantur, sed solum spectatur, quando accomandatarius, qui
suum expendit nomen, et negotii est dominus, vel latitat,
vel deficit, Rota in dec. 23. n. 32. in annot. cor. Ansaldo. 66

Accomandatarios posse plures esse, supra est demonstra-
tum; dubitari propterea potest, utrum accomandatariis
initio tribus existentibus, eorum nomen publice palam in
negotio expendentibus, si eorum unum, vel duo expun-
gantur deinceps nomina, ex causa forte non dehonestandae
nobilitatis per unum vel duos ex illis tribus interea, con-
secutae; utrum dico, negotii creditores adversus omnes su- 67
prascriptos tres accomandatarios agere in fine pro solido va-
leant? Distinguendum est, aut negotium substantialiter
continuat ad eorum utilitatem, qui nomen quoque suum
expunxerunt, et agere creditores pro solido valent; aut sub-
stantialiter non continuat, atque eatenus agere non valent,
si moniti creditores de recessu, deque limitatione capitalis
extiterint, ab ipsis a negotio recedentibus; nec capitula se- 68
parata, aut secretae conventiones ipsos inter accomandata-
rios stipulatae super restrictione, aut limitatione capitalis
quidquam sibi proficiunt, nisi totum; uti est, fuerit credi-
toribus denunciatum, qua de re infra pluribus; secus pate-
ret via fraudibus, libertas publici commercii vilesceret, bo-
na fides laederetur, ipsique deciperentur, cum negotio con- 69
trahentes, ita Rota latissime in decis. 222. n. 16. 17. cum
duobus seq. cor. Ratto.

Dicitur quoque in d. decisione 222. Ratti, quod nullam
accomandantes quoad contrahentes repraesentantiam ge-
runt: haec circumstantia maximi momenti est, nam sicuti 70
cum accomandatario, seu complementario contrahentes,
cum eo contrahere, ejus nomen publice expensum sequi,
et negotio recta credere intelliguntur Rota dec. 43. n. 8. 71
tom. 1. nuperr. Planum inde fit consequens, ut accoman-
datarius, seu complementarius in solidum erga negotii cre-
ditores solus teneatur, praeter quoque capitalia sibi com-
mendati viris, quamquam ipse solam sine ullo capitali in-
dustriam in eodem posuerit negotio, ex Ansald. de com- 72
merc. et mercat. disc 98. n. 64. Rota dec. 554. n. 8. et
decis. 640. pariter n. 8. part. 1. rec., et dec. 275. n. 6.
tom. 1. in nuperr. Quemadmodum apparet quoque erit con-
sequens, ut accomandantes nulla personali obligatione erga
negotii creditores teneantur, sed limitate usque ad summam
immissi capitalis, hypothecaria obstringuntur, quo sane ca-
pitali consumpto, ad nihil praeterea quidquam, vel perso- 73
naliter, vel realiter tenentur suprascripti accomandantes,
Ansald. de commerc. et mercat. disc. 98. n. 40. et 59
Caleagnin. ad motar. feud. observat. 16. n. 61. et 62. Ca-
pon. discept. for. 361. n. 11. tom. 5. Rota dec. 43. n. 9.,
et dec. 275. n. 4. 6 et 24. tom. 1. nuperrim., et in dec.
222. n. 6. cor. Ratto, et in dec. 63. n. 3 cor. Rezzonico.
Idque est de natura accomanditae, ut accomandantes non 74
teneantur erga creditores ultra capitale collatum Rota d.
dec. 43. n. 8. et 9, et dec. 275. n. 30. tom. 1. nuperr.
Adeo quidem, ut institor, seu complementarius faculta-
tem per se non habeat obligandi participes ultra summam
in negotio collatam, Rota in dec. 244. n. 3. coram Rez- 75
zonico.

Hae autem regulae sunt in hac materia accomanditae ge-
nerales, quae proinde, et limitationem, atque respectivam
intelligentiam recipiunt a mente, ac voluntate contrahen-
tium, similiter a facti circumstantiis, aliter quandoque 76
suadentibus: neque vero si accomandantes limitatum quidem
capitale contulerunt, fecerunt tamen complementario, seu
accomandatario potestatem contrahendi illimitate, et supra
etiam immissi capitalis summam, non utique dubium,
quin accomandantes, despecta limitatione capitalis, pro quo-

77 cumque erga creditores debito teneantur; si majoris nam-
que lucri studio accomandantes, ita accomandatario man-
darunt, ita fieri scientes, prudentesque passi fuerunt, po-
scit aequitas, ut negotio male cesso, pari quoque, seu ma-
jori etiam damno subjaceant, aequius vero, ne creditores
78 taliter contrahentes illudantur *Ansold. de commerc. et
mercat. disc.* 98. *n.* 63. *Rota dec.* 222. *n.* 12. *cor. Rotto.*
Quae etiam regulae limitatio procedit, quando accoman-
dantes patiuntur eorum nomen, vel solum, vel cum alio
79 institoris unitum in contractibus expendi, nam quia con-
trahentes personis insimul, atque negotio fidem habuerunt,
aequum est, ut accomandantes in hac parte sociorum spe-
cimen habentes, personaliter etiam, et ultra capitale ob-
80 stringantur, *Ansald. de commerc., et mercat. disc.* 98
n. 60. Longe vero fortius si accomandantes se personaliter
obligaut ultra capitale limitatum, nam tunc inutiliter de
81 limitatione capitalis objicient *Rota in dict. dec.* 222. *num.*
20. *cor. Ratto.* Magis vero semper, atque magis, si iidem
accomandantes, se, eorumque bona indefinite obligarunt
82 *Rota decis.* 218. *n.* 2. *tom.* 2. *cor. Rezzonico.*
Ad evitandas itaque hac in re quaestiones non infre-
quentes, quando scilicet sit accomandita, et quando socie-
tas, et perinde quando accomandantes, seu participes ultra
83 summam immissi capitalis teneantur, vel non teneantur,
erga negotii creditores, remedium usu receptum, atque
saluberrimum est, ut capitula, pacta, et conventiones ac-
comandantium, atque accomandatariorum in album refe-
rantur, et publice in foro mercatorum exponantur, ut
mercatores, salva sic publica fide, et libertate commercii
pro certo sciant, quibuscum contrahunt, quorum fidem
sequuntur, et quae, qualia, quantaque capitalia in nego-
tium immissa pro eorum securitate habeantur; hac re de-
84 super legem scripsit elegantissimam Ulpianus in *leg. sed
si* 11. *§. de quo ff. de institor. actione*, cujus legis haec
verba sunt.
» De quo palam proscriptum fuerit, ne cum eo contra-
» batur, is praepositi loco non habebitur. Caeterum qui
85 » praeposuit, tenebitur ipsa praepositione. Proscribere pa-
» lam sic accipimus claris literis, ut de plano recte legi
» possiet; ante tabernam scilicet, vel ante eum locum, in
» quo negotiatio exercetur, non in loco remoto, sed in
» evidenti; literis utrum graecis, an latinis? Puto secun-
» dum loci conditionem, ne quis causari possit ignoran-
» tiam literarum; certe si quis dicat ignorasse se literas,
» vel non observasse, quod propositum erat, cum multi
» legerent, cumque palam esset propositum, non audietur.
» Proscriptum autem perpetuo esse oportet; caeterum si
» per id temporis, quo propositum non erat, vel obscurata
» proscriptione contractum sit, institoria locum habebit;
» proinde si dominus quidem mercis proscripsisset, alius
» autem sustulit, aut vetustate, vel pluvia, vel quo alio
86 » simili contingit, ne proscriptum esset, vel non appareret,
» dicendum est, eum qui praeposuit, teneri » auream que
tradit rationem *sub §. item si plures* hoc rat = *neque enim*
87 *decipi debent contrahentes* = et hanc saluberrimam le-
gem commendatam, confirmatamque edicto Cardinalis Bar-
88 berini publicato die 30. junii 1626. refert *Cataneus cons.*
7. *sub princip.* plauditque *Ansald. de commerc. et mer-
cat. disc.* 51. *ante n.* 7. *et n.* 8. *Rota dec.* 222. *n.* 7. *et
dec.* 322. *n.* 14. *et* 15. *cor. Retto.* Quae omnia locum etiam
obtinent in quavis alia societate, seu ratione, ut ajunt can-
89 tante, veluti tenet latissime *Casareg. de commerc disc.*
144. *n.* 8. *et* 9. *ac per totum*, et infra suo loco pluribus.
Hinc secreta capitula, seu conventiones circa limitatio-
nem capitalis in accomandits exarata, exarataeve inter ac-
comandantes, et accomandatarios. per se nihil prosunt, ne-
que creditores ab agendo supra capitale immissum, et po-
90 stea limitatum excludunt; nam laquei sunt hi fraude, et
insidiis pleni, quos tamquam ignoratos vitare non possunt
contrahentes cum negotio, atque ideo penitus despiciendi,
91 *Rota dec.* 222. *n.* 8. *et dec.* 322. *n.* 16. *et* 19. *coram Rot-
to et in dec.* 63. *n.* 10. *coram Rezzonico.* Nec dispar ratio
est, si capitalis restrictio per unum accomandantem fiat in
testamento, eam privatae, vel secretae conventioni suppar
92 erit hac in parte testamentum, *Rota in dec.* 322. *n.* 13.
coram Ratto. Eatenus id vero tenendum, quatenus an-
tedicti contrahentes literis oblatoriis ad mercatores alli-
ciendos, qui postea cum negotio contraxerunt, non scrip-
serint, notumque non fecerint, adesse privata capitula,
privataque conventiones respicientia, seu respicientes mo- 93
dum, et formam contractus accomanditae. Nam, quia
hoc posteriore casu tenebantur mercatores inquirere for-
mam, et modum accomanditae in illis capitulis indicatis
contentam, ita si investigare neglexerunt, de se, ipsi con-
querantur, oportet, lata *Rota in dec.* 63. *num.* 21. *cor.* 94
Rezzonico, *et in dec.* 222. *n.* 13. 14. *et* 15., *et dec.* 322.
n. 18. *cor. Rotto.* Non est utique novum, ut jura vigilan-
tibus, non dormientibus subveniant *l. pupillus* 24. *in fin.* 95
ff. quae in fraud. credit. Quod si postremo literae oblato-
riae ad alliciendos mercatores conscriptae paulo se latius ha-
beant, quam fuerint capitula secreta, magisque, si illimita-
tae sint; non improperandi mercatores, si secundum teno-
rem literarum se gesserint, nam publice interest, ne con-
trahentes decipiantur, veluti de priore conclusione *Rota* 96
in dec. 222. *n.* 11. *cor. Ratto*, *et dec.* 63. *n.* 8. *et* 15. *cor.
Rezzonico*, et de altera *Rota in dec.* 218. *n.* 3. *et dec.*
244. n. 4. *cor. Rezzonico.* Ita et, si in literis oblatoriis,
certa bona, vel capitalia comparticipum habeantur denun-
ciata pro securitate contrahentium, hi tuto potuerint ea-
dem illa bona sic in literis denunciata persequi, eisque de-
super satisfieri *Rota in dec.* 99. *n.* 12. *tom.* 9. *in nuperrim.* 97
Creditores itaque satisfieri debent super capitalibus ac-
comandantium, quoad eorumdem capitalium vires tulerint,
nec ante hanc creditorum dimissionem, quidquam sibi ac-
comandantes valent de sociali negotio adscribere *Franch.* 98
Ant. Bonfin. dec. florent. 22. *n.* 13. Quin etiam ipsi ac-
comandantes, siquae forte habeant credita etiam anteriora
adversus idem accomanditae negotium, valeant illa, supra-
scriptis creditoribus negotii opponere, seu allegare, nam
quoad integram capitalium ratam in accomandita immissam,
inutilis oppositio erit, inutilis allegatio, ut per *Rotam in* 99
dec. 186. *n.* 3. 4. *cum seq. tom.* 3. *in nuperrim.* quia cum
accomandantes personali actione, quam minime contraxerunt
cum negotii creditoribus, nequaquam teneantur, sed reali
solum, seu hypothecaria super eorum rata capitalis immissi
erga eosdem negotii creditores, se obstrictos voluerint, ut 100
per *Rot. in dec.* 275. *n.* 24. *tom.* 1. *in nuperrim.* per hanc
capitalis immissionem renunciarunt ipsi accomandantes cui-
cumque eorum juri, et capitalia immissa libera assigna-
re voluisse, imo debuisse pro futuris negotii creditoribus
censendum est, secus undique, ac saepe emergerent frau-
des a commercio eliminandae *cap. ex parte* 27. *in fin. de* 101
privil. et cap. plerumque 23. *de rescript.* Additur, quod
si accomandantes, eorum capitalia libere a quavis aliorum
evictione praestare compelluntur, fortius plane cavendum,
ne aliquo anterioris juris praetextu, eadem evincant ipsi. 102
Dixi negotii creditores hypothecaria tantum agere adver-
sus capitalia per accomandantes immissa; ergo si creditores
negotii d. hypothecam remiserint. jus omne cessavit eisdem
persequendi etiam realiter bona, seu capitalia accomandan-
tium, qui, finita accomandita, illa sibi restitui juste po-
stulant *Rota in dec.* 275. *n.* 25. 26. *et* 27. *tom.* 1. *in nu-* 103
perrim, quod ipsum accidit, si negotii creditores scientes,
prudentesque patiantur bona socialia, seu accomanditae
una cum utilibus, inter accomandantes participes dividi; 104
nam per hanc divisionem, uti dicebam, cum scientia, et
patientia creditorum expletam, bona divisa libere transeunt
in participes a quovis nexu hypothecae soluta, nulla credi-
toribus in accomandantes actione, vel personali, vel hypo-
thecaria, remanente, complementario. seu accomandatario
tantum excepto, quem pro solido excutere creditores valent 105
Casareg. de commerc. disc. 29. *n.* 39. *Rota dec.* 43. *n.*
3. *et* 4., *et dec.* 125. *n.* 1. 14. *et* 18., *et dec.* 275. *n.* 2.
28. *et* 29. *tom.* 1. *in nuperrim.*
Prorogatio, seu continuatio accomanditae post lapsum
praestitutum terminum, accomandanti, atque accomandata- 106
rio permittitur; si hac igitur occasione accomandans, seu
praeponens, literas oblatorias mercatoribus ita conceptas con-
scribit, continuationem ad alium praefigendum terminum
intelligi *coll' istessi capitoli*, necnon *di dare ricapito per
qualsivoglia onorevole negozio*, quamvis ipse accomandans 107
in hac continuatione suum capitale immissum cum acco-
mandatario limitaverit, nihilominus tenetur pro solido favo-
re creditorum, quatenus praecedentia capitula, ipsum uti
accomandatarium cum aliis sociis renunciaverint *Rota in* 108
dec. 222. *n*, 11, *cor. Ratto*, quod est indistincte intelligen-

dum, licet is, qui ita convenit, ita scripsit, ita denuncia-
vit, interea decesserit, eique filii in pupillari, ac minorili
etiam aetate successerint; nam sive ex praecepto patris, sive
etiam ea obligatione per eumdem patrem contracta, tenentur
109 pupilli, atque minores ex facto institoris, seu complemen-
tarii erga creditores negotii, ad *textum in l. sed si pupillus*
11. *ff. de instit. act.* ibi » sed si pupillus haeres extiterit
» ei, qui praeposuerat, aequissimum erit, pupillum teneri
» quamdiu praepositus manet» *et in leg. si quis mancipiis*
17. *§. si impubes ff. eod. tit.* ibi « si impubes patri habenti
» institores haeres extiterit, deinde cum his contractum
» fuerit, dicendum est in pupillum dari actionem, propter
110 » utilitatem promiscui usus» et in subjecta casus quaestio-
ne *Rota in dec.* 222. *n.* 20. *et* 21. *cor. Ratto.*

Hic accomanditae contractus, quamquam inominatus,
et a consuetudine introductus dicatur, ut per *Casareg. de*
111 *commerc. disc.* 29. *n.* 17. attamen quia se ad instar socie-
tatis habet, ideo ad sui probationem non requirit scriptu-
ram de necessitate, sed simpliciter requirit consensum ex
112 capitulium collatione comprobatum ut per *Rot. in dec.* 213.
per totam cor. Manzanedo. Capitula tamen accomanditae
inter contrahentes exarata, supremum inter ipsos probatio-
113 nis gradum constituunt *Rota in dec.* 68. *n.* 2. *tom.* 6. in
nuperrim., et aliquod emergat dubium in probanda qualitate
contractus, an accomanditae, vel potius societatis, in tali
114 dubio censenda est potius accomandita, quam societas *Ca-
sareg. de commerc. disc.* 29. *n.* 29. *Rota in dec.* 275. *n.*
21. *et* 22. *tom.* 1. *in nuperrim.*

Morte unius, vel alterius accomandantis, veram socii
115 qualitatem non habentis, non expirat, neque resolvitur ac-
comanditae contractus *Casareg. de commerc. dict. disc.*
29. *n.* 29. *Rota inter collectas per Farinacc. tom.* 2. *dec.*
554. *n.* 4. *et* 5. *repetita in recen. decis.* 554. *part.* 1. sol-
vitur tamen per disdictam realiter secutam, quam consen-
sus comparticipum, solutam accomanditam volentium, suf- 116
ficienter supplet, *Rota dec.* 68. *n.* 5. *et* 6. *tom.* 6. *in nu-
perrim.* Consensus hic tamen plene probari debet *ibid.* n.
7. Quoad vero disdictam, si ipsa in capitulis, aliave scri-
ptura habeatur pacto conventa, ut fieri debeat per sex men-
ses ante finem contractus, et intra praestitutum terminum
non sit facta, quod accomandita censeatur renovata, docet
Rota in dict. decis. 68. n. 3. *tom.* 6. *in nuperrim.* Quod 117
si disdicta interveniat, sit tamen aequivoca, tamquam ad
aliam causam, quam ad finiendam accomanditam referibi-
lis, illius dissolutionem inducere non valet *Rota loco pro-* 118
xime cit. num. 4.

Modus denique dividendi utilia accomanditae, eadem
finita, est, ut capitale cujusque participantis, si integrum
peraistit, totum cuique accomandantium restituatur, si mi-
nus integrum, quod supereat, proportionabiliter tamen ad 119
ratam cujusque accomandantis, sin autem utilia, praeter
capitale, redundent, haec similiter proportione servata di-
vidantur; ergo si solum capitale salvum remanet, non in 120
ratione utilium dividitur, sed in ratione capitalis restitui-
tur *Casareg. de commerc. disc.* 29. *num.* 3. observatione 121
quoque est dignissimum, accomandantem inutiliter posse
capitale suum cum fructibus assecurare, specimen namque
esset societatis ad caput salvum ab omni jure proscriptum 122
ut per *Rotam in Fulginaten. Pecuniaria* 9. *februarii*
1759. *§.* 5. *cor. cl. mem. Card. Paracciano.*

CAPUT X.

De Societate Proxenetarum.

SUMMARIUM

1. Proxenetae sunt in omnibus contractibus, et commerciis perutiles.
2. Proxenetae in conciliandis contractibus non tenentur pro indemnitate contrahentium ex mandato, seu ex locato, sed solum ex dolo, et calliditate.
3. Proxenetae in magnis civitatibus, et emporiis quasi publicam fovent causam.
4. Libros legaliter conficiunt, in quibus contractus, et personas contrahentium conscribunt, ad res gestas veritatem eruendam.
5. Proxenetae in his quae spectant ad eorum officium plenam fidem in judicio faciunt, et sunt e publico approbati, matricola muniti, et in album relati.
6. Pius IV. in urbe constituit collegium 40. proxenetarum super utraque ripa magna, et parva ejusdem urbis, et totidem officia vacabilia, et venalia erexit, super quibus societas quoque contrahebatur.
7. Paulus V. quindecim ex dd. officiis suppressit, et ad n. 25. redegit.
8. Clemens XI. denique d. collegium proxenetarum penitus suppressit, officia sustulit, et pretium restituit anno 1714
9. Super dicto collegio proxenetarum postea suppresso extant antecedentes constitutiones Pauli III., et Pii IV. quae indicantur, et n. 10.
11. Suppresso d. Collegio, restituta est cuique libertas exercendi in utraque ripa urbis officium proxenetae.
12. Et qui in urbe hodie sunt proxenetae tamquam privati homines, habent jus ineundi societates, et conciliandi contractus tamen licitos.
13. In civitate Bononiae extabat simile collegium proxenetarum a statuto approbatum, et n. 14.
15. Et tale hoc collegium se exercebat in negotiis sericeis, *sensali di seta* ex de causa e d. statuto, appellatum.
16. Et eorum negotiatio respiciebat sericum, quod conficiebatur in d. civitate Bononiae, et in ejus comitatu, necnon in serico quod ab ceteris introducebatur.
17. Refertur casus societatis contractae per dd. Bononiae proxenetas superserico civitatis, et comitatus, cum adnexo pacto repartiendi aequaliter utilia, et haec societas fuit approbata a Gregorio XV. et n. 18.
19. Accidit, et unus dd. sociorum officium proxenetae impenderit pro sericis extra civitatem, et comitatum, caeteri socii contendebant conferri lucra.
20. *Bonfinius* pro veritate requisitus, negavit locum esse communicationi lucri.
21. Ratio decidendi fuit, quia societas erat restricta ad contractus in civitate gerendos, neque extendenda erat extra eam.
22. Societas etiam in linea obligationis rigide interpretatur.
23. Socius qui pro uno negotio suam obligavit industriam, non potest illam in alia negotia distrahere
24. Modus operae, et industriae venit in aestimationem, et n. 23
26. Qui pro operae suscepta dimidiatem operam impendit, non potest pro rata deficiente utilia percipere.
27. Declara ut probari debeat damnum inde obventum societati, secus damno non probato, n. 28.
29. Nemo socius interdicitur plura, et diversa negotia particularia suscipere, dummodo societas non patiatur damnum
30. Socius potest suam geminare, et socii, et tertii privati personam. Societas contracta super bonis unius loci, non extenditur ad bona alterius loci, ibidem.
31. Societas haec proxenetarum Bononiae super serico fuit suppressa, et postea reintegrata eoque privilegio adaucta ut compelleret mercatores, ut ejus opera, quod privilegium fuit revocatum a congregatione anno 1724. deputata.
32. Proxenetae sunt quandoque civitati damnosi, propter monopolia, atque illicitos, quos lucri causa conciliant contractus.
33. Proxenetae in civitate Florentiae fuerunt proscripti sub annum 1550. n. 34.
33. Proxenetae ab Ulpiano vocantur *hominum officinae*.
36. Ita ut nihil proficiant, nisi admodum mentiantur, *ex Cicerone*.
37. Clerici non possunt esse proxenetae.
38. Proxenetae qualiter se gerere debent, ut debitum consequantur salarium, traditur.
39. Proxeneticum, seu merces in urbe consistit in duobus in singula centum ex consuetudine.
40. Qua consuetudine cessante, intrat arbitrium judicis.
41. Proxeneticum debetur, licet contrahentes eu poeniteat, vel ipsi a contracto de consensu recedant.
42. Proxenetae si se ingerunt in contractibus illicitis, seu per insidias egerunt, non solum mercedem non consequuntur, sed etiam ad interesse tenentur, n. 43.
44. Societate inter proxenetas cojta super proxeneticis, si haec jam exacta restitui debeant, cujus damno, quaeritur?
45. Si contractus ab uno proxeneta conciliatus sit, dolo, aut malis artibus ipsius, propter quos rescindatur contractus, et restituatur merces, hoc erit damno proxenetae socii culposi, et non societatis, et n. 46.
47. Amplia si acquirere cum possit neglexit: poterat enim alter socius, acquirere, rem diligentius egere, et societatis conditionem meliorem efficere, et n. 48.
49. Damnum societati illatum culpa unius socii proxenetae, ei, non societati adscribendum est.
50. Socius siquid culpa sua solvit, aut restituit, non reintegratur a societate.
51. Quod si proxenet socius sine culpa sua amittit, ad nihilum tenetur.
52. Proxeneticum, an resoluto contractu, puta per redhibitionem, debeat restitui?
53. Si sponte fuit solutum, non restituitur, secus si coacte, seu etiam ex pacto praecedenti fuit solutum.
54. Resoluto contractus vitio suo, puta in animali morboso, non efficit restitutionem proxenetici, si proxenetae absit culpa; et decoctus agit contra alterum contrahentem, at n. 55.
56. Proxeneta iussus vendere, aut emere rem centum, vendit, aut emit pluris, seu minoris? trifariam haec spectatur quaestio.
57. Primo, in ratione mandati, cujus fines si excedit, suo damno erit; hoc est si minoris vendat, supplebit.

Zanchio

58. Si pluris emat, mandans stabit contractui pro centum, n. 59. et 60.
61. Secundo, si proxeneta rem emendam, aut vendendam pro centum suspiciens animum habuit contrahendae societatis; si lucrum fecit, ex aequo dividit, si damnum erupit, erit domini rei, et n. 62.
63. Duplici onere gravari nemo debet.
64. Tertio proponitur casus *leg. si margarita ff. pro socio*; et resolvitur, n. 65. 66. et 67.
68. Libris proxenetarum a publico non approbatorum, non creditur, et n. 69.
70. Amplia si favorem, et interesse eorumdem proxenetarum respiciunt.
71. Privatae scripturae ab se factae, stari debere perniciosum est.
72. Proxeneta potest esse testis in contractu ab se conciliato, si partes in eo consentiunt, secus si non consentiunt, n. 73.
74. Proxeneta est persona vilis, et non facile ei creditur ex rationibus quae dantur *sub* n. 75.
76. Sed hodie invaluit usus praestandi fidem proxenetis, si aliunde haberi nequit probatio, si deponant de ea ad proprium officium spectante, et eorum nihil interesse.
77. Amplia si deponant de contractu gesto, et absoluto, non si de perficiendo, aut retractando.

Proxenetae, scribit Ulpianus sunt in emptionibus, ven-
1 ditionibus, commerciis, et contractibus licitis, perutiles *in*
leg. de proxenetico 3. *in fin. ff. de proxen.*, et quae in
conciliandis contractibus gerunt, non ex mandato pro in-
demnitate contrahentium, non ex locato, et conducto, pro
proxenetico, si aliquid philantropiae, seu mercedis nomine,
2 acceperint, tenentur, nisi in dolo, et calliditate fuerint de-
prehensi, *leg. si proxeneta* 2. *ff. eod. tit. Cohell. de bono*
regim. cap. 34. *artic.* 27. *n.* 8. *Rota in dec.* 662. *n.* 1. *et*
2. *part.* 4. *tom.* 3. *rec.*
Officium proxenetarum in magnis praecipue civitatibus,
3 atque emporiis, quasi publicam habet causam, et ideo libros
iidem conficere, et legaliter asservare ex consuetudine te-
nentur, in eisque contractus, ac personas, eorum opera,
contrahentes, adnotare debent, ut si quandoque urget ne-
cessitas, quomodo, et qualiter sit negotium gestum, appa-
4 reat *Benvenut. Straccha de proxenet. part.* 3. *n.* 43. *Zac-*
chia de salar. qu. 83. *n.* 3. Et in his plenam sibi fidem in
judicio, conciliant, si a publico praecipue approbati, matri-
cula muniti iidem proxenetae, et in album ex municipali
5 lege relati, comperiantur, *Benvenut. Straccha de proxe-*
net. part. 4. *quaest. Incip. Illa etiam quaestio n.* 33. *Co-*
hell. de bono regim. cap. 34. *artic.* 27. *n.* 10. *Genua de*
script. privata lib. 4. *tit. de libr. proxenetar. n.* 10.
Aderat olim in urbe Roma collegium proxenetarum Ripae
magnae, et parvae ejusdem urbis, inservientium. Pius IV.
hoc instituit collegium ad numerum usque quadragenarium,
totidem officia venalia erigens, super quibus proxenetae ur-
6 bis, officii quoque societatem contrahebant *Rota post Zac-*
chia de societ. offic. dec. 55. Paulus V. quindecim ex dd.
7 officiis postea suppressit, et ad quinque, ac viginti illa re-
degit; Clemens denique XI. d. collegium proxenetarum,
restituto eis pretio officiorum, anno 1714. penitus suppres-
8 sit, veluti enarrat *de Valent. dissert. fiscal. tom.* 1. *dis-*
sert. 7. *sub n.* 1. Varias varii Pontifices, constitutiones, seu
motus proprios pro regimine d. collegii proxenetarum, dum
9 erat in vigore, publicarunt, singillatim Paulus III. *in ejus*
constit. 45. *incip. cum postquam sub datum* 26. *augusti*
1647. *Bullar. vet. tom.* 1. nec non Pius IV *in Constit.* 42.
10 *Incip. decet Romanum Pontificem sub datum* 11. *Kal. de-*
cembris 1561. *Bullar. vet. tom.* 2., sed hoc deinceps cor-
11 pus, seu collegium proxenetarum, dissolutum, seu suppres-
sum, veluti dicebam, remansit, libertate cuique per se in
utraque ripa fluminis, contrahendi restituta, quemadmo-
dum testatur etiam *Rota in Romana mercium* 4. *februarii*
1733. §. *parum refert, cor. bon. mem. Harrach.* Et siqui
in urbe Roma sunt proxenetae, veluti revera sunt, ad instar
privatorum hominum se habent, et ad contrahendam inter
se privatam societatem super negotiis, quae in eadem urbe
12 geruntur, plane habiles, dummodo de re agatur licita, li-
citisque pactis, ut conventionibus honestae societati conve-
nientibus, in contractum deducta.
In civitate etiam Bononiae extabat simile corpus, seu col-
legium proxenetarum a municipali statuto ejusdem civitatis
13 approbatum, insertumque *sub lib.* 4. *in rubric de proxe-*
net. latiusque a statuto fori mercatorum ratihabitum, *sub*
14 *rubrica* 32. *delli sensali*, *et rubrica* 33. 36. *et.* 37. Additis
rubr. 13. 22. *et* 23. *in addit.* Horum tamen opera, mini-
sterium, atque exercitium vigebat maximum in conciliandis
contractibus super serico, seu mercibus sericeis, quibus Re-
15 gio Bononiensis abundat, ineundis, eaque de causa *sensali*
di seta nuncupabantur; negotia haec insuper sericea, simi-
les respiciebant merces, quae vel in ipsa civitate, ejusque
comitatu extabant, vel quae ab exteris regionibus, merci-
monii, aut alterius gerendi negotii causa, in suprascriptam
Bononiae civitatem introducebantur, ac deinde ad ejus do-
hanam deferebantur, quemadmodum, praxi d. statuti Bo-
noniensis exposita refert *Franc. Ant. Bonfin. dec. florent.* 16
79. *n.* 1. *et* 2.
Hi proxenetae Bononienses ad modicum redacti nume-
rum, cojerunt inter se societatem super ejusdem officii e-
xercitio, inieruntque pactum, ut omnia proxenetica, seu
lucra eorum singulis ex d. sericeo negotio ractione dicti e-
xercitii, tam in civitate Bononiae, quam extra illam, il-
liusque jurisdictionem sibi provenientia, in commune redi-
gerentur, suoque praestituto tempore aequis ex partibus
inter se dividerentur, non spectato unius, vel alterius pro- 17
xenetae socii, majore, seu minore labore, opera, industria,
et respectivo lucro; societas haec extitit superioris auctorita-
te, nempe speciali Breve Gregorii XV. confirmata, et per
successivam personarum, seu sociorum subrogationem ad 18
centum, et supra annos protracta.
Accidit postea, ut suprascriptorum sociorum unus sepa-
ratim se ingesserit in nonnullis contractibus serici existentis
extra civitatem, et territorium Bononiae, et inter contra-
hentes utraque ex parte forenses, contendebatque d. socius,
omne industriae suae proxeneticum, seu emolumentum ea
de causa profectum, suum esse, et aliis proxenetis consociis, 19
nequaquam cogi conferre; supracitatus *Franc. Ant. Bon-*
fin. ex compromisso requisitus, antedicta lucra, seu proxe-
netica, non esse conferenda, seu communicanda laudavit in
d. decis. florent. 79. Ratio omnium maxima fuit, quia 20
sociale pactum loquebatur de utilibus retrahendis ex contra-
ctibus proxenetarum opera faciendis super serico, aut in ci-
vitate actu existente, aut illuc introducendo; cumque in
casu d. controversiae sericum, quo desuper ille socius lucri-
fecit, nec in d. civitate Bononiae existeret, neque illuc fu-
isset importatum, res erat extra terminos conventionis, *Bon-* 21
fin. loc. cit. n. 4. neque sociale pactum, ex quo sociale erat,
suam rigidae, strictaeque interpraetationis amisit naturam,
generaliter indictam *in leg. quidquid adstringendae* 99. *ff.* 22
de verb. obligat.
Objici tamen in contrarium poterat illum unum so-
cium, totam suam, uti caeteros, obligasse operam, atque
industriam, quam in alios contractus distrahendo, minus
profecto utilis erat ipse societati futurus, propter dictae o-
perae suae dimidiationem in d. casu intervenientem; est 23
porro in jure receptum, ut modus operae, industriaeve ve-
niat in aestimationem, ut coaequa arbitretur participatio,
ad textum in leg. si societatem 6. *ff. pro socio*, ibi » Con- 24
» veniens est viri boni arbitrio, ut non utique ex aequis
» partibus socii simus, veluti si alter plus operae, indu-
» striae, pecuniae in societatem collaturus sit ». Adeo qui- 25
dem ut, qui dimidiatam operam suam societati praestitit,
nequeat pro rata deficiente lucrum expetere *Gratian. di-*
scept. for. cap. 424. *n.* 19. *Ansald. de commerc. disc.* 74. 26
n. 9. *de Valent. de contractib. vot.* 18. *n.* 107.
Verumtamen objectio haec, tota facti erat omnino proban-
da, hoc est ut in partiali distractione operae, vel industriae
illius socii, damnum, seu jactura societati obvenerit; etenim
hac circumstantia in facto minime probata concludenter, 27
uti decet, nihil innovandum circa lucrorum, seu proxene-
ticorum stipulatorum participationem; quoniam nemo prae- 28
peditur plures contractus, plura negotia, pluresque socie-
tates etiam inire, modo per secundam, priori societati nihil
praejudicii obveniat, eoque amplius, ut haec uni socio au-
ferri nequeat libertas, quamvis se in aliis negotiis haud im-
plicaturum pacto convenerit, ita sentiunt *Molin. de just.*, 29
et jur. tract. 2 *disput.* 419. *per totam Bonaccina opera*
moralia disp. 3. *qu.* 6. *punct.* 1. *n.* 4. *tom.* 2. Alio in id
fere simili, sed paulo remissiore, uti opinor, utitur argu-
mento *Bonfin. loc. proxime cit. n.* 5. 6. *cum seq.* videlicet,
quod socius, de quo supra, binas potuerit repraesentare
personas, alteram socii, privati alteram; quod item uno no-

mine quaesitum, ad ea, quae alio nomine acquiruntur, non
porrigatur; communicatio, quodq; demum contractu super
bonis unius loci societate ad bona in alio loco sita, minime
30 extendatur; haec sunt argumenta, non utique spernenda,
quibus ad eliminationem objecti utitur *Bonfin. loc. cit.*

Ad notitiam societatis proxenetarum civitatis Bononiae,
haec accipe. Gregorius XV. anno 1621. d. societatem su-
stulit; Innocentius vero X. reintegravit anno 1648. Atque
Clemens XI. hoc saeculo 1700. ineunte ampliavit insolitis
privilegiis, inter quae illud reperitur, ut d. societas proxe-
netarum Bononiae jus haberet cogendi mercatores serici d.
civitatis Bononiae utendi eorum opera in emendis, ven-
dendis, negotiandisque sericis, sublata mercatoribus liber-
tate per se ipsos, aut eorum administros negotiandi; hoc
maxime odiosum, atque exorbitans privilegium non tole-
randum visum fuit dd. mercatoribus Bononiensibus, qui-
31 bus facta potestate jura sua experiendi in congregatione par-
ticulari desuper deputata sub die 14. januarii 1714. Prodiit
resolutio dicti privilegii privativi abrogativa, veluti pandit
votum impressum a bon. mem. Marefusco tunc Papae audi-
tore editum.

Contra ea vero, nonnullae sunt civitates, in quibus pro-
xenetae damnosi existimantur, cum in unum praecipue
coeunt, forte quia monopolia semper publico exitialia, in-
32 troducunt, seu quia exorbitans quandoque lucri studium,
vel improbatos, vel insidiis plenos conciliant contractus; et
hisce, aliisve de causis in civitate Florentiae, societatem
33 inter se inire proxenetae prohibentur, quemadmodum ita-
lice observat *Sabell. in prax. crimin. §. sensali num.* 2.
ibi » Sensali di dogana sopra roba di grascia, non possono
» far compagnia palese, nè segreta con altri sensali, ne con
» qualsivoglia persona, nè possono tener bottega residente,
34 » o magazzino sotto pena di scudi cento d'oro; bando, e
» riforma della grascia delli 29. gennajo 1550. » et vere Ul-
35 pianus proxenetas appellat *hominum officinas*, *in leg.* 3. *ff.*
de proxenet, deque iis praecipue sunt, qui nihil proficiunt,
36 nisi admodum mentiantur; ut ait *Cic. de offic. lib.* 1. *pro-*
pe fin.

Ad extremum proxenetae qui debent esse saeculares, et
37 non clerici, similes operas locare interdicti *Rota dec.* 1.
n. 9. *cor. Tanar.*; debent eorum officium in contracti-
bus licitis, non usurariis, aut quo alio modo vitiosis im-
pendere; debent similiter ad interesse cujusque contrahentis
pro justitia prospicere, nam si pro uno tantum contrahen-
te operam praestiterint, non dicentur proxenetae munus
rite exercuisse, et in his casibus, quovis vitio purgatis, jus
38 est ipsis assuetum, vel praestitutum exigendi proxeneticum,
licet non conventum *Rota dec.* 1. *n.* 3. 4. 7. *et* 8. *coram*
Tanario, quod proxeneticum in urbe Roma ex consuetu-
dine consistit in scutis duobus pro singulis quibusque cen-
39 tenariis. *Rota in d. dec.* 1. *n.* 5. *cor. eod. Tanar.* Cessante
vero consuetudine, vel pacto, totum judicis arbitrio remis-
40 sum intelligitur *Rota ibid. n.* 6. etiamsi partes contrahen-
tes, se post conclusum per proxenetam negotium, poeniteat,
vel ipsi contractum de consensu quoquo modo rescindant,
41 *Ansald. de commerc., et mercat. disc.* 80. n. 26. *Zacchia*
de salar. quaest. 83. *n.* 10. Quod si e contrario iidem pro-
xenetae se in illicitis immiscuerint contractibus, aut quo
42 alio modo per insidias egerint ad proxeneticum ipsis dene-
gatur actio *Hevia de commerc. terrestr. lib.* 1. *cap.* 5. *n.*
10. *Zacchia de salar. in quaest.* 83. *n.* 7. imo ad interesse
tenebuntur favore contrahentis decepti, vel quo alio damno,
43 culpa ipsorum, affecti *Zacchia loc. prox. cit. n.* 8. *Rota*
dec. 216. *n.* 2. *coram Merlin.*

Quid si proxeneta contraxit cum alio, vel aliis societa-
tem super proxeneticis, quae vel aliqua de causa, denegen-
tur, vel si soluta sint, debeant restitui, utrum damno illius
44 proxenetae, qui negotium conciliavit, vel societatis hoc
contingat? Causam, vel denegationis, vel respectivae re-
stitutionis proxeneticorum spectandam existimo; ut si ideo
rescindatur contractus industria unius proxenetae socii ce-
lebratus, quia ille non rite suum gessit officium, plurimum
vero si in illo tali contractu postea resoluto, cum dolo, et
calliditate, versatus sit, et hoc priore casu, totum damnum
45 proxenetae socii culposi, seu dolosi est, et non societatis, quia
certum in jure est, socios inter se, dolum, et culpam prae-
46 stare oportere, sunt verba *textus in leg. cum duobus* 52. §.
venit, *ff. pro socio*, et si socius jure redarguitur, si acqui-
rere unum possit, non acquirit, ut in superiore *cap.* 4. *n.* 45.
ad seq. Omnino fortius si se negligenter gessit, ad *textum* 47
in leg. non ob eam 25. *ff. pro socio*, ibi » Non ob eam rem
» minus ad periculum socii pertinet, quod negligentia ejus
» periisset ». Quid futurum si proxeneta id quod quaesi-
vit, sit culpa sua restituendum? Nonne poterat alter socius
proxeneta industriam suam in eo contractu, justius, atque
utilius impendere, et societatis conditionem meliorem effi- 48
cere? Hoc ergo certum, damnum amissi lucri, seu proxe-
netici ex dolo unius proxenetae, culpae illius appingi; ae-
quum propterea est, ut hoc damnum ipse societati resarciat 49
Benvenut. Stracch. de proxenet. part. 4. *quaest. incip.*
reliquum est, n. 1. *Cosm de ratione ratio quaest.* 225. n.
10. *Rota dec.* 1136. *n.* 8. *tom.* 5. *coram Lancetta*, et quod
socius culposus, siquid culpa sua solvit, vel restituit quod
reintegrari a societate, seu ab altero socio de sua rata non 50
possit, dixit *Cyriac. controv. for.* 197. *n.* 13. *tom.* 1.

Sin autem a culpa procul socii proxenetae, amissio pro-
xenetici contingat, huic socio proxenetae non imputanda
videtur; puta vitiosum si sit animal venditum, et redhi-
beatur, nam hoc casu, si socius proxeneta, qui conciliavit 51
contractum venditionis animalis, culpa vacet, et quaestio
solum incidit, utrum proxeneticum, quod accepit, sit re-
stituendum; assolet distingui, aut proxeneticum fuit socio
proxenetae sponte solutum, aut coacte, seu ex necessitate;
ut priore casu proxeneticum non restituatur, tametsi redhi-
bitio intervenerit; posteriore autem casu restituatur, et
hujusmodi coactae solutionis casus praecipue tunc aderit, 52
cum venditor emptori dixisset, non vendam tibi aliquo
modo, nisi per manus talis mediatoris, qui statuet rei,
seu animalis pretium, eique tu pro labore, seu mercede
salarium dabis, nam repetitio proxenetici ex pacto ita so-
luti locum habebit *Gratian. discept. for. cap.* 343. *n.* 11. 53
ut 12. *ibiq. Carol. Ant. de Luca sub num.* 2. contra ea
vero *Cyriac. contr. for.* 681. *n.* 2. Sustinet resolutionem
contractus vitio rei contingentem, puta quia morbosum sit
animal, vel quia res, quae libera promissa est, feudalis
appareat, proxenetici restitutionem non efficere, si proxe- 54
neta de nulla incusetur culpa, cui me subscribo sententiae,
cum proxeneta suum rite gessit officium, et mercede sua
dignus est, quod si contrahentium alter se deceptum dicit,
adversus alterum, ad id, quod sua interest, jus experia-
tur suum *Benvenut. Straccha de proxenet. part.* 4. *qu.* 55
incip. Item quaeritur n. 2. *et per tot.*

Non inelegans alia quaestio est; proxeneta rem vendere,
aut emere centum jubetur, vendit pluris, seu minoris,
quid juris, quaeritur? Trifariam quaestio spectatur, aut 56
in ratione mandati, et quia hoc priore casu fines illius exce-
dere non debet, ita si proxeneta mandatarius minoris cen-
tum vendat, quod integro pretio deest supplebit, seu in
causam proxenetici ad justum usque modum compensabit;
si vero pluris, mandanti totum dabit, justa tantum rata 57
proxenetici retenta; eadem quoque, in opposito casu, quo
pluris, vel minoris emerit, disciplina est, ita *Zacchia de* 58
salar. quaest. 83. *n.* 9., et hujusce quaestionis solutio sum-
pta est a *text. in §. is qui instit. de mandato*, ibi » Is qui
» exequitur mandatum, non debet excedere fines mandati;
» ut ecce siquis usque ad centum aureos, mandaverit tibi,
» ut fundum emeres, neque pluris emere debes, alioquin
» non habebis cum eo mandati actionem; adeo quidem ut
» Sabino, et Cassio placuerit, etiamsi usque ad centum au- 59
» reos cum eo agere volueris, inutiliter te acturum; sed di-
» versae scholae auctores recte usque ad centum aureos, te
» acturum existimant, quae sententia sane benignior est;
» quod si minoris emeris, habebis scilicet cum eo manda-
» ti actionem; quoniam qui mandat, ut sibi centum aureo- 60
» rum fundus emeretur, is utique mandasse intelligitur,
» ut minoris, si possit, emeretur ».

Quod si proxeneta (et est secundus quaestionis aspectus)
tum cum rem centum emendam, seu vendendam suscepit,
habuit contrahendae societatis animum, ut videlicet rem
vendendam tradenti, salvis centum, reliquum, si quod ex-
cederet, utilium nomine, ex aequo divideretur; et ex hoc
altero casu proxeneta, qui industriam posuit suam, operam-
que, proxenetici nihil consequitur, sed tamquam socius di- 61
midium ejus, quod centum excedit, habebit, nam versatili
fortunae, seu jactui rei, quoad lucrum, damnumve, se
quodammodo objecit; quod si proxeneta rem non centum

vendidit, sed minoris, in eam equidem sententiam habeo,
62 ut idem proxeneta reliquum, quod deest, minime refun-
dat, ut per *Ciriac. contr. for.* 465. *n.* 14. *et* 15. quoniam
capitis salvi irreperet dubium, ut dixi supra *cap.* 6. ipsaque
de caetero naturalis abhorret ratio, ut duplici quis grave-
tur onere, ut hic altero amissae mercedis operae, et altero
63 refusionis pretii deficientis, *ad textum in leg. navis* §. *cum
autem ff. ad leg. rhodiam de jactu.*

Novissimus propositae quaestionis aspectus ille est, quem
ad literam praebet, *text. in leg. si margarita* 44. *ff. pro
64 socio*, ibi » Si margarita tibi vendenda dedero, ut si ea de-
» cem vendidisses, redderes mihi decem, si pluris, quod
» excedit, ut haberes; mihi videtur, si animo contrahen-
» dae societatis, id actum sit, pro socio esse actionem; sin
» minus, praescriptis verbis ». Hic plane casus legis, vel
in schemate societatis, vel innominati contractus spectetur,
65 superiori secundo casui est proximus, mitior tamen, nam
sit proxeneta, vel alius quisquam, qui explendam suscipit
margaritae venditionem, integrum id quod decem praesti-
tuta excedit, vel utilium, vel mercedis loco, consequitur;
differentia tantum in actione, vel pro socio, si societas est,
vel praescriptis verbis, si innominatus contractus, subsi-
66 stente. Quo pariter in casu, quodvis salvi capitis vitium
deesse, in superiore *cap.* 6. demonstravi; tametsi is, qui
negotium suscipit minoris decem vendiderit, et integra de-
67 cem solvere compellatur, ex rationibus boni, vel mali fu-
turi eventus dudum antea perpensis.

Summo superius digito indicavi, proxenetarum codices
conciliare sibi in judicio fidem; de iis tamen proxenetis est
hoc intelligendum, qui sunt a publico approbati, matricu-
la communiti, quique libros legali forma asservaverint, ut
68 in superiore *n.* 4. *et* 5. Ergo si proxenetarum officium ipsi
propria auctoritate susceperint, hujusmodi eorum libris,
nulla fides praestabitur in judicio inter alios vertente *Ben-
venut. Straccho de proxenet. part.* 4. *quaest. incip. apud
69 Bertachinum per tot.* plurimum vero si de re ad eorum
proxenetarum favorem in eisdem libris conscripta tractetur
Genua. de script. privata lib. 4. *tit. de libris proxene-* 70
tarum n. 1. *ad seq.* Hinc Gallienus perelegauter in *leg.
exemplo* 7. *c. de probat.* ibi » Exemplo perniciosum est
» ut ei scripturae credatur, qua unusquisque sibi annota-
» tione propria debitorem constituit; unde neque fiscum,
» neque alium quemlibet ex suis subnotationibus debiti 71
» probationem praebere oportet ».

Nunquid saltem proxeneta pro contractibus ab se gestis,
seu conciliatis, idoneus erit in judicio testis? *Benvenutus* 72
Straccha de proxenet. sub part. 4. *quaest. incip. illa etiam
quaestio* n. 1. *ad plur. seq.* Affirmat, si partes ab eo testi-
monium dici consentiunt, eique plaudit *Mans. consult.* 73
far. 3. *n.* 1. *tom.* 11. Negat vero, si alterutra partium dis-
sentit, non solum quia proxeneta, persona vilis est, sed
etiam quia majus ab eo, pro quo testimonium dicit. proxe-
neticum expectat; praeterea vitia sua in officio patrata, fa- 74
cile occultat proxeneta, deque ejus in agendis, concilian-
disque negotiis solertia, gloriari assolet, ex quo magnum
pejerandi subit periculum, et consonant *Gabriel. commun.* 75
conclus. tit. de testib. concl. 20. *fere per tot. Mascard. de
probat. concl.* 1232. *n.* 4. *et conclus.* 1357. n. 36. *vol.* 3.
Farinac. de testib. quaest. 60. n. 406. *Rota in dec.* 162.
n. 1. *part.* 4. tom. 2. *recen.*

Nihilosecius tamen invaluit usus fidem quoque plenissi-
mam praestandi proxenetis in testes adductis, si aliunde non
suppetat probatio, si quodvis ipsorum absit interesse, de-
que ea ad eorum officium spectante deponant. ita constanter 76
Fenzon. ad stat. urb. lib. 1. *cap.* 153. *n.* 31. *cum seq.
Rocca disput. jur. select. cap.* 133. *n.* 1. *et* 2. *Rota in dec.*
162. *n.* 4. *ad seq. part.* 4. *tom.* 2. *et in decis.* 273. *n.* 32.
part. 16. *rec.*, *et dec.* 65., *et decis* 178. *utrobique* n. 16.
coram Ansaldo. Maxime vero si proxeneta deponit de con-
tractu jam gesto, atque absoluto, non autem de contractu,
aut perficiendo, aut retractando, veluti distinguit *Rota in* 77
dec. 415. *n.* 2. *cor. Coccino.*

CAPUT XI.

De Societate assecurationum.

SUMMARIUM

1. Assecuratio mercium seu pecuniarum mari, vel terra trajiciendarum, certo constituto pretio, vel praemio, ut illas salvas habeat stipulata, eveniente casu sinistro dicitur commissa stipulatio.
2. Stipulatio haec, periculi etiam eversio nuncupatur, et se habet ad instar pecuniae trajectitiae.
3. Ad naturam emptionis, et venditionis periculi accedit.
4. Alii ad naturam locationis, et conductionis dicunt accedere.
5. Alii ad naturam fidejussionis, vel sponsionis.
6. Alii contractum innominatum appellant.
7. Est juri communi incognita assecuratio, a quatuor hinc saeculis per consuetudinem introducta.
8. Commune hoc habet cum aliis contractibus, ut a conventione partium legem accipiat.
9. Assecuratio in capitulis socialibus certo modo, et forma praescripta, si secus fiat, non obligat ullos socios.
Assecuratio est contractus stricti juris, ibidem.
10. Assecuratio in triplici aspectu consideratur, et qui sit, traditur, et n. 11. et 12.
13. Assecurationis causa, materia, et substantia est periculum, citra quod praemium in usuram transit.
14. Pretium, seu praemium assecurationis, debet esse majus, vel minus, juxta majorem, vel minorem periculi gravitatem.
15. Mercator si publice profitetur pecunias ad societatem accipere, et salvo capitali, 4 in singula 100. rependere, utrum sit contractus licitus?
16. *Navarrus*, et *Sanccia* affirmant.
17. Auctor dialogui, ut dissentit si contractus spectetur in figura societatis, convenit autem extra figuram societatis, et affert rationem, n. 18 et 19.
20. Recedens e regulis societatis, potius est particeps, quam socius.
21. Mutuo centum accipiens causa negotiandi cum periculo sortis per creditorem suscepto, de jure licitas mutuanti pollicetur usuras.
22. Amplia si pecunia fuerit trajectitia ut possint conveniri duo levim in singula centum et n. 24.
23. Usura centesima, quae sit, traditur.
25. Quod si pecuniarum periculum suscipit debitor, tunc usura erit legitima, hoc est triens, seu 4 in singula centum n. 26.
27. Hujusmodi assecuratio sortis, non est nova, sed a jure digestorum proficiscitur.
28. Gregorius tamen IX. oraculo divino innixus, recessit a dispositione juris civilis, atque hujusmodi usuras delevit et n. 29.
30. Civilis juris titulus de nautico faenore, sublatus est a jure canonico.
31. In hac materia usurarum servari debet jus canonicum, et non civile.
32. Declara haec vera esse in pecuniis mutuo datis.
33. Quid si creditor non habeat animum mutuandi? hac in re se involvunt Theologi.
34. Auctor tenet, quod si creditor vere non habet animum mutuandi, si subit vere periculum pecuniae, et si debitor pecunias vere in negotia fructifera vertit, usuras esse licitas et afferuntur rationes n. 35. 36. 37. et 38.
39. Non dicitur creditor animum mutuandi, si hoc mutui verbum non adhibuit, et si pecuniae suscepit periculum, n. 40. 41. et n. 44.
40. Verba clara pandunt animum loquentis, qui nec videtur sentire, quod non dixerit.
41. Mutuum dicitur, quasi de meo fiat tuum, et transit in dominium mutuatarii, n. 42.
43. Periculum rei ejus est, cujus dominium.
45. In contractibus substantia magis, quam materialis conventio, spectanda est.
46. Secundus aspectus est; ut societas assecurationum licite assecuret pecunias, vel merces de loco ad locum tuto trajiciendas, certo praestituto pretio n. 47 et 48.
49. Materia, et causa assecurationis est periculum majus, vel minus, ad cujus normam regulatur pretium, seu praemium.
50. Diminuto, aut dimidiato periculo itineris, praemium proportionate diminuitur.
51. Periculum debet esse ignotum assecurato, ita ut si tempore assecurationis ipse sciverit, suam mercem in navi periisse, nulla est assecuratio et nihil debetur n. 52.
53. Amplia ut sufficiat suspicari posse, assecuratum scivisse, aut scire potuisse rei assecuratae naufragium.
54. Ista possibilitas locum, si per iter terrestre infra decem horas habere potuit notitiam naufragii secuti, et 30. milliaris distantis a loco assecurationis.
55. In itinere maritimo, tamquam fallaci, haec regula non procedit.
56. Ignorantia naufragii secuti, est de substantia assecurationis, licet in illa hora, in qua fit assecuratio sequatur naufragium contrahentibus tamen ignotum n. 57.
58. Et quod dictum est de ignorantia assecurati, idem intelligitur de assecuratore, ut hic pari modo ignoret, navem forte in tuto esse, de tempore assecurationis.
59. Quid si conveniatur, ut navis periculum praestetur, sive navis perempta sit, sive non, de tempore assecurationis?
60. Praesupposita semper ignorantia sinistri casus utrinque, sunt qui periculum praestari debere sustinent, n. 61.
62. In contrarium urget, quod assecuratio praesupponit subjectum assecuratum, quod si periit, et non extat, nulla assecuratio est.

Assecuratio interposita efficit, ut assecuratus merces, pe-
cunias, et hujusmodi, quas terra, marique de loco ad locum,
tuto importandas, et sine periculo illarum stipulatur, salvas
illuc habeat, atque assecurator periculum solvendi illarum
valorem in casu sinistro, praemio sibi talis periculi praesti-
tuta, suscipiat, ita ut eveniente casu sinistro, commissa di-
1 catur stipulatio, et factus locus assecurationi *Stypman de
jure maritim. part.* 4. *cap.* 7. *n.* 468. *Rota decis.* 333. *n.*
1. *cor. Caprara, et in nuperrim. tom.* 5. *dec.* 205. *n.* 1.
et tom. 6. *dec.* 19. *n.* 5. *et in Anconitana assecuratio-
num* 4. *julii* 1764. § 5. *coram Emo D. Card. Riminaldo,
et in Anconitana assecurationis* 28. *aprilis* 1766. § 5.
cor. bon. mem. Azpuru, atque hujusmodi assecuratio, pe-
riculi etiam aversio promiscue nuncupatur *Grotius de jure
Belli, et pacis lib.* 2 *cap.* 12. *n.* 23. Seque habet ad instar
2 pecuniae trajectitiae *Rota dec.* 420. *n.* 3. *par.* 16. *rec.* Quo
ex re, alii assecurationem hanc naturae emptionis, ac ven-
3 ditionis periculi proximam existimant, *Scacc. de commerc.*
§ 1. *quaest.* 1. *n.* 129., *et quaest.* 7. *par.* 3. *limit.* 6. *n.* 5.
Santerna de assecurat. part. 5. *sub n.* 3. *et seq. Gratian.
discept. for. cap.* 589. *n.* 2. *Ansald. de commerc. disc.* 12.
4 *n.* 4. Alii locationis, et conductionis, *Scaccia de commerc.*
§ 1. *quaest.* 1. *sub n.* 129. *Molin. de just., et jur. tract.*
5 2. *disput.* 507. *n.* 2. Alii fidejussionis, vel sponsionis, *Scac-
cia loco prox. cit. sub n.* 129. *Hering. de fidejuss. cap.* 18.
n. 152. *Mans. consult. for.* 421. *n.* 9. *et* 10. *tom.* 5. *Rota
in dec.* 421. *n.* 2. *tom.* 5. *par.* 2. *nuperrim.* Alii assecura-
6 tionem hanc denique contractibus innominatis adscribant
Scaccia de commerc. § 1. *quaest.* 1. *sub n.* 129. *San-
terna de assecur. part.* 1. *n.* 7., quae omnia fere comple-
ctitur *Rota in Anconitana assecurationum* 8. *maii* 1765.
§ 14. *cor. R. P. D. Olivatio*, inter ejus impressas in or-
dine *la* 457. *n.* 24. 25. 26. *et seq. tom.* 4. Quod autem pro
certo statui potest, in eo est, quod hujusmodi assecurationis
contractus est juri communi incognitus, et quatuor circiter
7 ab hinc saeculis, a consuetudine introductus ex *Ansald. de
commerc., et mercat. disc.* 70. *n.* 6. *Rota dec.* 420. *n.* 1.
part. 16. *rec., et in dec.* 40. *n.* 4. *coram Ansaldo.* Idque
8 commune habet cum aliis contractibus, ut a conventione
partium legem accipiat, *Rota d. decis.* 420. *n.* 4. *part.* 16.
recentior. et in Anconitana assecurationum 4. *julii* 1764.
§ 2. *cor. Emo D. Card. Riminaldo*, ita ut sive modus,
vel quantitas in capitulis socialibus praestitutus, aut prae-
stituta ab uno socio, seu directore societatis in assecurando
praetereatur, caeteri socii obligati non remaneant *Rota in* 9
Anconitana societatis 2. *junii* 1783. § 19. *ad seqq. cor. R.
P. D. Mannelli*, illa prae caeteris ratione, quia hujusmodi
assecurationis contractus stricti juris est, quemadmodum ad-
vertunt, *Coccejus disput.* 86. *de assecurat.* § 9. *Kurick.
eod. tract.* § 1. *versic. caeterum Bulduc. rer. judicatar.
tit. de assecurat. dec.* 5. *n.* 9. *Jo. Henric. de Berger. oeco-
nomia jur. ad usum hodiern. accomodat. lib.* 3. *tit.* 7.
§ 5. *n.* 5.

In triplici aspectu considerari hoc potest assecurationis
caput; primo in casu, quo privatus mercator, se pecuniam
accipere proponat, ejusdem pecuniae capitale salvum pro-
mittat, certasque moderatas usuras rependere spondeat. Se- 10
cundo in casu quo societas inter duos, vel plures coit asse-
curationem pecuniarum, vel mercium alterius, modo, quo 11
supra, suscipiat; atque tertio in casu, quo sociorum unus
sibi faciat merces, vel pecunias ab aliquo mercatore assecu-
rari. Antequam relatos singulos percurram casus, illud sta- 12
tui pro certo debet, causam, materiam, atque substantiam
assecurationis esse periculum, quod assecurator subit, ita ut
hoc penitus sublato periculo, substantia assecurationis defi-
ciat, atque usurae stipulatae indebitae remaneant, *textus* 13
in l. nihil. 4. *ff. de nautico foenore* ibi = *Discusso peri-
culo* = concordant *Scaccia de commerc.* § 1. *quaest.* 7.
part. 2. *ampl.* 10. *n.* 21. *Mans. consult. for.* 421. *n.* 2.
tom. 5. *Rota dec.* 47. *n.* 6. *part.* 7., *et dec.* 713. *n.* 3. *ad*
6. *part.* 18. *tom.* 2. *recentior.*, et quod stante periculo,
usurae, spectatis facti circumstantiis, hoc est, justa illius
majorem, seu minorem gravitatem proportionabiles, licite 14
stipulentur advertit. *Costa de ratione ratae quaest.* 200.
n. 4. *Rota in dec.* 713. *n.* 9. *part.* 18. *tom.* 2. *rec.*, *et in
Fulginaten, seu Londinen pecuniaria* 21. *februarii* 1752.
§ 17. *cor. bon. mem. Vicecomite.*

His generaliter praejactis; ad primum distinctionis caput
descendo, et casum fingo, quod mercator publice profitea-
tur, notumque omnibus faciat, se paratum esse pecunias ad

15 societatem accipere, et salvo, assecuratoque capitali, qua-
toor vello in singula centum rependere, utrum, siqui, his
pactis, accedunt, licite contrahant? *Scaccia* cum *Navarro*
praesupponit, illam societatem posse verisimiliter repeodere
scut. 12. in singula quaeque centum, et postea haec scut.
12. ita dividit, ut assecurator sibi quatuor retineat pro prae-
mio assecurationis, alia quatuor pro certificando lucro dd.
scut. 12. verisimilium, sibi pariter addicat; reliqua vero
quatuor creditori pecuniae, aut usorae nomine, aut prae-
16 mii persolvat, et hujusmodi contractum licitum esse tuentur
ambo, videlicet *Navarrus n.* 255. citatus *per Scaccia*, at-
que idem *Scaccia de commerc.* §. 3. *gloss.* 3. *n.* 40. qui *in*
n. sequen. hanc suam confirmat sententiam, cui me non
libenter subscribo si in figura societatis spectetur contra-
ctus, nam antedictus *Navarrus*, fuit relatus atque rejectus
17 per Benedictum XIV. in Synodo Dioecesana, ut supra ad-
notavi *cap.* 6. *n.* 96. *et* 97. quod si spectetur contractus
18 extra figuram societatis, convenio cum *Navarro, et Scaccia*
loc. cit. dummodo tamen realiter adsit negotium illa sonua
scut. 12. rependere aptum; et pecunia data in illud nego-
19 tium versa effective habeatur: ad rem haec nonnulla supe-
riore *cap.* 3., adnotavi; neque apse pecuniae dator, cum a
20 regulis verae societatis recedit, potius particeps, quam so-
cius est pro veritate reputandus.

Quid si terra, marique negotiator mutua centum accipiat
in nundinis negotiandi causa, utrum ex eo solo, quod su-
scipit pecuniae periculum, licitas mutuanti promissas efficiat
21 usuras, jura civilia affirmant, ut *in leg. nihil* 4. *ff. de nau-
tico foen.* adde *c. eod. tit. per tot.*, et circa usurarum mo-
dum, ea datur distinctio, ut si pecuniae trajectitiae pericu-
lum suscipiat creditor, seu mutuator, et hoc priore casu le-
gitima usura centesima erit, videlicet unius pro centum in
22 singulos menses; mos pristinus erat solvendi pecuniae foe-
nus in singulos menses, teste *Horatio Oda* 2. *in fin.* lo-
quente de Alphio foeneratore ibi = *omnem relegit idibus*
23 *pecuniam, quaerit Kalendis ponere* = ita quidem ut talis
haec centesima usura respondeat duodecim in singula cen-
24 tum, ac centesimo mense ipsam aequet sortem *glossa in l.*
nihil 4. *ff. de nautico foen.* sin autem debitor suscipiat pe-
cuniae mutuatae periculum, et hoc posteriore casu usurae
25 non centesimae praestabantur, sed legitimae dumtaxat, hoc
est usurae trientes *glossa ibid. verbo legitimae ff. eod.*
tit. respondentes quatuor in singula centum, et hanc di-
26 stinctionem facit Papinianus in *d. l. nihil interest* 4. *ff. de*
nautic. foen., atque hujusmodi assecuratio non nova est,
27 sed a civili fonte, tam *digestar.* quam *codicis de nautico*
foenore proficiscens.

Sed vero Gregorius IX. Divino innixus oraculo = *mu-
tuum date nihil inde sperantes* = *Lucas cap.* 6. *n.* 35. a
civili dispositione recessit, et in casu superius proposito ni-
28 hil per debitorem usurarum nomine praestari omnino de-
crevit *in cap. naviganti* 19. *lib.* 5. *de usur.* ibi » Navigan-
» ti, vel eunti ad nundinas certam mutoans pecuniae quan-
» titatem, pro eo quod suscipit in se periculum, recepturus
» aliquid ultra sortem, usurarius est censendus » ex quo
29 patet juris civilis titulum *de nautico foenore* tam digesto-
rum, quam codicis extitisse a jure cannnico, quoad usuras
30 proscriptum, revocatum, atque omnimode correctum, prout
latissime, *Fagnon. in d. cap. naviganti* 19. *n.* 8. *ad seq.*
lib. 5. *de usur. Rota dec.* 1019. n. 8. *vers. quidquid t.* 4. *cor.*
Lancetta, et in hac materia usurarum jus canonicum, non
31 autem jus civile spectandum esse, omnes consentiunt, prae-
cipue, *Fagnon. loco prox. cit. n.* 9. *Tholosan. Syntagm.*
jur. univers. lib. 22. *cap.* 3. *n.* 6. *ad* 12. *Sperell. dec.* 91.
n. 89. *Constantin. vot.* 30, *n.* 14. *tom.* 1. *et vot.* 258. *n.* 10.
tom. 2. *Rota dec.* 331. *n.* 7. *coram Cavaler.*

Verumtamen haec vera sunt, et sine dubio recepta, cum
32 in terminis d. decretalis *de mutuata pecunia* dissert. lo-
quentis, versatur quaestio, sed finge, quod pecuniae dator
non habeat mutuandi animum, sed collocandi pecuniam
suam ad usuram dumtaxat, alias non daturus, utrum in hoc
diverso casu, licite se gerat, et ratione suscepti periculi tri-
33 entem, aliamve moderatam usuram juste recipiat? Hac in
re plures insudant Theologi, seseque juxta morem subtilita-
34 tibus involvunt. Equidem vero, assueta, et legali simplici-
tate loquens, tenendum ita censeo. Si dantis pecuniam
animus non sit ad mutuum directus, si rursus periculum,
quod subit creditor, verum sit, non simulatum, aestima-
tionem namque suam recipit in jure periculum; et si demum
pecuniam accipiens, ea pro lucroso realiter negotio, utatur, 35
de legitimitate usurae non dubitarem, quia siquid minimum
creditor usurae nomine ex pecunia sua consequitur, longe
plus percipit, aut percipere potest debitor industrius; ad- 36
ditur creditorem assumentem pecuniae periculum, si non
in figura creditoris, saltem in figura assecurantis, posse as-
securationis pretium, praemiumque postulare, ita ut debi- 37
toris suffocatio, ut ajunt, omni ex parte absit, frequentiores
ineantur contractus, atque commercia publico necessaria,
ac perutilia vigeant, et in hanc sententiam, dissentientibus
relatis, explicatisque abit *Fagnan. in d. cap. naviganti* n. 38
13. 55. *ad seq. et praecipue n.* 58. *et* 59. *lib.* 5. *de usur.*

Statim vero apparebit, pecuniae datorem non habuisse
animum contrahendi mutuum, atque mutui formulam lin-
gua nuncupata non expressit, ex duabus rationibus, altera, 39
quod nemo sentire praesumitur, quod diserte non dicit, *l.*
labeo ait ff. de supellectil. legato Fagnan. in d. cap. na- 40
viganti 19. *n.* 41. *cum seq. lib.* 5. *de usur.* Altera vero
fortior est, quia cum creditor in se suscipit pecuniae peri-
culum contra naturam mutui agit, mutuum enim ita di-
ctum est, quasi de meo fiat tuum *l. mutuum* 2. § *appellata* 41
ff. de reb. credit. et ideo dominium in mutuatarium sua
indole, naturaque transmittit d. *l.* 2. §. *eod. ff. eod. tit.* 42
Rota dec. 520. *n.* 3. *in fin. par.* 3. *rec.* Et sicuti praeterea
periculum ejus est, cujus rei dominium *l. pignus* 8. *c. de* 43
pignorat. act. implicat, mutuantem talem esse cum susce-
ptione periculi pecuniae mutuatae; tum propterea primum,
cum creditor pecuniae periculum in se suscipit, mutuum
certe contrahere nolle demonstrat; contractus enim natura, 44
seu substantia spectanda est magis, quam materialis conven-
tio *Fagnan. in d. cap. naviganti* 19. n. 65. *lib.* 5. *de usur.* 45

Alter hujus tituli aspectus est, si societas inter duos, vel
plures coita assecurationem pecuniarum, vel mercium alte-
rius modo, quo superius, suscipiat; utrum talis assecuratio
licita sit, licitumve praemium ex causa periculi suscepti
praestari assuetum, aut praestitutum, aut stipulatum? Non- 46
nulla sunt circa naturam assecurationis hujus secundi aspe-
ctus praemittenda, quo facilior sit ad quaestiones societatis
intellectus. Assecuratio haec respicit pecunias, merces, et
hujusmodi res alias, de uno ad aliud locum periculo asse-
curantis transvehendas, praemio assecurationis juxta peri- 47
culum proportionato, eidem constituto. Et principio, patet,
licitum hunc esse contractum, licitumve praemium ea de
causa statutum, si juxta regulas assecurationum contraha- 48
tur, *Cyriac. controv. for.* 465. *n.* 20. *et* 21. *tom.* 3. *Scaccia*
de commerc. §. 1. *quaest.* 1. *sub n.* 129. *Mans. consult.*
for. 194. n. 29. *tom.* 2. *et consult.* 481. *n.* 9. *et* 10. *tom.*
4. *Ansald. de commerc., et mercat. disc.* 70. *n.* 4. *Jov. de*
contract. min. glossa 16. §. 11. *artic.* 1. *n.* 51.. *et glos-*
sa 25. §. 13. n. 62. *Rota in dec.* 369. *n.* 90. *part.* 19. *tom.*
1. *recentior.* Regula autem assecurationis principalior est,
ut sicuti materia, et causa assecurationis est periculum,
veluti est in superiore n. 13. demonstratum; et periculum
majus dat normam, juxta facti circumstantias pretio, seu
praemio ejusdem assecurationis, *Rota in dec.* 713. n. 7. 49
ad 12. *part.* 18. *tom.* 2. *rec. et* in *Fulginaten., seu Lon-*
dinen. praemioria 21. *februarii* 1752. §. 17. *cor. bon. mem.*
Vicecomita. Adeo quidem ut si diminuatur periculum, pu-
ta dimidiato, aut toto inexpleto itinere, proportionabiliter 50
quoque diminuatur praemium *Rota in dec.* 448. *num.* 7.
part. 18. *tom.* 2. *rec.*

Ita hoc periculum, ut sit, necessario requiritur, assecu-
rato, totaliter ignotum de tempore ipso contractus, nam si 51
assecuratio fiat mercium existentium in tali designata navi,
quae fuerit de tempore contractus naufragium, passa, idque
solus sciat assecuratus nulla sit assecuratio, ex eaque asse-
curatus agere non valeat ad pretium mercium deperditarum,
imo vero siquod recepit pretium, restituere cogatur, veluti 52
disponit *consolatus maris tit. sopra le sicurtà marittime*
cap. 19. *Alvar. valasc. consult.* 64. *n.* 6. *et* 8. *Rota in*
dec. 81. *n.* 6. *cor. Roxas, et in dec.* 229. *n.* 9. *et* 22. *part.*
6., *et in dec.* 373. n. 7. *part.* 19. *tom.* 1. *rec. et in dec.*
597. *n.* 9. *cor. Merlin.* Utque assecuratus, vel agendo re-
pellatur, suspicari etiam posse redundat, ipsum secuti nau- 53
fragii notitiam habuisse quoque possibilem, *ad textum in*
l. cum ad praesens ff. si cert. petat. Rota in dec. 597. n.
3. *cor. Merlin. et in dec.* 229. *n.* 13. 21. *et* 22. *part.* 6.

et dec. 373. *n.* 20. *part.* 19. *tom.* 1. *rec.*, et reducendo ad
praxim, hanc notitiae possibilitatem, casus esse potest, si
post naufragium navis secutum, dominus mercium habere
potuit per iter terrestre notitiam infra decem horas a loco,
ex quo certior fieri poterat, triginta milliaria distanti, com-
putatis milliaribus tribus in singulas horas, et in illa pun-
54 ctim decima hora, assecurari obtinuerit, veluti disponit
Consulatus maris tit. sopra le sicurtà marittime cap. 19.
Rota in dec. 81. *n.* 4. *cor. Raxas*, *et in dec.* 236. n. 9. *et*
55 10. *tom.* 5. *part.* 1. *in nuperrim.*, dixi per iter terrestre,
nam in itinere maritimo omnium fallacissimo, haec non
procedit regula, *Alvar. valasc. consult.* 64. *n.* 10. *Rota
in dec.* 81. *n.* 12. *et* 17. *cor. Raxas.*

De substantia ergo hujus contractus assecurationis est,
ut assecuratus ignoret omnino, rem assecuratam esse pe-
remptam, at valida, ut sine fraude expleta assecuratio di-
56 catur, *Alvar. valasc. consult.* 69. *n.* 8. *Less. de just.*, *et
jur. lib.* 2. *cap.* 28. *dubit.* 4. *n.* 24. *vers. hinc sequitur.*
Nam hac ignorantia in assecurato supposita, parvi refert,
rem assecuratam de tempore assecurationis realiter fuisse
peremptam, puta quia in illa hora, in qua assecuratio fa-
cta est, secutum jam paulo ante naufragium fuerit, nam as-
securatio tenet nihilominus, etenim satis est, quod jactus
57 aleae verificetur utrinque, *Alvar. valasc. consult.* 64. *n.* 6.
et 8. *Gamma decis. lusit.* 181. *n.* 1. *Less. de just.*, *et jur.
lib.* 2. *cap.* 28. *dubit.* 4. n. 25. *Molin. eodem tract. tract.*
2. *disput.* 507. *n.* 4. *Rota dec.* 229. *n.* 15. *et* 16. *part.* 6.
rec., *et dec.* 597. *n.* 15. *cor. Merlin.* et quod dicitur de
assecurato, idem quoque est in assecurante intelligendum,
videlicet, ut ne assecurans quidem sciens rem esse salvam,
ac tuto ad locum destinatum, perventam, de tempore asse-
curationis, hujus pretium licite accipiat, aut acceptum reti-
neat, quia necesse est, ut periculum utrinque, ut dixi ae-
58 qua vice interveniat, *Molin. de just.*, *et jur. tract.* 2. *dis-
put.* 507. *n.* 4. *Less. eod. tract. lib.* 2. *cap.* 28. *dubit.* 4.
num. 24.

Doctores disputant, an si tempore assecurationis, res ve-
re perempta sit, contrahentes tamen caverint, periculum
59 praestari debere, sive res perempta sit, sive non perempta,
utrum pactum hoc in apocha assecurationis expressum, ali-
quid operetur? Haec semper discutitur quaestio in casu,
quo uterque contrahens pro certo ignoret, rem peremptam
60 esse, vel respective salvam esse, sed solummodo dubitetur
utrinque; nam in hoc dubio, sunt doctores, qui sustinent,
periculum ex una parte praestari debere, et ex altera prae-
61 mium respective lucrari, veluti sunt *Decius. cons.* 115. n.
4. *vers. praeterea si in hoc. Alvar. valasc. consult.* 64.
n. 7. *Rota januen. penes Bellon. dec.* 102. *num.* 4. *in fin.
Rot. dec.* 81. *n.* 7. 8. *et* 9. *cor Roxas, et in dec.* 757. *n.*
7. *cum duob. seq cor. Merlin.* In contrarium, illud urget
principium, quod assecuratio debet praedicari de subjecto
assecurato, si plane subjectum hoc de tempore assecuratio-
nis non extat in rerum natura, puta quia periit, atque ideo
62 esse desiit, non videtur posse assecurationem procedere, et
pactum obtinere locum; rei namque quae non extat, nulla
63 est emptio, nulla venditio *l. nec emptio* 8. *ff. de controv.
empt.* nulla societas *l. verum* 64. *§. fin. ff. pro socio* nulla-
que assecuratio, *Santerna de assecurat.*, *Sponsian. mer-
cat. part.* 3. *n.* 14. *Valasc. consult.* 64. *n.* 5. *tom.* 1. *Rota
dec.* 571. *n.* 1. *part.* 5. *tom.* 1. *recent.* Nihilominus vero,
quia partes in id certa voluntate consenserunt, non videtur
inutile prorsus existimari pactum, sed sublato rigore, asse-
curantem condemnari ad pretium quidem mercium assecu-
ratarum, non tamen integrum, sed quemadmodum judex ex
64 bono, et aequo inter mercatores praecipue servando existi-
maverit, *Less. de just. et jur. lib.* 2. *cap.* 28. *dubit.* 4. *n.*
24. *in fin. Rota dec.* 229. *n.* 19. *et seq. part.* 6. *recentior.*

Neque ab hac aequitate recedo, ex quo, si res assecura-
tae non extabant de tempore contractus intelligatur assecu-
ratio cecidisse super pretio illarum, prout innuit superius
65 citata *decis.* 81. *n.* 8. *cor. Roxas.* Etenim non sine subti-
litate haec fieri potest extensio a mercibus, ad pretium, cum
prima contrahentium intentio fuerit ad assecurandas mer-
66 ces directa, et non ad pretium; non me quidem fugit, pre-
tium, sive pecunias eodem modo assecurari principaliter
67 posse, quo merces, sed quia aliud est rei pretium, et alia,
atque alia res ipsa, adductae paritati minime assentior; plu-
rimum vero, quia si extensio assecurationis admitteretur,
duplex quodammodo assecuratio interveniret, altera mer-
cium, pretii altera in jure generaliter prohibita, *Card. de* 68
Luca de credit. disc. 106. *n.* 18. *et in summo num.* 107.
obligationes autem restringi, non ampliari edocemur a *text.* 69
in leg. quidquid adstringendae 99. *ff. de verb. oblig.* ad-
versus eum maxime, qui actor est, et creditoris figuram in- 70
duit *leg. favorabiliores* 168. *ff. de regul. jur.* quae demum
juris principia, eo semper magis, magisque conciliat sibi
assecuratio, quia, cum ipsa, uti supra demonstravi, sapiat
fidejussionem, quavis est, etiam minima extensione, non 71
digna, *Rota in decis.* 421. *n.* 2. *et* 3. *tom.* 6. *part.* 2. *in
nuperrim.*, ubi quod fidejussio etiam respuit extensionem
assecurationis factae super corpore navis, ad merces in ea
existentes, atque his rationibus aequitativum temperamen- 72
tum, de qua supra, tutius existimo.

Consulatus maris disponit, ut si de navi mercibus assecu-
ratis onusta, non habeatur intra sex menses notitia quod
censeatur perempta, veluti sub titulo *sopra le sicurtà ma-* 73
rittime cap. 25., et in hac parte recepta haec dispositio est,
ut per *Card. de Luca de credit. disc.* 106. *n.* 6. *Rota dec.* 74
333. *n.* 5. *cor. Caprara.* Disponit etiam idem consulatus
maris *loco prox. cit. sub cap.* 1., ut assecuratio nequeat
cadere super tota re, quae assecurari velit, sed super septem
illius partibus dumtaxat, ita ut octava rei, seu mercium
pars stare debeat periculo assecurati vel domini; nam haec 75
talis dispositio non est usu recepta, sed ex consuetudine
Barchinonensi tantum invaluit, imo reprobata verius dici
potest, quia inter particulares d. loci constitutiones non re-
peritur descripta, atque approbata, ut per *Rotam in dec.* 76
19. *n.* 2. 3. *et* 4. *tom* 6. *in nuperrim.*

Non est mihi animus singulas persequendi assecuratio-
num quaestiones, quae sunt propemodum infinitae deque
iis ex professo tractant *Benvenut. Straccha*, nec non *Pe-* 77
trus Santerna de assecurationibus impressi *in tract. magn.
t.* 6. *part.* 1., et alii ad opportunitatem videndi, sed haec
pauca de illis tetigisse, mihi redundat. Propterea que ex-
emplo ad aliquam quaestionum pertingentem societatis ma-
teriam descendo. Secundus, ut dixi, hujus tituli aspectus
est, si socii, vel sociorum unus assecurationem pro aliis in-
terponat, et non infrequens fingi potest casus, in negotio
male cesso, seu in re assecurata fato perempta, vel in navi
naufragium passa, utrum societas assecurans ad valorem
rei assecuratae, teneatur, si sociorum unus tantum, actum 78
assecurationis explevit: et videtur ita distinguendum, aut
societas assecurans inscribitur hoc nomine *Assecurationum
societas*, quemadmodum sunt pleraeque assecurationes in 79
publicis praecipue emporiis erectae, seu ex pluribus sociis
compositae; et hoc priore casu, cum indoles, atque erectio
hujus societatis ad similes assecurationes explendas sit prin-
cipaliter destinata non dubitarem, assecurationem ab uno
quoque ex sociis, non peculiari suo nomine, expletam, so-
cietatem ipsam assecuratoribus rite obligasse; nam in his, 80
quae sunt de natura illius peculiaris societatis, quilibet so-
ciorum mandatum ab aliis sociis habere praesumitur ad eos
plene obligandos *Alexand. cons.* 186. *n.* 2. *lib.* 2. *Gra-* 81
tian. discept. for. cap. 279. *n.* 2. *Surd. decis. Mantuan.*
213. *n.* 2. *Rota post Salgad. in labyr. credit. dec.* 102.
n. 2. *repetita cor. Celso in dec.* 2. *n.* 2. Praecipue si de
re, ut in casu, agitur, quae plerumque assolet in utilita- 82
tem societatis cedere *Surd. cons.* 43. n. 9. *tom.* 1. *Bertaz-
zol. cons.* 278. *n.* 26. *Carpan. ad statut. Medialan. cap.*
483. n. 214. *Ansald. de commerc.*, *et mercat. disc.* 98. *n.*
12. *et* 17. *Rota dec.* 518. *n.* 18. *part.* 18. *t.* 2. *recentior.*,
et in dec. 141. *n.* 38. *tom.* 2. *cor. Ansaldo*, nec ex quo
unus tantum socius firmat singrapham assecurationis, relata
juris dispositio alteratur, nam quandoque id accidit, vel
ratione absentiae aliorum sociorum, vel ratione honoris,
et praeeminentiae illius, qui solus inter socios agit, solus 83
administrat, contrahit solus, *Mans. consult. for.* 193. *n.*
18. *tom.* 2. *Rot. dec.* 234. *n.* 24. *cor. Bichio.*

Dubium plane inest maximum (et est altera pars distin-
ctionis) quando natura societatis coitae inter socios, non
sit ad assecurationes faciendas principaliter directa, sed pro-
miscue ad plures negotiationes societati utiles instituta; 84
utrum ex sociis unus assecurans merces alterius navi de uno
in alium locum evehendas, obliget societatem? Certum por-
ro est, quod si societas sit ad certas negotiationes limitata,
quidquid sociorum unus extra limites illius causae, seu ne-

85 gotiationis gerit, alios consocios non obligat Caball. cons.
121. n. 24. et 25., Cephal. cons. 569. n. 16. tom. 4. Ca-
pyc. latr. consult. 105. n. 3. cum duob. seq. Conciol. alle-
gat. 60. n. 11. Jov. de contrast. min. gloss. 25. §. 13. n.
167. Calcagnin. ad mater. feud. observat. 16. n. 37. Ca-
sareg. de commerc. disc. 145. n. 36. et 37. Mons. con-
sult. for. 438. n. 14. tom. 5. Rota in dec. 322. n. 4. cor.
Ratto, nisi mandato, vel expresso, vel tacito sociorum se
86 munitum doceat, Capyc. latr. consul. 105. n. 10. et 11.
Calcagnin. ad mater. feud. observat. 16. n. 36. Nam so-
rius, etiam institor regulariter ea gerere debet negotia,
quae pro eadem societate, consueta sunt fieri, propter man-
datum aliorum sociorum, quod in his de jure praesumitur
87 gloss. in leg. fin. lit. K. ff. quod cum eo, qui in alien.
potest., et Angel. ibid. Mons. consul. for. 447. n. 33. et
34. Rot. dec. 375. n. 13. in fin. part. 1. divers.

Quod si societas sit ad quascumque causas, et negotiatio-
nes illimitate directa, et maxime si assecurationem faciens
sit institor, seu complementarius, illud serio videndum,
an assecuratio sit de illo genere utilium, quae pro societate
agere institor, seu complementarius ad illam obligandam
obstringitur, puta si complementum, seu data institori fa-
88 cultas cautrt per qualsivoglia onerevole negozio, vel aliis
similibus verbis generalibus per se quamvis negotiorum li-
mitationem excludentibus, quemadmodum in subjecta quae-
89 stione perpendit Rota in dec. 322. num. 5. cor. Ratto, et
decis. 63. n. 12. et 15. cor. Rezzonico.

Et in hac ita proposita quaestione, tenendum prima fa-
cie videtur, quod cum assecuratio, fidejussionis naturam
sapiat, veluti supra n. 5. habetur demonstratum, et cum
fidejussio per se damnosa sit, et cuicumque negotio noxia,
90 late Giurba ad consuet. Messan. cap. 9. gloss. 2. part. 1.
n. 15. Mons. consult. for. 194. n. 9. et 25., et consult.
195. n. 21. et 22. tom. 2. Hering. de fidejuss. cap. 1. n.
11. et cap. 15. n. 125., Constantin. vot. 339. n. 10. Rota
in decis. 565. n. 8. cor. Lancett., videtur inquam habere
locum posse, pro inefficacia fidejussionis, seu assecurationis,
Papiniani responsum in leg. in eum 19. §. fin. ff. de insti-
tor. act., ibi » Servus pecuniis tantum foenerandis praepo-
91 » situs, per intercessionem aes alienum suscipiens, ut in-
» stitor, dominum in solidum, jure praetorio non adstrin-
» git ». Generaliter enim socius, seu societatis administra-
tor amplissima etiam facultate largitus, ad utilia tantum ne-
gotia, ad praejudicialia non item, mandatum habere dici-
92 tur, atque praesumitur, veluti de priore conclusione Al-
tograd. cons. 100. n. 69. lib. 1. Bertazzol. cons. 278. n.
26. Carpan. ad stat. Mediolan. cap. 483. n. 214. Ansald.
de commerc. et mercat. disc. 98. n. 11. et 17. de Nigr. de
laudem. quaest. 28. artic. 1. n. 22. Rota in decis. 19. n.
6. part. 8., et in decis. 518. n. 18. part. 18. tom. 2. rec.,
et in dec. 141. n. 38. coram Ansaldo, et de posteriore
93 Alexand. cons. 152. n. 8. lib. 2. Giurba ad consuet. Mes-
san. cap. 9. gloss. 2. part. 1. sub n. 7. Mans. consult.
for. 194. n. 4. tom. 2.

Verumtamen allegatae pro inefficacia fidejussionis, seu
assecurationis doctrinae, in se quidem verae sunt; procedunt
94 tamen quando fidejussio voluntaria penitus est, et extra
causam societatis interponitur per socium institorem, seu
complementarium, secus quando ad commodum, et utilita-
tem ejusdem societatis intervenit, nam hoc posteriore casu
95 fidejussio subsistit, alligatque consocios Cancer. var. resol.
part. 3. cap. 1. n. 82. Giurba ad consuet. Messan. cap. 9.
gloss. 2. part. 1. n. 15. in fin. Ansald. de commerc., et
mercat. disc. 98. n. 47. 48. cum seq. Mans. consult. for.
194. n. 22. 23. et 25. tom. 2. Textus autem supra proxime
recitatus loquitur de servo pecuniis tantum foenerandis,
seu limitatae negotiationi praeposito, veluti ponderata illa
96 dictione tantum advertit Torr. de pact. futur. success. lib.
3. cap. 10. n. 62. qui non est casus proxime supra propo-
situs, et quod socius assecurando merces alterius, actum so-
cietati praejudicialem non gerat, sed imo utilem, propter
97 praemii correspectivitatem, identifice sustinet Mans. con-
sul. for. 194. num. 29. tom. 2. Additur postremo, eam in
urbe Roma vigere consuetudinem, ut complementarius so-
cios obliget, etiamsi contractum, societatis negotia minime
98 concernentem, ineat, ut per Rotam in decis. 350. n. 11.
coram. Dunoz. jun.

Restat modo, ut de tertio hujus tituli loquar aspectu in
quo sociorum unus sibi faciat merces, sel pecunias ab ali-
quo mercatore assecurari; casum praebet Cabedo dec. Lu- 99
siton. 118. ut cum unus socius mandaverit alteri sociales
merces per mercatorem idoneum assecurari, socius manda-
tarius lucri cupidus, idem, ipse pro se negotium gessit, et
merces assecuravit. Fuit in senato Olyssiponensi disputa- 100
tum, an consocio assecuranti, pretium assecurationis debe-
retur; negative resolvit Senatus, eo fundamento quia so-
cius, qui merces assecuravit, hujusmodi assecurationem so- 101
cialibus codicibus non inscripsit, vel saltem in alicujus pu-
blici notarii acta, illam non retulit, ut actus notitiam ad
consocium ratihabentem perveniret, atque ita fuit judica-
tum, non quia prohibeatur socius suam geminando perso- 102
nam sociales merces assecurare, sed quia in proposito casu,
latens erat actus assecurationis, ita ut socius assecurans equi-
taret in foveo, in casu praecipue sinistri eventus, et per
consequens, propterea quod socius assecurans suam pleno
non probavit intentionem, victus a judicio discessit, ita Ca- 103
bedo in d. decis. Lusitan. 118. per totam.

Equidem vero judicatum approbo; alia tamen haud sper-
nenda judicati fundamenta adjicio. Verba initialia d. dec. 104
Cabedo haec sunt: » Quidam mercator alteri socio manda-
» vit ut merces assecuraret id est, ut faceret earum pericu-
» lum ab alio suscipi pro convento pretio, ut solet fieri ».
In hac re igitur alterius socii Mandatum, ut a tertio asse-
curatio fieret, intervenit expressum. Diligenter autem,
scribit Paulus, fines mandati custodiendi sunt, nam qui ex- 105
cessit, aliud quid facere videtur in leg. diligenter 5. in
princ. ff. mandati, et leg. 12. c. eod. tit. Socius ergo jus-
sus assecurationem mercium a tertio mercatore obtinere,
cum ipse illam expleverit, mandati fines excessit, et pro-
pterea aliud quid facere visus est, d. leg. 5. ff. mandati. 106
Praeterea regulare est, ut si alicui detur mandatum ad con-
trahendum, non possit secum contrahere, cum propria
persona semper exclusa censeatur, ut pluribus probat Roc- 107
ca disput. jur. select. cap. 101. n. 16. 20., et 34. tom. 2.

Similiter in causa mandati etiam illud vertitur, ut inter-
dum, nec melior causa mandantis fieri possit, interdum
melior; deterior vero, numquam, sunt verba text. in leg. 108
Praeterea 3. in princ. ff. mandati socius autem assecura-
tor in casu dudum proposito, nedum meliorem non fecit
causam alterius socii assecurationem mandantis, cum ad hoc
ille probare deberet alium mercatorem magis idoneum se, in
illa civitate reperiri non potuisse, sed imo deteriorem man-
dantis causam effecit, ratio est patens quia poterat sociale
negotium in pessum ire, et socialia bona ad creditorum so- 109
cialium dimissionem satis non esse; ea igitur quod socius
mandans, tota creditorum socialium sarcina gravatus exti-
tisset, aut esse potuisset, si socius mandatarius, et una as-
securator ad suam ratam socialis debiti, et ad pretium asse-
curationis mercium deperditarum, suppar non fuisset; si 110
socius propterea assecurator mandati fines excessit, aequum
est, ut contraria in alterum socium mandantem destituatur
actione leg. potest. 41. ff. mandati. 111

Nonnulli quoque doctores disputant, an unus habens
rem cum alio communem, puta merces in navi, illas asse-
curando, portionem suam dumtaxat, an alterius etiam socii 112
partem assecurasse intelligatur? Hanc movet quaestionem
Petrus Santerna de assecurat., et sponsion. part. 3. n.
58. ad seq., atque resolvit, partem dumtaxat mercium ejus, 113
qui assecurationem petiit, atque obtinuit, assecuratam in-
telligi, et rejecto Ruin. cons. 55. Saterone consentiunt
Straccha de assecurat. gloss. 10. n. 9. et 14. Altimar de
nullit. contract. tom. 4. part. 2. quaest. 26. n. 62. Hevia
de commerc. naval. lib. 2. cap. 14. num. 13. Casareg. de
commerc., et mercat. disc. 1. n. 97. et 98., et disc. 65.
n. 15. et disc. 66. n. 10. et 11. Fortius si lingua nuncupa-
ta merces uti propriae, assecuratae expresse habeantur, ita
ut peremptis naufragio, aliove fatali casu mercibus, asse-
curator ad partialem illius tantum indemnitatem, teneatur, 114
eique plaudunt Gamma decis. Lusitan. 181. n. 4. Straccha
de assecurat. gloss. 10. sub n. 17. Santerna de assecurat.
et sponsion. mercat. d. part. 3. n. 60. Alvar. Valasc. con-
sult. 64. n. 12., qui hujusmodi resolutionis fundamentum
repetunt, a dispositione leg. nemo ex sociis 69. ff. pro so-
cio. Statuentis, sociorum neminem plus parte sua posse
alienare; hunc equidem textum sufficienter exposui in su- 115
periore cap. 7. n. 74. ad quod me refcio; addo nunc socium

merces in communi retinentem posse de iis pro parte sua
disponere, et portionem sibi tangentem assecurare *Rot. in
Anconitana assecurationis* 28. *aprilis* 1766. *coram bon.
mem. Azpura.*

Verum quia haec sicca admodum per se resolutio est,
ita *Alvar. Valasc. d. consult.* 64. *n.* 12. eam declaratio-
nem addit, ut cum assecuratio mercium sit indubie peru-
tilis, ita socios in utilibus censeatur ab alio socio tacitum
habere mandatum. ita ut res communes ad unam omnes, et
116 non in parte dumtaxat, assecuratae censeantur; plurimum
vero prout ibi subsumitur, si socii illi alias consueverunt
merces assecurare, quemadmodum videre est penes eumdem
117 *Alvar. Valasc. loc. cit. sub n.* 12.

Equidem vero intimius existimarem assecurantis spe-
ctari voluntatem, in apoche assecurationis expressam, ut si
socius, qui merces assecuravit illas *uti proprias* expressit,
118 non sit dubitandum de sua parte dumtaxat, fortius si pro
mercibus ad assecuratum pertinentibus, assecuratio proces-
serit, *Straccha de assecurat. gloss.* 10. *n.* 13., vel pro cer-
to mercium valore, puta pro scut. 1000. assecuratio interse-
nerit, ut penes eumdem *Straccha loc. cit. sub n.* 17., nam
cum in verbis nulla est ambiguitas, non debet admitti vo-
luntatis quaestio juxta Pauli responsum *in leg. ille aut ille*
25. *ff. de legat.* 3. Quod si res dubia sit admodum, spectan- 119
dum sit pretium assecurationis assecuranti solutum, seu
praestitutum, ut si valorem ratae mercium communium as-
securati respondeat, partialis sit pariter assecuratio; totalis
vero, si omnium mercium valorem coaequet assecurationis
pretium. Quod si demum valorem ratae assecurati multum 120
excedit, et non totalem mercium summam pertingit eatenus
assecuratio extendatur, quatenus assuetum assecurationis 121
pretium, valori mercium respondet. Non enim ita resupinus
censeri debet fuisse assecuratus, ut plus pretii parte sua
solvere voluerit; nec ita pari modo bardus existimandus est
is, qui assecurat, ut periculum mercede majus suscipere 122
consenserit; estque juris principium ubique certum, ut ne-
mo jactare suum velle censeatur *leg. cum de indebito* 25. *ff.* 123
de probat.

CAPUT XII.

De Societate officii.

SUMMARIUM

1. Societas officii, nihil, praeter nomen commune habet, cum societate, quae e jure proficiscitur, quaeque pro socio praestat actionem.
2. Societas haec officii est juri communi incognita.
3. Contractus innominatus dicitur, et ideo non bonae fidei, secundum aliquos, et n. 4.
5. Alii locationem, et conductionem implicare sustinent.
6. Alii censum sibi similem, volunt similem.
7. Alii denique melius, atque verius dicunt societatem officii esse veram societatem, contractum bonae fidei, et cum regulis societatis in ea procedi.
8. Doctores supra indicati aliter sentientes intelligi debent loqui secundum diversos respectus.
9. Societas officii originem habuit post annum 1555. sub Paulo IV.
10. Alii certius anno 1513., tempore Leonis X. et n. 11. et 12.
13. Haec quoad tempus, quoad vero substantiam altius haec repetitur societatis origo.
14. Olim, ex *Cujacio*, militia erat officium eorum, qui in aliqua schola merebantur, et certum habebant a Principe salarium.
15. Seu alarius erat quaedam administratio, quae gerebatur in palatio, cum praestituto salario.
16. Seu demum erant quaedam officia palatina, puta, militiae, silentiariorum, adjutorum quaestoris, primipili etc.
17. Hujusmodi officia, ex Principum indulgentia, poterant legari, pignorari, et in haeredes transmitti.
18. In hac societatis officii origine, concordat *Card. de Luca*, qui eam applicat praesenti contractui in officiis vacabilibus consistenti, n. 19. ad 21.
22. Et hujusmodi sunt officia cursorum Papae, notariorum tribunalium Camerae, et Auditoris Camerae, nec non cancellariae Apostolicae, n. 56.
23. Ad haec officia venalia exercenda idonei non habebant pecuniam pro eis emendis, pro eis tertius dabat pecuniam, societatem super emolumentis pro rata repartiendis, contrahebat.
24. Et haec officii societas speciem habet illius, quae cum industria unius, et pecunia alterius contrahitur.
25. Necessitate inductum est, ut cognita infidelitate officialium in administratione coeperunt, qui pecuniam dabant, convenire 10., aut 12. in singula centum, et reliquum lucrum officialibus relaxare, n. 26. et 27.
28. Hinc etiam nati sunt abusus in excessu annualitatis consistentes, et a Pontificibus sublati sunt.
29. Haec officii societas dum recipi per certo cessaret, ex rationibus, quae dantur, n. 30. et 31.
31. Triplici modo ex *Tartaglia* haec officii societas contrahitur, et traditur, n. 32. at 33.
34. Divisio hujus capitis in novem partes, et indicantur, n. 35.
36. Tenor constitutionis Pii IV. super modo, et forma creandi societatem officii refertur, n. 37. 38. at 39.
40. De formula contrahendi societatem officii, remissive, et n. 41.
42. Dubitatur, an loco pecuniae possit creditor hanc societatem inire, cum mercibus, aut alio suo credito praeexistenti; negant aliqui.
43. Contrarium verius est, et affertur ratio, n. 44.
45. Ergo rite contrahitur cum fructibus etiam maturatis alterius societatis praecedentis.
46. Amplia, ut sufficiat etiam simplex confessio de recepto.
47. Societas officii inter officialem, et dantem pecuniam contrahitur.
48. Principaliter cum officiali officium cum illius industria fructiferum possidente.
49. Subjectum hujus societatis, est officium; sine quo non potest haec societas contrahi, n. 50.
51. Officialis, nihil tituli, aut dominii, aut pretii officii transfert in alterum socium, sed solum emolumentorum participationem.
52. Officia haec non sunt in commercio, nec subsunt hypothecis, illorum, pretio tantum excepto.
53. Officialis officium non habens, potest hanc societatem inire tribus concurrentibus: primo si pretium erogetur in emptionem officii.
54. Secundo si is qui pecuniam accipit, obtineat per officialem subjugari officium, et pecuniae dator fructus petat ab accipiente pecuniam, interposita recognitione bonae fidei.
55. Tertio si is, qui pecuniam accipit, habeat officium, illud renunciet, et fructus sibi reservet; nam super emolumentis proprie haec societas initur, n. 56.
57. Unde renunciatarius, in hoc tertio casu, non posset, si cellet, super eodem officio aliam societatem contrahere.
58. Qui liberam habet suorum bonorum administrationem potest dare pecuniam ad societatem, eaeque pecuniae retinet dominium, sub periculo tamen amissionis.
59. Minor, seu pupillus, sine statuti solemnitatibus, haec non rite contrahit societatem, et habet restitutionem in integrum.
60. Limita si tutor accesserit, suamque auctoritatem interposuerit.
61. Amplia si appareat, utilem pro minore, et pupillo fuisse contractum.
62. Amplia etiam, si pupillus, vel minor, aut fructus solvendo, aut recipiendo, post factum majorem societatem ratificaverit.
63. Pupillus, vel minor contrahens sine solemnitatibus potest opponere nullitatem, non sic alter socius.
64. Declara, ut alter socius possit interpellare minorem, an velit stare contractui.
65. Et haec habent locum etiam in renovatione societatis officii.
66. Mulier sine solemnitatibus statuti, hanc inire nequit societatem.
67. Limita si mulier recognoscat bonam fidem.
68. Religiosus non potest hanc societatem officii contrahere.
69. Super vita tamen Religiosi valet contractus societatis officii.
Amplia ut si societas sit contracta super officio, quod Religiosus retinet ex reservatione decreti, subsistit, ibid.
70. Cum judaeis ex *Castracan.* non rite contrahitur societas, hac societate officii tantum excepta, n. 71.
72. Haec societas cum pluribus contrahi potest; ergo etiam cum viro, et uxore.
73. Interest videre, an plures contrahant in solidum, an pro sirili, ita ut per mortem unius extinguatur dimidia.
74. Cum aliquo collegio, capitulo, communitate, aut universitate non rite contrahitur haec societas, et datur ratio, n. 75.
76. Societas officii contrahitur legitime super officiis personalem industriam requirentibus, atque indicantur, n. 77. secus e contra n. 78.
79. Contrahitur item super officiis in Romana Curia existentibus.
80. Contrarium alii tenent, ut contrahatur etiam super officiis extra Romanam Curiam positis.
81. Datur exemplum in officio Cancellariae Foroliviensis.
82. Officium, super quo, haec initur societas debet esse venabile, et contrarii rejiciuntur.
83. Validitas hujus societatis fundatur supra periculo vitae officialis.
84. Sublato hoc periculo, remanet usuraria societas.
85. Super uno officio, una, vel plures societates contrahuntur, usque tamen ad valorem officii; nam in eo quod excedit, posteriores societates corruunt, nec debentur fructus, n. 86.
86. Amplia, ut fructus, siqui, pro eo quod excedit, percepti sint, imputentur in sortem.
87. Declara, ut haec non fiat imputatio in sortem; si creditor bona fide exegit.
88. Officii valor spectatur in hac societate, non officii fructus, qui licet non respondeant usuris, vel casu diminuantur, non per hoc minus rite contracta dicitur societas, n. 89.
90. Super pluribus officiis in solidum contrahi haec potest societas.
91. Quod si unum officium pereat, vel pars pretii creditori sit restituta, tunc societas stabit super reliquis officiis, juxta valorem, qui superest, n. 92.
93. Extende hoc ad casum, in quo ex duobus officiis unum supprimatur.
94. Quod si omnia supprimantur officia, cadit in totum societas.

95. Pactum in hac societate est licitum, ut creditor loco ratae emolumentorum, certum quid annuum consequatur.
96. Salvi tamen capitis pactum, reprobatur in societate officii, et affertur ratio.
97. Pactum praestandi fidejussorem, per officialem favore creditoris intra terminum praefixum est licitum.
98. Quod si fidejussio non detur, potest rescindi contractus arbitrio creditoris, nec officialis lucratur sortem, et affertur ratio, n. 99.
100. Amplia fortius, si fidejussoris promissio fuerit emissa cum pacto resolutivo.
101. Elapso tamen tempore ad praestandam fidejussionem, si creditor recipiat fructus, dicitur renunciasse fidejussioni.
102. Amplia, licet creditor receperit fructus cum clausula *sine praejudicio*, ubi de effectu hujus clausulae, n. 103.
104. Receptio fructuum, et remittat fidejussionem, debet esse cum scientia creditoris.
Consensus non trahitur ad ignorata, ibid.
105. Ad cujus vitam contrahitur societas officii, *Card. de Luca* refertur.
106. Sub cujus periculo vitae contrahatur haec societas, non est determinatum.
107. Quandoque designatur persona creditoris, quandoque officialis, et quandoque tertii extranei, maris, foeminae, saecularis, ecclesiastici, aut religiosi.
108. Amplia, ut creditori detur etiam facultas variandi, de persona ad personam, et ad evitandas fraudes, quid sit servandum, traditur, et n. 109. et 110.
111. Si moritur officialis, pecunia creditori restituitur, si moritur creditor, pecuniam officialis lucratur.
112. Si autem moritur persona designata resolvitur societas, et officialis lucratur sortem, n. 113.
114. Si adsit persona designata, et alteruter socius decedat, solvitur societas, et capitale restituitur, et affertur ratio, n. 115. et 116
117. Pactum, et moriente uno socio, perseveret societas, non valet.
118. Periculum vitae constitui etiam potest super persona nominanda, dummodo nominatio fiat infra 15. dies.
119. Dies autem contractus computatur in termino, si pactum fuerit infra dies 15. proximos.
120 In dubio interpretatio fit favore nominare debentis, si hic praecipue agit de damno amittendae sortis vitando.
121. Antequam vero nominet creditor, periculum stat in ipsius persona, ut si moriatur ante nominationem officialis lucretur sortem.
122. Si creditor nominandi facultatem habens, et gravi morbo laboret; quid faciendum?
123. Si facultatem habet limitatam nominandi infra 15. dies, et infra hunc terminum potest nominare quandocumque.
124. Si vero facultatem habet illimitatam cum clausula *quandocumque*, et tunc creditore graviter aegrotante nominare non potest, et affertur ratio.
125. Si creditor nominaverit absentem, et graviter aegrotantem, qui moriatur, creditur, si ignorans nominaverit, non amittit sortem, et affertur ratio, n. 126.
126. Nemo est ita insipiens, et consulto velle jactare suum.
127. Creditor habet etiam quandoque facultatem variandi personam nominatam, quo in casu ad fraudem vitandam, debet praecedere intimatio 15. dierum ante n. 128.
129. Sed ad evitandas fraudes in his variationibus, aliae dantur cautelae, quae sunt de forma substantiali, et n. 130.
131. Per mortem illius, sub cujus periculo vitae fundatur societas, officialis lucratur sortem.
132. An mors debeat esse naturalis, et an sufficiat violenta? Dubium cadit in casu, quo nihil sit e partibus conventum.
133. Mors violenta obveniens ferro, aqua, igne, veneno, chasmate, terraemotu, fulmine, efficit ut officialis non lucretur sortem, sed restituat illam.
134. In eo, qui mortem sibi conscivit, non reperitur violentia.
135. Abest similiter violentia in occiso ab officiali, propter naturalem defensionem sui ipsius.
136. Amplia in eo, qui ivit ad bellum, et in eo mortuus est.
137. De aliis similibus causis, et casibus violentiis, vel non, remissive.
138. Pacto inito, et muliere moriente propter partum, sors non amittitur.
139. Dubitatur, utrum muliere abortiente, et postea correpta febre, et moriatur: atque ex abortu defuncta intelligitur.
140. Regulariter haec societas durat ad sex menses, et deinde ad beneplacitum, nisi praecedat disdicta per 15. dies ante, et n. 141.
142. Potest tamen stipulari ad tres menses, deinde ad beneplacitum.
143. Item ad sexdecim menses, et quodcumque sit tempus, alteruter socius potest societatem disdicere, et sortem restituere, et n. 144.
145. Nemo cogitur stare in societate invitus.
146. Fructus hujus societatis sunt incerti, et pendent ab emolumentis officii.
147. Successive fuerunt taxati pro creditore, in certitudine emolumentorum omnium, ad lucrum, et damnum officialis relicta.
148. Hujusmodi certi emolumenti taxatio favore creditoris, ubi erat in 12. pro singulis centum, n. 149.
150. Postea reducta sunt, ad 10. in singula centum.
151. Tandem anno 1679. Innocentius XI. annualitates officiorum reduxit a 10. 8. in singula quaeque centenaria.
152. Officia super quibus haec contrahitur societas, debent esse vacabilia.
153. Sunt qui supponunt posse societatem iniri, etiam super officiis non vacabilibus.
154. Et in hoc supposito taxa 12. in singula centum, esset iniquissima.
155. Et nonnisi scut. 8. in singula centum convenire possunt.
156. Horum fructuum ita conventorum solutio anticipata, non est licita secundum aliquos
157. Sed contrarium est verius, et in curia receptum, propter plura commoda utrique resultantia.
158. Hujusmodi commoda anticipatae solutionis, recensentur per *Gratian*.
159. Si vix soluto semestri decedat is, sub cujus periculo contracta fuit societas, videbatur fructus pro rata temporis debere restitui.
160. Nihilominus contrarium, est verius, et nihil restituitur, et affertur ratio, et n. 161.
162. Societas officii, potest renovari expresse, atque etiam tacite, praesumptionibus etc.
163. Actus tamen inducentes tacitam hujus societatis renovationem, talis esse debent, ut fieri nequeant citra jus, et nomen societatis.
164. Renovatio haec, ubi inducta probatur, intelligitur cum iisdem legibus, pactis, et conditionibus, quibus praecedens contracta reperiebatur.
165. Renovatio, seu continuatio inducitur, si finito primo tempore, non fiat disdicta.
166. Item inducitur; si finito primo termino, sociorum alter protestatur, fructus currere ad rationem in primo termino conventam.
167. Inducitur demum renovatio, secundum regulas societatis, de quibus remissive.
168. Renovatio haec societatis fieri non potest cum absente, nisi per medium procuratoris habentis speciale mandatum.
169. Item nisi absens expresse ratificaverit, non tacite, quod non sufficit.
170. Item nisi interveniant statuti solemnitates, si agatur de muliere.
171. Nec ex simplici fructuum receptione, haec inducitur societatis renovatio.
172. Secus si per sortis, et fructuum solutionem, interveniat socii alterius ordo, nam ratificatio renovationis inducitur.
173. Instantia creditoris contra officialem praestari fidejussorem non inducit renovationem.
174. Societas officii solvitur tribus modis, atque indicantur.
175. Per disdictam primo solvitur haec societas, non per nudam voluntatem.
176. Disdicta aequivalet expressae renunciationi, et voluntatis revocationem serio importat.
177. Facta disdicta, illico cessant fructus, nec valet pactum in contrarium.
178. Disdicta autem, vel non facta, seu facta, et non legitime reproducta, durat officii societas.
179. Haec disdicta sine solemnitatibus fieri potest, active, et passive a mulieribus, et minoribus.
180. Disdicta fieri debet officiali, et non ei, qui bonam fidem recognovit, nisi utrique fieri pactu convenerint partes.
181. Disdicta fieri debet judicialiter, et quandocumque infra sex menses, dummodo fiat per 15. dies ante.
Similiter debet reproduci, cum disdicta a die reproductionis afficiat, ibidem idque est de mente Pii V. et n. 182.
183. Disdicta, in contrarium non existente pactu, fieri etiam extrajudicialiter potest coram duobus testibus, secus etc.
184. Sed judicialis disdicta, ejusque coram judice reproductio, tutior est.
185. Si tamen ab aegrotante fiat disdicta, et infra 15. dies moriatur, non afficit; et ratio affertur, n. 186.
187. Disdicta potest fieri etiam per procuratorem, tum specialem, tum quoque generalem, et n. 188. et 189.
190. Dubitatur solum de procuratore generali, an possit, cum nulla subest causa renunciandi.
191. Ratificatio tamen superveniens re integra, tollit omne dubium.
192. Si creditor post disdictam recipit capitalis sui partem, utrum pro residuo, subsistat societas, et debeantur fructus? Est quaestio implicata.
193. Opinio auctoris est, ut si creditor recipiendo partem sortis abiit in creditum, et tunc non duret societas, si autem habuit animum continuandi pro residuo, tunc fructus debeantur.
194. Sed verius, hoc erit a conjecturis repetendum, puta si pro residuo sortis petat fructus, sibique solvi obtineat.
195. Solvitur officii societas; per officii venditionem, alienationem, seu renunciationem.
Successor in officio non tenetur stare societati per suum antecessorem contractae, ibidem.
196. Alienato, seu renunciato officio capitale creditoris, remanet creditum siccum.
197. Amplia, et pactum in contrarium, nempe ut debeantur fructus, non valeat.
198. Siqui sunt fructus, post officii alienationem soluti, tamquam indebiti, restitui debent.
199. Limita si ratione damnorum, et interesse fructus petantur, et adsint requisita Pauli de Castro.
200. Societas super duobus officiis imposita, si unum alienetur, an consistat in altero.
201. Aut societas habetur imposita super duobus officiis in solidum, et tunc uno alienato, corruit societas, et affertur ratio et n. 202.
203. Aut est contracta super pluribus officiis per modum multiplicis societatis, et tunc in iis, quae supersunt consistit; et affertur ratio, n. 204.
205. Sed contrarium hodie est magis receptum, ut in utroque casu, societas, rejecta distinctione, subsistat.
206. Per mortem unius ex sociis, vel etiam ejus, in cujus vitae periculo residet, haec solvitur societas.
Quaecumque sit mors, vel naturalis, vel civilis, dummodo non sit violenta, ibidem.
207. Si tamen creditor, civiliter mortuus, et postea naturaliter, officialis non lucratur sortem, et affertur ratio
208. De morte violenta, aut socii, aut ejus in cujus periculo vitae stat societas, remissive.
209. Indicantur doctores, qui ex professo tractant de hac societate officii
210. Auctor fidem facit, quod societas officii hodie in desuetudinem pene abiit, ex rationibus hic allegatis.

Societas haec, quae super officiis vacabilibus Romanae Cu-
riae contrahitur, nihil praeter nomen societatis habet com-
mune cum illis societatibus, quae a jure veteri digestorum,
1 et codicis eo titulo *pro socio* inscriptis, proficiscuntur, que-
madmodom adnotavit *Costracan. de societ. offic. in proef.*
n. 6. addito *cap.* 9. *n.* 13., et propterea haec officii societas,
2 veluti juri commoni incognita, ut per *Card. de Luca de*
judic. disc. 35. *sub n.* 3. *vers. societates* disputandi cau-
sam praebuit super illius qualitate; nam contractum inno-
3 minatum hanc officii societatem, appellat *Gratian discept.*
for. cap. 679. *n.* 35., et consequenter non bonae fidei pror-
4 sus propter illius legalem odiositatem *idem Gratian. di-*
scept. for. cap. 161. *n.* 18. Alii implicitum esse contractum
5 locationis, et conductionis sustinent *Pacion. de locato, et*
conduct. cap. 1. *n.* 38., *et cap.* 61. *n.* 16. *Gratian. discept.*
for. cap. 679. *n.* 35. 38 *et* 39. *Rota post Cenc. de cen-*
6 *sib. dec.* 388. *n.* 13. Alii similiter hanc societatem officii
affinem esse volunt censui vitalitio *Scaccio de commerc.* §.
1. *qu.* 1. *sub n.* 281. *Ansald. de commerc., et mercat. disc.*
81. *n.* 25. *Tartaglia de reservat. statutor. ort.* 61. *n.* 33.,
Roto penes Feuzon. ad stat. urb. dec. 26. n. 17., *et cor.*
Ansald. dec. 27. *n.* 3. *in appendice tom.* 8. Alii demum
quibus assentior, defendunt, eamdem officii societatem esse
veram societatem, contractum bonae fidei, et cum regulis,
7 verae societatis in illa procedi *Spado cons.* 40. *n.* 19. *tom.*
1., *Torr. de pact. futur. success. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 12.,
Gratian. discep. for. c. 679. *n.* 35., *et cap.* 852. *n.* 31.,
Ansald. de commerc. et mercat. disc. 81. *n.* 4., *Rota*
post Cenc. de censib. decis. 424. *n.* 4. *cum duob. seq.*, *et*
dec. 548. *n.* 9. *part.* 18. *tom.* 2. *rec.* Doctorum itaque su-
8 pra relatorum aliter sentientium opinio, intelligenda est se-
cundum diversos respectus, et facti contigentias.

De origine none hujus contractus, nonnulla *Felicius de*
societate citatus per *Cohell. de bon. reg. cap.* 28. *n.* 5.
hujus societatis originem, atque principium refert ad tem-
pora Pauli IV. qui sedit ab anno 1555. usque ad annum
9 1560. Adversus hanc traditionem insurgit *Card. de Luca*
societ. offic. disc. 12. *n.* 10. qui ait, contractum hunc viguis-
10 se jam, usque fuisse receptum circa annum 1513., in quo
creatus fuit Pontifex Leo X., qui per suam constitutionem
publicatam die 12. jannarii 1514., contrahentium minus
11 licite licentiam coercuit, prout adnotavit *Gratian. discept.*
12 *for. cap.* 944. *n.* 26. hanc traditionem confirmat *Scoccio*
de commerc. §. 1. *qu.* 1. *n.* 260., ubi Leo V., loco Leonis
X. per errorem impressoris indicatur.

13 Placet autem altius banc originem repetere. Priscis tem-
poribus, militia erat officium eorum, qui in aliqua schola
inter statutos relati erant, ex quo salaria, et commoda a
14 principe consequebantur *Cujac. comment. jur. civ. ad tit.*
de min. 25. *onn. leg.* 3. *tom.* 1. *coll.* 990. *lit. C.* et clarius
militia haec erat administratio quaedam, sive officium, quod
quis gerebat in palatio, seu comitatu principis, cujus gratia
salaria quaedam, et commoda, sive annona de publico per-
15 cipiebat, et hujusmodi erant officia palatina, militiae, si-
lentiariorom, adjutorum quaestoris, primipili, distribuen-
16 dae annonae militaris, atque hujusmodi, quae militiarum
officia ex superventa principum indulgentia, legari quoque
testamento potenut, item pignorari, emi, vendique, et in
17 haeredes etiam transmitti *Cujac. comment. jur. civ. ad*
leg. 52. §. *inter venditorem col.* 816. *lit. D. E et col.*
1125. *lit. A. tom.* 7. ubi plura legum loca in comprobatio-
nem praemissorum indicantur.

Ab his perantiquis jurisprudentiae seminibus, ductam
18 fuisse nostram officii societatem arguit *Card. de Luca de*
regal. disc. 2. *n.* 4. Etenim cum in Romana Curia, ubi
Pontifex utrinsque gladii habet potestatem, complura sint
officia vacabilia, in locum ante descriptarum militiarum su-
brogata, tempore d. Leonis X., ac deinceps, Roma abun-
dabat pecuniis, quas parum in terrestribus, nihil in mariti-
19 mis erogabat negotiis; abundabat quoque officiis venalibus,
per obitum officialis vacabilibus, in locum supradictarum
militiarum, ut dixi, subrogatis; ex eisdem officiis aliqua,
20 personalem industriam pro eorum exercitio exigebant, atque
exigunt; unde propterea emolumentum ex illis proficiscens,
longe supra illud, quod ex aliis officiis percipi solebat, atque
solet, repartiebatur, atque repartitur in causam pecuniae
21 erogatae in officii acquisitionem, partim vero in causam in-
dustriae, ac diligentiae officialis; adeo quidem ut ex majore,
seu minore industria possessoris officii majora, vel minora
respective emolumenta habebantur, atque habentur; et hu-
jus generis praecipue sunt officia cursorum Papae, ac No- 22
tariorum Tribunalium Camerae, et Auditoris Camerae,
necnon Cancellariae Apostolicae.

Viri apti extiterunt semper in Urbe Roma, atque jugiter
existunt ad exercitium dd. officiorum, pecunia tamen ad eo-
rumdem officiorum acquisitionem eis quandoque deerat, at-
que deest. Hinc propterea introducta fuit haec species socie-
tatis officii, qua de agitur, per quam pecuniae dator pro- 23
portionabiliter, et pro rata participat de officii emolumen-
tis, et eum eadem proportione subjacet periculo, tam in
sorte, quam in emolumentis, ad instar illius societatis iniri
solitae super aliqua negotiatione, in qua unus pecuniam,
alter vero operam, seu industriam confert; hactenus fere ad
verbum *Card. de Luca de societ. offic. disc.* 12. *n.* 7. cui 24
plaudit *Torr. de pact. futur. success. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 3.
et 4. Et haec est originaria hujus societatis introductio; ve-
rum quia incerta erant, atque sunt hodie etiam dd. officio-
rum emolumenta, officiales non raro incidebant in suspicio-
nem infidelitatis in administratione, ex quo creditor, seu 25
pecuniae dator cogebatur cum officiali, vel officii possessore
subire lites: hisce litibus obviam iverunt contrahentes per
alium contemporaneum contractum assecurationis lucri, ut
videlicet pecuniae dator sibi certam stipularetur annualita-
tem, puta decem, vel duodecim in singula centum, et com- 26
peodii reliquum officiali, vel officii possessori cederet; nam
sic jurgia, et controversiae resecabantur, et fastidiosa con-
fectionis computorum, necnon redditionis rationis cessabat
necessitas, ut prosequitur *Torr. de pact. futur. successs. d.* 27
lib. 3. *cap.* 11. n. 5. *et* 6.

Hisce tamen minimo obstantibus, quia nimia lucrandi
aviditas in pecuniarum datore semper viguit, et vigebit,
donec futuri sunt homines, ita lites, et controversiae nun-
quam defuerunt, ansamque praebuerunt pluribus Pontifici-
bus, praecipue Leoni X., Paulo IV., et Pio IV. publicandi
opportunas constitutiones, quibus abscinderentur abusus
super conventione excessivi emolumenti, necnon super as- 28
securatione capitalis pecuniarum, usurae labem redolente;
super quibus duobus capitibus, pleraeque superioribus tem-
poribus controversiae versatae reperiuntur. Deinceps vero,
ni fallor, omnia jurgia cessabunt, quia hac tempestate, in
qua pecuniarum urget penuria, similes sociales contractus,
aut nulli, aut perpauci, tamquam hodie perditi celebrantur 29
Card. de Luca in annot. ac disc. 1. *tit. de societ. offic.*
n. 1. et siqui ineuntur, nonnisi inter imprudentissimos,
nimiumque suffocatos homines, hoc accidit, ut suis usque
temporibus jam viderat, expertusque fuerat idem *Card. de* 30
Luc. de societ. offic. disc. 14. *n.* 7. ita ut, quae hic pauca
subjiciam, ad notitiam magis, quam necessitatem deser-
vierint.

Triplici modo, ait *Tartoglia de reservat. statuter. ort.*
61. *n.* 16. 19. *et* 20. contrahitur ista officii societas Primo,
quando fit a Notario, vel Cursore pecunia carentibus, em-
ptio officii notariatus, vel cursoratus. Accedit tertius, qui
vel in toto, vel in parte pecuniam ad comparandum officium
credit; hic pecuniae dator assumitur in socium ad partici-
panda officii emolumenta pro rata pecuniae creditae; verum
aut quia officii administrator in suspicionem infidelitatis in-
cidere solet, aut etiam quia recusent partes frequentius im-
plicari computis, interponitur stipulatio annuorum hodie sc.
8. in singula centum favore pecuniam dantis *Tortaglia loc.* 31
prox. cit. n. 16. *et* 17. Secundus contrahendi modus so-
cietatem officii est, quando per tertium pecunia creditur
officio jam praecedenter quaesito, sed officialis, seu officii
possessor pecuniam pro sua indigentiis quaerit, et accipit,
qui pro rata pecuniae traditae in societatem emolumento-
rum, creditorem ad participandum admittit, *Tartoglia loco* 32
prox. cit. n. 19. Tertius denique modus hanc officii societa-
tem contrahendi est super officio prorsus alieno. Licet enim
iste contractus apparenter iniri dicatur inter dantem pecu-
niam, et officialem, revera tamen inter privatos initur,
quorum neuter officialis est, quia alter pro officiali fidejubet,
indemnem ipsum relevare se obligat, bonam fidem societa-
tis recognoscit, debitumque ad se, tamquam pecuniae rece-
ptorem pertinere, at alter, his ita compositis, seu confictis,

33 pecuniam dat: hectenus sum ad verbum fere secutus *Tar-
taglia de reservat. statutar. art.* 61. *n.* 20.
Ingeniosior vero quie est, et edmodum accommodatior
34 bujus tituli in novem partes divisio, tradita per *Torr. de
poct. futur. success. lib.* 3. *c.* 11. *n.* 10. Videlicet, primo,
quomodo fiaot societates officiorum; secundo, cum quibus
personis; tertio, enper qoibus officiis; qoerto, eum quibns
cooditionibus; quinto, ad vitam cujus; sexto, usque ad qood
tempus; septimo, cum quo lucro, et interesse; octavo, quo-
35 modo renovari possint; oono tamdem quomodo extinguan-
tur; ita hunc ordinem, veluti totius materiae comprehensi-
vum, servaudum statoi. Et quoad primum: san. mem. Pi-
us IV. sub annum 1560. sequentem constitutionem, quae
36 est in ordine *l.* 12. *incip. cum sicut* §. e. *Bullor. veter.
tom.* 2. edidit ibi » volentes, et auctoritate nostra deeer-
» nentes, qood de caetero ipsis officialibus super temen co-
» rum officiis societatee qoascomque cum pactis licitis, et
37 » honestis, prout, et quemadmodum ante constitutionem
» praefatem solitum erat, etiam nulle e nobis, seu Romano
» Pontifice pro tempore existente desuper expedita supplica-
» tione, seu signatura, non tamen ultra valorem officiorum,
» super quibos illas fieri contingeret, ita quod ed requisi-
» tionem secum societates contrahentium teneantur in ipso
» contractu specialiter exprimere alias societates super eo-
» dem officio contractas, siquae sint, et si eas falso negave-
» rint, vel expresserint, in toto, vel in parte, poenam pri-
38 » vationis officiorum ipsorum, super quibus societetes hu-
» jusmodi contractee foerint, sine tamen praejudicio cre-
» ditorum, quatenus aliunde illis satisfieri non possint,
» ipso jure incurrant; et nibilominus, tam ipsi, qoam fide-
» jussores desuper praestiti ad satisfactionem societatum,
» et debitorum desuper contractorum teneantor, et obligati
» existant facere, et inire, ec pecunias recipere, et contra-
» ctus desuper celebrare, qui alias tam legitime initi, va-
» lidi, et efficaces existant, et executioni demandari debeant
39 » libere, et licite possint, et valeant, licentiam, et facilta-
» tem concedimos per praesentes » et joxta tenorem hujus
Pianae constitutionis *Salust. Tiberr. in sua prax. judic.
lib.* 1. *sub cap.* 13. refert formulam qua similes officiorum
40 societates contrahi essolent, eamque approbavit *Rota in
decis.* 548. *n.* 1. *part.* 18. *tom.* e. *rec.*, quem insuper for-
mulem in melius reformavit, eamque per extensum refert
41 *Alderis. de symbolic. contract. tit.* 3. *c.* 2. *sub n.* e4.
Recitata ait constitutio = *ac pecunias recipere* = hinc me-
rito dubitetur, eo creditor, numeratee pecuniee loco, res,
42 merces, gemmas, debitos ex altera societate fructus, aut
alia praeexistentis soe credita, possit compensando tradere?
Negaut omoioo plures, anatocismi specimen huoc contra-
ctum habere asseverantes, ac praecipui sunt *Scaccia de
commerc.* §. 1. *quaest.* 1. *n.* e17., *et* 391. *Cyriac. contr.
for.* 252. *n.* 3. *tom.* 2. *Paitell. in annot.* 64. *n.* 11., *et* 1e.
Fenzon. ad stat. urb. cap. 153. *n.* e8. *Castracan. de so-
43 ciet. offic. cap.* 7. *n.* 3. *ad fin.* Contrariom vero, meliusque
sentiunt *Gabriel. cons.* 81. *n.* 1. *et per tot. lib.* 1. *Mar-
chesan. de commission. appellat. in causa oblignt. came-
ral.* §. e. *n.* 51. *part.* 1. *pag. mihi* 79e. *Sperell. decis.*
163. *n.* 31. *Scaccia de commerc.* §. 7. *gloss.* 2. *n.* 55.
Torr. de pact. futur. success. lib. 3 *cap.* 11. *n.* 17. *Tar-
taglia de reservat. statutar. art.* 61. *n.* 61. *Card. de Luco
de societ. offic. disc.* 12. *n.* 31. *Rota dec.* 451. *n.* 1. *part.*
18. *tom.* e. *rec.* Et ratio omuium potissima est, quie oulla
pontificia constitutio pecuniae numerendae necessitatem in-
44 dicit *Rot. loc. prox. cit. d. n.* 1. Unde receptom quoque est,
fructus noius praecedentie societatis officii maturatos licite
posse in aliam similem societetem fructiferam converti *Rota
45 ad ornatum Cardin. de Luca tit. de usur. decis.* 14. *n.* 6.,
et coram Ansaldo decis. 104. *n.* 19. *et* 20., et quamvis
Cyriac. d. controv. for. e52. *n.* e. Simplicem confessionem
de recepto ad hoc satis non esse sustineat; contrarium tamen
46 ee eadem adducta ratione statuit *Rota in dict. decis.* 451.
n. 1. *part.* 18. *tom.* 2. *rec.*
Ad secundum queritur ioter quos officii cocatur socie-
tas? Societas porro haec inter officialem, et daotem pecu-
47 niam contrahitur, *Andreol. controv. for.* 3e. *n.* 13. *Pai-
tell. dec. caus. civil. onnot.* 64. *n.* 1. *Galli de fructib.
art.* 4. *disp.* 4. *n.* 1. *Castracan. de societ. offic. cap.* 3. *n.*
1. *et* e. Principaliter ergo cootrahitur cuoi officiali Roma-
nae Curiae, officium cum illius industria fructiferuio possi-
dente *Torr. de pact. futur. success. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 18. 48
Subjectum namque hojus societatis officium est *Scaccia de
commerc.* §. 1. *quaest.* 1. *sub n.* 276. *Torr. de pact. futur.* 49
success. lib. 3. *cap.* 11. *n.* 37. *Rota dec.* 259. *n.* 3. *cor.
Merlin.* Et sine officio hanc non posse societatem contrahi
sustinent *Conciol. allegat.* 33. *n.* 32. *Rota post Cenc. de* 50
censib. decis. 321. *n.* 3. 5. *et* 6., *et dec.* 159. *n.* 2. *et* 5.,
et dec. 512. *n.* 2. *coram Manaanedo.* Atque officialis super
suo officio societatem contraheos, nihil tituli, nihil domi-
nii, nihilque pretii in alterum socium transfert, sed hunc 51
ad participationem fructuum, et emolumentorum dumtaxat
admittit *Rota in dec.* 676. *n.* 5. *cor. Cer.*: quia hujusmodi
officia non sunt in commercio, et hypothecis obnoxia, illo-
rum pretio taotum excepto, *Roto ib. n.* 1. *et* e. 52
Tribus tamen fieri potest modis, ut pecuniam recipiens
licet oon sit officialis, ueque officium habeat, licite valeat
hanc societetem contrahere. Primo, si pecunia recepta, ad hoc
data sit, ut io emptionem officii, qood sociale futurum sit,
erogetur. atque ita tenent *Ricc. prax. eccles.* 417. *n.* 14. 53
tom. e. *Gozal. ad regul.* 8. *Cancellar. gloss.* 5. §. 7. *n.*
9. *Castracan. de societ. offic. cap.* 5. *n.* 30. *Card. de Lu-
ca de societ. offic. disc.* 11. *sub n.* 5. *Rota post Cenc. de
censib. dec.* 59. *n.* 5. *et* 6., *et cor. Coccin. dec.* 1953. *n.*
1. Secundo si is, qui pecuniam recipit, officialis quidem non
sit, nec officium habeat, officiom tamen eb alio, qui sit
officialis accommodari obtineat, et erga eumdem qui nudum
dat nomen, bonam fidem recognoscat, ut pecuniae dator,
non ab officiali, sed a eoo principali debitore, qui bonam
fidem recognovit fructue petat, et hunc contrahendi modum 54
esse in jore, et praxi receptum, testaotur *Fagnan in cap.
naviganti n.* 36. *ad plur. seq. lib.* 5. *de usur. Torr. de
pact. futur. success. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 23. *et* 24. *Card. de
Luca de societ. offic. disc.* 11. *sub n.* 5. *Galli de fructi-
bus disp.* 4. *art.* 4. *n.* 1. *Ansald. de commerc. disc.* 51.
n. 10. *Constantin. vol.* 66. *n.* 6. *et* 8., *Rota dec.* 568. *n.*
24., *et* 25. *cor. Bichio, et decis.* 548. *n.* 19. *par.* 18. *tom.*
2. *rec.* Tertio demum, si is qui pecuniam recipit, officium,
quod habebat renunciaverit, reservaverit sibi tamen fructus
ee eodem officio producendos; utrum valeat super his fru-
ctibus, et emolumentis, hanc societatem inire? Affirmant 55
Card. de Luca de societ. offic. disc. 8. *n.* e. *Torr. de
pact. futur. success. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* e5., *et* 26. *Rota
dec.* 4e1. *per totam cor. Ponia repetita post Zacchia de
societ. offic. dec.* 32., et ratio hujus conclusionis potissima est,
quie societas reapse, non super officio, quod pertinet ad
principem, et non ad officialem, sed super illius fructibus,
et emolumentis ad officialem spectaotibus rite contrahitur: 56
ut penes citatos doctores; atque hinc profecto est, quod si
in hoc ipso proposito casu vellet etiam officii renunciaterius
super eodem officio sibi sine fructibus renunciato similem
contrahere societatem, non jure posset. ex *Torr. de pact. fu-* 57
tur. success. lib. 3. *cap.* 11. *n.* 27. *Rot. post Zacchiam de
societate officii dec.* 31. *per tot.*
Hacteous quoad officialem; prosequendo nunc eumdem
secundum societatis contrahendae modum, relatione ad cre-
ditorem, seu ad pecuniam dantem, habita; quicumque li-
beram suorum bonorum habet administrationem, potest pe-
cuniam suam in hanc erogare officii societatem, cujus pe-
cuniae etiam traditae, remanet ipse dominus, sub periculo 58
dumtaxat amissionis illius in casu mortis *Fagnan. in cap.
naviganti n.* 44. *lib.* 5. *de usur. Rota post Cenc. de cen-
sib. dec.* 321. *n.* 8., *et in dec.* 552. *n.* 8. *par.* 1. *rec.* Mi-
nor ergo, atque pupillus, qui liberam non habet rerum sua-
rum administrationem dando pecuniam, contrahere non
potest officii societatem sine debitis localis statuti solemni-
tatibus, ita ut si laesus sit, restitutionis io integrum bene- 59
ficio fruatur *Cyriac. contr. for.* e52. *n.* 31. *et* 32. *tom.* 2.
Gales. de restit. in integr. cap. e. *n.* 100. *ad seq. Castra-
can. de societ. offic. cap.* 1e. *n.* 10. *Torr. de pact. futur.
success. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* e9. *Tartaglia de reservat. sta-
tutar. art.* 61. *n.* 62. *Roto dec.* 345. *n.* 11. *et* 12. *cor.
Celso.* Si tutor tamen accesserit, suamque auctoritatem in-
terposuerit, rata tunc hujus officii stabit societas. *Bonacci-* 60
na opera moralia de contract. disput. 3. *quaest.* 6. *punct.*
6. *proposit.* 2. *num.* 3. *Goles. de restit. in integr. cap.* e.
num. 96. *ad* 99. *Torr. loco prox. cit.* 30. *Tartaglia loco
pariter. citat. num.* 62. si pecunia tamen popilli, vel eam
dantis io figura creditoris, vel eam recipientis in figura 61

officii possessoria, sit bene locata, et respective in ejus
61 utilitatem versa *Grotian. discept. for. cap.* 360. *num.* 29.
Fenzon. ad stat. urb. cap. 113. *n.* 15. *lib.* 1., *Rota post*
Zacchiam de societ. offic. dec. 6. *n.* 1. *et seq.* Non prohi-
betur tamen pupillus, vel minor contracta hac minus legi-
time, societate, eamdem ab se facto majore ratificare, id
quod accidit per continuatam post majoritatem, fructuum
62 perceptionem, et respectivam solutionem, ex pluribus alle-
gatis per *Rotam in dec.* 31. *n.* 9. *coram Crescent. jun.*,
quod si pupillus sine his contraxit solemniis, potest quidem
ipse per modum privilegii contractum de nullitate redar-
guere, non item potest alter socius eamdem nullitatem op-
63 ponere, habet hic tamen remedium interpellandi pupillum,
seu minorem, an velit stare contractui, ne ipse claudicet
64 contractus, et in foveo, ut ajont, minor equitet *Rota in d.*
dec. 31. *n.* 4. 5. 6. 7. *et* 9. *cor. Crescent. jun.* cum ibi con-
65 cord; quae procedunt omnia in explenda etiam societatis
officii renovatione, *Rota ibidem.*

Mulier item locali statuto subjecta, sine illius solemnita-
tibus, nequit hanc officii societatem contrahere, veluti re-
66 probato *Gratian. discept. for. cap.* 756. *a n.* 39. *ad plur.*
seq. concorditer tenent *Castracan. de societ. offic. cap.* 12.
n. 9. *et* 10. *Zacchia eod. tract. n.* 190. *Tartaglia de re-*
servat. statutar. art. 61. *n.* 65. *ad* 71. *Constantin. ad*
stat. urb. annot. 44. *n.* 301. *et* 302. *Rota post Zacchiam*
de societ. offic. dec. 36. *n.* 6. ubi quod ea recognitio qui-
67 dem bonae fidei facta per mulierem sine solemnitatibus, in
jure subsistit. Cum religioso similiter liberam non habente
68 disponendi facultatem, non jure haec initur societas *Banac-*
cina aper. moral. disput. 3. *quaest.* 6. *punct.* 6. *proposit.*
2. *n.* 3. *Tarr. de pact. futur. success. lib.* 3. *cap.* 11. *n.*
29. *Tartaglia de reservat. statutar. art.* 61. *n.* 62. Verum
tamen est, quod si vel super vita religiosi, puta Cappucci-
ni etiam aliqua sit contracta societas per tertios, vel ipse
etiam officium retinuerit, cum reservatione decreti in me-
69 culo, per ejus ingressum in religionem, nec societas extin-
guitur, nec officium vacat, *Castracan. de societ. offic. cap.*
35. *per tot. Adden. ad Buratt. decis.* 461. *n.* 18. *Card.*
Petra ad constit. Apost. ad constit. I. Clemen. IV. sect.
1. *n.* 71. *tom.* 3. *Rota in dec.* 543. *n.* 1. *per tot. par.* 2.
rec., *et in dec.* 206. *n.* 4. *cor. Merlin.* Cum Judaeis per
70 Christianos iniri haud posse societatem plura adducit *Ca-*
stracan. de societ. offic. cap. 13. descendendo tamen ad
hanc de qua nunc agitur officii societatem, eamdem contrahi
71 posse asseverat, et probat idem *Castracan. loc. cit. a n.* 8.
ad fin.

Ad extremum haec officii societas, eo modo, quo alia a
jure communi proficiscens, cum pluribus contrahi jure pot-
72 est, ergo et cum viro, atque uxore simul rite contrahitur;
interest solum videre, an in solidum, ita ut per mortem u-
nius socii conjugis, totalis in superstite continuet stipulati
emolumenti exactio, seu potius eadem, pro parte extingua-
73 tur dimidia, ut penes *Ansald. de commerc. et mercat. disc.*
81. *n.* 12. 13. 14. *et* 24. *Tartaglia de reservat. statutar.*
art. 61. *n.* 102. Cum aliquo autem corpore plurium perso-
narum collectivo, puta cum collegio, communitate, capitulo
et hujusmodi, haec societas coiri non potest, quia numquam
74 deficeret, et hac de causa substantiale hujus societatis re-
quisitum, correspectivitatem periculi pendentis a morte so-
cii eam contrahentis, respiciens omnino destrueretur, ut
pluribus probat, *Ansald. de comm., et merc. disc.* 81. *n*
9. *et* 10. qui rejicit *Card. de Luca de societ. disc.* 6. *n.* 7.
75 Subsequitur tertius modus supra propositus, hoc est su-
per quibus officiis, haec contrahatur societas. Et patet, eam
jure contrahi super officiis Romanae Curiae annexam ope-
ram seu personalem industriam habentibus, puta super of-
76 ficiis notariatus, cursoratus, et olim proxenetarum Ripae
urbis *Tartaglia de reservat. statutar. artic.* 61. *n.* 3., nec
77 non super officia Cancellariae Apostolicae *Cappucc. prax.*
judic. par. 2. *cap.* 5. *n.* 146. Secus vero in officiis, nullum
78 personale requirentibus ministerium *Tartaglia loco prox.*
cit. n. 3. Sunt qui defendunt, eamdem officii societatem
contrahi valide non posse, nisi super officiis in Romana
79 Curia existentibus, hujusque sententiae praecipue sunt
Scaccia de commerc. §. 1. *qu.* 1. *n.* 267. *ad seq. Galli de*
fructib. disput. 4. *art.* 4. *n.* 6. *et* 7. *Rota dec.* 543. *n.* 1.
et seq. cor. Seraphin. sed contrariam opinionem usu magis
esse in Curia receptam, hoc est, ut super officiis etiam ex-

tra Romanam Curiam existentibus, valide haec contrahatur 80
officii societas, viriliter sustinent *Fagnan. in cap. navigan-*
ti n. 78. *cum seq. lib.* 5. *de usur. Cohell. de bono regim.*
cap. 35. *n.* 118. *Tartaglia de reservat. statutar. art.* 61.
n. 1. *Torr. de pact. futur. success. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 31.
et 32. *Rota post Cenc. de censib. dec.* 321. ubi de officio
Cancellariae Foroliviensis huic societati subjugatae agitur. 81

Praeterea officium pro hac societate valide ineunda, de-
bet esse vacabile per mortem officialis *Gratian. discept. for.* 82
cap. 944. *n.* 18. *Zacchia de societ. offic. n.* 116. *cum seq.*
Tarr. de pact. futur. success. lib. 3. *cap.* 11. *n.* 33. *et* 34.
Rota post Zacc. de societ. offic. dec. 61. *n.* 1. *et per tot.*,
et in rec. decis. 552. *n.* 1. *et* 2. *part.* 1. *et dec.* 729. *n.* 5.
et 18. *part.* 4. *tom.* 3., *et cor. Merlin. dec.* 204. *n.* 1. 2.
et 3., *et dec.* 259. *n.* 1. *ad* 6. ubi contrariae doctrinae, et
decisiones declarantur, ac respective rejiciuntur. Neque pa-
tens desideratur ratio, quia hujus societatis validitas radica-
tur super periculo vitae illius officialis, qui eamdem contra- 83
hit societatem *Rota in dec.* 729. *n.* 5. *et* 18. *part.* 4. *tom.*
3. *rec.*, *et in dec.* 27. *n.* 1. 2. *et* 3. *tom.* 8. *in appendic.*
cor. Ansaldo. Quo plane sublato periculo, illicita, atque
usuraria, haec efficitur societas *Cyriac. contr. for.* 252. *n.* 84
5. *tom.* 3. *Paitell. exped. causar. annot.* 64. *n.* 14. *Con-*
ciol. allegat. 33. *n.* 10. *et* 31. *Constantin. vot.* 123. *n.* 2. *et*
3. *tom.* 1. *Rota post Cenc. de censib. dec.* 9. *n.* 17. *et* 20.

Officium similiter, quo desuper coitur societas par esse
oneri debet, hoc est, ut si vel unus, vel plures sint, qui
super eodem officio societatem contraxerint, pecuniam va-
lori officii superiorem tradere non debeant, et si tradide-
rint, inutili per utile vitiato, pro vero officii valore susti- 85
neatur societas fructus pro rata excessiva percepti in sortem
imputentur, et si plures fuerint societates, posteriores usque
ad metam valoris officii sustinentur, in reliquo resecantur,
ita promiscue tradunt *Fagnan. in cap. naviganti n.* 37. *ad* 86
39. *lib.* 5. *de usur. Paitell. expedit. caus. annot.* 64. *n.* 5.
Galli de fructib. artic. 4. *disp.* 4. *n.* 11. *et* 12. *Mangil.*
de evict. quaest. 175. *n.* 14. *Leotard. de usur. quaest.* 23.
n. 57. *Canciol. allegat.* 33. *n.* 1. *et* 2. *et per tot. Tarr. de*
pact. futur. success. lib. 3. *cap.* 11. *n.* 36. *ad plur. seq.*
Card. de Luc. de camb. disc. 19. *n.* 2. 4. *et* 5., *et de so-*
ciet. offic. disc. 12. *n.* 30. *Rota post Cenc. de censib. dec.*
9. *n.* 1., *et dec.* 227. *per tot.*, *et cor. Ninot. dec.* 74. *n.* 4.
et 5., *et coram Ansald. in append. tom.* 8. *dec.* 27. *n.* 68.
et 69., *et cor. Molin. dec.* 933. *n.* 3. *tom.* 3. *part.* 2. Dixi,
fructus excessive perceptos in sortem imputari; declaratur
hoc tamen, si una sit societas, nam si plures fuerint, qui
super eodem officio societatem separatim iniverint, et poste-
riores contrahentes bona fide contraxerint, rem alio exem-
ptam onere opinantes, tunc fructus excessive etiam, uti su-
pra, bona fide percepti, in odium debitoris, rite percepti 87
existimabuntur, neque imputabuntur in sortem *Rota in*
dec. 74. *n.* 6. *coram Ninott.*, *et dec.* 27. *n.* 68. *coram An-*
sald. in appendic. tom. 8. Juxta officii valorem, similiter
dixi sustineri societatem, et in eo quod supra est, suppu-
tari; et hoc verum, licet ejusdem officii emolumenta, vel 88
non respondeant fructibus in societate conventis, vel dein-
ceps diminuti esse habeantur, nam quia solus officii valor
spectatur, et non emolumentorum quantitas, quae semper
incerta est, ideo nequaquam refragante dictorum officii fru-
ctuum insufficientia, aut diminutione, stat firma societas, et 89
fructus stipulati debentur omnes *Rot. in dec.* 933. *n.* 3. 4.
5. 6. *et per tot. tom.* 3. *part.* 2. *cor. Molin.*

Quid si societas super pluribus contrahatur officiis in so-
lidum, id quod fieri potest ex *Tartaglia de reservat. sta-* 90
tutar. art. 61. *n.* 4. numquid uno pereunte, vel parte pretii
restituta, pereat in parte saltem, societas? Haec cum ante-
cedenti parilis fere quaestio est; nam si officia quae salva
remanent, valorem pecuniae datae consequant, non dubium, 91
quin in eo, quod super est integra consistat societas; quod
si totius pecuniae socialis traditae, officii reliquum est in-
capax, utcumque id, vel ex peremptione partis, vel ex par-
tiali pretii restitutione contingat, pro ea rata pecuniae susti-
neatur societas, quae supererit, quaeque capacitati, seu valori 92
officii respondet *Torr. de pact. futur. success. lib.* 3. *cap.*
11. *n.* 64. *Cohell. de bono regim. cap.* 48. *n.* 46. *Constan-*
tin. vot. 123. *n.* 9. 10. *et* 13. *ad* 22. *tom.* 1. *Rota post*
Cenc. de censib. dec. 90. *n.* 9. *et dec.* 91. *n.* 1., *et dec.*
424. *n.* 9. *et* 10., *et cor. Ansal. in appendic. tom.* 8. *dec.*

27. *n.* 31. *et* 61. Idem juris est, si ex duobus officiis societati
93 subjugatis, unum supprimatur, quod si omnia supprimantur officia, vel de uno agatur officio, illudque supprimatur unum, tota cadit societas, et fructus deinceps minime de-
94 bentur, *Gabriel. cons.* 63. *n.* 19. *lib.* 2. *Castracan. de societ. offic. cap.* 39. *n.* 3. *Paitell. expedit. caus. civ. expedit.* 64. *n.* 4.

Quarta hujus tituli pars est, cum quibus conditionibus haec licite contrahi possit officii societas. Huic societati minime refragatur conditio, seu pactio, ut socius pecuniae dator, loco percipiendi ratam emolumentorum officii, pecuniae suae respondentem, quid certum in singula centum conveniat, et sic pecuniae suae fructus annuatim sibi certos
95 assecuret prout statuit *Rota in decis.* 70. *n.* 3. *et* 4. *cor. Coccin.* atque superius *n.* 25. 26. *et* 27. demonstratum est. Pactio tamen similis, seu conditio in capitali ab omni jure reprobatur, videlicet, ut capitale pecuniae datae in societatem officii, sit semper salvum; nam sicuti de natura, et substantia hujus societatis officii est periculum amittendi capi-
96 tale, ita simile pactum tueri nullo jure potest, ex allegatis per *Monacell. formul. legal. tom.* 3. *tit.* 1. *formul.* 20. *n.* 21. *et* 22. *Rota decis.* 552. *n.* 11. *part.* 1. *rec.*

Inter licitas vero conditiones, praecipua, et in hoc contractu opponi assueta, est fidejussio per officialem intra
97 praestitutum tempus favore pecuniam dantis, pro fructuum conventorum securitate, praestanda. Hinc dubium, si officialis, elapso tempore praestituto fidejussorem non dederit, quid juris? Contractus volente creditore resolvitur, et offi-
98 cialis non lucratur sortem, mortuo interim socio, seu persona, super cujus vitae periculo societas contracta reperitur; et ratio est patens, quia non potest officialis, inadimpleto ex parte sua, contractu; ejusdem contractus commodum
99 sentire, ut per *Scaccia de commerc.* §. 1. *qu.* 1. *n.* 149. *cum seq. Cappuc. prax. judic. part.* 2. *cap.* 3. *n.* 96. *et* 147. *Mangil. de evict. qu.* 91. *n.* 26. *Ansald. de commerc., et mercat. disc.* 74. *n.* 8. *et disc.* 81. *n.* 28. *et seq. Torr. de pact. futur. success. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 77. *Constantin. vot.* 123. *n.* 8., *et vot.* 126. *n.* 1. *et* 2. *tom.* 1. *Rota dec.* 674. *n.* 3. *et* 6. *coram Buratto, et dec.* 298. *n.* 1. *cor. Merlin.* Potissimum si haec praestandi fidejussoris conditio sit concepta
100 per pactum resolutivum *Rota cor. Buratto d. decis.* 674. *n.* 5., quod si dicto etiam tempore ad praestandam fidejussionem elapso socius creditor fructus libere deinceps decur-
101 sos ab officiali receperit, tunc antedicta conditio remissa censebitur *Gratian. discept. for. cap.* 302. *n.* 6. 10. 22. *et* 24. *Iranch. de protest. in addit. ad considerat.* 22. *n.* 13. *Rocca disput. jur. cap.* 156. *n.* 23. *et cap.* 157. *n.* 19. *tom.* 2. *Torr. de pact. futur. success. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 89. *Rota dec.* 156. *n.* 3. *cor. Celso, et dec.* 742. *n.* 9. *cor. Dunoz Jun., et dec.* 341. *n.* 3. *et* 4. *cor. Bichio, et in dec.* 298. *n.* 2. *cor. Merlin.*, idque ampliatur etiam licet per
102 socium creditorem fructus cum clausula *sine praejudicio* recepti fuerint, nam talis clausula poterit dumtaxat jus eidem petendi fidejussorem deinceps reservare, sed quoad tempus pertinet eatenus decursum, firma persistit, per fru-
103 ctuum receptionem, fidejussionis remissio *Card. de Luca de societ. officii disc.* 2. *n.* 3. *et* 4. *Torr. de pact. futur. success. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 92. 93. *cum seq.* Haec tamen fidejussionis praestatio, ut remissa vere censeatur praecisive etiam a dicta clausula praeservative, requiritur, quod creditor recipiens ab officiali fructus, vere sciat non fuisse fidejussorem praestitum, nam secus foret absurdum, ut ad
104 ignorata trahi posset creditoris consensus, et respectiva remissio *Gratian. discept. for. cap.* 302. *num.* 22. *Torr. de pact. futur. success. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 91. *Rota in dec.* 298. *n.* 3. *et* 4. *cor. Merlin.*

Quaeritur quinto, ad cujus vitam societates officiorum
105 contrahantur. Placet in hoc referre sententiam *Card. de Luca*, in jure non minus, quam in similium rerum fraudi expositarum praxi, peritissimi, idem quippe *Card. de Luc. de societ. offic. disc.* 12. *n.* 17. *et seq.* ita disserit » Super
» qualitate vero personae, sub cujus vitae periculo con-
106 » tractus currit, nihil determinatum habemus; unde quan-
» doque designatur persona ipsius socii dantis pecuniam
» quem vulgo, creditorem dicere solemus; quandoque ip-
» siusmet officialis, pecuniam recipientis; et quandoque
» tertii omnino extranei absque distinctione sexus, an sit
107 » masculus, vel foemina, an sit saecularis, vel ecclesia-
» sticus, etiam regularis. Quinimo circa personam fre-
» quentius socio danti pecuniam ex conventione reser-
» vari solet facultas illam variandi, seu etiam quod ab
» initio nulla designetur, sed praescribatur, aliquis termi-
» nus ad illam designandam, verum ob fraudes, quae de- 108
» super committi solent, provisum est utroque casu; si-
» quidem per d. constitutionem Pauli V. super reforma-
» tione tribunalium praescripta est forma talis mutatio-
» nis, ut scilicet illa adnotari debeat, non solum in ma-
» nuali notarii, sed etiam in margine instrumenti ipsius
» societatis, ac etiam notificari alteri socio, quod etiam in 109
» nova nominatione statutum est, atque interim quod fiat
» nominatio nova, receptum est societatem currere super
» periculo vitae ipsius socii pecuniam dantis » plauditque 110
etiam *Torr. de pact. futur. success. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 97. *ad seq.*

Ex his plane deducitur, quod per mortem alterutrius
socii, societas haec indole sua resolvitur, hoc est, si mori- 111
tur officialis, pecunia ei data, debet creditori socio restitui;
sin autem moritur creditor, qui pecuniam dedit, eam offi- 112
cialis lucratur totam *Galli de fructib. art.* 4. *disp.* 4. *n.* 19. *et* 20. Quod si sit designata sub initium persona, sub cujus vitae periculo contracta est officii societas, eadem per-
sona moriente resolvitur societas, quia officialis sibi tradi- 113
tam lucratur sortem *Scaccia de commerc.* §. 1. *quaest.* 1. *n.* 393. *cum seq. Zacchia de societ. offic. n.* 381. *Galli de fructib. art.* 4. *disp.* 4. *n.* 20. *vers. intellige. Castracan. de societ. offic. cap.* 27. *n.* 2. *Rot. in dec.* 156. *n.* 1. *cor. Celso.* Hoc tamen est hic serio advertendum, quod si adsit persona nominata, et alteruter ex sociis decedat, non obstante superviventia personae nominatae, nihilominus sol-
vitur societas, et capitale restituitur, et ratio est patens, 114
quia societas officii, est vera societas, veluti supra *n.* 7. probatum est, atque inter officialem, et pecuniam dantem, unice consistit, et persona nominata respicit dumtaxat periculum, seu periculi casum, quo sortem principalem alter socius amittat, lucretur alter, absque eo tamen, quod cum persona sociorum, vel cum societate ipsa commune quidquam
habeat *Rota dec.* 51. *num.* 34. *cor. Arguell.*, *et dec.* 206. 115
n. 5. *cor. Merlin.* Quamobrem, si nondum secuto periculo mortis personae nominatae, alteruter socius moritur, moritur quoque, ut dixi, societas, et capitalis restitutioni fit
locus ex *Simon. de praet. cons.* 1. *n.* 7. *cent.* 3. *Castracan.* 116
de societ. offic. cap. 27. *n.* 1. *de Nigris de nominat. ad emphyt., et feud. lib.* 2. *quaest.* 24. *n.* 25. *Tortuglia de reservat. statutur. art.* 61. *n.* 55. *Rota dec.* 1126. *n.* 10. *et* 11. *tom.* 5. *cor. Lancetta.* Abrogato penitus pacto, si quod fiat, videlicet, ut deficiente uno socio cum superstite
perseveret societas *Rota decis.* 27. *n.* 29. *et* 41. *tom.* 8. *in* 117
appendic. cor. Ansaldo.

Deducitur etiam, hoc vitae periculum posse ex pacto constitui super persona nominanda, quo in casu nominatio per socium creditorem fieri debet intra dies 15. a die stipulati contractus, atque semper intelligi ita debet, quamvis de termino 15. dierum, nihil fuerit dictum, quia hac in re
praesumitur inter partes fuisse, juxta morem, stipulatum 118
Scacc. de commerc. §. 1. *quaest.* 1. *n.* 398. *Bonaccina opera moralia disput.* 3. *quaest.* 6. *punct.* 6. *n.* 7. *in fin. Torr. de pact. futur. success. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 100. Interest, scire, an dies contractus computetur in termino dd. 15. dierum, ad nominandum praestitutorum, puta si sit contractus initus die 14. octobris, et nominatio fiat die 29. ejusdem mensis, utrum dici debeat infra terminum; et patet quod si fuerit dictum, ut nominatio personae fieri deberet infra 15. dies proximos, nominatio deinceps facta die 29.
octobris, foret in termino, per illam dictionem *proximos*, 119
quae diem contractus excluderet, *Gratian. discept. for. cap.* 161. *n.* 15. *et* 16. *tom.* 1. *Torr. de pact. futur. success. lib.* 3. *cap* 11. *n.* 109. *et Rota post Zacchia de societ. offic. dec* 58. *n.* 7., et in quovis dubio fieri interpretatio debet ad favorem illius, qui nominandi facultatem reservavit sibi, praecipue si agat de damno amittendae sortis
traditae vitando, *Torr. de pact. futur. success. lib.* 3. *cap.* 120
11. 110. *Rota post Zacchia de societ. offic. dec.* 58. *n.* 4. 5. *et* 6.

Hoc inquam scire interest, quia si socius creditor intra illos 15. dies, eisdemque etiam 15. diebus elapsis, et quandocumque non nominaverit, in ipsius persona totum stabit

121 periculum, ut si ante nominatinnem moriatur, officialis lu-
cretur sortem *Scaccia de commerc. §. 1. quaest. 1. n. 394. Torr. de pact. futur. success. lib. 3. cap. 11. n. 104. Rota post Zacchiam. de societ. offic. dec. 58. n. 11., nt cor. Cavaler. dec. 199. per tot.* Quid si creditor socius facultatem
ut supra nominandi habens, gravi morbo detineatur, utrum
ad evitandum periculum amittendi sortem, seu pecuniam
122 solutam, ratihabenda sit nominatio, si forte fiat? Distiu-
guendum, aut nominandi facultas est limitata, prout in casu
proposito, infra 15. dies, et creditor poterit quandocumque,
duranta termino 15. dierum nominare, quia utendo jure
123 suo, nemini facit injuriam: aut facultas nominandi est illi-
mitata, veluti concepta cum dictione *quandocumqun*, vel
alia simili, et hoc posterinre casu, creditore graviter aegro-
tante, nominare non poterit, quia non sine fraudn aver-
tendi periculum amissionis pecuniae in praejudicium offi-
124 cialis nominaret, veluti bene distinguit *Torr. de pact. futur. success. lib. 3. cap. 11. n. 105. cum duobus seq.* Quid
rursus si creditor personam absentem graviter aegrotantem,
vel quoque mortuam, inscius nominaverit, utrum nomina-
125 to, ex eo morbo, vita functo, pecuniae sortem amittat cre-
ditor? Negant *Card. de Luca de societ. offic. disc. 1. per tot. Torr. loco proxime cit. n. 111. ad seq.* persnadet ra-
tio, quia eum falso nominavit supposito, plenum nominantis
consensum excludente; utique si mortem, vel gravem mor-
bum scivisset creditor, nequaquam nominasset, cum ita bar-
126 dus, et resupinus nemo praesumatur, ut jactare suum tam
facile velit *l. cum de indebito 25. ff. de probat.*

Quandoque socio creditori pecuniam danti reservatur
quoque facultas variandi periculum de persona nominata
in aliam ad sui beneplacitum, hujusmodi facultas videtur
127 spectare periculi exclusionem, aut saltem dilationem, id
quod assolet non sine fraude plerumque contingere. Rata
quidem talis facultas est, rataque variatio, cum intimatione
tamen 15. dierum ante per facultatarium facien. alteri so-
128 cio, *Zacchia de societ. offic. n. 431. Capon. discept. for. 242. n. 8. tom. 4. Galli de fructib. artic. 4. disput. 4. n. 21. Rocca disput. jur. cap. 156. n. 31. ad plur. seq. Tartaglia de reservat. statutar. artic. 61. n. 55. vers. danti pariter Card. de Luca de societ. offic. disc. 12. n. 18. et de censib. disc. 42. n. 9.* Sed ad evitandas fraudes, refor-
matio Pauli V. hoc desuper edita praescribit, ut d. variatio
129 adnotetur, non solum in manuali tabellionis, sed etiam in
ipsa instrumenti societatis margine, *Card. de Luca de societ. offic. disc. 12. n. 18.*, idque de forma substantiali est,
ad differentiam primae nominationis ex pacto fieri permis-
sae, in qua d. d. adnotationes non sunt de forma; ut ideo
130 possunt quoque per aequipollens adimpleri, prout late *Rota in dec. 858., et dec. 886. utrobique per tot. cor. Manzanedo.*

Ergo per mortem illius, sub cujus periculo vitae contra-
131 cta est officii societas, creditor principalem sortem amittit,
eamque sibi officialis lucratur, veluti habetur in superiore
n. 83. 111. et 113. demonstratum. Dubitatur modo, an
mors illius, in cujus vitae periculo stat officii societas, de-
beat esse naturalis, nihilque intersit violentam mortem il-
lius esse? Dubium hoc proponitur in casu, quo nihil inter
132 partes sit, hoc desuper conventum, ex *Zacchia de societ. offic. n. 401.* Et videntur doctores excipere violentae mor-
tis casum, ut eo eveniente officialis non lucretur sortem, sed
sit locus illius restitutioni, prout de persona mortua ferro,
133 aqua, igne, veneno, chasmate, terraemotu, fulminis, ictu,
et hujusmodi, *Zacchia de societ. offic. n. 403. ad seq. Tartaglia de reservat. statutar. artic. 61. n. 58. Rota*
134 *post d. Zacchiam dec. 46. per totam.* In eo tamen qui
mortem sibi conscivit, abest violentia, *Castracan. de societ. offic. cap. 22.* amplia in moriente per manus carnifi-
cis *Tartaglia de reservat. statutar. artic. 61. n. 58.* Am-
plia in occiso ab eodem officiali, provocato tamen, et ex
135 causa naturalis defensionis, *Castracan. de societ. offic. cap. 22. il 2.°* Amplia similiter in eunte ad bellum, qui in eo
136 confossus cadat, *Castracan. eod. tract. cap. 23.*, qui simi-
les alias movet quaestiones, ad rem videndas in sequenti-
137 bus *cap. 24. 25. et 26.* Est praeterea non infrequens mors
mulieris propter partum; si itaque hic excipiatur, in con-
tractu societatis casus, hoc est, ut muliere propter partum
138 morienta non censeatur sors pecuniae socialis amissa; utrum
muliere abortiente, quae sit deinde febre correpta, et de-
cedat, quaeri solet, an ex partu excepto, seu potius ex fe-
bre, mortua existimetur? Atque ex abortu defunctam vo-
lunt, *Merenda controv. jur. lib. 9. cap. 16. per totum*, 139
Tartaglia de reservat. statutar. artic. 61. n. 60. Rota in dec. 220. per tot. cor. Cavaler.

Pars hujus tituli sexta est, usque ad quod tempus duret
officii societas? Si recepta, magisque frequens in curia
spectetur praxis, haec societas concipi solet ad sex menses
duratura, et deinde ad beneplacitum, cum disdicta 15. die- 140
rum ante per eum facienda, cui beneplacitum non protra-
here, et hanc societatem praecidere libuerit, *Zacchia de* 141
societ. offic. n. 201. ad plur. seq. Castracan. eod. tract. cap. 54. n. 11. et 14. et cap. 55. fere per tot. Carol. Anton. de Luca ad Gratian. discept. for. cap. 710. in animadvers. n. 3. Conciol. allegat. 33. n. 37. ad seq. Tartaglia de reservat. statutar. artic. 61. n. 9. et 85. Torr. de pact. futur. success. lib. 3. cap. 11. n. 118. Antonell. de tempor. legal. lib. 4. cap. 26. n. 1. et 2. potest tamen ad ma-
jus, vel minus tempus, haec iniri societas, puta ad tres 142
menses, ac deinde ad beneplacitum, ut per *Cyriac. contr. for. 252. n. 61. tom. 2.* similiter ad sexdecim menses, *An-* 143
tonell. de tempor. legal. lib. 4. cap. 26. n. 7. Rota post Cencium de censib. dec. 388. in princ. et n. 5., et dec. 160. in princ. par. 4. tom. 2. rec., quodcumque vero sit
tempus a partibus praestitutum, illud interest, quod ex-
pleto tempore designato, alteruter sociorum pro arbitrio suo
potest societatem disdicere, et qui dedit pecuniam, eamdem 144
repetere, illa ratione, quia nemo stare in societate invitus
cogitur, *de Nigris de nominat. ad emphyt., feud., et offic.* 145
lib. 2. cap. 24. n. 26.

Quaeritur septimo, quocum lucro, et interesse, haec of-
ficii ineatur societas? Lucrum sane, quod officii rependit
societas est incertum, et a majore, vel minore emolumento-
rum summa, juxta majorem, vel minorem officialis indu-
striam pendet, veluti supra *n.* 23. adnotavi; verum quia 146
officialis fidelitas in administrando in suspicionem quando-
que socii alterius incidit, similiter quia fastidiosa plerum-
que est computorum exaratio, et respectiva rationis reddi-
tio; coeptum propterea est, quid certum annuatim in sin-
gula centum praestituere, per quamdam speciem venditio-
nis spei illius majoris, sed incerti emolumenti, quod socius
creditor esset ex rata pecuniae suae respondente perceptu-
rus, id quod licite fieri posse in hac societate officii advertit
Andreol. contr. for. 83. n. 4. fuitque supra adnotatum 147
sub n. 25. 26. et 27. Illud propterea, quod hic modo quae-
ritur in eo est, ad quam usque summam annuam extendi
valeat praesens emolumenti annui, et certi taxatio in lo-
cum illius subrogata, in qua praeter majoris emolumenti
incertitudinem, cui per creditorem renunciatur, ratio quo-
que haberi debet periculi amissionis sortis principalis, hoc 148
est pecuniae per creditorem initio traditae.

Et in officiis vacabilibus annua scut. 12. in singula cen-
tum fuisse tum licita, cum talis coepit subrogatio, testantur
Fagnan. in cap. naviganti n. 54. ad 74. lib. 5. de usur. 149
Galli de fructibus artic. 4. disput. 4. n. 23. ad seq. Castracan. de societ. offic. cap 10. n. 11. Zacchia eod. tract. n. 54. cum seq. Card. de Luca de societ. offic. disc. 12. n. 9., et 22. *Torr. de pact. futur. success. lib. 3. cap. 11. n. 5. et 119. Tartaglia de reservat. statutar. artic. 61.*
n. 8. vers. haec taxa. Mox praestitui coepit in scut. 10. 150
in singula quaeque centenaria. *Rota in dec. 674. n. 2. cor. Baratto.* Tandem vero supervenit constitutio san. mem.
Innocentii XI. sub annum 1679. edita, in qua resecatis am-
bagibus statutum fuit, ut deinceps taxa fructuum in of-
ficiis vacabilibus in annuis scut. 8. in singula centum ser- 151
varentur, veluti admonent, *Tartaglia de reservat. statutar. artic. 61.* n. 8. *vers. haec taxa, Rota ad ornnt. Card. de Luca de usur., emphyt., et locat. dec. 21.* n. 6. *et nor. Ansald. dec. 27. num. 4. 7. cum seq. tom. 8. in appendic.*

Dixi superius, hoc servari in officiis vacabilibus, quae
per mortem officialis vacant. Quid vero in officiis non
vacabilibus? Inutilis plane quaestio, quia, veluti supra de-
monstravi *n. 82. 83. et 84.* societas officii super hujusmodi
officiis non vacabilibus, propter periculi defectum contrahi 152
non potest; et quamvis unus, et alter, a doctoribus judice-
tur casus per sacram Rotam Romanam in terminis officii
non vacabilis decisus, ita ut suppositivo saltem dici vale-

ant hujusmodi societates in officiis quoque non vacabilibus
153 permissae, cui supposito alii doctores viriliter obstant,
prout videre licet in allegatis, d. superiorum *n.* 82. *et seq.*
doctoribus; nihilominus in supposito, quod pro circumstantiarum varietate, similis dari possit casus, ad rem dico,
taxam scut. 12. in singula centum in officiis non vacabili-
154 bus periniquam esse, et uti illicitam contractum inficere,
Spada cons. 40. *n.* 10. *lib.* 1. *Scaccia de commerc.* §. 1.
quaest. 7. *part.* 2. *ampl.* 8. *n.* 26. *ad* 41., *et* §. 3. *gloss.*
3. *sub n.* 12. *versic. confirmatur secundo*, *Rota dec.* 552.
n. 2. *et* 3. *par.* 1. *rec. et post Cenc. de censib. dec.* 321.
n. 1. *et* 2., *et cor. Pamphil. dec.* 291. *n.* 6. *impressa apud Zacchia de societ. offic. dec.* 61. *n.* 14. *et fere per totam.*
Cum nonnisi in scut. 5. in singula centum possint hujus-
155 modi fructus officiorum non vacabilium stipulari, *Rota post Cenc. de censib. dec.* 321. *n.* 2. *et post Zacchia de societ offic. d. dec.* 61. *n.* 7., *et in rec. par.* 1. *dec.* 552. *n.* 2. *et* 3.

Circa vero solutionem horum fructuum socialium ex pacto anticipatam, doctores disputant, utrum sit licita, et ra-
156 tioni congruat. Negat *Torr. de pact. futur. success. lib.* 3.
cap. 11. *n.* 122. *et* 123., atque in id urgentissimas adducit rationes; sed iis minime obstantibus fatetur ipse aliter ha-
157 beri in curia receptum, additur, *Rota in dec.* 388. *fere per tot. post Cenc. de censibus*, *et in dec.* 104. *n.* 9. *cor. Ansaldo.* Atque hujus anticipatae solutionis commoda u-
158 trinque resultantia recenset *Gratian. discept. for. cap.* 679. *n.* 17. *cum seq.* Est tamen hac in re, observatione dignissimum, quod si is, in cujus vitae periculo, contracta sit officii societas, durante primo semestre, pro quo anticipate soluti sint fructus, decedat, puta immediate post receptam a creditore anticipatam solutionem, haec so-
159 lutio foret indebita, et ad ratam temporis restituenda; ita ratio suadere videbatur; attamen de praxi restitutio non sequitur, propter illud longe majus periculum sortis amis-
160 sae, quod subit creditor, quemadmod. arguit, *Galli de fructibus disput.* 4. *art.* 4. *n.* 17. *in fin. Torr. de pactis futur. success. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 145. *cum seq.* Nam officialis, si anticipatae solutionis amittendae periculum subit,
161 longe majora commoda sentit indicata per *Gratian. discept. for. d. cap.* 679. *n.* 17. *cum seq.*

Octava sequitur hujus tituli pars, quomodo videlicet haec officii societas post statutum elapsum terminum renovetur? Renovari haec societas officii potest, cum expresse, tum tacite; de expressa, nulla dubitatio, haec ad tacitam restrin-
162 gitur, quae inducitur quidem ex praesumptionibus, atque adminiculis, *Card. de Luca de societ. offic. disc.* 11. *n.* 7. quae tamen nitantur actibus ita univocis, atque concludentibus, ut citra jus, et nomen continuatae, seu renovatae so-
163 cietatis fieri nequeant, *Castracan. de societ. offic. cap.* 51.
n. 1. 2. 3., *et* 4. *Tartaglia de reservat. statutar. art.* 61.
n. 80. *cum seq.*, *Torr. de pact. futur. success. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 124. *ad seq.*, *Rota in dec.* 602. *n.* 24. *part.* 19. *tom.* 2. *rec.* Et hujusmodi renovatio, atque respectiva continuatio intelligitur facta cum eisdem legibus, pactis, et conditioni-
164 bus, quibus inita praecedens habetur, *Castracan. de societ. offic. d. cap.* 51. *n.* 12. et 13., *Tartaglia de reservat. statutar. artic.* 61. *n.* 80. *Rota in d. dec.* 602. *n.* 22. *part.* 19. *tom.* 2. *rec.*

Argumenta vero renovationis, seu continuationis, haec sunt: militat primo regula, ut cum de officii societate antecedenter inita doceatur, praestituto elapso termino, et non facta disdicta, continuandi praesumatur animus, illa potissima ratione, quia cum animi mutatio, sit quid facti, ea-
165 dem non praesumitur, nisi concludenter probetur, prout in subjecta quaestione statuit, *Rota in dec.* 424. *n.* 7. *et* 17. *post Cenc. de censib.* deinde vero, finito, aut proxime expiraturo primo sex mensium, vel alio simili societatis termino, si sociorum alter penes acta protestetur, fructus societatis cucurrisse, et currere debere ad rationem in primo
166 termino conventam; nam hic similis protestationis actus, ad hunc continuationis effectum nimis urget, *Tartaglia de reservat. statutar. artic.* 61. *n.* 81. *Rota in dec.* 602. *num.* 23. *part.* 19. *tom.* 2. *rec.* Unoque demum, ut expediam verbo; sicuti officii societas est vera societas, uti supra *n.* 7., et ideo secundum regulas societatis determinanda; quae se-
167 paratim infra *part.* 2. *cap. fin.* de continuatione, seu renovatione societatis dicturus sum, eadem huic societati officii aptantur fere omnia.

Est tamen verum, quod hujus societatis renovatio fieri
non potest eam absente, nisi pro eo procurator, cum spe- 168
ciali mandato, hoc egerit ex *Torr. de pact. futur. success. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 124., vel nisi ratificatio illius ex-
pressa non autem tacita, quae non sufficit, intervenerit, ex 169
Cyriac. contr. for. 252. *n.* 4. *tom.* 2. *Torr. de pact. futur. success. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 126. Et si de renovatione, aut respectiva ratificatione societatis per mulierem facienda agi-
tur, haec nonnisi sit solemnitatibus statutariis munita, ad- 170
mittitur *Tartaglia de reservat. statutar. artic.* 61. *n.* 82., et quod praeterea ex simplici fructuum receptione non
inducatur hujusmodi tacita societatis renovatio, probat *Cy-* 171
riac. loco prox. cit. n 4. *et* 5. *Torr. de pact. futur. succes. loco pariter prox. cit. n.* 126. *Zacchia de societ. offic. n.* 395. *et* 396. Secus vero, si vel per effectivam sortis, et fructuum solutionem, vel quoque per ordinis illam solvendi consignationem, alterius socii appareat animus, nam hoc casu, de legitima ratificatione, dubitare non licet, ex ratio-
ne indicata per *Zacchiam de societ. offic. n.* 397. *Constan-* 172
tin. vot. 183. *n.* 1. *et* 2. *tom.* 1. *Rota post d. Zacchiam de societ. offic. dec.* 55. *n.* 3., minusque demum ex eo talis officii societas renovata existimabitur, quod socius creditor, expleto semestri, vel societate quomodolibet finita, adversus officialem institerit praestari fidejussorem, nam debilis
nimium est actus iste, ut ponderet, *Torr. de pact. futur.* 173
succes. lib. 3. *cap.* 11. *n.* 128. *Rota in dec.* 990. *n.* 1. *cor. Penia.*

Restat denique, ut videamus quomodo officii societas extinguatur, seu dissolvatur. Tribus quidem modis haec solvitur societas, primo per disdictam; secundo per venditionem, seu alienationem, seu renunciationem officii; atque tertio per mortem, vel unius socii, vel illius, in quem translatum sit periculum vitae, vel ipsius officialis, ut pe-
nes *Torr. de pact. futur. succes. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 129. *et* 174
130. *Tartaglia de reservat. statutar. art.* 61. *n.* 26. *et* 27. singulos percurram modos. Per disdictam primo solvitur
haec societas, non autem nuda voluntate ex *Cenc. de cen-* 175
sib. quaest. 11. *num.* 43. *ad* 46. nam certus per disdictam dissociandi illucet animus, expressae enim renunciationi aequivalet disdicta, et voluntatis revocationem serio impor-
tat, ex *Tartaglia de reservat. statutar. art.* 61. *num.* 86. 176
qua disdicta legitime interveniente illico cessant fructus,
pacto etiam in contrarium, non obstante *Card. de Luca* 177
de societ. offic. disc. 9. *n.* 2. Eadem vero disdicta, vel non
interveniente, seu legitime non facta, durat societas, ac 178
durante etiam vita sociorum perseverare potest *Castracan. de societ. offic. cap.* 55. *num.* 9. *et seq. Bonaccina opera moralia disput.* 3. *quaest.* 4. *punct.* 6. *proposit.* 4. *n.* 11. *tom.* 2. *Torr. de pact. futur. success. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 131. Et haec disdicta fieri potest, cum a minoribus, tum a mulieribus, alias contrahere prohibitis, non solum active, sed passive etiam libere, et sine solemnitatibus ab jure
communi, necnon a municipali statuto demandatis *Zac-* 179
chia de societ. offic. n. 189. *cum seq. Simancell. de decret. inspect.* 16. *n.* 121. *Tartaglia de reservat. statutar. art.* 61. *n.* 63. *et* 64.

Disdicta haec debet fieri officiali, non autem ei, qui bonam fidem recognovit, nisi partes convenerint pacto, facien-
dam illam esse utrique, officiali videlicet, et bonam fidem 180
recognoscenti *Honded. cons.* 38. *n.* 1. *lib.* 1. *Paitell. expedit. causar. annot.* 64. *n.* 2. 3. *et* 4. *Card. de Luca de societat. offic. disc.* 13. *n.* 2. 3. *et* 4. Debet pari modo disdicta, ei, cui fit, judicialiter intimari quandocumque, durante primo termino, seu semestre, dummodo per 15. dies antequam finem habeat societas, reproducatur, cum ipsa
nonnisi a die reproductionis afficiat *Zacchia de societ. of-* 181
fic. n. 231. 232. *cum seq. Galli de fructibus disput.* 4. *art.* 4. *n.* 23. *vers. intellige tertio*, *Gratian. discept. for. cap.* 710. *n.* 4. *et* 15., ubi testatur, hoc esse de mente constitu-
tionis san. mem. Pii V., atque ita servatur in praxi, ad tol- 182
lendas fraudes, quae intervenire facile possunt. Quod si disdicens extrajudicialiter velit procedere, non resistente in contrarium pacto, potest quidem, sed duo saltem requirun-
tur testes actui disdicendi praesentes, secus disdicta in hoc 183
etiam casu inefficax erit *Zacchia de societ. offic. n.* 225. *ad seq. Gratian. discept. for. cap.* 501. *n.* 18. Sed tutius est hodie judicialiter procedere, hoc est disdictam coram
testibus factam, subsequenter coram judice infra terminum 184

reproducere, idque est ad fraudes evitandas inductum, *Gra-
tian. discept. for. cap.* 710. *n.* 15. *Costracan. de societat.
offic. cap.* 60. *n.* 4. *cum seq. Cardin. de Luca cod tract.
disc.* 13. *n.* 6. *Rota dec.* 403. *n.* 12. *et* 13. *coram Priolo.*
Observa tamen, quod si disdicta legitime fiat ab aegrotante,
qui intra dies 15. ab illius intimatione, vel judicialiter, vel
185 extrajudicialiter facta, moriatur, quod talis haec disdicta
non teneat *Rota dec.* 69. *n.* 7. *part.* 4. *tom.* 2. *rec.*, non
tenet quidem disdicta, non quia disdicens ibi aegrotabat,
sed quia pro effectu repetendi capitale, quod per mortem
ejus, sub cujus vitae periculo stabat societas, ante lapsum
186 15. dierum integrum, amiserat, et hic est intellectus *dec.
loc. prox. cit.*, et pro explorato jure etiam habent, *Honded.
cons.* 38. *n.* 11. *lib.* 1. *Galli de fructibus disput.* 4. *art.* 4.
n. 23. *vers. intellige Gratian. discept. for. cap.* 710. *n.* 5.
Disdicta haec tandem fieri etiam potest per procurato-
rem, tum specialiter constitutum, tum quoque generaliter,
187 ad *textum in leg. actione* 66. *§. renunciare ff. pro socio*
ibi » Renunciare societati, etiam per alios possumus, et
» ideo dictum est per procuratorem quoque posse renun-
» ciari, sed utrum de eo dictum sit, cui omnium bonorum
» administratio concessa est, an de eo, cui hoc ipsum no-
» minatim mandatum est, videamus, an, vero per utrum-
188 » que recte renuncietur, quod est verius, nisi prohibue-
» rit eum dominus specialiter renunciare » de speciali qui-
dem procuratore, talem disdicendi facultatem habente,
189 non licet dubitare, ut per *Gratian. discept. for. cap.* 710.
n. 1., *Antonell. de tempore legal. lib.* 1. *cap.* 62. *n.* 15.
de procuratore autem generale mandatum habente, tum so-
190 lummodo dubitatur, cum non subest justa renunciandi
causa, ut per *Honded. cons.* 38. n. 15. *lib.* 1. *Antonell.
loco proxime cit. n.* 26. Hoc autem verum est, posse vide-
licet quodvis disdictae vitium sanari, per ratificationem,
191 quae tamen re integra interveniat, ex collectis per *Gra-
tian. discept. for. cap.* 710. *n.* 2. *et* 3. *Antonell. de temp.
legal lib.* 1. *d. cap.* 62. *n.* 15.
Quid si post factam disdictam creditor recipiat pecu-
niae suae partem, numquid pro residuo subsistat societas
192 ita ut ex eo residuo fructus debeantur? Implicata res est;
equidem ita sentio, aut pecuniae suae partem recipiens,
pro reliquo abiit in creditum, et hoc priore casu, nec par-
tialis subsistit societas, nec ex ea fructus debentur; aut ipse
pecuniam recipiens habuit animum continuandi pro residuo
societatem, et hoc posteriore casu contra est, ut nempe sub-
193 sistat partialis societas, fructusque pro illa rata debeantur:
sed hoc est a conjecturis repetendum, quarum illa praeci-
pua est, ut si creditor vice agendi pro residuo ab officiali fru-
ctus petat, sibique persolvi obtineat, quod tunc censeatur
194 societas pro illo residuo continuata, quemadmodum pluri-
bus auctoritatibus, et rationibus tenet *Torr. de pact. fu-
tur. success. lib.* 3 *cap.* 11. *n.* 132. *ad* 135.
Per officii venditionem, alienationem, seu renunciatio-
nem solvitur officii societas. Nam officii emptor, seu resi-
gnatarius in officio successor stare non cogitur societati per
195 venditorem, seu resignantem contractae *Gabriel. cons.* 63.
n. 6. *et* 15. *lib.* 2. *Paitell. expedit. causar. civ. expedit.*
64. *n.* 3. *Tartaglia de reservat. statutar. artic.* 61. *num.*
94. *Galli de fructib. disput.* 4. *art.* 4. *num.* 25. *Torr. de
pact. futur. success. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 135. *Zacchia de
societ. offic. n.* 7. *et* 281. *Rota in decis.* 233. *num.* 1. *cor.
Millin.*, *et dec.* 676. *n.* 7. *cor. Cerro.* Quo in casu pecu-
196 nia per creditorem in societatem tradita, remanet purum
creditum aicaum ad fructus deinceps producendos ineptum,
quamvis cautum id pacto fuerit, videlicet ut in casu vendi-
tionis, alienationis, aut resignationis officii fructus decurre- 197
rent, nam hoc non attenditur pactum *Gabriel. dict. cons.*
63. *n.* 16. *lib.* 2. *Galli de fructib. disput.* 4. *art.* 4. *n.* 25.
cum seq. Paitell. expedit. caus. civ. 64. *n.* 4. *et* 9. *Ca-
stracan. de societ. offic. cap.* 39. *n.* 3. *et* 4. et siqui post
officii alienationem, aut resignationem soluti sint fructus,
restitui debent *Castrocan. de societ. offic. cap.* 42. *num.* 2. 1
Paitell. expedit. caus. civil. 64. *n.* 5. nisi ratione damno- 199
rum, et interesse, cum requisitis Pauli de Castro debiti
probentur *Paitell. loco proxime cit. n.* 10. *et* 11. *Castra-
can. de societ. offic. cap.* 49. *sub n.* 4.
Quid si societas imposita sit, seu contracta super duobus,
vel pluribus officiis, utrum uno illorum vendito, seu alie-
nato, seu resignato, super alio, vel aliis officiis non vendi- 200
tis subsistat? Distinguendum, aut societas habetur contra-
cta super duobus, vel pluribus officiis in solidum, et hoc 201
priore casu societas cadit in totum *Bonaccina oper. moral.
disp.* 3. *quaest.* 4. *num.* 17. *tom.* 2. *Torr. de pact. futur.
success. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 136. quoniam societas taliter
contracta esset individua, et ideo non posset pro parte valere,
et pro parte non valere *Card. de Luca de societ. offic. disc.* 202
4. n. 5. Sin autem societas contracta sit super pluribus officiis
per modum multiplicis societatis, et hoc posteriore casu in
iis officiis, quae superant, subsistit, *Torr. de pact. futur.* 203
success. lib. 3. *cap.* 11. *n.* 136., quia tunc contractus non
erit individuus, ita ut pro parte stare facile possit, pro parte
vero non *Card. de Luca de societ. offic. disc.* 12. *n.* 30. 204
Ansald. de commerc., *et mercat. disc.* 81. *n.* 20., *Rota
dec.* 454. *n.* 13. *ad seq. part.* 4. *tom.* 2. *rec.* At enim vero,
quod stet firma societas super parte non alienata, quamvis
unicum fuerit officium, et ideo multo magis si plura fue-
rint officia societati in solidum subjugata, propter indolem
dividuitatis in hac societate militantem, statuit *Rota in* 205
dict. dec. 454. *n.* 13. *et* 14. *part.* 4. *tom.* 2. *rec.*
Per mortem denique solvitur haec officii societas, vel
unius ex sociis, vel ejus in cujus vitae periculo stat societas, 206
quaecumque sit mors, vel naturalis, vel civilis, dummodo
non violenta, *ad text. in leg. societatem* 4., *et leg. verum*
64. *§. fin. ff. pro socio, Spada cons.* 40. *n.* 1. 2. *et* 3. *lib.*
1. *Torr. de pact. futur. success. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 137.
ad seq., *Rota in dec.* 545. *num.* 3. *part.* 1. *rec.*, *et decis.*
572. *n.* 38. *cor. Anseldo.* Quod si intervenit mors civilis,
puta per bonorum publicationem, licet postea mors natura-
lis proscripti supervenerit, nihilominus officialis non lucra-
tur capitale, seu pecuniam in societatem officii sibi traditam,
quia a die publicationis bonorum civilem mortem inducen-
tis, jam evanuit societas, prout optime perpendit *Rota in* 207
d. dec. 545. *n.* 2. *part.* 1. *rec.*
Circa vero mortem violentam, aut socii, aut ejus, in cu-
jus vitae periculo stat societas, nonnulla superius *n.* 132.
ad seq. adnotavi. Latissima plane, haec societatis officii ma- 208
teria est, in qua *Boccocius*, *Castracanus*, *Zacchias*, et 209
alii maxime insudarunt, propterea nempe, quod infinitas
propemodum quaestiones involvit, hic equidem libenter
subsisto contentus, me haec pauca notitiae causa tantum,
summo digito, et quasi per indicem indicasse, illa ratione,
quia ut alias dixi superius, haec societas in desuetudinem
fere abiit, estque abitura magis deinceps, cum ob defectum 210
pecuniarum, hac praesertim tempestate, in urbe maximum,
tum ob fere perditam implicandi pecunias in his societati-
bus rationem.

PARS SECUNDA.

CAPUT PRIMUM

Qui possint contrahere Societatem.

SUMMARIUM

1. Omne jus, quo utimur, vel ad personas pertinet, vel ad res, vel ad actiones.
2. Divisio reliquarum trium, hujus tractatus, partium, et n. 3.
4. Societatem contrahere omnes possunt, sive patresfamilias sint, sive filiifamilias, sive liberi, sive servi, sive majores, sive minores, etiam pupilli.
5. Qui tamen contrahunt societatem debent habere liberam rerum suarum administrationem.
6. Debent pariter habere usum rationis, ut consentire possint.
7. Ergo mutus, et surdus a natura est inhabilis ad contrah. societat.

8. Declarat tamen hodie, in casu, quo mutus et surdus e natura sit eruditus, et intelligat.
9. Recens inducitur ars erudiendi mutos, et surdos a natura.
10. Furiosus, et mentecaptus prohibentur contrahere societatem.
11. Si tamen ante furorem eam contraxerint ejus curator potest societatem dissolvere, sicuti etiam alter socius potest ab ea discedere eisissim.
12. Ebrius pariter, durante ebrietate non jure contrahit societatem.
13. Infans similiter, cum nullum habeat intellectum, societatem inire prohibetur, sine tutoris auctoritate, n. 14.
15. Ergo infans auctorante tutore, magis testatore ita jubente, societatem jure contrahit, et respective renovat, et n. 16.
17. Pupillus pariter cum tutoris auctoritate potest, et sine tutore non potest societatem contrahere, et n. 18.
19. Qualiscumque sit societas, vel expressa, vel etiam tacita.
20. Pupillus, qui nulliter initio contraxit societatem, si res male redat, indemnis abit, si vero bene cedit, de lucris aeque, et de sumptibus participat, n. 21.
22. Ampliat societatem tacitam dari posse cum tutoris auctoritate, et affertur ratio, n. 23, declara, ut n. 26.
24. Aliqui doctores tenent, pupillum, nec expressam, nec tacitam posse inire valide societatem.
25. Amplia, ut nec judex ipse possit auctorare pupilli societatem.
26. Declara tamen dd. doctores loqui de universali societate, in qua intervenire debent, tum tutor, et affertur ratio, et n. 27.
28. Conclusio, de qua supra n. 22. limitatur quando tutor procedit per actum facti.
29. Pupillus valide contrahit societatem expressam, tutore auctorante.
30. Amplia, ut etiam tacitam valide contrahat sine tutore, in duobus tamen casibus, si sit ei utilis societas, et datur ratio.
31. Et si pupillus major factus ratificaverit societatem.
32. Inest tamen claudicatio in hac ratificatione, et quare, n. 33.
34. Societas est contractus correspectivus, ut ultro, citroque obligatorius, n. 119.
35. Qui contrahit cum pupillo privilegiato, sciens, prudens sibi imputet.
36. Pupillus, qui jussu testatoris societatem cuivit, nullis aliis indiget solemnitatibus.
37. Amplia licet testator pupillum haeredem rogaverit ut consuluerit inire societatem, et affertur ratio.
Limita si verba deprecatoria versentur circa perpetuam continuationem societatis, ibid.
38. Pupillus cum tutore contrahere non potest societatem, et affertur ratio, n. 39. 40. 41., et 43.
42. Limita, certis concurrentibus requisitis.
44. Minor sine tutoris, vel curatoris auctoritate, non potest inire societatem, et n. 50.
45. Minor, et pupillus quandoque promiscue usurpantur.
46. Fortius si minor appareat deceptus, nam hoc casu, ne quidem majoris societas sustinetur, n. 47.
48. Declara, ut in minore; tanta non requiratur deceptio, quanta in majore, et affertur ratio, n. 49.
50. Societas per dolum inita nullius momenti est.
51. Tutoris consensus, sufficit etiam tacitus, ut minor valide societatem contrahat.
52. Quod si minor tutorem non habeat, requiruntur statuti solemnitates.
53. Minor, qui minus utiliter contraxit societatem, habet restitutionem in integrum.
54. Solus minor hoc juris beneficium restitutionis in integrum potest opponere, non alter socius.
55. Limita si minor, facto majore societatem ratificaverit.
56. Amplia limitationem, si ratificatio fuerit non verbalis, sed per facti.
57. Cessat pariter in integrum restitutio, si minor fuerit sagax, et alia negotia utiliter gessarit.
58. Amplia fortius, si minor fuerit mercator matricula munitus.
59. Amplia demum si minor jussu testatoris societatem inierit, seu continuaverit.
60. Filiusfamilias rite contrahit societatem, et n. 61.
62. Sed, aut jussu patris eam contrahit, et tunc persona patris spectatur, nam filius administratoris loco erit.
63. Amplia ut persona patris spectetur in omnibus, perinde quasi cum patre societas contracta fuisset, et n. 64.
65. Aut injussu patris filiusfamilias contraxit, et tunc una actio datur contra filium, uti socium, et alia contra patrem de peculio filii.
66. Quod si filiusfamilias durante societate vel adrogatur, vel emancipetur, eadem durat societas.
67. Actio tamen datur in patrem usque ad tempus adrogationis, vel emancipationis super peculio, in filium vero datur pro solido, tam ante, quam post, n. 68. et 69.
70. Filius cum inimico capitali patris contrahens societatem, ita demum potest exhaeredari, si se socium praebuit inimicitiarum, et contumeliae in patrem, secus si pro gerendo suo negotio contraxit, et n. 71. et 72.
73. Inter patrem, et filium simul habitantes, et industriam conferentes, non censetur contracta societas, et n. 78.
74. Inter patrem, et filium in potestate ejus positum, non consistit obligatio.
75. In stipulationibus, et obligationibus, vox patris, censetur vox filii.
76. Societas in duabus, vel pluribus personis consistit; non autem in una, eademque persona, et n. 77. et 78.
79. Filiusfamilias, si peculium habeat adventitium, castrense, aut quasi castrense, rite contrahit cum patre societatem.
80. In his peculiis filiusfamilias habetur pro paterfamilias.
81. Amplia fortius, si fuerit emancipatus.
82. Filiusfamilias etiam in potestate positus rite contrahit societatem cum patre, si hic suo privato juri renunciet, et multiplex affertur ratio, n. 83. ad 87.
88. Mulier potest societatem contrahere regulariter.
89. Tamen distinguitur, aut societas est in rusticis, ligone, et labore quaesitis, et tunc nullae requiruntur statuti solemnitates.
90. Aut agitur de societate universali, aliave simili; in qua communicatur rerum dominium, et tunc pro validitate requiruntur statuti solemnitates.
91. Amplia in societate per mulierem contrahenda super aliqua negotiatione.
92. Mulier ne societatem quidem vitae, et victus potest sine solemnitatibus contrahere.
93. Argentariam mulier nequit exercere, licet cum solemnitatibus illam inierit, et affertur ratio.
94. Attamen ab hac juris prohibitione facile dispensatur.
95. Societas tamen utiliter contracta cum muliere sine solemnitatibus, valet.
96. In utilibus lex ipsa supplet consensum, si in minoribus, multo magis in mulieribus praecipue majoribus, et n. 97.
98. Mulieres ex consuetudine exercent negotiationes, quae domi fieri assolent, et pro emendis, et vendendis rebus venalibus, non requiruntur solemnitates, ratione publici, et liberi commercii.
99. Amplia fortius si mulier fuerit matriculata.
100. Inter virum, et uxorem consistit societas omnium bonorum.
101. Adducitur textus in *leg. alimenta* §. *fin. ff. de alim., et cibar. legat.*
Vir cum uxore, omnes contractus inire potest; praeter donationem, ibid.
102. Contra, quod inter virum, et uxorem non detur bonorum societas.
103. *Marta* dicit emphatice, quod si daretur talis societas, destrueretur tota jurisprudentia.
104. Societas conjugalis datur quidem de consuetudine aliquarum regionum, et remissive, et n. 109.
105. Doctores dissidentes agunt de societate tacita, non autem expressa.
106. Auctor non dubitat, indecoram esse societatem inter virum, et uxorem, nam urgent consequentiae donationis inter ipsos.
107. Et cum Sac. Rota Romana, tenet ipse, quod si mulier ante matrimonium habebat cum viro contractam aliquam societatem haec per matrimonium, in consortium vitae transivit, n. 108.
110. Inter fratres contrahi potest, quaecumque societas; et remissive.
111. Limita vivente patre, ad quem omne lucrum societatis pertineret; nisi super castrensi, vel quasi, contracta ea sit, peculio, et n. 112.
113. Inter fratres etiam, et sorores, quaevis potest iniri societas.
114. Amplia inter patruum, et nepotem.
115. Societatem qui contrahit, certam sibi personam eligit.
116. Cum incerta persona contrahi nequit societas.
117. Ideo socius ad haeredem non transmittit societatem, quia haeres esset persona incerta, et n. 118.
120. Potest etiam fieri, et haeres dissentiat, et est alia d. conclusionis ratio.
121. Nemo invitus cogitur manere in societate.
122. Cum aliquo corpore, seu collegio non potest contrahi societas, quae per mortem unius socii dissolvitur, et n. 124.
123. Collegia nunquam moriuntur.
125. Rejicitur *Card. de Luca*, tenens cum collegio iniri posse societatem.
126. Legato usufructu municipio, vel collegio durat centum annis, cumque ad hoc tempus contrahi possit societas, ergo cum collegio rite contrahitur societas. Falsa illatio, et cur falsa, traditur.
Poterit tamen collegium, seu universitas, per interpositam accommandatarii personam societatem contrahere, ibid.
Impropria vero societas, puta communio pascuorum inter duas communitates, jure consistit, ibidem.
127. Pro absente potest quis inire societatem si habeat speciale mandatum procuratoris, secus non valet, nisi ratificetur per absentem societas.
128. Ratificatio haec non debet esse dubia, sed ita certa, ut actus nequeat ad aliam causam, quam societatis referri.
129. Talis erit actus, puta si videt, nomen suum publice expandi, atque tacet.
130. Fortius vero, si pecuniam aliquam contulerit vel aliqua lucra socialia receperit.
131. Clericus non potest negotiari, minusque societatem contrahere n. 132. 133. 134., et 135.
136. Refertur in idem constitutio Benedicti XIV., quae prohibet clericis societatem per se, aut per alios exercere n. 137.
138. Alii ex diverso tenent, clericum posse societatem per alios exercendam contrahere.
139. Alii distinguunt, ut clericus non possit ex integro societatem contrahere, quod si contracta sit a suo auctore, et reperiatur in haereditate, possit continuare.
140. Ratio est, quia hujusmodi societatis prosecutio dicitur potius necessaria, quam voluntaria.
141. Distinctio auctoris, ut si agitur de societate universali, quae administretur per laicas personas, eam contrahere possit clericus, et n. 142. 143. 144. 149. et 155.
145. Clericus in universali societate tenetur sui beneficii fructus conferre.
146. Si vero de particulari societate agitur, tunc clericus eam inire non potest.
147. Puta si boves; oves, aliaque animalia ideo emat, ut in societatem tradat.
148. Refertur in idem resolutio Sac. Congregationis Concilii Tridentini.
Quod si clericus similibus utatur animalibus, ut bona propria seu patrimonialia colere faciat, cessabit illicita negotiatio ibidem.
149. Amplia, ut clericus licite possit continuare societatem quoque

particularem sibi cum haereditate transmissam, et affertur ratio.
Amplia etiam, ut particularem quoque societatem contrahere possit ibidem.
Amplia demum, ut quando clericus illicite contrahit, et ideo nulliter, hoc non in gratiam alterius socii forte dubitaris, nam in locum illius subingreditur camera ibidem.
150. Constitutio benedictina, de qua supra n. 136, exponitur, atque interpretatur, et n. 151. 152 et 153.
154. Clericis prohibentur illicitae negotiationes, non vero licitae, de quibus remissive.
156. Absurda, quae contingerent, si clerici haereditariam societatem tenerentur dissolvere, indicantur.
157. Reipublicae interest familias in civitates divitas esse.
158. Clerici solum in sacris, vel beneficia, aut pensiones habentes prohibentur negotiari, similiter regulares, non autem, clerici beneficium non habentes.
159. Miles armatae militiae ad hostilem praedam capessendam, potest societatem inire, et remissive.
160. Qui nihil conferunt in societate, eamdem contrahere non possunt.
161. Ergo inter pauperem, et divitem, et cum eo, qui nihil in bonis habet societas non jure contrahitur.
162. In contrarium stat textus, et doctores, si industriam pauper conferti suam n. 163. et 64.
165. Industriam tamen conferre obligatus, si sanitatem corporis non habet, non potest coire societatem.
166. Inter bonum, et malum hominem potest coiri societas, et affertur ratio n. 167.
168. Distinguitur tamen, si vir bonus, tum cum contraxit cum homine malo societatem, sciebat, eum malum esse, tenetur stare societati; secus si ignorabat.
169. Amplia distinctionem in homine rixoso, negligente, prodigo, seu dissipatore.
170. Cum potentioribus contrahitur societas, sed non sine periculo.
171. Societas cum inaequalibus semper fuit damnosa.
172. Cum Principibus recte contrahitur societas.
173. Inter Principem, et commilitonem super praeda hostili societas initur.
174. Cum tyranno nulla debet esse societas.
175. Nulla esse debet societas christiano cum infideli, et judaeo atque haeretico et indignum hoc reputat *Gonsal.* et n. 176. et 177.
178. Contrarium nihilominus carius est, atque in foro receptius.
179. Homines diversae professionis possunt contrahere societatem.
180. Nulla cum hostibus; saracenis, aut etiam cum daemone, licite coitur societas, n. 181.
182. Societate contracta cum excommunicato scienter ante societatem declarato, alter socius non potest uti.
183. Quod si excommunicatio supervenit, et tunc alter socius, societatem dissolvit, si potest, secus tenetur conferre in pertinentibus solum ad societatem
184 In re turpi, illicita, inhonesta, et criminosa, non cadit societas, et qui ita coeunt dicuntur socii criminis n. 185.
186 Medicus cum infirmo, advocatus cum cliente, necnon quivis cum carcerato durante infirmitate, lite, et carceratione, non jure contrahunt societatem.
187. Cum milite armatae militiae, non recte contrahitur societas.
188. Inter libertum, et patronum est inutilis contracta societas, et n. 189.
190. Inter spurium et legitimum contrahitur societas, quae si fuerit universalis illegitimus hoc titulo societatis consequitur illam dimidium bonorum paternorum, quem jure haereditario, non haberet, n. 191.
192. Haec tamen conclusio revocatur in dubium.
193. Societas inter duos docentes grammaticam, dialecticam, aliamve scientiam iniri potest, n. 193. et 194.
195. Compatroni in jurepatronatu sunt socii, nec unus alteri praejudicat.
196. Canonici ecclesiae collegiatae sunt concocii, et quare n. 197.
198 Litis consortes, quoad communes sumptus sunt quasi socii
199. Eadem impropria societas est inter dominum, et colonum partiarium.
200. Item inter proprietarium, et usufructuarium.
201. Item in relictis cohaeredibus, collegatariis, seu condonatariis.
202. Item in donatione largitis a Principe.
203. Item in operam suam locantibus, et in institoriam exercentibus.
204. Argentarii verum possunt inire societatem.
205. Amplia in proxenetis.
206. Amplia in impuberibus, in rusticis rebus.
207. Cum haerede putativo non rite contrahitur, seu renovatur societas.
208 Quod si socius cum haerede putativo res sociales diviserit, ille a vero socio molestari non potest, et n. 209.
210. Plures esse possunt ejusdem unius negotii, socii, atque horum singulos posse diversas societates contrahere, non dubitatur.

In superiore parte prima, quam proemii loco praemittere
existimavi, de pluribus societatibus propriis, atque impro-
priis, licitis, atque illicitis, earumque sufficienti cogni-
tione disserui; tres, quae reliquae sunt hujus tractatus
partes ad intimius naturam societatis cognoscendam perti-
nent; easdem propterea trifariam divido cum Gajo, mihi
1 hac in re duce, atque ajente = *Omne jus, quo utimur,*
vel ad personas pertinet, vel ad res, vel ad actiones =
in leg. 1. *ff. de statu homin.* Summa igitur hujus secun-
dae partis, circa personas societatem contrahere jure va-
lentes, et quomodo, quibusque modis versabitur; tertia
vero pars res, atque contractus, in quibus frequentior cadit
2 societas spectabit; quarta demum pars, actiones, seu multi-
plices modos, quibus societas probatur, excluditur, atque
dissolvitur, cum suis effectibus, qui exinde proficiscuntur,
respiciet: non omne me punctum laturum contendo, sed si
3 non dulce, utile saltem, futurum spero.
Omnes hunc possunt inire societatis contractum, sive
sint patres familias, sive filii familias, sive liberi, sive ser-
4 vi, sive majores, sive minores, etiam pupilli, sunt verba
Hakelman disp. jur. vol. 1. *pars* 3. *disp.* 11. *tit. de man-*
dato, et societate. Generalis nimium haec doctrina est, in-
diget propterea declaratione; omnes plane societatem coire
possunt, qui tamen liberam rerum suarum dispositionem
5 habent *Tholosan. de partit. jur. canonic. lib.* 3. *tit.* 17.
cap. 3. *Bonaccina opera moralia disp.* 3. *quaest.* 6. *punct.*
2. *n.* 1. *tom.* 2. qui similiter habent usum rationis *Schra-*
6 *der. de contractib. tit.* 26. *de societ. n.* 29., ita ut con-
sentire possint *Azon. in summa in lib.* 4. *cod. n.* 3. *tit.*
pro socio. Ergo mutus, et surdus a natura per se societa-
7 tem contrahere non potest *Felic. de societ. cap.* 7. *n.* 2.
hodie tamen, quia inest scientia, vel ars erudiendi mutos,
et surdos a natura, quae efficit, ut iidem rudimenta fidei,
literarum, rerumque omnium vocabula, et pondus intelli-
gant, non dubitarem, quin surdus, et mutus a natura teli-
ter eruditus, qui in eisdem terminis testamentum facere
potest, ex *Vinn. in* §. *item surdus instit. quib. non est*
8 *permiss. fac. testam.* Societatem quoque coire possit, du-
cto argumento ab identitate rationis *leg. illud* 32. *ff. ad*
leg. aquil.
Ne mireris lector, si artem restituendi loquelam mutis,
et surdis a natura, necnon eis facilem reddendi rerum om-
nium sacrarum, et profanarum intelligentiam, repertam,
et hodie ad summum gradum redactam tibi propono; ete-
nim ars hujuscemodi in Hispania primum coepit anno 1583.,
frigescere postea visa est; at sub hujus nostri saeculi quo-
que versus gloriosi, initium, vires suas resumpsit, et no-
vissime Parisiis studio, ac diligentia D. Abatis dell' Epee
viri ingenio praestantis, numeris, ut ajunt omnibus absol-
vi obtinuit; methodus namque per eum tradita, in pluribus
Europae nationibus cum plausu, et progressu recepta est;
Gallias novissime peragravit D. Paschalis de Petro in Ro-
mana Curia advocatus, mihi familiaritate conjunctus, qui
mirabiles progressus dictae artis Parisiis audiens, et postea
videns, amore illius captus est, et in urbem Romam re-
versus, eo D. Thomam Silvestri virum ingenii fervidum,
aere suo ad hanc addiscendam artem ablegavit, qui circa
eam plene eruditus, superiore anno ad Urbem revertit, in
qua nunc dicti advocati de Petro sumptibus, in aede sua
mutos, et surdos a natura perutiliter docet, et non incu-
riosum praebet intuentibus (de visu loquor) spectaculum. 9
Imo a civitate Neapolis, et Melitae, plures huc hujusmodi
addiscendi causa artem confluunt, et quasi diuturnam si-
tim explere cupientes, avidissime arripiunt. Si plura hac
de re scire desideras, consule diarium literarium Florenti-
num anno 1784. Pisis editum *artic.* 4. *pag.* 176.
Magisque furiosus, et mentecaptus, non solum contrahe-
re non possunt societatem, ex *Schrader. de contractib. d.* 10
tit. 26. *de societ. n.* 29. Sed si ante furorem, aut mentis
alienationem eam contraxerint, poterit illorum curator
eamdem societatem distrahere, prout et sociis idipsum lice-
re vice mutua permittitur, quemadmodum resecatis ambа-
gibus, Imperator sancivit Justinianus *in leg. fin. c. pro*
socio, ibi » Sancimus, veterum dubitatione semota, licen-
» tiam habere furiosi curatorem dissolvere, si maluerit so-
» cietatem furiosi, et sociis licere ei renunciare ». Additis 11
Carpan. ad stat. Mediolan. cap. 483. *n.* 9. *tom.* 2. *Man-*
tica de tacit., et ambig. lib. 6. *tit.* 24. *n.* 7., et consequen-
ter nec ebrius societatem jure contrahit ebrietate durante,
nam furioso est proximus, nisi forte fuerit vino simpliciter 12
exhilaratus *Felic. de societ. cap.* 7. *n.* 8.
Infans pari modo, et qui est infantiae proximus, quia
non multum a furioso distat, cum hujusmodi aetatis pu-
pilli nullum habeant intellectum, prout totidem ait verbis 13
Justinianus *in* §. *pupillus instit. de inutil. stipulat.*, *Rot.*
dec. 118. *n.* 10. *cor. Benincasa*, et *dec.* 212. *n.* 1. *part.* 18.

14 tom. 1. rec. Non poterit ex eadem ratione societatem con-
trahere, praecipue si tutoris non accedat consensus, atque,
auctoritas l. ut in conductionibus 33. ff. pro socio, Roman.
cons. 413. n. 14. Alexand. cons. 49. sub n. 1. lib. 1. Rot.
dec. 421. num. 1. cor. Coccin. Ergo si tutoris intervenerit
auctoritas, vel multo magis, si per infantem societatem con-
trahi, aut continuari, aut renovari, testator mandaverit,
nam quia tali casu magis erit voluntas testatoris, quam in-
15 fautis, argumento textus in §. 1. instit. de pupill. substit.
talis jure stabit societas per infantem jussu testatoris ini-
16 ta, ad text. in leg. qui negotiationem 59. in princ. ff. de
administr. tut. Ansald. de commerc. et mercat. disc. 52.
n. 19., Rota in dec. 212. num. 1. et seq. part. 18. tom. 1.
recent., et dec. 61. n. 9. et 10. tom. 7. in nuperrim.

Idem fere in pupillo juris est, ut sine tutoris auctorita-
17 te, societatem nulliter contrahat, ad text. in leg. ut in
conductionibus 33. ff. pro socio, ibi » Et ideo societate si-
» ne tutoris auctoritate coita, pupillus non tenetur; atta-
18 » men communiter gesto negotio, tenetur » concordant Al-
ciat. de praesumpt. regul. 1. praesumpt. 25. n. 2. Decinn
resp. 36. n. 16. 17. vol. 1. Schrader. de contract. tit. 26.
de societ. n. 30. Alderis. de symbolic. contract. tit. 3. cap.
7. n. 34. 36. cum seq. Mantica de tacit. et ambig. lib. 6.
tit. 13. n. 5., Cacheran. dec. 150. num. 2. Capon. discept.
for. 394. n. 16. tom. 5. Carpan. ad statut. mediol. cap. 483.
n. 3. et 4. qualiscumque sit societas, vel expressa, vel etiam
19 tacita Decinn. respons. 78. n. 2. vol. 4. Ancharan. cons.
103. n. 2. Crott. cons. 15. n. 4. tom. 1. Surd. cons. 9. n. 2.
tom. 1. Cacheran. dec. 150. num. 5. Hodiern. controv. for.
cap. 22. n. 7. Mantica de tacit. et ambig. lib. 6. tit. 26. n.
5. in fin. Rota dec. 345. num. 11. et 12. cor. Celso, et dec.
451. n. 16. tom. 6. in nuperrim. postrema illa tamen supra
recitati textus verba = Attamen communiter gesto negotio
tenetur = indicant, quod si nulliter initio sit contracta cum
20 pupillo societas, et res male cedat, ipse indemnis abeat; at
vero, si utiliter, aequum est, ut pupillus non fiat cum
jactura alterius locupletior, sed expletae societatis commo-
da, una cum incommodis, debitis nempe aliisque sumpti-
bus supputatis, pro virili sua tantum parte recipiat, juxta
21 expositionem Fabri in d. leg. ut in conductionibus ff.
pro socio.

Dixi remoto tutore, nec tacite iniri posse cum pupillo
22 societatem; implicat enim tacitam dari posse societatem
cum interventu tutoris, Felic. de societ. cap. 4. n. 18. et
22. nam si necessarius est tutoris approbantis, seu aucto-
rantis interventus, necessario etiam expressa habebitur so-
23 cietas, et de tacita, inutilis erit dubitatio, quin haec ex-
plosa omnino dicatur; imo vero, eo quidem usque doctores
processerunt, ut neutram, expressam nempe, atque tacitam
cum pupillo societatem contrahi posse affirmaverint, ut pe-
24 nes Ancharan. cons. 103. n. 2. Crott. cons. 15. n. 4. tom.
1. Montan. de tutor., et curat. cap. 30. n. 135. Faber. de
jurisprud. tit. 12. de tutel., illat. 47. in fin., eoque am-
plius, ut ne judex quidem ipse, solus possit auctorare so-
25 cietatem cum pupillo contractam, ut per eumdem Fabrum
in leg. haeres socii 40. ff. pro socio. Verum hi doctores in-
telligendi sunt de societate universali, in qua sicuti omnia
26 bona sine traditione etiam conferuntur leg. 1. et 2. ff. pro
socio, in hac collatione, quaedam intervenit bonorum di-
stractio pupillis interdicta, ita ut judex una, tutorque in-
tervenire debeant, veluti advertit Faber loco proxime cit.
27 eique plaudunt Gratian. discept. for. cap. 360. n. 3. cum
seq. Contri discept. for. caus. 25. n. 4. et 5., et quod di-
cebatur, non posse tutorem auctoritatem suam tacite prae-
stare, a vero longe abest, quando tutor procedit per actum
28 facti, veluti probat Mantica de tacit. lib. 6. tit. 13. n. 7.
8. et 18.

Stat ergo conclusio, ut pupillus possit societatem contra-
29 here, tam expresse, tutore tamen auctorante, Rota dec.
345. n. 11. et 12. cor. Celso, quam etiam tacita, et sine
tutore, in duobus tamen casibus; alter est, si utilis sit pu-
30 pillo societas, ut per Lamberteng. de contract. gloss. 1.
verbo in alienationibus n. 21. 22. cum duob. seq. Mantica
de tacit., et ambig. lib. 6. tit. 13. n. 4. Surd. dec. 49. n.
1. Rota post Posth. de manutent. dec. 195. n. 8., et in
nuperr. tom. 7. dec. 61. n. 12., ubi quod in utilibus lex ipsa
supplet pupillorum consensum; alter vero est, si pupillus
major factus societatem ab se in pupillari aetate contractam,
ratificet Alexand. cons. 48. n. 1. et 9. lib. 1. Crott. cons. 31
15. n. 5. 8. et 9. tom. 1. Schrader. de contract. tit. 26.
de societ. n. 30. Montan. de tutor., et curat. cap. 30. n.
137. Carpan. ad statut. Mediolan. cap. 483. n. 3 et 4. to.
2. Rot. in dec. 61. n. 8. to. 7. in nuper. Videtur tamen in 32
hac ratificatione inesse claudicationem, ut ait Tartaglia de
reservat. statutar. art. 59. n. 134. nam pupillus major fa-
ctus jugiter lucrosam, non damnosam ratificabit societatem
Cephal. consil. 483. n. 21. tom. 4. Crott. cons. 15. n. 5. 33
8. et 9. tom. 1. id quod esset contra naturam cujuscunque
contractus, etiam societatis, correspectivi, et ultro, citroque
obligatorii Tartaglia de reservat. statutar. art. 59. n. 1. 34
Debilis tamen objectio, quia qui cum pupillo societatem
coivit, scivit, ac scire debuit, se contrahere cum pupillo
multipliciter privilegiato, sibi proinde imputare potius de-
bet, si sciens, prudens cum pupillo sine solemnitate con- 35
traxit, optime Capon. discept. for. 494. n. 23. tom. 5. Rot.
in dec. 61. n. 14. tom. 7. in nuper. quod si ex praecepto
testatoris, societatem pupillus coivit, seu continuavit, non
est de solemniis praeterea quaerendum Schrader. de con- 36
tract. tit. 26. de societate n. 3. Ansald. de commerc., et
mercat. disc. 52. n. 19. Rota in dec. 2. num. 19. cor. An-
sald. in appendic. tom. 8. quae conclusio firma persistit, li-
cet testator rogando, seu consulendo, non praecipiendo so-
cietatem iniri, vel continuari exoptaverit, nam testator ro-
gando etiam, atque consulendo, praecipit Rota in dec. 320. 37
n. 4. 5. et seq. part. 13., et dec. 212. n. 5. 6. et 7. part.
18. tom. 1. rec. Quod si verba testatoris deprecatoria ver-
sarentur circa perpetuam societatis continuationem, non es-
sent obligatoria, tamquam contra naturam societatis oppo-
sita Rota in Romana quintae partis negotii serici super
negotio principali 20. aprilis 1742. §. 7. cor. bon. mem.
de Vais.

An non vero societas inter pupillum, et tutorem consi-
stat, postremo quaeritur? Negativa est communis opinio,
sive de ineunda, sive de continuanda societate agitur; nam 38
vera societas requirit mutuam bonorum socialium collatio-
nem, repugnat autem, tutorem administrantem sibi posse
ipsi communicare Capon. discept. for. 361. n. 21. tom. 5. 39
Aliam potiorem dat rationem textus in leg. 1. ff. de au-
ctorit. tut. ibi = Regula est juris civilis in rem suam tuto-
rem, auctorem fieri non posse = Nihil sane minus tutor a- 40
geret contrahendo societatem cum suo pupillo, quam aucto-
ritatem in rem suam interponeret, et hanc esse conclusio-
nem communiter receptam, testantur Cephal. cons. 483. 41
n. 16. tom. 4. Mantica de tacit., et ambig. lib. 6. tit. 13.
n. 9. cum seq. Hodiern. contr. for. cap. 22. n. 47. Mon-
tan. de tutor. et curat. cap. 30. n. 136. Gratian. discept.
for. cap. 360. n. 1. et 2. Carol. Ant. de Luca ad eamdem
Gratian. d. cap. 360. n. 11. Hisce tamen non obstantibus
spernendi minime sunt alii doctores non pauci, societa-
tem inter pupillum, et tutorem posse sustineri, si tutor in
manifesta bonae fide versetur, si publice, atque palam rem
agat, si solita illius societatis negotia gerat, si ad commo- 42
dum pupilli utiliter incumbat, atque infantiam denique
pupillus excesserit, ita latissime Surd. cons. 9. n. 5. 6. et
39. tom. 1. Hodiern. controv. for. cap. 22. n. 9. Felic. de
societ. cap. 4. n. 3 et 4. Gratian. discept. for. cap. 360.
n. 17. ibique Carol. Ant. de Luca n. n. 10. usq. ad fin.,
quia tutor potest, et tutoris, et socii geminare personam 43
Magon. dec. flor. 1. n. 43.

Par fere cum illa pupillorum, altera minorum, hac in
re, conditio est, ut minor videlicet, sine tutoris, vel cura-
toris auctoritate nequeat valide societatem contrahere, ad 44
text. in leg. ut in conductionibus 33. ff. pro socio, ibi = Et
ideo societate sine tutoris auctoritate coita, pupillus
non tenetur =. Pupillus enim, et minor, quandoque prout
hic, promiscue usurpentur ad text. in §. nunc admonendi 45
sumus instit. quib. alien. licet, vel non ubi Cujacius ver-
bo minor dederit tom. 1. col. 91. lit. B. maxime si minor
appareat ex eo contractu deceptus, seu circumscriptus. leg. 46
in causae cognitione 17. §. 1. ff. de min. ibi » Si minor
» circumscriptus societatem coierit etc. nullam esse societa-
» tem, nec inter majores quidem » quem textum exornat
Capon. de pact. et stipulat. quaest. 19. n. 16. Sed tanta 47
deceptio in minore non est necessaria, quia deceptio, seu
circumscriptio non assolet sine dolo esse, ita ut societas ta-
liter contracta, ne majores quidem annis obstringat, ex di- 48

cti *textus* verbis postremo recitatis ibi = *nec inter majo-*
res quidem =, idque confirmatur in *leg. ea vero 3. in fin.*
ff. pro socio, ibi » Societas, si dolo malo, aut fraudandi
49 » causa coita sit, ipso jure nullius momenti est ».

Minor ergo non potest valide societatem contrahere sine
tutoris, seu curatoris interventu, si eum habet, uti supra
vidimus, atque plaudent *Carpan. ad statut. Mediol. cap.*
50 483. *n.* 4. *Felic. de societ. cap.* 5. *n.* 1. *Bonaccina opera*
moralia disp. 3. *qu.* 6. *punct.* 2. *n.* 5. *Castropalao eod.*
tract. disput. 8. *punct.* 9. *n.* 3. *tit. de justitia commutati-*
va tom. 6. Tutoris tamen, seu curatoris intervenientis con-
51 sensus, etiam tacitus redundat *Tartaglie de reservat. sta-*
tutar. artic. 59. *n.* 124. *Gratian. discept. for. cap.* 360
n. 4. *Mans. consult. for.* 439. *n.* 36. *et* 37. *tom* 5. *Caso-*
reg. de commerc. disc. 145. *n.* 28., aut si tutorem, vel
curatorem non habeat, atque vigeat statutum, idem minor
nequit sine illius solemnitatibus eamdem coire societatem
52 *Capon. discept. for.* 124. *n.* 6. *tom.* 2. *Constantin. vot.*
321 *n.* 10. *tom.* 2. *Casareg. de commerc. disc.* 145. *num.*
22., et *disc.* 181. *n.* 15. *Rota in dec.* 592. *num.* 9. *et* 10.
part. 4. *tom.* 3. *rec.*, et ideo minor habet adversus alterum
socium, quocum minus utiliter societatem contraxit, in in-
tegrum restitutionem, ad *textem in leg. ait praetor. 7. ff*
53 *de minor.* ibi » Proinde et si (minor) emit aliquid, si ven-
» didit, si societatem coiit etc. et, captus est, ei succurre-
» tur » comprobant *Odd. de restit. in integr. part.* 2. *qu.*
56. *artic.* 4. *n.* 16. *Contri discept. for. caus.* 25. *n.* 5. *in*
fin. Jov. de contract. min. gloss. 25. ₰. 13. *n.* 163., et
hanc in integrum restitutionem ex minorili aetate, minor
54 solus, volens potest opponere, non alter utique socius *Gra-*
tian discept. for. cap. 714. *n.* 12. *Capon. discept. for.*
394. *n.* 24. *tom.* 5. *Ciroco. discept.* 65. *n.* 13 *Tartaglie*
de reservat. statutar. art. 59. *n.* 134. *vers. in contrarium*
Rota dec. 351. *n.* 20. *tom.* 6. *in nuperr.* *et dec.* 31. *n.* 6.
cor. Crescent. Jun. Quod si minor, facto majore, societa-
55 tem ratam habuerit, cessat omnis querela *Gratian. discept.*
for. cap. 714. *num.* 10. *ad plur. seq. Mans. consult. for.*
439. *n.* 7. *et* 8. *tom.* 5. *Ciroce. discept. for.* 65. *num.* 15.
Rota dec. 351. *n.* 17. *et* 18. *tom.* 6., *et decis.* 61. *n.* 12.
tom. 7. *in nuperrim.* praecipue si ratificatio non fuerit ver-
balis, aut instrumentalis, in qua scientia nullitatis requi-
ritur in ratificante, sed fuerit puri facti positivi, ut per
56 *Rotam in decis.* 2. *n.* 33. *et* 34. *cor. Ansald. tom.* 8. *in*
appendice. Cessat pariter querela, si minor fuerit industrius
necnon mercator sagax, et propria, alienaque negotia uti-
57 liter gerat *Tartaglia de reservat. statutor. artic.* 59. *n.*
135. *Alderis. de symbolic. contract. tit.* 3. *cap.* 7. *n.* 52.
Mans. consult for. 439. *n.* 32. *tom.* 5. *Casareg. de com-*
merc. disc. 181. *n.* 16. maxime si minor, uti mercator fue-
rit in albo descriptus, et matricula munitus, *Felic. de so-*
58 *ciet. cap.* 5. *n.* 6. *ad* 10. *Rota in decis.* 350. *num.* 12. *cor.*
Dunoz. jun. Quemadmodum etiam, omnis cessat querela,
si minor ex testatoris praecepta, societatem, vel inierit, vel
59 continuaverit, *Mans. consult. for.* 439. *n.* 31., *et consult.*
441. *n.* 4. *tom.* 5. *Michalor. de fratrib. par.* 2. *cap.* 15.
ex *n.* 39. *et cap.* 42. *n.* 43., *et cap.* 43. *n.* 1. *et seq. Rota*
in decis. 1. *n.* 19. *cor. Ansald. in append. tom.* 8., *et*
dec. 351. *n.* 19. *tom.* 6. *in nuperrim.*

Cum filiofamilias iniri posse societatem, nulla dubitatio
est, generaliter ita docet *text. in leg. filiusfamilias* 38. *ff.*
de act. et oblig. ibi » Filiusfamilias ex omnibus causis tam-
» quam paterfamilias obligatur, et ob id agi cum eo tam-
60 » quam cum patrefamilias potest » ex omnibus causis, ait
textus, ergo ex causa etiam societatis, veluti bene arguit
61 *Hakelman. disput. jur. vol.* 1. *part.* 3. *disput.* 11. *tit. de*
mandato, et societate. Scire ad hoc tamen interest, an jus-
su, vel injussu patris sit societas cum filiofamilias coita; si
jussu quidem patris, cum patre ipso contracta esse videtur
societas, ejusque patris persona spectanda unice est, directa
62 in eum pro socio actione, nam filius forte industrius, ad-
ministratoris dumtaxat loco erit, ad *text. in leg. fin. ff. pro*
socio, ibi » Quoties jussu alicujus, vel cum filio ejus, vel
» cum extraneo societas coitur, directo cum illius persona
» agi posse, cujus persona in contrahenda societate specta-
63 » ta sit » non enim socius cum filiofamilias contraxisset,
nisi jussum, seu personam patris spectasset, ita ut socii vo-
luntas talis existimetur, quasi cum patre ipso societatem
contraxisset, atque hinc non filiifamilias morte, sed patris

tantum solvitur societas; actio similiter in patrem, non in
filium, nisi quatenus administravit, et ideo rationem red-
dat, dirigitur, ita pereleganter recitatum exponit textum, 64
Faber. in d. leg. fin. ff. pro socio. Addito *Decian. resp.*
11. *n.* 2. *vol.* 1.

Sin autem quis cum filiosfamilias injussu patris societa-
tem contraxit, et hoc posteriore casu, duae nascuntur actio-
nes, altera directa, et pro solido in filiumfamilias verum
socium, et altera in patrem de peculio filii, si quod habet 65
leg. si id quod 18. ₰. *si filiusfamilias ff. pro socio Connon.*
comment. jur. civ. lib. 7. *cap.* 13. *n.* 14. quod si filiusfa-
milias durante societate adrogetur ab avo, vel emancipetur,
aliove modo sui juris fiat, eadem quidem, et una ipsa exi-
stimabitur societas etiam post adrogationem, seu emancipa- 66
tionem, quia in his spectatur initium; actio tamen in pa-
trem de peculio datur usque ad tempus emancipationis, in
filium vero directa, pro tempore, tum quod emancipationi
praecessit, tum quod illam subsecutum fuit, *ad text. in d.* 67
leg. si quod 58. ₰. *si filiusfamilias ff. pro socio*, ibi » si
» filiusfamilias societatem coierit, deinde emancipatus a
» patre fuerit, apud Julianum quaeritur, an eadem socie-
» tas duret, an vero alia sit, si forte post emancipationem
» in societatem duratum sit; Julianus scripsit lib. 14. di-
» gestorum, camdem societatem durare; initium enim in 68
» his contractibus inspiciendum. Duabus autem actionibus
» agendum esse, una adversus patrem, altera adversus fi-
» lium cum patre de eo, cujus dies ante emancipationem
» gessit, nam ejus temporis, quo post emancipationem so-
» cietas duravit, nihil praestare patrem oportet, cum filio
» autem de utroque tempore, idest de tota societate; nam
» et siquid, inquit, socius filii, post emancipationem filii
» dolo fecerit, ejus, non patri, sed filio actio danda est »
et de filio adrogato est pariter *textus in leg. actione* 66. ₰. 69
morte ff. pro socio, et cum his juribus concordant *Faber.*
in eadem leg. 58. ₰. *si filiusfamilias ff. pro socio Conan.*
comment. jur. civ. lib. 7. *cap.* 13. *n.* 14. *Decian. respons.*
11. *n.* 6. *vol.* 1. *Gratian. discept. for. c.* 273. *n.* 36. *et*
37. *tom.* 2.

Eleganter etiam quaeritur, an filius cum inimico capita-
li patris contrahens societatem, exhaeredari ab eo possit?
Distinguitur; aut filius inimicitiarum, et contumeliae in
patrem se socium, et coadjutorem praebuit, et hoc priore
casu, exhaeredari potest, nam comprehenderetur factum
sub illa secunda, justaque exhaeredationis causa indicta in 70
novella 115. *tit. cum de appellat. retract., et relat. judic.*
ibi = *Si gravem, et indignam contumeliam illis detule-*
rit = Sin autem cum inimico patris societatem filius coivit,
quia suum negotium gerere simpliciter existimavit, et hoc
posteriore casu in dicta *novell.* 115. minime comprehenso,
quaevis exhaeredationis causa abesse videtur, ita subtiliter,
et recte proposuit, resolvitque dubium *Paul. Berens. Ham-* 71
burgh. dissert. Accademic. lib. 3. *disp.* 12. *quaest.* 3. ibi
» An filius societatem contrahens cum capitali inimico pa-
» tris, idcirco, legitimam incurrat exhaeredationis causam?
» Nego, nisi se inimicitiarum, et contumeliae socium, prae-
» beat » ubi *in adnotation.* hujusmodi definitio, multa 72
eruditione vindicatur.

Est regula generalis, ut inter patrem, et filium simul ha-
bitantes, et uti fieri assolet, operam, atque industriam
conferentes, non censeatur coita societas, ut bene *Simon.* 73
de praet. cons. 137. *n.* 53. *centur.* 2. *Faber. de error. prag-*
matic. part. 2. *decad.* 41. *error.* 8. *n.* 16. Nam inter pa-
trem, et filium in sacris ejus positum, civilis non consistit
obligatio, *leg. Frater. a fratre* 38. *ff. de condict. indebit.* 74
atque bellissima ratio est, quam Justinianus tradit *in* ₰. *si*
quis alii in fin. instit. de inutil. stipulat. ibi » Ei vero, qui
» juri tuo subjectus est, si stipulatus sis, tibi acquiris, quia
» vox tua, tamquam filii intelligitur in his rebus, quae
» tibi acquiri possunt ». Societatem itaque pater cum filio 75
ejus contrahens, perinde habetur quasi eam cum se ipso
contraxisset: societatem vero in duabus, et pluribus quoque
personis consistere posse, nulla dubitatio est ex *Petr. de* 76
Ubald. de duob. fratrib. part. 10. *n.* 3., quod in una, ea-
demque persona consistere societas possit, id contra natu-
ram ejusdem societatis esse dixit *Minsinger. lib.* 3. *tit.* 26. 77
n. 2. *instit. de societ. Rota decis.* 562. *n.* 3. *cor. Crispo*,
et quod inter patrem, et filium, unam efficientes numerum
juris personam non consistat societas tradunt *Mantica de* 78

tacit. et ambig. lib. 6. tit. 12. n. 1. Faber de error. prag-
matic. tom. 2. decad. 41. error. 8. n. 16. Panimoll. dec.
152. n. 23. cum seq. tom. 3. Frauch. Ant. Bonfin. decis.
florentin. 55. n. 11. Urceol. de transact. quaest. 17. n. 31.
His nihilo tamen obstantibus, si peculium filius habeat
adventitium, vel castreuse, vel quasi castrense, indubium
erit, contrahi inter patrem, et filium societatem jure posse,
79 Corn. cons. 272. n. 5. vol. 1. Mantica de tacit., et ambig.
lib. 6. tit. 14. n. 26. Carpan. ad stat. Mediol. cap. 483. n.
7. tom. 2. Felic. de societ. cap. 6. n. 2.. Sabell. in summa
verbo societas n. 16. Bonaccina opera moralia disput. 3.
quaest. 6. punct. 2. n. 2. tom. 2. eam filiusfamilias in his
80 pro patrefamilias habetur. ad textum in leg. usque a. ad
senat. consult. macedon. Vinn. ad §. igitur liberi sub n.
1. instit. per quas personas cuiq. acquir. Felic. de societ.
d. cap 6. n. 2. quod si filiusfamilias fuerit emancipatus, mi-
nus erit dubitatio quominus societatem contrahere cum pa-
tre jure valeat Felic. de societ. d. cap 6. n. 43. et 44. illa
81 aurea ratione per Ulpianum tradita in leg. 1. ff. si a pa-
rente quis manumiss. sit. ibi = Quia parente beneficium
habuit bonorum quaerendorum =.
At vero ad filium familias sacro nexu illigatum, revertor,
mihique videtur in profectitiis quoque bonis, societatem
inter patrem, et filium posse consistere, et filiusfamilias de
quaestu participare, idque fieri potest, si protestetur ita
82 pater, qui juri suo privato renunciare utique valet. ad text.
in leg. siquis in conscribundo 29. c. de pact., et in cap. ad
apostolicam 16. de regularib. Nec temere id fieri posse vi-
detur, nam quandoque pretiosa est filii industria, et pro-
pterea industrius allicitur filius ad uberiorem quaestum,
patri hoc, jure permittitur, quemadmodum in subjecta so-
83 cietatis quaestione tuentur allegati per Castropalao opera
moralia disput. 8. punct. 9. n. 2. tom. 6. et rationem habet
conclusio, nam secus, quae filius familias sudore vultus sui
tanto, augendo peculium patris quaesivit, vel in extraneos
84 perventura, vel fratribus quandoque inertibus collatura
conspiceret; unde fieret, ut quod eidem filiofamilias suis la-
boribus accederet, hoc in alium perveniens, luctuosum ei
85 procederet, ut ait Justinianus in §. igitur in fin. instit.,
per quas personas cuiq. acquir. Addita leg. oportet. 6. c.
de bon. quae liber. Id quod obtinet plane locum, quamvis
filiusfamilias praeter industriam nihil amplius habeat quid-
86 quam, nihilque in societatem conferat = Cum plerumque
pauperior opera suppleat quantum ei per comparationem
patrimonii deest = sunt verba textus in leg. societas 5. ff.
87 pro socio, et in hac ponderant quaestionem Bonaccina opera
moralia disputat. 3. quaest. 6. punct. 2. n. 4. Urceol. de
transact. quaest. 17. n. 70. Calcagnin. de Trebullianica
observat. 7. n. 45. et 47.
De mulieribus modo videamus, an et ipsae valeant so-
88 cietatem contrahere? Generaliter affirmat Felic. de societ.
cap. 3. n. 4. Distinguendae tamen sunt societates, at si mu-
lieres rusticae sint, quae ligone, aliisque modis quotidie
laborant, nullum sit de valida societate dubium, citra quo-
89 que solemnitatum municipalium requisita, et per Bald. in
leg. rei judicatae §. socero, n. 2. ff soluto matrim. Imo-
la ibid. n. 3. ff. eod. tit. Petr de Ubald. de duob. fratrib.
part. 3. n. 37. Mantica de tacit, et ambig. lib. 6. tit. 12.
n. 2. et 3. Michalor. de fratrib. part. 2. cap. 35. n. 61.
Panimoll. dec. 152. n. 40 tom. 3. quod si agatur de uni-
versali omnium bonorum societate, vel alia simili, in qua
dominium rerum suarum per mulierem transfertur, tunc
statutariae solemnitates erunt necessariae ad societatis va-
90 liditatem, quia bona conferuntur, et ideo possunt decipi
Lambertengh. de contract. gloss. 1. n. 21. Ansald. de
commerc.. et mercat. disc. 49. n. 27. Ribell. de contract.
mulier. cap. 3. §. 2. n. 56. et 57. Card. de Luca de cre-
dit. disc. 75. n. 4. Tartaglia de reservat. statutar. art.
59 num 75. et 120. Rota post Constantin. ad stat. urb
dec. 144. n. 6. et decis. 145. n. 18. tom. 3.. et in rec. part.
91 18. tom. 2. dec. 805. n. 6. et in superrim. decis. 77 n. 1.
Quod ipsum intelligitur de societate per mulierem contra-
cta super aliqua negotiatione, ut solemnitates requirantur
Rota in dec. 805. n. 6. ad seq. part. 18. tom. 2. rec. Et
quod pariter sine solemnitatibus nequeat mulier contrahe-
re societatem vitae, et victus, statuit Rota in dec. 467. n.
92 2. cor. Buratto. Quod si agatur de societate per mulierem
personaliter exercenda, puta de argentaria, non recipitur
etiam cum solemnitatibus ad textum in leg. Foeminae 12.
ff. de eden. ibi = Foeminae remotae ab officio argentarii,
cum ea opera virilis sit = et cohaerenter ad hunc textum
notant Carpan. ad stat. Mediolan. cap. 483. n. 10. Tar- 93
taglia de reservat. statutar. artic. 59. n. 76. ubi quod
ab hac prohibitione facile potest dispensari, additur Jur. 94
de contract. min. gloss. 16. §. 7. n. 251.
Verum tamen est, quod si societas per mulierem sine
solemnitatibus statutariis etiam contracta, sit eidem utilis,
rata habenda sit Lambertengh. de contract. gloss. 1. verbo 95
in alienationibus n. 22. Picus ad stat. urb. lib. 1. cap.
151. gloss. 6. n. 79. Tartaglia de reservat. statutar. art.
59. n. 123. quia in utilibus lex ipsa supplet consensum 96
Rota in decis. 61. n. 12. tom. 7. in superrim. ubi quod
si conclusio procedit in minoribus, multo sane fortius in
mulieribus aetate majoribus. Et haec quoad solemnitates in 97
societatibus per mulieres ineundis; quoad vero pertinet so-
cietatis exercitium, mulieres ex consuetudine communiter
recepta in certis negotiationibus domi exerceri praecipue
assuetis, non minus utiliter, quam licite etiam se impli-
cantur, proque rebus mercantilibus emendis, vendendisque
non requiruntur antedictae solemnitates statutariae, quia
id non patitur ratio publici, liberique commercii, ut per
Card. de Luca de credit. disc. 75. n. 5. 6. et 12. Tarta- 98
glia de reservat. statutar. art. 59. n. 135. Omnium vero
maxime si mulier fuerit matriculata, seu in albo mercato- 99
rum descripta Picus ad stat. urb. lib. 1. cap. 151. in addit.
ad gloss 7. n. 291. Tartaglia de reservat. statutar. artic.
59. n. 136. Jov. de contract. min. gloss. 16. §. 7. n. 255.
Quaeri etiam potest, an inter virum, et uxorem con- 100
sistat societas omnium praecipue bonorum, affirmant Be-
nedict. in cap. Raynutius verbo. et uxorem nomine dec.
5. n. 227. ad seq. Giurba ad consuet. Messan. cap. 1.
gloss. 6. part. 1. fere per totum. Magon. dec. florent.
65. n. 1., et per tot. Sabell. in summa verbo societas n.
16. vers. posset tamen, Cassan. in consuet. Burgund.
rubric. 4. §. 2. verbo Femme n 4. Franc Marc. dec Del-
phin. 508. n. 3. part. 1. Tondut. resol. civil. part. 2. cap.
109. n. 1. Panimoll. dec. 152. num. 39. tom. 3. et ibid.
in annot. 1. n. 44. Tartaglia de reservat. statutar. art.
59. n. 74. Hujusque opinionis fundamentum allegati do-
ctores mutuantur a textu in leg. alimenta 16. §. ult. ff. de
alim. et cibar. legat. cujus haec verba sunt = Qui societa-
= tem omnium bonorum suorum cum uxore sua per annos
= amplius 40. habuit, testamento eamdem uxorem, et ne-
= potem ex filio, aequis partibus haeredes reliquit = ubi 101
Gothofredus in verbo societas addit, cum uxore omnes
contractus iniri per virum posse, praeter contractum dona-
tionis. Contrarium, in diversa. hac est, ut non detur inter 102
virum, et uxorem bonorum societas, sustinent Mantica de
tacit. et ambig. lib. 6. tit. 12. n. 4. Giurba decis. sicil.
111. n. 3. Murta decis. pisan. vot. 9. n. 14. 17. et 22.
ubi haec eadem ipsa profert emphatice verba, nempe quod
dicere, quod inter uxorem, et maritum sit inducta societas
omnium bonorum, esset destruere totam jurisprudentiam. 103
Quid propterea in hac opinionum discrepantia erit sta-
tuendum? In cap. 1. superioris primae partis de societate
conjugali plura dixi; sed ibi agitur de societate conjugali
per solum matrimonium ea peculiari regionum consuetudi- 104
ne, et sine alio ministerio hominis inducta. Doctores autem
dissidentes superius proxime allegati disputant solum de
societate tacita inter virum, et uxorem inducenda, et de
societate inter eosdem conjuges expressa, et conventionali,
auctoritate recitati textus comprobata, non dubitant. Equi- 105
dem vero denegare non possum, indecoram esse inter con-
juges societatem, quae vice mutua actiones pro socio prae-
stet. Leges prohibent inter conjuges donationem, ne taliter
maritalis distrahatur affectio, l. 1. ff. de donat. inter vir. 106
et uxor. Et si mutuo affectu se conjuges spoliare donatio-
nibus possunt, id quod jure abhominatur maxime, magis
poterunt per societatem eam non infrequentibus mei, ac tui
dissidiis, in quavis societate, cum universali, tum particu-
lari intervenire assuetis. Mihi propterea placet admodum 107
sacrae Rotae Romanae opinio, ut si forte contingat, conju-
ges ante matrimonium eos inter celebratum, fuisse in ali-
qua societate implicitos, puta in exercitio salsamentariae,
veluti est casus mox legendae decisionis, per subsequens
matrimonium celebratum, transeat societas in illam socie-

108 tatem, quae consortium omnia vitae nuncupatur, ut per
Rotam in decis. 134. *num.* 6., *et* 7. *part.* 16. *recentior.*
Quale sit vero hujus inter conjuges vitae consortium, de-
109 monstratum est supra *part.* 1. *cap.* 1.

Inter fratres pari modo societatem etiam universalem,
etiam generalem, etiam particularem contrahi posse, nulla
penitus dubitatio est; verum quia haec latissima materia
110 est, ideo separatum infra inscribam *cap.* 8. tanta materia
dignam. Interea vero sciendum, fratres posse quidem in-
ter se quamvis societatem inire, non tamen vivente patre,
sub cujus potestate vivunt, nam quaesitorum compendium
111 ad patrem pertineret, prout unanimes tradunt *Roman.*
cons. 472. *n.* 2. *Decius cons.* 670. n. 3. *tom.* 2. *Alexand.*
cons. 138. *n.* 4. *lib.* 5. *Cephal. cons.* 483. *n.* 1. *tom.* 4.
Mantica de tacit., et ambig. lib. 6. *tit.* 12. *n.* 10. Quod
si fratres societatem de castrensibus, seu quasi castrensibus
bonis coierint, non dubito de validitate, atque utilitate
contractus, quia in his filii quoque familias in potestate
112 etiam patris positi, patresfamilias existimantur, veluti su-
perius *n.* 79. *et* 80. Pari ratione inter fratres, et sorores,
113 qui, quaeve sui juris sint, societas quaevis consistit *leg. ex*
diverso 17. *§. item si mulier ff. soluto matrim. Thomat.*
dec. Murcraten. 124. *n.* 1. *tom.* 2. veluti quoque inter pa-
truum, et nepotem *Cephal. cons.* 247. *num.* 1. 2. 4. *et* 13.
114 *tom.* 2. *Mantica de tacit., et ambig. lib.* 6. *tit.* 12. *n.* 12.

Qui societatem contrahit, certam personam sibi eligit,
115 sunt verba, *textus in §. solvitur instit. de societ.* ex quo
licet arguere, non consistere societatem cum incerta perso-
116 na, *Cujac. comment. jur civ. in lib.* 2. *cod. tit.* 3. *de*
pact. ad leg. 15. *tom.* 9. *col.* 95. *lit. A. Seraphin. de pri-*
vil. juram. privil. 57. *n.* 6. *Torr. de pact. et futur. suc-*
cess. lib. 3. *cap.* 10. *n.* 21., et hac ratione subdit Ulpianus,
117 nemo potest societatem haeredi suo sic parare, ut ipse hae-
res socius sit in *in l. nemo* 35. *ff. pro socio*, catenus qui
dem, ut, nec ab initio pacisci possumus. ut haeres etiam
succedat societati *l. adeo.* 60. *ff. eod.* illa semper firma ra-
118 tione, quia incertus est haeres, *leg. sciendum* 70. *ff. de*
verb., et rer. signif. Alia ratio; societas est contractus cor-
119 respectivus, et ultro citroque obligatorius, veluti superius
num. 34. probatum est; potest quidem fieri, ut incerta
120 illa persona dissentiat, seu priori socio sit minus accepta,
sit etiam damnosa, *Grat. cons.* 15. *num.* 34. *lib.* 1. quo in
121 casu nemo invitus cogeretur in societate manere, *l. actione*
66. *§ morte vers. societas ff. pro socio Deciun. resp.* 97.
n. 8. *tom.* 2. *Rota in Firmana communionis, seu pecu-*
niaria 25. *junii* 1759. *§.* 3. *cor. cl. mem. Card. Puracciano.*

Quid cum universitate, vel aliquo corpore, seu collegio,
utrum coiri societas possit? Ratio non suadet, quia sicuti
de natura societatis est. ut eadem per mortem unius ex so-
122 ciis dissolvatur. *leg. societas* 4. *et leg. adeo* 60. *ff. pro so-*
cio. Et ex diverso hujusmodi universitates, corpora, atque
collegia, eadem maneant semper. et non moriantur, argu-
123 mento *l. proponebatur ff. de judic. Gratian. discept. for.*
cap. 721. *n.* 9. *et* 10. *tom.* 4. *Carol. Ant. de Luca ad eamd.*
Gratian. ibid. n. 1. Ita cum his universitatibus, corpori-
124 bus. atque collegiis, societatem contrahi non posse, his
rationibus concludit, *Ansald. de commerc., et mercat.*
disc 81. *n.* 9. 10. *et* 11.; hac de re nonnulla dixi in *cap.* 12.
n. 74. *et* 75., superioris primae partis de societate officii
agens. Et licet contrarium insinuare videatur, *Card. de*
Luca de societ. disc. 6. *n.* 7. Nihilominus doctrinae per
eum allegatae minime respondent; nam *Parisius cons.* 82.
n. 32. *lib.* 1. loquitur de societate contracta cum haeredibus
Ambrosii. quod est quid diversum, veluti declaratur infra
par. 4. *cap.* 8. *n.* 59. *ad plur. seq.* Felicius autem de so-
cietate ibi pariter allegatus *cap.* 32. *n.* 15., in eisdem lo-
quitur terminis, quibus Parisius: est quidem verum, quod
societas vectigalium a pluribus olim per modum collegii
125 coibatur, ut supra *par.* 1. *cap.* 2. *n.* 49. *ad plur. seq.* sed
neque verum societatem vectigalium esse in eo praecipuam
ut per mortem unius non solvatur. sed transeat ad haere-
des ut in eadem *par.* 1. *cap.* 2. *n.* 56. 58. 60. *et* 64.. atque
indistincte etiam ipse subnectit, *Card. de Luca de societ.*
d. disc. 6. *n.* 8.

Praeterea dicitur, et verum est, societatem coiri posse
ad centum annos ut infra *par.* 3. *cap.* 12. *n.* 63. *ad* 77.,
ususfructus collegio, vel municipio legatus ad centum pro-
trahitur annos, *leg. an ususfructus* 62. *ff. de usufr. et*
quemadm. utat., et *leg. si ususfructus* 8. *ff. de usu, et u-*
sufr. legato. et si ante centum annos deleatur municipium
vel extinguatur collegium, quasi morte desinit ususfructus
deberi. *l. si ususfructus* 21. *ff. quib. mod usufr. amitt.*
Donell. comment. jur. civ. lib. 10. *cap.* 17 *sub princ.*
Ergo, et societas cum collegio ad centum coiri potest annos.
Falsa illatio propter reciprocae aequalitatis, et conditionis
defectum, qui inesset, prout colligi facile potest ex d. *par.*
3. *cap.* 12. *n.* 63. *ad* 77. Non tamen dixerim indirecte ex-
cludi ab ineunda societate collegium universitatem, et hu-
jusmodi, ex quo non facile moritur, nam uti poterit aliquo
praeposito, puta accomandatario, qui hanc sine capitali
etiam figuram gerit, atque proprietarius, et dominus acco-
manditae dicitur, ut supra *part.* 1. *cap.* 9. *n.* 26. 35. *et* 56.
atque per ipsius accomandatarii mortem civilem, aut natu-
ralem. societas, seu accomandita solvitur, ut per *Adden.*
ad dec. 23. *n.* 32. *tom.* 1. *cor. Ansaldo*, veluti de institu-
re etiam fertur, supra *part.* 2. *cap.* 11. *n.* 220. *cum seq.*
Quod si de societate impropria sermo sit, puta de commu-
nione bonorum, ad quam pascua, aliaque jura inter duas
communitates, seu universitates, communia referuntur,
alia, atque alia ratio est, nam haec talis communio consistit 126
ut penes *Otter. de pascuis, seu de jure pascen. cap.* 26.
per tot. Alderis. de symbolic. contract. tit. 3. *cap.* 1. *n.*
69. *ad* 73. de *Morin. resol. jur. lib.* 1. *cap.* 319. *num.* 10.
Rota in nullius, seu Forfen divisionis 17. *junii* 1757. *per*
totam cor. Rmo. P D. Olivatio, et in ejus confirmatoria
13. *januarii* 1758. *per totam cor. eodem*, quae nunc pri-
mum collectae, et impressae reperiuntur *sub tom.* 1. *dec.*
59. *et dec.* 84.

Quid praeterea juris in absente, utrum pro eo quis pos-
sit societatem contrahere? Si porro speciale mandatum pro-
curae absentis stipulator habet, nulla superest de legitima
societate inita, dubitatio; quod si mandatum procurae de-
sideratur, eatenus valebit societas, quatenus contractum
absens ratificatione confirmaverit, *Cyriac. contr. foe.* 252. 127
n. 4. *et* 5. *tom.* 2. *Card. de Luca de societ. offic. disc.*
4. et 9. *utrobique n.* 3. *Ansald. de commerc. et mercat.*
disc. 87. *n.* 6. *Rota dec.* 660. *n.* 3. *par.* 1 *diversor.* Rati-
ficatio haec autem, non dubia, non aequivoca esse debet,
sed utique certa, et per eum actum inducta, qui non sit 128
ad aliam causam referibilis, *Ansald. de commerc. et mer-*
cat. disc. 45. *n* 19. *Rota in dec* 879. *n.* 11. *cor. Dunoz.*
jun.. et dec. 708. *n.* 17. *tom.* 3. *par.* 1. *cor. Molin.* Talis
profecto erit, si socius absens, postea videat nomen suum
expendi. ac prudens, sciens taceat, *Ansald. de commerc.*, 129
et mercat. disc 87. *n.* 10. magis vero, si rem deinceps ali-
quam, vel pecuniam in societatem reapse contulerit, vel
fructus ab ea productos receperit *Decius cons.* 58. *n.* 2. *vol.* 130
1. *Constantin. vot* 183. *n.* 1. *et* 2. *tom.* 1. *Rota decis.*
300. *fere per totam cor. Millina.*

Perutilis aeque, ac difficilis quaestio: an clericus jure
possit societatem contrahere? Regula generalis est, negati-
va, quae clerico in sortem domini vocato, quamcumque
prohibet negotiationem ex *can. fornicari* 10. *dist.* 88. 131
ibi » Antequam enim ecclesiasticus quis sit; licet ei nego-
» tiari. facto jam, non licet » unde *in can. negotiatorem*
9. *ead. dist.* 8. ita sancitur = *negotiatorem clericum etc.* 132
quasi quamdam pestem fuge = et *in cap penult. de vita,*
et honest. cleric. Fagnan. in cap. multa fere per tot. lib.
3. *ne cleric, vel monach.* Atque in subjecta societatis quae-
stione, advertunt *Mantica de tacit., et ambig lib.* 6. *tit.* 133
12. *n.* 6. *Carpan. ad statut. mediolan. cap.* 483 *n.* 12. *cum*
seq.. *Ciarlin. contr. for. cap.* 16. *n* 29. atque ita decisum
refert per sacram concilii congregationem. *Monacell. for-* 134
mul. legal. tom. 3. *tit.* 2. *formul.* 8. *n.* 13. *in fin.*, quae
resolutio habetur repetita apud *Ferrar. Biblioth canoni-*
ca civil. verbo clericus artic. 3 *num.* 46., et in hanc de-
scendit sententiam etiam. *Rota in dec.* 908. *n.* 6. *et* 7. *cor.*
Buratto. et in *dec.* 218. *n.* 10. *cor. Priolo, et in Faven-* 135
tina immissionis super resolutis quoad praedium la Torre
di Mirone 5. *maji* 1756. *§.* 9. *cor. bon. mem. Borrull.* et
huic sententiae, adstipulatur maxime constitutio san. mem.
Benedicti XIV. edita die 25. februarii 1741., et relata in 136
ejus *Bullar. tom.* 1. *constit.* 13. quae incipit *Apostolicae*
servitutis, ubi *sub §.* 2. ita sancitur ibi » Decernimus. ac
» pariter declaramus, quod si aliquod negotium ecclesia-

» sticis illicitum personis, licet ab eis minime institutum
» sed a laica persona inchoatum, et ad eosdem clericos,
» sive haereditario jure, aut quocumque alio titulo, sive
» singulariter, sive communiter cum aliis bonis, et aliis
» cohaeredibus, vel sociis laicis existentibus delatum fue-
» rit, vel per se ipsos, eorumque nomine proprio, vel per
137 » alios, aut alieno nomine etiam per suos cohaeredes, aut
» socios prosequuti sint, illud statim dimittere teneantur.
Alii e contra doctores sustinent, clericos posse non illi-
cite societatem contrahere, dummodo per se illam minime
exerceant; sed per laicum, ad hoc, habilem, puta per fra-
138 trem laicum, seu quemlibet alium, ita tenent *Less. de
just. et jur. lib. 2. cap. 21. dubit. 1. tit. de empt., et ven-
dit. num. 6. in fin. Molin. eod. tract. sub tit. de contract.
tract. 2. disput.* 342. *n.* 13. *tom.* 2. Alii vero distinguunt;
aut clericus ex integro per se contrahere societatem inten-
dit, et non licite potest; aut in eamdem societatem incidit,
puta quia ab ejus patre, aliove ipsius auctore haberetur
contracta societas, et cum aliis bonis haereditariis in ejus
139 filium, seu haeredem clericum transmissa, et licite eam pro-
sequi usque ad finem valeat, hujus sententiae sunt *Card.
de Luca de usur. disc.* 42. *n.* 5. *vers. secundo, Casareg.
de commerc. disc.* 145. *n.* 21. *et* 29. *Constantin. vot.* 498.
n. 20. *et* 21. *tom.* 4. Et ratio est, quia hujusmodi societatis
prosecutio, non dicitur omnino voluntaria, sed quodammo-
140 do necessaria, ut clarius per *Rot. in Bononien. pecuniaria,
seu cautelae angeli* 28. *jun.* 1719. § *illorum*, *et* § *quor-
sum in fin. cor. cl. mem. Card. Corio.*
Quid ergo statuendum in hoc opinionum conflictu? Di-
stinguendum ita arbitror; aut agitur de universali societate
a fratribus aliisve contracta, eosque inter reperiatur cleri-
cus, seu sacerdos, qui se non immiscet, sed socialia negotia
suis fratribus, et consociis laicis administranda relinquit,
et hoc priore casu videtur licite pro certo posse societatem
141 a clerico coiri, eumque utilia licite participare, veluti post
Michalor. de fratrib. part. 2. *cap.* 16. *n.* 8. *Constantin.
vot.* 498. *n.* 20. *et* 21. *tom.* 4. novissime decisum fuit per
Rot. in Veliterna divisionis super 5. *dubio* 5. *julii* 1782.
§ 5. *cor. reverendiss. P. D. Riminaldo*, qui sacrae Rotae
Romanae, decani nunc primum ascendit gradum, et dum
haec scribo ad cardinalatus dignitatem, jure, ac merito
evectum, cujus decisionis verba *ex d.* § 5. exscripta, pla-
cet referre, et haec sunt » Nilque obstat, quod Philippus
» tamquam sacerdos particeps esse nequiverit utilium ex
142 » mercatura provenientium; quando quidem ex facto me-
» minisse juvat, jam inde a die 13. augusti 1761. initam
» fuisse Lucam inter, et Philippum fratres societatem uni-
» versalem omnium bonorum, tam in capitalibus, quam in
» fructibus: hac autem universali societate manente, sicut
» Lucas particeps factus fuit a Philippo omnium capita-
» lium, et lucrorum ad eum spectantium, ac praesertim
» rei agrariae, quam Philippus exercuit, ita correspectivi-
» tatis ratio exigebat, ut Philippus quoque particeps fieret
143 » capitalium omnium, et lucrorum, quae Lucas ex pro-
» priis bonis, et praesertim ex negotiatione tabernae mer-
» cium capiebat: quapropter etiamsi Philippus sacerdos es-
» set, cum tamen ipse ad participationem omnium utilium
» admissus fuerit a Luca fratre vigore constitutae commu
» nionis universalis, concedi oportet, Philippum non pro-
» hiberi uti sacerdotem utilia tabernae mercium capere,
» quia ea minime capit ratione mercaturae, aut negotiatio-
» nis, sed quidem ratione constabilitae inter fratres socie-
144 » tatis universalis, quam sacri canones clericis, et praes-
» byteris nequaquam prohibent, ut in proposito distin-
» guit etc.
Neque vera passim est a doctoribus receptum, et in tri-
bunali sacrae Rotae Romanae servatum, ut in universali
societate clerici debeant fructus quoque suorum beneficio-
145 rum, aliorumque ecclesiasticorum redditunm conferre, ut
per *Ciarlin. contr. for. cap.* 16 *n.* 9. *Michalor. de fratrib.
part.* 2. *cap.* 10. *per tot. Rota in dec.* 42. *n.* 5. *tom.* 1.
cor. Caprara, et in Recineten. communionis universalis
23. *junii* 1747. § 11. *cor. bon. mem. Vicecomite.* Spiritus
ergo sacrorum canonum prohibentium clericis societatem,
146 de ea societate particulari (et est altera pars distinctionis)
loquuntur, quam sibi clerici avaritiae impulsu conciliant,
quaeque negotiationem patenter sapit, puta si clericus ad
hoc, oves, boves, aliaque hujus generis animalia emit, ut
in societatem tradat, clerici animus illucet hic manifeste in
negotiationem directus, atque hic est casus a sacra congre-
gatione concilii decisus, et prout jam innui relatus per 147
Monocell. necnon. per *Ferrar. biblioth. canon. et civil.
verbo clericus artic.* 3. *n.* 46. ibi = Dub: » An praedictis
» praesbyteris, et clericis liceat absque negotiationis cleri-
» cis interdictae nota, oves, boves aliaque hujusmodi ani-
» malia emere, eaque locationis, aut societatis titulo con-
» ductori aut socio tradere, ac lucrum ex hujusmodi lo-
» catione, sive societate percipere? » Die 7. septembris
1666. sacra Congregatio concilii censuit = *non licere* = quod 148
si clericus hujusmodi animalia ex haereditate aut ex empto
habeat, ut colere faciat paterna rura, aut etiam bona patri-
monialia, tunc spiritus illicitae negotiationis cessabit ex
rationibus, quos late recenset *Ferror. loc. cit. fere per tot.*
Hoc ergo interest plurimum in hac quaestione, ut avari-
tiae spiritus, et lucrandi animus ex negotiatione a clerico
absit; etenim, eo seorsim posito, vel clare cessante, non so-
lum in societate universali, veluti supra *n.* 144. definitum
est, sed etiam in societate particulari, non ex integro prae-
cipue contracta, sed cum haereditate sibi incidenter trans-
missa, juxta doctrinas supra allegata *sub n.* 139. *et* 140.
Clericum immiscere se, seu melius licite continuare posse
tuto affirmaverim: eaque mihi persuadet ratio, quod si cle-
ricus societatem universalem contrahere licite potest, non
video cur in particulari continuare non possit; in univer-
sali enim societate plus negotiationis, plusque distractionis
profecto reperitur, quam in particulari, repugnat sane na-
turali, et civili rationi, ut quod plus est permittatur, et
quod minus est, denegetur, contra regulam *textus in cap.
cui* 53. *de regul. jur. in* 6. *et in l. non debet* 22. *ff. eod.
tit.*, et quod qualitas sacerdotalis non impediat particularis
etiam societatis contractum. statuit *Rota in Lucana pecu-* 149
niaria 21. *januarii* 1744. § 7. *cor. cl. mem. Card. Bus-
sio*, ubi etiam statuitur, quod quando dicitur, societatem,
aliamque illicitam negotiationem contrahi non posse per
clericum, illamque nullam esse, hoc intelligi in gratiam
ejusdem clerici non autem alterius socii forte debitoris, nam
hic solvere tenetur Rev. Camerae Apostolicae, quae in his
in jura clerici subingreditur, nisi is ab ea compositionem
reportaverit.
Ad benedictinam vero constitutionem superius in parte
recitatam, modo deveniens; illa, si uti decet, in ejus spiritu
lustretur, nihil minus agit, quam licitas de jure societates,
clericis interdicat. Persequi enim profitetur *sub* § 1. proae-
mii locum obtinente = *illicitam ecclesiasticis negotiatio-
nem* = item = *clericos illicitos negotiantes* = per se tamen 150
ipsos, et immediate negotiantes contra formam plurium
constitutionum apostolicarum, quae eatenus praecesserunt,
confirmat itaque Benedictus XIV. hujusmodi praecedentes
aliorum Pontificum constitutiones, illasque extendit (et in
hoc totum stat, d. benedictinae constitutionis pretium) at-
que ampliat adversus clericos illicitos negotiatores non so- 151
lum per se ipsos, sed etiam: *sub alieno laici nomine quomo-
dolibet negotiantes perinde ac si per se ipsos, ac proprio
eorum nomine negotia ipsa illicita exercerent etc. perpe-
tuo extendimus et ampliamus* = sunt verba *dict.* § 1. pro-
aemialis; transit deinde benedictina constitutio *ad* § 2.
superius recitatum, atque exponit, suprascripta verba = *sub
alieno laici nomine quomodolibet negotiantes* = aitque cle-
ricis illicitam negotiationem, prohibitam semper intelligi: 152
= *vel per se ipsos, eorumque nomine proprio. vel per alios,
aut alieno nomine, etiam per suos cohaeredes, aut socios* 153
prosecuti sint =.
Et si hoc ita est. uti vere est, ubi societatis prohibitio?
Aut saltem ubi ejusdem societatis tamquam clericis illicitae
declaratio? Nullibi sane; nam quae licita, quaeve illicita sit
societas, in superiore *part.* 1. *cap.* 3. demonstratum satis 154
videtur, seu clarius, quae licita quaeve illicita sit clericis
negotiatio, in superiore indicatum est *n.* 147. *et seq.* stat
ergo firma Rotae Romanae resolutio, quod licita sint com-
pendia clericis obvenientia = *ratione constabilitae inter
fratres societatis universalis, quam sacri canones clericis,
et presbyteris nequaquam prohibent:* prout in *d. Veliter-
na divisionis super* 5. *dubio* 5. *julii* 1782. § 5. *in fin. cor.* 155
Reverendiss. P. D. Riminaldo. Secus, libere loquor, com-
plures familiae in pessum irent: moritur enim pater, qui
se in aliqua exercuit arte, si filiorum unus, quia sacerdos, 156

snam ab aliis fratribus haereditariam peteret portionem,
deque eo artificio per eosdem ejus fratres exercito, partici-
pare non posset, euerve jam patrimonium fieret paternum,
desolationi ipsi proximum, juxta protritum, de regno divi-
so, proverbium, contra polyticam rationem cujusque reipu-
blicae, cujus magni interest habere cives divites, familiss-
157 que opibus affluentes, ex *Knipschil. de privil. civit. im-*
perial. lib. 2. *cap.* 16. *n.* 7.

Est tamen verum sub clericorum nomine negotiari, pro-
hibitorum non comprehendi clericum simplicem, seu etiam
in minoribus constitutum, sed vel sacerdotem, vel in sacris
constitutum, vel beneficium quoque ecclesiasticum possi-
dentem, ut his, et non illis negotiatio interdicta intelliga-
tur *Rota in decis.* 1. *num.* 5. *et* 12. *de vita, et honestate*
cleric. coram Falconer., ubi late: et ea identitate rationis
comprehenditur etiam clericus pensionem ecclesiasticam re-
tinens, *Fagnan. in cap. multa n.* 99. *ne cleric., vel mo-*
nach. Quoad vero, religiosos regulares, eos sub clericorum
nomine minime comprehendi patet, sed quia non sui juris
sunt, ideo ex hoc capite, aliisque pluribus societatem quo-
158 que licitam contrahere prohibentur *Bonaccina opera mo*
ralia disput. 3. *quaest.* 6. *punct.* 2. *num.* 7. *tom.* 2. *Felic.*
de societ. cap. 6. *n.* 48. *Rota dec.* 1. *n.* 9. *coram Falcon.*
de vit. et honest. cleric. Miles tamen saeculi ad hostilem
159 praedam capessendam potest societatem coire *Rota in decis.*
493. *n.* 9. *part.* 1. *rec.* qua in re plura dixi superiore *par.*
1. *cap.* 2.

Est quidem regula, societatem sine capitali nequaquam
subsistere; qui propterea nihil confert, societatem coire non
160 potest *Ansald. de commerc., et mercat. disc.* 87. *num.* 17.
Rota dec 40. *n.* 10. *cor. Othobon., dec.* 3. *n.* 10 *de so-*
ciet. cor. Falconer. Ergo inter pauperem, et divitem, ma-
gisque cum eo, qui nihil in bonis habet, non poterit con-
161 sistere societas. Contrarium tamen Ulpianus docet *in l. so-*
cietas 5. *ff. pro socio*, ibi » societas autem coiri potest, et
» valet etiam inter eos, qui non sunt aequis facultatibus,
» cum plerumque pauperior opera suppleat, quantum ei
162 » per comparationem patrimonii deest » Ergo si egenus,
et inops cum sua supplet industria, jure poterit cum divite
163 societatem coire, nisi decoctus sit pauper *Cujac. comment.*
jur. civ. in lib. 32. *Pauli ad edictum ad leg.* 65. §. *item*
tom. 5. *col.* 483. *lit. C.* Idem juris est in eo, qui nihil ha-
164 bet in bonis, dummodo sit industrius *Mantica de tacit. et*
ambig. lib. 6. *tit.* 14. *n.* 34. sanitate tamen destitutus, et
165 industriam conferre obligatus, societatem non jure contra-
hit *Felic. de societate cap.* 7. *n.* 1.

Quid inter bonum, et malum hominem, an societas jure
166 contrahi possit? Affirmat *Glossa in cap. non est culpandus*
32. *qu.* 1. *verbo societar*, ubi rationem eam dat, videli-
167 cet = *ut ex societate boni, malus aedificetur* =. Equidem
vero distinguendum puto; aut vir bonus sciens, prudens
cum homine malo societatem contraxit, et consistere so-
168 cietatem, admitto, secus si ignoraverit; nam etiam socius
rixosus, negligens, prodigus, dissipator, caussam alteri so-
cio non praebet solvendi societatem si alter socius eum ta-
169 lem esse, ante contractam societatem, sciverit, secus vero si
ignoraverit ex *Bart. in leg. si convenerit* 14. *n.* 1. *in ad-*
dit. lib. 6. *ff. pro socio. Gaufred. in decretal. cap. rex*
pacificus n. 5. *in prooem. pag. mihi* 2. *Igneos in leg. con-*
tractus n. 50. *et* 51. *ff. de regul. jur. Costa de scientia, et*
ignor. distinct. 80. *n.* 7. *et* 8. *cent.* 1. *Fontanell. de pact.*
nupt. claus. 4. *gloss.* 9. *part.* 2. *n.* 101 *ad* 105.

Cum potentioribus quidem contrahi potest societas, non
170 sine tamen periculo leoninae societatis, de qua Esopi Apo-
logus, apud *Connan. comment. jur. civ. lib.* 7. *cap.* 13
sub n. 4. nam cum inaequalibus societas semper damnosa
171 fuit existimata *Solorzan. de jure indiar. lib.* 1. *cap.* 4.
n. 111. *ad seq Scaccia de commerc.* §. 1. *quaest.* 7. *part.*
172 2. *ampliat.* 10. n. 75. *vers. nomen.* Quid cum principi-
bus? et societatem cum eis coiri posse non dubitatur *De-*
cian. respons. 97. *n.* 37. *tom.* 2. *Carpan. ad statut. Me-*
diolan. c. 483. n. 6. *tom.* 2. *Felic. de societ. cap.* 3. n. 3.
Frequentius vero societas inter principes, et commilitones
173 super praeda hostili iniri assolet *Rota dec. collect. per Fari-*
nacc. tom. 4. *dec.* 598 *n.* 2. plura tamen, hac de re dixi
in superiore *part.* 1. *cap.* 2. Quoad vero tyrannum, sit *Ci-*
cero de offic. lib. 3. *post princ. ante vers. cum igitur.*
» Nulla est enim societas nobis cum tyrannis, sed potius
» summa distractio, neque est contra naturam spoliare eum
» si possis, quem est honestum necare, atque hoc omne
» genus pestiferum, atque impium ex hominum commu- 174
» nitate exterminandum est ».

Nullam esse posse fidelis, cum haeretico, seu infideli so- 175
cietatem dixit *Corrad. Bron. de haeretic. cap.* 2. *num.* 21.
lib. 6. neque cum judaeo *Carpan. ad statut. Mediol. cap.* 176
483. *n.* 15. et quamvis contrarium tenere, rem indignam
esse dicat *Gonzal. in decretal lib.* 5 *in cap. postulasti* 177
14. *in not. n.* 4. *de judaeis*, nihilominus ipse affirmativam
opinionem receptam esse dicit, ut cum haeretico, judaeo,
aliove infideli societas coiri possit per christianum orthodo- 178
xum, late *Felic de societ. cap.* 7. *n.* 21. *ad* 25. *Castra-*
can. de societ. offic. cap. 13. *n.* 13., *et per tot.* Nihil vero
interest, an societatem insimul coeuntes, diversae sint pro-
fessionis, et artis, puta alter doctor, mercator, vel pictor
alter *Gambigliol. cons.* 45. n. 1. 2. 3. *ad seq. Schrader.* 179
de contract. tit. 26. *de societ. n.* 28. *Ciarlin controv. for.*
cap. 16 n. 17. *et* 18. Illud vero certum, nullam cum ho-
stibus, et Saracenis coire nos debere societatem *Boer. dec.* 180
Burdegalen. 179. *n.* 7. *Carpan. ad statut. Mediolan. cap.*
483. *n.* 17. longe vero minus cum daemone *Scac. de judic.* 181
lib. 1. *cap.* 12. *n.* 37.

Dubitari etiam potest, utrum cum excommunicato coiri
societas possit? Distinguendum est, aut socius incidit in
excommunicationem ante contractam societatem, aut post
hanc contractam; si ante contractam societatem, non potest
alter socius, qui scienter cum excommunicato contraxit so-
cietatem, illa uti, quia deliquit contrahendo cum excom-
municato; si vero excommunicatio supervenit, tenetur al- 182
ter socius eam dissolvere, si commode potest, quod si non
potest, sine suo incommodo, licet ei societatem continuare,
et in ea manere, et cum excommunicato communicare circa
ea tantum, quae societatem limitate respiciunt, veluti pro- 183
miscue ita distinguendo tenent *Glossa in cap. si vere* 34.
verbo in excommunicatorum lib. 5. *de sent. excommunic.*,
ibique Hostiens. et Abbas Panormit. n. 10. *Soccin. sen.*
in cap. inter alia n. 87. *de sent. excommunic. Barbosa in*
cap. si vere 34. *n.* 6. *cod. tit Ricciull. de jure person. lib.*
4. *cap.* 56. *n.* 7. *Bonaccina opera moralia disp.* 2. *q.* 2.
punct. 6. §. 2. *n.* 63. *tom.* 1. Rei turpis, illicitae, inhone-
stae et criminosae nulla est societas *leg. nec permittendum* 184
58. *in fin. ff. pro socio*, et qui eam coeunt, improprie socii
dicuntur, sed magis criminis participes appellari debent
Mantica de tacit., et ambig. lib. 6. *tit.* 1. *n.* 3. *et* 9. 185

Medicus item cum infirmo, durante infirmitate; simili-
ter advocatus cum cliente, durante lite, atque demum car-
cere detentus, quoadusque in eo detinetur, societatem non
jure contrahunt *Felic. de societ. cap* 7. *n.* 3. *et* 4., *et cap.* 186
8. *n.* 26. *Bonaccina opera moralia disput.* 3. *qo.* 6 *punct.*
2. *n.* 9. Idem juris est in militibus armatae militiae *Felic.* 187
d. cap. 7. *n.* 16. Similiter in liberto, et patrono, ut inuti-
lis nempe eos inter coeatur societas, *ad textum in leg.* 1. 188
§. *si onerandae ff. quar. rer. act.* ibi » Si onerandae liber-
» tatis causa societatem libertus cum patrono coierit, et
» patronus cum liberto pro socio agat, an haec exceptio sit
» necessaria. Et puto ipso jure tutum esse libertum adver-
» sus exactionem patroni » et late *Arias de Mesa var. re-* 189
sol. lib. 2. *cap.* 16. *n.* 24.

Non dubitatur tamen, quin spurius jure valeat societa-
tem contrahere cum legitimo *Franc. Curt. de testib. con-* 190
clus 1. *n.* 4. *in fine.* Quod si filius legitimus cum alio ejus
fratre illegitimo, seu naturali tantum universalem coeat so-
cietatem, dimidiam illam bonorum paternorum partem spu-
rius ex beneficio d. societatis universalis consequitur, quam
ei tamquam illegitimo jura denegant, optime *Bartol. in leg.* 191
si is qui duos 30. *n.* 6. *ff. de libertate legata, Franc. Curt.*
loc. proxime cit. n. 4. *in fin.* Equidem vero de hac con-
clusione tantisper dubito, quia in sociis omnium bonorum
in fine societatis, unusquisque recuperat suum capitale,
quod initio contulerat, ut infra *cap.* 5. hujus secundae
partis, et iterum *part.* 4 *cap.* 10. ita ut illegitimus, exce-
ptis utilibus ex aequo repartiendis, quam initio partem
contulit, aut conferre potuit in universali societate, illam
dumtaxat capitalis nomine recuperet. 192

Societatem coiri posse inter duos docentes grammaticam
ut quaestus inde proficiens, communis sit, docet *Paulus*
in l. duo 71 *ff. pro socio*, ibi » Duo societatem coierunt, 193

Zanchio

» ot grammaticam docereot, et quod ex eo artificio quaestus » fecissent, commune eorum esset » et qood de grammatica dictum est, ad dialecticam quoque, aliamve similem
194 scientiam, est facile protrahendum, *Azon. in summa ad lib. 4. cod. tit. pro socio sub n.* 25. Compatroni etiam io jurepatronatus, quamdam super eo societatem contraxisse improprie dicuntur, ut perinde ex facto unius compatroni de-
195 terior fieri nequeat alterius socii compatroni coodiiio *Rota in Vicen. Rectoriae* 16. *februar.* 1756. §. 8. *cor. cl. mem. Card. Bussio.* Iooocentius quoque III. ecclesiae collegiatae canonicos socios ouncupavit *in cap. cum R. Canonicus* 35.
196 *de offic. et potest. judic. deleg.* puto propter fraternom, qoo conjuncti esse debent, animum, similique modo propter coaequam massae distributionem, et hujusmodi comparticipationem: improprie tamen socios, eosdem nuncupari
197 canooicos, dixit *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 1. *n.* 3., *et* 9. *tom.* 1.

Litis quoque consortes, quamdam videntur inire societatem super commooibus ejusdem litis commodis, sumptibus-
198 que, *ad text. in cap. cum M. Ferrariensis de constit., ubi Decius sub n.* 1. *et* 2. *Botta cons.* 94 *n.* 14. *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 1. *n.* 4. *et* 9. Eamdem improprie societatem cootrahere dicontur colonus partiarios, ac
199 fundi dominus *Oliban. de action. part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 7. *in addit. n.* 4. *Posth. resol.* 70. *n.* 1. *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 11. *n.* 4. 5. 6. *et* 12. *Rota dec.* 3. *num.* 35. *cor. Ubago.* Amplatur hoc ipsum ad proprietarium, atque
200 usufructuarium, pari titulo impropriae societatis conjunctos *de Nigris de laudem. quaest.* 14. *n.* 35. Idem juris est in iis, quibus res aliqua ex haereditate, legato, aut donatione
201 communis fit *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 1. *n.* 7. Hoc etiam improprie societatis titulo donantur ii, quibus
202 aliquid munificentia sua princeps elargitur *Gratian. discept. for. cap.* 320. *n.* 12. 13. *et* 14. *Mantica de tacit., et ambig. lib.* 6. *tit.* 1. *n.* 8. *et* 9. Operam postremo suam locaotes, atque institoriam exercentes, societatem largo modo contrahere dicuntur *Rota in dec.* 304. *n.* 12. *part.* 2. *rec.* 203

Caeterum argentarii, qui sunt nummularii, seu bancherii nostri temporis societatem etiam proprie inire possunt *Mastrill. decis. sicil.* 135. *n.* 4. *et* 22. *tom.* 2. Item proxe- 204
netae, unde etiam proxenetarum societas *Fran. Ant. Bonfin. decis. florent.* 79. *per tot.* Item impuberes in rusticis, 205
praecipue qui post decimomquartum annum, uti majores de utilibus participant, *Panimoll. decis.* 152. *n.* 42. 43. *et* 206
44. *tom.* 3. Societatem denique contrahentes, seu renovantes cum haerede putativo, nulliter contrahunt, bona etiam fide nequaquam suffragante *Rota in decis.* 224. *n.* 15. *tom.* 207
5. *part.* 1. *in nuperr.*, quod si socius cum haerede putativo res sociales vendiderit, seu diviserit, verus haeres nihil a socio, qui suum recepit condicet, sed in haeredem putati- 208
vum dumtaxat aget, *ad text. in leg. si Titius* 63. *ff. pro socio* » Si Titius, cum quo mihi societas erat, decesserit, » egoque, cum putarem Titii haereditatem ad Sejum pertinere, communiter cum eo res vendiderim, et partem » pecuniae ex venditione redactae ego, partem Sejus abstulerit, te, qui revera Titio haeres es, partem a me redactae pecuniae, societatis judicio, non consecuturum, Neratio, et Aristoni placebat, quia meae dumtaxat partis » pretia percepissem » et cohaerenter ad hunc textum *Fa-* 209
ber. ibidem, et Jul. Ferett. de re navali lib. 3 *n.* 30. Ad extremum vero, plures esse posse unius negotii socios, eosdemque, atque eorum singulos, plures, diversasque coire posse societates, nulla dubitatio est, *Petr. Ubald. de duob.*
fratribus part. 10. *num.* 3. *Mans. consult. for.* 54. *n.* 18. 210
tom 1.

CAPUT II.

Quomodo contrahitur Societas.

SUMMARIUM

1. Variis, multisque modis contrahitur societas.
2. Binos modos tradit *Zasius*, ex eventu, et ex proposito.
3. Ex eventu, cum socii incidunt in communionem ex causa legati, haereditatis, donationis, seu emptionis.
4. Et haec improprie dicitur societas, cum magis ad communionem pertinent.
5. Ex proposito autem initur societas cum praecedit tractatus, et haec est propria, ac vera societas, et n. 6.
7. Alii tribus modis contrahi societatem tenent, et qui sint, indicantur, n. 8. 9. et 10.
11. Alii quatuor modis, subtiliter tamen, coiri societatem volunt, atque indicantur, n. 12. et n. 77. et seq.
13. Auctor tres modos a lege traditos laudat, nempe re, et verbis, et per nuntium, et n. 14.
15. Cujacius eosdem tres modos *ex leg.* 4 *ff. pro socio* desumptos, exponit, et n. 16.
17. Consensus est anima, atque substantia cujusque obligationis, ut contractus, maxime societatis, et n. 18.
19. Consensus hic requiritur ex utraque parte contrahentis.
20. Deficiente consensu, vel animo, societas contracta non dicitur
21. Consensus hic tacitus etiam sufficit, qui ex facto ipso resultet: item signis, praesumptionibus, et conjecturis, n. 22.
23. Declara si haec omnia fieri nequeant citra jus, et nomen societatis
24. Re contrahitur societas, hoc est rebus ad invicem traditis ex pacto in societatem conferendis.
25. Res, seu capitale, est societatis fundamentum, nec secus stare potest societas.
26. Societas contracta re, aut ipso facto, etiamsi non nominatur, coita intelligitur.
27. Magis vero si damnorum, et lucrorum communicatio intervenit.
28. Vel si partes utilium constabilitae ratae capitalis respondeant.
29. Facta sunt verbis potentiora.
30. Rerum traditio in societate universali, non est necessaria, quia fit ipso jure, atque tacite, et n. 31.
32. Societas non datur sine communicatione lucri.
33. Donatio contraria est lucro, donare enim est perdere.
34. Donationis causa, societas non recte contrahitur; et n. 35. et 39.
36. Dantur exempla in idem, et n. 37.
38. Amplia ad donationem ex causa etiam mortis.
40. Si donatio societatem praecessit, aut voluntas donandi clara fuerit, magis erit donatio, quam societas.
41. In societate, si fiat mentio donationis, haec excluditur, tamquam in compatibilis cum illa
42. Societas verbis etiam nudis contrahitur, sine necessitate certae formulae, aut alterius solemnitatis verborum, et n. 43. 48. et 51.
44. Societas probatur, et testibus, et instrumento.
45. Sed nulla indiget scriptura ad sui substantiam.
46. Consensus inducit initium societatis, non epocha postmodum exarata.
47. Nisi scriptura sit a partibus volita per modum conditionis.
48. Verba nuda si praecedant pro societate coeunda, et deinde emantur merces, societas in his, et non in aliis inita censetur, et datur ratio, n. 49.
50. Illa verba *quod debeant communiter vivere*, non importent societatem universalem.
52. Societas per nuncium rite contrahitur et dicitur epistola loquens, et n. 57.
53. Refertur dictum *epicteti* philosophi quod nuncius sit epistola loquens, epistola autem muta et n. 54.
55. Differentia magna inter nuncium, et procuratorem, et n. 56.
58. Per procuratorem, seu mandatarium societas recte initur, si habeat procuram mandatum, et n. 59.
60. Quod si mandatum deficiat, ratificatio supplebit, quae retrotrahitur ad diem initae societatis, et n. 61.
62. Limita, si ratificatio sit actus novus, et a societate non dependens.
63. Puta si societas fuerit nulliter contracta, vel ratificatio post lapsum tempus determinatum superventa, nam retrotractio non procedit.
64. His cessantibus, per ratificationem retrotractio locum habet.
65. Promissio de contrahenda societate, non obligat, secundum aliquos.
66. Sicuti nec promissio de vendendo, dicitur venditio.
67. Contrarium hodie verius est, nam quaestio est puri nominis.
68. Pollicitatio est nudum verbum, seu pactum, quod etiam afficit societatem.
69. Societas contrahitur sub quovis modo, pacto, et conditione licita.
70. Societas coiri potest arbitrio alterius, si tamen arbiter fuerit arbitratus, secus, si arbitrari, vel noluerit, vel nequiverit n. 72. 73. 74. et 76
71. Actus ultimae voluntatis non possunt committi arbitrio alterius.
75. Amplia conclusionem, de qua n. 70. ad contractum emptionis, et venditionis.
77. *Lessius* quatuor proponit contrahendae societatis modos, atque sunt.
78. Primo, ut singuli socii aliquid conferant, vel pecuniae, vel industriae, et hujusmodi, secus non possunt esse utilium participes.
79. Secundo, ut singuli socii rerum collatarum domini fiant.
80. Tertio, ut lucrum, et damnum sit commune.
81. Quarto demum, ut in fine societatis divisio fiat proportionabiliter, et ad ratam capitalis.
82. Societas multifariam consideratur, hoc est expressa, tacita, universalis, generalis, particularis et hujusmodi, de quibus remissive, et n. 83.

1 Variis, multisque modis contrahi societatem posse, adno-
tarunt *Lessius de just. et jur. lib.* 2. *cap.* 25. *dubit.* 1. *n.*
4. *Castropalao opera moralia tom.* 6. *disput.* 8. *punct.* 2.
n. 1. Binos assignat modos *Zasius in* §. *quoedam n.* 19.
2 *instit. de action.* Alterum videlicet ex eventu, et ex propo-
sito alterum. Ex eventu scilicet, quod accidit, cum duo,
vel plures rem aliquam una coemunt, seu ex legato, aut
3 donatione, aut haereditate nanciscuntur, ut in *leg.* 2. *ff. de*
commun. divid. Atque haec societas, improprie talis dici-
tur; cum proprie ad bonorum communionem magis perti-
neat, quemadmodum superius *part.* 1. *cap.* 7. *n.* 3. adno-
4 tavi. Ex proposito autem, cum, tractatu habito, societas
coita est ut *in leg. nam cum* 32. *ff. pro socio*, quae propria
5 est, atque vera societas, locumque obtinet, sive tractatus in
re coempta; sive qua in re alia promercali habeatur *dict.*
6 *leg.* 2. *ff. de commun. divid.*, *et leg. ut sit* 31. *ff. pro socio*,
Calcagnin. ad mater. feudal. osservat. 18. *n.* 27.
Haec generaliter: specialiter vero, tribus modis, veram
7 societatem contrahi sustinet *Botta cons.* 73. *n.* 35. a textu,
cui innititur, mutatis in *leg. societatem* 4. *ff pro socio*,
8 ubi ita docetur = *Societatem coire, et re, et verbis, et per*
nuncium posse nos, dubium non est =, idque quomodo
intelligatur, loco suo inferius. Totidem indigitat modos,
9 tres videlicet, contrahendae societatis *Cephal. in cons.* 340.
n. 6. *tom.* 3., hoc est specialiter in re aliqua, incidenter,
atque ex conventione expressa, ac tacita, concordat in idem
10 *Grott. cons.* 40. *n.* 2. *ad* 6. *tom.* 1.
Quatuor autem modis coiri societatem posse tuetur *Ca-*
stropalao opera moralia tom. 6. *disput.* 8. *punct.* 2. *n.* 2.
11 *ad* 5. non insubtiliter tamen, et sunt, primo ex parte
finis, ut alia sit societas ad lucrum tantum, alia ad usum
tantum, alia ad utrumque. Secondo, ex parte materiae,
ut alia sit societas omnium bonorum, alia specialis aliquo-
rum bonorum designatorum. Tertio ex parte formae, ut
alia sit societas, in qua sors. lucra, et damna pro rata eo-
rum. quae singuli in commune contulerunt, communican-
tur; et alia, in qua pars lucri communicatur, nullo com-
municato damno, juxta varias conventiones. Et quarto de-
mum ex parte temporis, ut sit societas ad vitam, sit ad
12 determinatum tempus, sit usque ad finem alicujus negotii;
ita *Castropalau loco prox. cit.*, qui eosdem deinceps modos
latius exponit.
13 Equidem vero ad textum, ex Modestino recitatum, re-
vertor, *in dict. leg. societatem* 4. *ff. pro socio*, ajentem
= *Societatem coire, et re, et verbis, et per Nuntium pos-*
se nos, dubium non est = et sic tribus modis contrahi ve-
ram societatem teneo, cum doctoribus eidem textui adhae-
14 rentibus. quorum praecipui sunt *Cajac. comment. jur. civ.*
tom. 5. *col.* 449. *lit. A. B. C. et tom.* 9. *col.* 360. *lit. B.*
et tom. 10. *col.* 652. *lit. A. Connan. in eisd. comment. jur.*
civ. lib. 7. *cap.* 13. *sub n.* 1. *Decian. respons.* 97. *n.* 36.
tom. 2. *Botta cons.* 73. *n.* 35. Prreleganter *Cujacius* inter
15 caeteros ita recitatam legem exponit, *in dd.* suis *comment.*
jur. civ. ad tit. Codic. 37. *pro socio col.* 995. *lit. B. C.*
tom. 10. ibi » Adjeci societatem contrahi. Aut nuda consen-
» su *ex leg.* 4. *ff. pro socio.* Re, idest traditis ad invicem
» rebus, et in possessione collatis, quae tamen traditio non
» est necessaria, nec mancipatio, quae etsi non intervene-
» rit, tacite creditur intervenisse *l.* 2. *ff eod.*, addita *d. leg.*
» 4. societatem contrahi verbis nudis, scilicet citra stipula-
16 » tionem » cum stipulatione autem multo magis ut *ibidem.*
Expedit autem, haec latius exponere.
Cujusque contractus, seu obligationis animam, vel sub-
17 stantiam esse consensum, compertissimi juris est, *ex Cujac.*
lib. 3. *instit. de consensu obligatione cap.* 22. *tom.* 8. *col.*
1067. *lit. A. B.* Idque in contrahenda societate plurimum,
18 *ad text. instit. de oblig. ex consensu sub princ.*, *et in l.*
qui admittitur 19. *ff. pro sociu*, *Connan. comment. jur.*
civ. lib. 7. *cap.* 13. *n.* 12. *Catoneus cons.* 26. *n.* 1. *Spada*
19 *cons.* 246. *n.* 6. *tom.* 2. *Carpan. ad stat. Mediolan. cap.*
483. *n.* 50. *Rota in Tibartina societatis, et redditionis*
rationis 8. *maii* 1750. §. 4. *cor. el. mem. Card. Caprara.*
Itaque consensus, non unius, sed utriusque contrahentis
interveniat, oportet, *Corn. cons.* 251. *n.* 2. *vers. et quia*
contractus vol. 4. *Rota decis.* 289. *n.* 28. *cum seq. part.*
17. *recentior.* Adeo quidem, ut alterutrius deficiente con-
20 sensu, vel animo, contracta nunquam dicatur societas *Grat.*

respons. 118. *n.* 19. *lib.* 1. *Botta cons.* 60. *n.* 14., *et cons.*
81. *n.* 6.
Verum est utique, hunc consensum, tacitum etiam re- 21
dundare *Catuneus cons.* 26. *n.* 1. *Alderis. de symbolic.*
contract. tit. 3. *cap.* 7. *n.* 1. *Rota in Romana societatis*
1*n. maji* 1751. §. 2. *cor. bon. mem. Amadeo*; eumque ex
facto ipso resultare, signis pariter, praesumptionibus, atque
conjecturis, constat *Catoneus cons.* 26. *n.* 2. *Jov. de con-* 22
tract. min. gloss. 25. §. 13. *n.* 124. *Rota post Torr. de*
pact. futur. success. dec. 189. *n.* 12., *et in decis.* 1125. n.
1. *tom.* 4. *cor. Molin.*, *et dec.* 3. *n.* 2 *de societ. cor. Fal-*
coner., *et in dec.* 254. *n.* 4. *tom.* 2. *in nuperrim.* Si haec
plurimum facta, signa, conjecturae, praesumptiones, alia-
que ejusdem generis argumenta, talia sint, ut citra jus, et
nomen societatis fieri nequeant *Cyrioc. contr. for.* 384. *n.* 23
50. *tom.* 2. *Ansald. de commerc.*, *et mercatur. disc.* 50.
n. 6. *Jov. de contract. min. gloss.* 25. §. 13. *n.* 85. *et* 88.
Rota dec. 194. *n.* 1. *et dec.* 212. *n.* 7. *cor. Corillo*, *et dec.*
648. *n.* 1. *cor. Cerro.*
Hujusmodi vero contractae societatis argumenta, ex facto,
vel signis, vel conjecturis, vel praesumptionibus traducta,
primo locum obtinent, cum ex Modestino *re* contrahitur
societas *in leg.* 4. *ff. pro socio*, hoc est, traditis ad invicem
rebus in societatem ex pacto conferendis *Cujac. comment.* 24
jur. civ. ad tit. pro socio 37. *col.* 995. *lit. C. D. tom.* 10.
Jam alibi demonstratum est, res sociales, seu societatis ca-
pitalia, fundamentum esse ejusdem societatis, ut in supe-
riore *part.* 1. *cap.* 1. *n.* 122., atque iterum *cap.* 3. *n.* 61. 25
et 62. ubi quod societas sine re, seu capitali, stare non pot-
est. Atque hujusmodi societas re, seu ipso facto contracta,
citra quoque societatis nomenclaturam, coita existimatur. 26
Decian. respons. 97. *num.* 34. *tom.* 2. elegansque suppe-
ditat exemplum. *Brannem. in l. cum proponas* 2. *n.* 7. *cod.*
pro socio. Maxime vero si lucrorum, et damnorum commu-
nicatio reapse intervenist, *Rota in nullius, seu Farfen.* 27
divisionis 17. *junii* 1757. §. 14. *coram R. P. D. Olivatio.*
Semper urgentius, si lucri partes cum sua capitali propor-
tionatae dignoscantur *Achil. de Gross. tit. de solut. decis.* 28
147. *num.* 1. *et* 2. Facta enim haec, esse verbis potentiora,
certo jure sancitur *in leg. si tamen* §. *si quis ff. de aedilit.*
edict. et in cap. dilecti filii, ubi glossa de appellat. 29
Haec tamen rei traditio, quandoque necessaria non est,
puta in societate omnium bonorum, in qua omnes res, quae
coeuntium sunt continuo communicantur, *et in leg.* 1. *ff.* 30
pro socio, quia, ut subdit Gajus, licet specialiter traditio
non interveniat, tacita tamen creditur intervenire, ut *in*
leg. 2. *ff. eod. tit.*, ac latissime etiam exponit *Cujac. in com-* 31
ment. jur. civ. ad tit. 37. *cod. pro socio col.* 995. *lit. D.*
tom. 10.
Juris plane certissimi est, societatem non dari sine com-
municatione lucri ex re sociali provenientis *leg. si non fue-* 32
rint 29. *ff. pro socio*, *Conciol. allegat.* 33. *n.* 6. *Rota in*
decis. 765. *n.* 2. *part.* 1. *diversor. et dec* 304. *n.* 11. *part.*
2., *et dec.* 32. *n.* 4. *part.* 5. *tom.* 1. *recentior.*, et sicuti
propterea donatio ex parte donantis contraria lucro est; nam
donare proprie est perdere *leg. filiusfamilias* 7. *ff. de donat.* 33
ibi = *Non enim hoc ei conceditur* (*donare*) *ut perdat* =
Bald. et Castren. ibidem n. 2. *ff. eod. tit.* *Rota in decis.*
82. *n.* 10., *et in dec.* 83 *n.* 10. *part.* 11., *et dec.* 421. *n.*
4. *part.* 19. *tom.* 2. *recentior.* Ita donationis causa societas,
non recte contrahitur, sunt verba *textus in leg. societas* 34
5. *in fin. ff. pro socio.* Atque iterum in *leg in causae co-*
gnitione 17. *sub princ. ff. de min.* 25. *annor.* ibi » Si mi-
» nor circumscriptus societatem coierit, vel etiam donatio-
» nis causa, nullam esse societatem, nec inter majores qui- 35
« dem ».
Hujus rei exemplum praestat *Azon. in summa ad lib* 4.
Cod. tit. pro socio n. 5. his verbis » In societate autem con-
» trahenda non potest ille adjici modus, ut quaecunque
» ex societate obvenerint, donationis causa, pertineant ad
» socium meum, et ego nihil habeam; nec enim ego socius
» suus esse, sed potius mercenarius videor » *Donellus* 36
etiam rem hanc ita exponit in suis *comment. jur. civ. lib.*
13. *c.* 15. ibi » Mutua hinc donationis causa, non contra-
» hitur (societas) si alter nihil conferat » ac denique *Con-* 37
nan. comment. jur. civ. lib. 7. *cap.* 13. n. 3. ibi » Ex quo
» aperte demonstratur, non vere contractam esse societatem

» cum eo, quem donandi animo vocamus in partem bo-
38 » norum nostrorum » et cum his uno consentit *Imola in*
leg senatus 35. n. 6. *ff. de donat. causa mortis*, qui hoc
receptum ait, tametsi de donatione causa mortis agatur; et
39 generaliter *Capon. discept. for.* 361. *n.* 10. *tom.* 5 *Sabell*
in summa verbo societas n. 13. *Rota in Romana, seu*
Novarien. 26. *martii* 1756 §. *verum* 14. *cor. bon. mem.*
Stadinn, confirmata die 7. *martii* 1757. §. 3. *et* 4. *cor. cl.*
mem. Card. Elephantutio.

Hoc autem intelligatur oportet, nisi donandi animus,
vel contractum societatis praecedat, vel ita expressus appa-
reat, ut sociorum alter principaliter donationem prae votis
habuerit, nam hoc in casu, donatio magis erit contractus,
40 quam societas *Gratian. discept. for. cap.* 768. *n.* 33. *Rota*
apud Constantin. vot. 285. *n.* 83. *et* 84. *tom.* 2. *et in Ro-*
mana. seu Novarien. 7. *martii* 1757. §. 4. *et* 5. *cor. clar.*
mem. Card. Elephantutia. Secus facta in contractu socie-
tatis mentione, donatio quaevis quamtumvis cum formulis
amoris, et dilectionis concepta, tamquam cum societate in-
41 compatibilis, exclusa remanet *Rota in dicta Romana. seu*
Novarien. 7. *martii* 1757. §. 6. *ut* 7. *cor. d. cl. mem Card.*
Elephantutio; maxime, si alter socius promoverit in judi-
cio, pro communicatione lucrorum instantiam *Rota ibidem*
§. 6. *cor. eodem.*

Sequitur Modestinus, in textu *d. leg* 4. *ff. pro socio* su-
42 perius recitatae, societatem coiri. et *verbis posse* = *Cujacius*
in lib. 4. *cod. tit.* 37. *pro socio, col.* 995. *lit. C. D. tom.*
10. qui hunc legis locum exponit, ait » Addit *d. leg.* 4.,
» societatem contrahi verbis, nudis scilicet, citra stipula-
» tionem; non utique ut interveniente stipulatione, non
» consistat societas, sed quia non sit necessaria verborum
» solemnitas; nam societas non desiderat scripturam, aut
» verborum proprietatem, idest non desiderat propriam
43 » formulam verborum, sed qualiacumque verba sufficiunt,
» quia nudo consensu perficitur societas, etiam inter ab-
» sentes per epistolam » et quoad reapse societas plenum
robur habeat, si habeantur testes, licet desideretur, vel in-
44 strumentum, ex *Jasone in leg. cum proponas* 16. *n.* 3. *cod*
de pactis, vel alia quaevis scriptura, observant *Spada cons.*
45 246. *n.* 6. *tom.* 2. *Capyc. latr. dec.* 189 *n.* 24. *Calcagnin.*
ad mater. feud. observat. 16. *n.* 65. *Jov. de contract. min.*
glossa 25. § 13. *n.* 125. *Rota in decis.* 95. *n.* 1. *cor. Eme-*
rix jun., et in dec. 582. *n.* 14. *tom.* 2., *et dec.* 1105. *n.*
1. *tom.* 4. *cor. Molin., et dec.* 168. *n* 3. *cor. Tanar., et*
in Romana societatis, et pecuniaria 25. *januar.* 1751. §.
5. *cor. cl. mem. Card. Molino, et in Romana societatis*
10. *maji* 1751. §. 2. *cor. bon. mem. Amadeo, et in Roma-*
na pecuniaria 11. *maji* 1772. §. 7. *cor. bon. mem. Muto.*
quod accipe verum, tametsi partes de scriptura societatis
exaranda pacto convenerint, eatenus quidem, ut si primo
in societatem partes consentiant, postmodum apocham so-
cialem conficiant, a die consensus, non apocae suum socie-
46 tas deducat initium *Felic. de societ. cap.* 29. *n.* 80. *Rote*
in Romana pecuniaria 11. *maji* 1772. §. 7. *et seq. coram*
bon. mem. Muto, nam nisi per modum conditionis pactum
fuerit conceptum, scriptura etiam non facta, stabit societas,
47 alia ratione, quia scripturae interpositio, et respectiva exa-
ratio intelligitur ad probationem duntaxat volita, non au-
tem ad substantiam societatis, qua mutata nonquam intel-
ligitur *Felic. de societ. cap.* 29. *n.* 79. *ad plur. seq. Jov.*
de contract. min. glossa 25. §. 13. *n.* 126.

48 Verba autem, quae sint, etiam nuda, ad contrahendam
societatem, parvi referre, supra est demonstratum; ergo si
quaedam inter partes verba ad societatem pertinentia prae-
cedunt. et deinceps coemptae habeantur merces, pro qui-
bus sese eaedem obligaverint partes, utique super illis coita
intelligetur societas, nequaquam vero extra illas merces
quia actus, qui determinantur secundum voluntatem ex-
pressam, judicantur secundum pacta. sed actus, qui deter-
49 minantur a voluntate tacita, colliguntur ex ipsis rebus, et
factis *Petr. de Ubald. de duob. fratrib. part.* 6. *princip*
n. 26. quod si agatur de societate omnium bonorum ad eam
inducendam, haec nihil proficiunt verba *quod debeant com-*
muniter vivere, cum ad vitae societatem valeant commo-
50 dius referri, secundum *Decium in cons.* 440. *n.* 33, *vol.* 2.
Caeterum quoad regulam pertinet, quod nulla sit introdu-
cta forma contrahendae societatis, eam ea solo consensu,
sine scriptura, per nuncium, epistolam, pure, sub condi-
tione, ex tempore, ad tempus, et in perpetuum contrahi 51
recte valeat tradunt *Wesembec in pandect. lib.* 17. *tit.* 2.
n. 6. *ff. pro socio, Schradur. de contract. tit.* 26. *de so-*
cietate n. 23.

Concludit Modestinus in saepius citata *leg.* 4. *ff. pro so-*
cio. Societatem coire, nos *et per nuncium posse*, hoc est 52
per epistolam, loquentem. Eleganter enim *Cujacius.* Di-
ctum epicteti Philosophi referens, ait. *ad lib.* 4. *cod. tit.* 53
49. *de act. empti, et vendit. col.* 1016. *lit. C. tom.* 10. ibi
» Epictetus Philosophus interroganti Adriano, quid esset
» epistola, respondit, epistolam esse tacitam nuntium; e
» contra ergo dicamus, nuntium esse epistolam loquentem,
» epistola autem, sive muta, sive loquens, non emit, sed
» is, qui eam amisit ». Atque clarius idem *Cujacius ad* 54
lib. 4. *cod. tit.* 27. *Per quas personas nobis acquiritur col.*
316. *lit. C. tom.* 9. ita ait » Sic constat, per nuntium nobis
» parari actionem in his, quae fiunt per nuntium, ut in
» emptione, locatione, societate etc. Differentia est magna
» inter procuratorem, et nuncium; procurator contrahit, 55
» nuncius nihil contrahit, sed nunciat, nos emere, locare,
» vel pacisci alteri; non possum emere quasi procurator,
» emptionis alienae nuncius esse possum, et hoc nuncio il- 56
» li actionem paro ». Ex quibus patet plenius nobis socie-
tatem parari per Nuncium, quam per procuratorem, seu 57
mandatarium.

Sit ergo nuncius, sit epistola, per eum, eamve, societa-
tem recte contrahimus, quin a contrahenda eadem societa-
te, procurator, seu mandatarius excludatur; nam ad hoc 58
horum quoque redundat opera, ut si alteruter procurae
mandatum ad contrahendam societatem habet, acta res sit, 59
eademque societas rite contracta existimetur; sin autem
procurae mandatum desideratur, suppleat ratificatio man-
dantis, puta si societas sit per notarium nomine absentis
contracta, interposita enim ratificatione convalescit *Rot. dec.* 60
660. *n.* 3. *part.* 1. *diversor.* Istaque ratificatio, vim habet
retrotractionis ad diem societatis initae, ut per *Gratian.*
discept. for. cap. 963. n. 5. 14. *et* 15. *Rota post Torr.* 61
de pact. futur. success. dec. 189. *n.* 14. *cum duobus seq.*
Dummodo tamen ratificatio non sit actus per se novus, et
ab actu initae societatis independens: puta quis societatis
contractus nullus fuerit in sui primordio, et per ratificatio-
nem reintegretur, ut per *Gratian. loc. pro x. cit.* Vel rati- 62
ficatio post tempus ad ratificandum, vel ex pacto, vel ex sta-
tuto praestitutum interponatur, ut per *Gabriel. consil.* 63
62. *n.* 9. *tom.* 1. *Casareg de commerc. disc.* 37. *n.* 14. *et*
seq. quibus in casibus non procedit retrotractio; quod si
e contra societatis contractus omni caret vitio nullitatis in
sua origine, nullaque ad ratificandum sit praestituta dies,
quandocumque ratihabitio interponatur, suam retrotractio- 64
nis vim habet *Barbosa in reg.* 10. n. 6. *in fin. de regul.*
jur. in 6., *Casareg. de commerc. disc.* 37. *n.* 15. *et* 16.

Dubitari potest, an promissio de contrahenda societate
super aliquo negotio, eadem societas contracta intelligatur;
seu ad illam contrahendam actio tribuatur? Negat *Mart.* 65
medic. dec. Senen. exam. 5. *n.* 39. *et* 40., ubi ducit argu-
mentum ab illo juris principio, quod promissio de venden-
do, non sit venditio, cum resolvatur in pollicitationem. 66
quae certis exceptis casibus, nequaquam obligat. ad *textum*
in leg. pactum 3. *et toto tit. ff. de pollicitat.* At his equi-
dem non assentior. quia hodie quaestio venditionis, aut
promissionis de vendendo sub pollicitatione etiam conten-
tae, est puri nominis, neque perfectionis contractus natu- 67
ram alterat *Rota dec.* 45 *n.* 2., *et dec.* 216. *n.* 2. *tom.* 5.
part 1. *in recent., et dec.* 1. n. 14. 15. *et* 16. *cor. Rattu;*
plurimum vero, quia pollicitatio, nudum verbum, seu pa-
ctum est; doctores autem docent omnes, nudis quoque ver-
bis recte posse societatem coiri, ut superius *n* 16. atque in 68
subjecta identificaque quaestione *Ansald. de commerc. et*
mercat. disc. 47. *n.* 4.

Compertissimi etiam juris est societatem contrahi sub
quovis modo, vel quavis sub conditione quae licita sit *leg* 69
1. *ff. pro socio. et leg. de societate* 9. *cod. eod tit. Barbo-*
sa in eadem leg. 6. *n.* 1. *lib.* 4. *tit.* 37. *cod. eod. tit.* Ad rem
ideo quaeritur, an coiri societas possit arbitrio alterius que-
madmodum. et partes ejusdem societatis constitui? Quid- 70
quid sit porro de ultimis voluntatis actibus arbitrio alterius
minime concredendis. *ad textum in leg. Illa institutio* 32.. 71
et leg. si quis Sempronium 68. *ff. de haered. instit.* Quod

contractus pertinet, suprascriptum non improbatur pactum
72 in contrahenda orbitrio alterius societate, vel utilium so-
cietatis parte stipulatum; nam eatenus consistet societas,
quatenus designatus orbiter fuerit arbitratus, sublata secus
societate, si ille orbitrari, vel noluerit, vel nequiverit; *ad*
73 *textum in leg. si coita* 76. *ff. pro socio*, ibi » Si coita sit
» societas ex his partibus, quas Titius arbitratus fuerit, si
74 » Titius antequam arbitraretur decesserit, nihil agitur;
» nam id ipsum actum est, ne aliter societas sit, quam ut
75 » Titius arbitratus sit » quod ipsum in contractu quoque
emptionis, et venditionis haberi receptum, docet *textus in*
76 *leg. fin. cod. de contrahenda empt.* verum de partibus so-
cietatis alterius arbitrio remissis, latius infra *part.* 3. *cap.* 8.

Praeterea *Lessius de just., et jur. lib.* 2. *cap.* 25. *du-
bit.* 1. *n.* 2. quatuor proponit valide contrahendae societa-
77 tis requisita; et haec sunt. Primum, ut singuli socii, ali-
quid in commune conferant, sive pecuniam, sive operam,
et industriam, sive instrumenta, verbi gratia, navem, equos,
sive animalia, sive alia bona, prout conventum fuerit, nisi
enim aliquid praestent, vel cooperentur ad lucrum, vel com-
modum, non possunt ejus esse participes, ut qui titulo ca-
reant. Secundum, et id, quod a singulis sociis collatum 78
fuerit eo animo, ut sit commune, statim cedat in do-
minium singulorum, ita ut singuli efficiantur domini to-
tius sortis partialiter, seu partiali dominio; tertium, ut 79
lucrum, et damnum sit commune; quartum denique, ut
fiat divisio lucri, secundum proportionem sortis a singulis
collatae, nisi aliter expresse fuerit conventum, et onus, 80
quod praeter naturam hujus contractus alteri parti imponi-
tur, debite compensetur; ita totidem plane verbis *Lessius* 81
loco dudum proxime citat.

Hactenus de substantialibus societatis contrahendae mo-
dis. Caeterum societas multifariam consideratur; expressa
nimirum, atque tacita; item universalis, generalis, et par- 82
ticularis; similiter inter fratres, aliosque sanguine conjun-
ctos, atque extraneos; atque demum consideratur, altero
pecuniam, altero operam conferente. De his ergo singillatim
omnibus, atque utiliter videamus. 83

CAPUT III.

De Societate expressa, et tacita.

SUMMARIUM

1. Per tractatum contrahitur societas expressa.
2. Tractatus significat disputationem, seu contentionem.
3. Unde, qui nolunt tractare, seu contendere, contrahunt per nuncium ad concilianda pacta, et n. 4.
5. Expressa societas est quae verbis, interveniente stipulatione, vel simplici etiam, nudove pacto contrahitur.
6. Et accidit quando duo, pluresve, expressis verbis conveniunt de communione rerum suarum.
7. Societas expressa est duplex: alia singularis unius rei, alia generalis omnium bonorum seu etiam rerum aliquarum.
8. Verius tamen societas expressa quatuor modis contrahitur, atque modi eantur, n. 10. 11. et 12.
13. Una societas, quantumvis expressa non trahitur, seu extenditur ad aliam.
14. Qui sustinent, expressam societatem non posse contrahi cum pupillo, et minore, necnon inter patrem, et filium, rejiciuntur, et remissive n. 15. et 16.
17. Expressi, et taciti eadem est virtus, idemque robur, et judicium, non solum in omni re, sed etiam in societate n. 18.
19. Societas omnium bonorum tacita habet omnia privilegia, et praerogativas, quas, vel quae habet expressa.
20. Frequentius tamen majorem vim habet expressum, quam tacitum.
21. Inter societatem expressam, atque tacitam est cera aliqua differentia.
22. In societate expressa omnium bonorum veniunt omnia, non solum ex quaestu, sed etiam ex haereditate, legato, et donatione.
23. In societate autem tacita, veniunt solummodo lucra ex quaestu, non autem ex haereditate, legato, et donatione n. 24. et n. 74.
25. Societas tacita omnium bonorum datur, rejectis aliquibus doctoribus.
26. Alia differentia, inter societatem omnium bonorum expressam, atque tacitam, traditur.
27. Hoc est, si unus socius sit exemptus ab aliquo onere, talis exemptio communicatur alteri non exempto: et remissive n. 28.
29. Alia differentia societatis expressae, et tacitae, traditur.
30. Hoc est, si fiat renovatio societatis initio expressim contractae, ex levioribus probationibus inducitur; secus e contra n. 31.
32. Declara si renovatio societatis fieri contingat inter easdem personas, quae initio coierunt, secus si in renovatione commisceantur aliae personae.
33. Societate expressa inter aliquos contracta, eaque finita, si renovetur; an creditores prioris societatis praeferantur aliis secundae societatis renovatae creditoribus?
34. Locatio facta cum pacto ut finito tempore si non fiat disdicta, censeatur renovata, hypotheca locatoris pro novo termino incipit a prima locatione.
35. Quod si deficiat d. pactum hypothecae, locatoris pro novo termino incipit a die renovationis, et affertur ratio.
36. Quaestio, de qua supra n. 33. per distinctione resolvitur, et n. 37 et 39.
38. Fortius si creditores primae societatis, de salvis eorum juribus anterioritatis fuerint protestati in renovatione.
40. Bona per socios quaesita ex causa societatis, sunt specialiter obligata creditoribus, qui societati crediderunt.
41. Fidejussores primae societatis non remanent obligati pro illius renovatione facta sine pacto, de quo supra, et n. 43.
42. Amplia in locationis, et conductionis fidejussore.
44. Societas re coita, tacite contracta intelligitur. *Re*, nempe facto ipso et n. 45.
46. Super tacita societate dantur exempla per doctores n. 47. 48. et 49.
50. Obligationes in societate, aliisque contractibus fiunt consensu.
51. In tacita etiam societate intervenit consensus re ipsa, seu facto ipso
52. Declara dummodo res ipsa, seu factum ipsum ita se habeat, et citra jus, et nomen societatis fieri nequeat.
53. Amplia, et his actibus tacitis magis probatur societas, quam verbis expressis.
54. Conjecturis, et praesumptionibus tacite inducitur societas.
55. Debent tamen esse praesumptiones, et conjecturae, seu actus, certi, et univoci, non autem aequivoci, et aliorsum referibiles, et n. 57.
56. Aequivocus erit actus subministrationis pecuniarum facta per eum, qui se socium dicit, si referri potest ad amicitiam, benevolentiam, pietatem, affinitatem, agentiam, mandatum, seu debiti solutionem.
58. Quando sit contentio, an actus tacitam societatem inducturus, sit univocus, seu aequivocus, remittitur ad arbitrium judicis.
59. Fratres etiam in communi viventes non dicuntur iniisse tacitam societatem, quia actus potest referri ad communionem vitae.
60. Amplia si eorumdem fratrum unus negotietur solus.
61. Declara, nisi agatur de universali societate, inque frater non negotians omnia, quae habet in commune conferat.
62. Tacita societas, aliter praesumitur in nobilibus, et aliter in artificibus, et rusticis.
63. Nobiles in communi viventes de eorum redditibus, non praesumuntur iniisse societatem tacite, nisi expresse dixerint.
64. Vel nisi ipsi nobiles negotientur omnes, et in commune omnia conferant
65. Artifices contra, eamdem artem exercentes, et lucra conferentes, tacitam societatem iniisse praesumuntur.
66. Amplia, licet diversas artes exercuerint.
67. Amplia fortius in rusticis simul laborantibus, et quaestus conferentibus.
68. Tacita societas quandoque facilius praesumitur; puta inter fratres, aliosque sanguine conjunctos, et n. 69
70. Contra, difficilius tacita praesumitur societas inter personas extraneas.
71. Regulariter, qui non potest contrahere societatem expressam, multo minus tacitam contrahere potest.
72. Intellige hujusmodi casus perraro dari, nam furiosi, infantes, et hujusmodi, contrahunt per tutores, et curatores, et remissive.
73. Quaevis societas universalis, generalis, atque particularis tacite potest iniri.
75. Mulier, et minor non possunt societatem sine solemnitatibus statuti contrahere, et remissive.
76. Limita in societate tacita, ex facto, et ministerio juris inducta.
77. In tacita societate, quae nulla verborum formula contrahitur, solemnitates non possunt intervenire.
78. Tacita societas tantum valet, quantum sonat, quavis scilicet extensione sublata.
79. Qui negat societatem tacite contractam, potest ei dari juramentum.
80. Quaecumque sit societas sive expressa, sive tacita, dividitur in universalem, generalem, et particularem, de quibus remissive.

1 Expressae societatis naturam, bis innuit verbis Ulpia-
nus = *nam cum tractatu habito, societas coita est, pro so-
cio actio est* = in *l. nam* 32. *ff. pro socio.* Ait textus *tracta-
tu habito*, hoc est disputatione, veluti observat *Cujac. ad*
2 *lib.* 1. *responsor. Papiniani in princ. col.* 829. *lit. A.
tom.* 4. seu contentione magis, prout in *l. ut in* 33. *ff. pro
socio*, ibi » Nam qui nolunt inter se *contendere*, solent per 3
» nuncium rem emere in commune » contentione scilicet,
ad pacta societatis concilianda, quae nonnisi expresse, et
lingua, ut ajunt, nuncupata, fieri assolent; ut in substan- 4
tia expressa societas sit, quae verbis interveniente stipula-
tione, vel simplici etiam, nudove pacto, contrahitur *Ro-* 5

land. a Vall. cons. 91. *n.* 24. *tom.* 1. *Mantica de tacit.*
et ambig. lib. 6. *tit.* x. *num.* 1. tumque accidit, cum duo,
pluresve deliberate, et consulto de suarum rerum commu-
6 nione expressis verbis conveniunt, *Zasius in l. si unius n.*
5. *ff. de pact. Decian. respons.* 97. *n.* 3. *tom.* 2. *Schrader.*
de contract. tit. 26. *de societ n.* 24. *Ubald. de duob. fra-*
trib. part. 2. *princ. n.* 1. *Minsinger. in* §. *solemus n.* 1.
in fin. instit. de societ. Alderis. de symbolic. contract.
tit. 3. *cap.* 1. *n.* 6. *et cap.* 5. *n.* 63.

Hujusmodi vero expressa societas, duplex traditur; alia
singularis, puta unius rei, de qua in *l. societas* 5. *ff. pro*
socio. Alia generalis, seu universorum bonorum ut in *ead.*
l. 5. *ff. eod. tit.* vel etiam aliquarum rerum, seu mercium
7 *Carpan. ad statut. Mediolan. cap.* 483. *n.* 41. *tom.* 2. sed
mea sententia melius, quadruplicem contrahendae societa-
8 tis expressae modum indicat *Minsinger.* §. *societatem coi-*
re n. 2. *instit. de societate* his verbis » Dicimus coiri so-
» cietatem, aut expresse, aut tacite, quod illa fit quatuor
» modis. *Primo* de omnibus bonis, in qua veniunt ipso jure
» omnes res corporales quoad dominium, et possessionem
9 » deinde haereditates, et legata, et donationes causa mor-
» tis. *Secundo* simpliciter sine mentione omnium bono-
» rum, et tunc solum illa veniunt, quae ex quaestu, idest
» opera personali quaeruntur, ut si quod lucrum ex em-
» ptione, et locatione descendit; haereditates autem, lega-
» ta, et donationes mortis causa non veniunt, quia illa non
10 » ex quaestu, sed ob meritum aliquod, seu ex prospera
» fortuna obveniunt. *Tertio*, si intuitu alicujus negotia-
» tionis, ut vini, frumenti, olei, et tunc solum veniunt
11 » quaesita ex illa negotiatione. *Quarto* denique contrahi-
» tur in una tantum re, ut in equo emendo, aliaque re »
12 concordat *Schneidewin. in lib.* 3. *tit.* 26. *n.* 4. 5. 6. *et* 7.
instit. de societ. Quae vero, et quales sint hujusmodi so-
cietates; inferius in hac secunda ostendam parte separatim.
Interea vero pro certo tenendum, ut una societas, quan-
tumvis expressa, non trahatur ad aliam, minusque ut unius
13 negotiationis societas ad aliam extendatur, *Castren. cons.*
415. *n.* 1. *tom.* 1. *Minsinger. in* §. *societatem coire n.* 2.
in fin. instit. de societ. Carpan. ad stat. Mediolan. cap.
483. *n.* 60. *tom.* 2.

Sunt qui hujusmodi societatem expressam cum minore,
14 pupillove contrahi non posse sustinent ut in superiore *cap.*
1. *n.* 24. hujus secundae partis; sunt pariter, qui eamdem
hanc expressam societatem inter patrem, et filium coiri jure
15 posse negant, et in his praestat *Faber. de error. pragma-*
tic. part. 2. *decad.* 41. *error.* 8. *n.* 16. sed utramque satis,
16 ut opinor, dilucidavi quaestionem *in d. cap.* 1. *n.* 30. *et*
51. hujus secundae partis, quo ne actum agere videar, li-
benter me refero.

Sed quorsum hujus capitis, de expressa societate, sepa-
rata institutio, si eadem plerumque est expressi, atque ta-
17 citi virtus, idemque robur, et judicium? *Ad textum in l.*
item quia 4. *ff. de pact.*, *et l. cum quid* 3. *ibique glossa*
ff. de rebus credit. Cujac. in lib. 3. *Pauli ad edict. ad*
l. 73. *circa fin. ff. de pact. col.* 65. *lit. E. tom.* 5. *Mans.*
consult. for. 17 *n.* 36. *tom.* 1. *et consult.* 449. *n.* 16. *tom.*
5. *de Valent. de contract. tit.* 26. *n.* 31. *et* 3x. *Rocco di-*
sput. jur. cap. 191. *n.* 64. *Rota dec.* 354. *n.* 52. *par.* 11.
recentior. Atque in subjecta societatis quaestione specifice
18 tradunt *Roland. a Vall. cons.* 91. *n.* 28. *vol.* 1. *Felic. de*
societ. cap. 26. *n.* 27. 36. *Mans. consult. for.* 737. *n.* 11.
tom. 8. *Mandosn ad regal.* 33. *cancellor. quaest.* 12. *n.*
3. *Jov. de contract. min. gloss.* 25. §. 13. *n.* 78. *Micha-*
lor. de fratrib. par. 2. *cap.* 3. *n.* 3. Adde *Carpan. ad sta-*
tut. Mediolan. cap. 483. *n.* 59. *tom.* 2. ubi quod tacita o-
mnium bonorum societas habet omnia privilegia, et praero-
19 gativas, quae, seu quas expressa omnium bonorum habet.

Non semper hoc tamen verum est, cum frequentius ma-
jor sit virtus expressi, quam taciti, ut in *leg. est differen-*
20 *tia* 9. *ff. in quib. caus. pign. vel hypoth. Gratian. discept.*
for. cap. 306. *n.* 19. *et* 20. *Mans. consult. for.* 346. *num.*
163. et 164. *tom.* 4. *Rota dec.* 8. *sub n.* 2. *censib.*, *et dec.*
69. *n.* 6. *de fideicomm. cor. Falconer.* Et ad rem hanc,
aliqua vere inest expressae, ac tacitae societatis differentia
quemadmodum de communi doctorum opinione in praesenti
21 quaestione testantur *Ciarlin. contr. for. cap.* 177. *n.* 8. *de*
rubeis resolut. practicab. cap. 60. *n.* 386. *cum seq*

Sitque exemplo universalis societas inter duos, pluresve
contracta, si quidem expresse inita habeatur, ea sub conti-
neri non dubium omnia, et quaecumque lucra, non ex bo-
nis, industriave dumtaxat, sed ex haereditate etiam, lega- 22
to, donatione, quae fortuna fuerit ana donatione, largita,
Decius in rubrica qui testam. fec. poss. n. 13. *et* 17. *Ca-*
strea. cons. 349. *n.* 2. *tom.* 1. *Alexand. cons.* 48. *n.* 4. *et*
5. *lib.* 2. *Ciarlin. contr. for. cap.* 177. *n.* 6. *lib.* 2. *de Ru-*
beis resolut. practicab. cap. 60. *n.* 386. *cum seq. Antonell.*
de tempor. legal. lib. 2. *cap.* 109. *n.* 12. *Rot. dec.* 421. *n.*
6. *cor. Coccin.* Quod si hujusmodi omnium bonorum so-
cietas fuerit tacite contracta, et hoc posteriore casu confe-
rentur lucra, et quaestus dumtaxat ex bonis, industriave
obvenientia, reliqua non item quemadmodum contra sen- 23
tentiam *Thomat. dec. Maceraten.* 124. *num.* 22. *tom.* 2.
probe sustinent, *Alexand. cons.* 49. *n.* 2. *lib.* 1. *Ancha-*
ran. cons. 149. *n.* 3. *Roland. a Vall. cons.* 91. *n.* 8. *vol.* 1.
Ciarlin. contr. for. cap. 16. *n.* 6. *Michalor. de fratrib. par.*
2. *cap.* 3. *n.* 2. *de Rubeis resol. practicab. loco prox. cit.*
n. 386. *cum seq. Antonell. loco pariter proxime cit. Rota*
dec. 421. *n.* 6. *cor. Coccina*, ibi » Haec est differentia
» inter tacitam, et expressam (omnium bonorum societa-
» tem) quia in tacita non veniunt, nisi ea, quae acquirun-
» tur ex actibus quaestuariis » Ex his autem proscripta re- 24
manet opinio nonnullorum doctorum universalem omnium
bonorum societatem dari non posse tacitam sustinentium;
nam decisio rotae dudum recitata illam admittit, et contra-
rios doctores refert, simulque rejicit *Molegaan. altercat.*
legal. altercat. 94. n. 4. verum de hoc iterum infra in se- 25
quenti capite.

Praeterea, aliam differentiam societatis tacitae ab altera
expressa omnium bonorum assignat, atque probat *Micha-*
lor. de fratribus par. 2. *cap.* 3. *n.* 4. *et* 5. *cum duob. seq.*
videlicet, si duo expressam omnium bonorum societatem 26
coierint, et eorum alter esset propter aliquod personale pri-
vilegium exemptus ab oneribus publicis, puta decuriona-
tus, et hujusmodi, quod hic alteri socio non exempto com-
municet suae immunitatis privilegium; illa ratione, quia
sicuti in societate universali omnium bonorum omnia inter
eosdem socios comunicantur, inde fieri non posse arguit
Michalor. loc. cit. quin unus non subeat exemptus, si co
non exemptus gravatur, ita ut per indirectum gravaretur
exemptus, ita *Michalor. loc. cit.* ubi citat *Glossam. in l.* 27
fin. verbo fratribus c. de muner. et honor. lib. 10. *et Ja-*
sonem in l. si emancipati 9. n. 9. *c. de collat.* Quanti ve-
ro valeat argumentum hoc, secum quisque reputet; hac de
re in tertia hujus tractatus parte *cap.* 9. redibit sermo. 28

Alius societatis expressae proponitur effectus ab alia ta-
cita diversus; si Titius, verbi gratia, ac Sempronius, ali- 29
quam ex supra quatuor indicatis societatibus coiverint, et
contendatur, illa deinceps soluta, an iterum renovata fuerit?
Ad quaestionem proderit maxime disquisitio, an societas
praecedens fuerit expressa, vel potius tacita; nam si prior
societas expressa fuerit, subsequens ejusdem societatis re-
novatio, quae tacite proponatur inducta, levioribus contenta
erit probationibus; rigidioribus e contra, si praecedens, et 30
primordialis societas, vel non praecesserit, vel fuerit tacite
initio contracta; etenim propter illud societatis expressae
primordium, facilius censeri debet tacita societas inducta,
seu renovata, ex regula, quod res facile facit transitum ad 31
primaevam naturam status antecedentis *Calcagnin. ad ma-*
ter. feudal. observat. 18. *n.* 19. *cum seq.* Vera tamen haec
intelligitur regula, seu conclusio, si contentio renovationis
per tacitam versetur inter easdem personas, quae praece-
denter coiverunt expressam, secus si commixtae habeantur
aliae personae in primordiali expressa haudquaquam com-
prehensae. *Calcagnin. loco proxime cit. n.* 24. 32

Dubitari hinc potest, utrum inter duos, pluresve, con-
tracta societate expressa, interpositaque illius occasione, per
socios hypothecaria obligatione erga futuros ejusdem socie-
tatis creditores, si haec deinceps expressa societas dissolva-
tur, quoquo modo, et iterum alia tacite renovetur, utrum,
dico, creditores prioris societatis valeant anterioritatem eo-
rum hypothecae, super bonis renovatae societatis in praeju-
dicium aliorum creditorum istius exercere? In terminis 33
locationis renovatae, absoluta res est per illam distinctionem
ut, vel in prima locatione inest pactum, ut peracto trien-
nio, vel novennio, ob non factam a partibus disdictam, lo-
catio intelligatur renovata, et hoc priore casu renovatio lo-

cationis, praetermissa disdicta, non derogat anterioritati
prioris hypothecae locatoris, quia semper eadem, atque
34 prima. non nova existimatur locatio, *Gratian. discept.*
for. cap. 68. *n.* 35. *et* 36. *Merlin. de pign. lib.* 2. *tit.* 2.
quaest. 67. *n.* 95. *Salgad. labyrint. credit. part.* 1. *cap.*
34. *n.* 9. 14. *et* 15. *Pacion. de locato, et conduct. cap.* 39.
n. 59. *et* 60. *Rota dec.* 17. *n.* 6. *et* 8. *cor. Tanar.*, *et in*
Melevitana pecuniarum super reservatis 26. *januar.* 1739.
§. 4. *cor. cl. mem. Card. Bussio.*

Vel in prima locatione pactum faciendae disdictae desideratur. sed renovatio locationis tacita interponitur, locator
pro pensionibus renovatae locationis, non a die primi contractus, sed a die renovationis mutuatur hypothecae suae
praelationem, quia haec locationis renovatio, alius, atque
35 alius est a praecedenti, contractus *Gnit. de credit. cap.* 4. *qu.*
11. *n.* 2149. *cum seq.*. *et n.* 2155. *cum seq. Rodriq. de*
concurs. credit. part. 1. *artic.* 8. *n.* 6. *Salgad. labyrint.*
credit part. 2. *cap.* 27. *n.* 67. *cum seq. Pacion. de locato, et conduct. cap.* 39. *n.* 54. *Rota dec.* 15. *n.* 5., *et dec.*
223. *num.* 8. *cor. Tanar.*, *et in Romana concursus super*
praelatione 3. *junii* 1737. §. 7. 8. *et* 15. *coram. cl. mem.*
Card. Bussio.

Parili quidem modo, expressa societas ad tempus inita
ac deinde ad beneplacitum, si ejus renovatio tacite ob stipulatam, et non factam disdictam contingit, intervenit re-
36 novatio, juxta terminos ubique pares decisos per *Rotam*
in Romana societatis nundinarum 18. *februarii* 1754. §.
5. *cor. cl. mem. Card. Elephantutia*, et hoc in casu, priores creditores sociales super bonis renovatae societatis suam
37 exercere hypothecam jure valent *Rota post Iranc. de protestat. dec.* 29. *n.* 3., ubi plurimum, *si* hujus primae societatis creditores de eorum juribus anterioritatis ubique
salvis, fuerint protestati, quae semper cautela, salutaris
38 est admodum. Secus si disdicta in pactum deducta nequaquam fuerit, *nam* tunc talis renovatio societatis efficiet, ut
haec alia, atque alia futura sit, a priore, societas, ut perinde creditores secundae societatis praeferri debeant aliis
39 primae societatis creditoribus, licet hypothecariis, *ad text.*
in l. procuratoris §. *si plures ff. de tribut. act. Rota in*
dec. 11. *n.* 3. *tom.* 5. *part.* 1. *in nuperrim.* Regula quoque
pro his creditoribus militante, ut bona per socios quaesita
ex causa societatis sint specialiter hypothecata negotii so-
40 cialis creditoribus, qui eidem societati crediderunt *Card.*
de Luca de donat. disc. 6. *n.* 10., *et de dote disc.* 166. *n.*
65. *Rota in Romana avocationis pecuniarum* 28. *martii*
1727. §. *parum officiente cor. cl. mem. Card. Aldrovando.*
Ita quidem ut ne fidejussores quidem primae societatis remaneant creditoribus secundae societatis renovatae. in terminis hujus secundi casus, obstricti; ad literalem, in pun-
41 cto locationis, *textum in l. si cum Hermes* 7. *c. de locato,*
et conducto, ibi » si cum Hermes vectigal octavarum in
» quinquennium continuum conduceret, fidem tuam obli-
» gasti. posteaque spatio ejus temporis expleto, cum idem
» Hermes in conductione, ut idoneus detineretur, non con-
» sensisti, sed cautionem tibi reddi postulasti, *non* opor-
42 » tere te de posterioris temporis periculo adstringi, com-
» petens judex non ignorabit » et in subjecta societatis
43 quaestione tuentur *Ubald. de duob. fratrib. part.* 15., *et*
ult. n. 7. *Rota dec.* 169. *n.* 42. *part.* 17. *recentior.* verum
de his oratio alibi latior erit.

Hactenus de expressa; de tacita nunc societate, nonnulla dicamus; Modestinus, cum docet in *leg. societas* 4. *ff.*
44 *pro socio = societatem coire et re, et verbis. et per nuncium nos posse* = per illud verbum *re*. tacitam intellexit
innuere societatem; re videlicet, seu facto ipso declaratam,
ut per *Donell. comment. jur civ. lib.* 13. *cap.* 15. *lit. C.*
45 quocum consentiunt *Gothofred. in eadem leg.* 4 *ff. pro socio*, *Vinn. ad rubricam instit. de societ. Connan. comment. jur. lib.* 7. *cap.* 13. *n.* 12. *Mantica de tacit.*, *et*
ambig. lib. 6. *tit.* 2. *n.* 4. *Alderis de symbolic. contract.*
tit. 3. *cap.* 5. *n.* 63. *Constantin. vot.* 255. *n.* 47. *tom.* 2.
46 *Rota dec.* 504. *n.* 5. *cor. Caprara.* Exempla haec sunt per
Zasium tradita *in l. si unus n.* 6 *et* 7. *ff. de pact.* » Quan-
» do plures habent rem, et negotiationem nummulariam,
» unicum officium, quod quemlibet respicit, in quo officio
» est communio, dato quod non exprimant omnino, tamen
47 » sunt tacite socii; sic in proposito sunt argentarii, nam re
» ipsa sunt socii, si habent commune officium; sic duo fra-
» tres post mortem patris, quamdiu non dividunt, cum
» possent dividere, sed communicant bona, dicuntur ex ta- 48
» cita conventione socii, si et lucra communicent » sequitur *Mynsinger.* §. *societatem n.* 3. *instit. de societ.*
ibi » Tacite vero coitur societas, veluti si duo fratres aetate
» majores negotiati fuerint, et contulerint quippiam in
» commune, videtur tacite contracta societas, in hoc scili- 49
» cet negotio, in quo facta est communio ».

Consensu praeterea fieri obligationes in emptionibus,
venditionibus, locationibus, conductionibus, societatibus,
et mandatis, scribit Gajus *in leg. consensu* 2. *ff. de oct.* 50
et oblig. Ut ex causa proinde societatis etiam tacitae quis
obligetur, ad hoc consensum praestare opus habet, qui consensus, seu voluntas societatem contrahentis, non verbis
tantum, et figura literarum, sed facto etiam ipso per se 51
satis loquente datur intelligi *Connan. comment. jur. civ.*
lib. 7. *cap.* 13. *sub n.* 1. *Roinud. n Vall. cons.* 91. *n.* 26.
vol. 1. *Corn. cons.* 54. *n.* 1. *vol.* 1. *Ancharan. cons.* 302.
n. 1. *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 2. *n.* 2. 3. *et* 4.
tom. 1., dummodo res ipsa, seu factum ita loquatur, vel
ita se habeat, ut citra jus, et nomen societatis fieri actus
nequeat, aut diversimode interpretari *Surd. cons.* 441. *n.* 52
10. *tom.* 3. *idem Surd. decis. mantuan.* 267. *n.* 6. *Copyc.*
latr. dec. 189. *n.* 29. *Alderis. de symbolic. contract. tit.*
3. *cap.* 4. *n.* 32. *Contr. discept. for. caus.* 25. *n.* 5. *Rota*
post Salgad. in labyrint. credit. dec. 168. *n.* 6. Eatenus
quidem, ut his actibus tacitis magis intelligatur societas,
quam verbis expressis inita, *Ancharan. cons.* 302. *n.* 1. 53
Mantica de tacit. et ambig. lib. 6. *tit.* 11. *n.* 6. 7. *et seq.*
Michalor. de fratribus par. 2. *cap.* 2. *n.* 3. 4. 6. et 8.

Hujusmodi vero facta, per quae ad tacitam infertur societatem, diversimode interpretari quandoque possunt;
hinc ad conjecturas, et praesumptiones convolandum; per
quas tacita societas, vel admissa, vel exclusa habeatur:
unde principium est in foro receptum, ut conjecturis, et
praesumptionibus tacita induci possit societas, *Bald. cons.* 54
304. *n.* 1. *lib.* 1. *Menoch. de praesumpt. lib.* 3. *praesumpt.*
56. *n.* 4. *et* 37. *Gratian. discept. for. cap.* 336. *num.* 1. *et*
ibidem Carol. Ant. de Luca ad eumd. Gratian. num. 1.
Mascard. de probat. conclus. 1309. *n.* 20. *vol.* 3. *Mynsinger. respons. jur. decad.* 2. *respons.* 18. *n.* 1., dummodo hujusmodi actus, conjecturae, et praesumptiones, non
sint aequivoci, seu aequivocae, et alio referibiles *Card. de* 55
Luca de credit. disc. 88. *num.* 6. *Jov. de contract. min.*
gloss. 25. §. 13. *n.* 90. *Rota dec.* 168. *n.* 5. 8. *et* 9. *post*
Salgad. in labyrint. credit., et *cor. Otthobon. dec.* 94. *n.*
5. 6. *ad* 9. puta si pecuniarum subministratio facta ab eo,
qui se socium contendit, sit ad amicitiam, benevolentiam,
pietatem, affinitatem, agentiam, mutuum, mandatum, vel 56
crediti quoquo modo satisfactionem, referibilis *Gratian.*
discept. for. cap. 336. *n.* 4. *Rota d. dec.* 94. *n.* 6. *ad seq.*
cor. Otthobon., *et in montis falisci societatis* 28. *aprilis*
1758. §. 3. *et* 4. *cor. bon. mem. Ratta.* Sed ita univocis
argumentis, urgentibus conjecturis, et actibus ubique claris. atque concludentibus coitio tacitae societatis appareat,
ut illa aliorsum referri nullimode possint, nec citra jus, ac
nomen societatis expleri potuerint *Gratian. discept. for.* 57
cap. 336. *n.* 2. 3. *et* 21. *Rota in Romana*, *seu Sabinen.*
societatis 30. *martii* 1753. §. 4. *coram D. Figueroa. et in*
Romana pecuniaria super reservatis in sententia AC. 4.
junii 1753. §. 8. *cor. cl. mem. Card. Elephantutio*, *et in*
montis falisci societatis 28. *aprilis* 1758. §. 2. *cor. bon.*
mem. Ratta, atque in his rite pensandis, judicis arbitrium 58
multum facit: ex *Mynsinger. respons. jur. decad.* 2. *resp.*
18. *num.* 3. *Carol. Anton. de Luca ad Gratian. discept.*
for. cap. 336. *n.* 16.

Qua ex re ad aequivocorum actuum classem, hic est referendus; si duo fratres una vivunt. et indivisam aliquandiu paternam haereditatem retinent, ut contracta societas
tacite eos inter una dicatur. cum actus valeat ad communionem vitae facile referri *Donell. comment. jur. civ. lib.* 59
13. *cap.* 15. *lit. E. in notis*, *Menoch. de arbitr. lib.* 2.
cent. 2. *cas.* 127. *n. fin.* Ad eamdem pertinet aequivoci
actus classem, si eorumdem fratrum alter in proposito casu
negotietur solus, non item alter *Decius in cons.* 21. *n.* 4. 60
vol. 1. *Simon. de Praet. cons.* 24. *n.* 16. *cent.* 1. *Cassan.*
ad consuet. Burgund. de success. rub. 7. §. 5. *n.* 29. *vers.*
tertia principalis conclusio, *Mantica de tacit.*, *et ambig.*

lib. 6. *tit.* 11. *n.* 11. *et* 20., *Carol. Anton. de Luca ad Gratian. discept. for. cap.* 336. *n.* 7., ubi, nisi de universali agatur societate, et alter frater negotia non gerens, omnia, quae habet, in commune posuerit, ibique concor-
61 dantes, adde *Manticam loco prox. cit. n.* 19.

Explicatu magis tamen haec digna materia est. Tacita enim societas aliter praesumitur in nobilibus, et aliter, at-
62 que aliter in artificibus, et rusticis, ex *Carpon. ad statut. Mediolan. cap.* 483. *n.* 56. *tom.* 2. Nobiles quippe una viventes de eorum redditibus, non dicuntur tacitam contra-
63 xisse societatem, nisi fuerit expresse dictum *Alciat. de praesumpt. reg.* 1. *praesumpt.* 25. *n.* 2. *Mascard. de probat. conclus.* 31. *n.* 20. *vol.* 1. *Cassan. in consuet. Burgund. rubrica* 7. *de succes.* §. 5. *num.* 28. *vers. secunda.* Vel nisi iidem negotientur nobiles ubique omnes, vel sal-
64 tem omnia undecumque provenientia communicent *Cassan. in consuet. Burgund. loco proxime cit. n.* 32 *vers. intellige in fin. Carpan. ad statut. Mediolan. cap.* 483. *n.* 2. *tom.* 2. *Carol. Anton. de Luca ad Gratian. discept. for. cap.* 336. *n.* 6.

Artifices e contra eamdem artem exercentes, et lucra
65 conferentes tacitam intelliguntur societatem contraxisse *Petr. de Ubald. de duob. fratrib. part.* 9 *princip. n.* 5., quod aeque verum, tametsi diversas exerceant artes *Decian.*
66 *resp.* 73. *num.* 17. *vol.* 1. *Menoch. de praesumpt. lib.* 3. *praesumpt.* 56. *n.* 30. *Ciarlin. contr. for. cap.* 16. *n.* 26. et 27. *Rota dec.* 421. *n.* 5. *cor. Coccino.* Quod multo magis est receptum in rusticis simul laborantibus, et quaestus
67 conferentibus *Ubald. de duob. fratribus part.* 3. *princ. n.* 37. *Rota post Constantin. ad stat. urb. tom.* 3. *dec.* 145. *n.* 4. *et* 15. repetita in *nuperr. tom.* 1. *dec.* 77. *n.* 4. *et* 15.
68 Societas item tacita facilius quandoque praesumitur *Donell. comment. jur. civ. lib.* 13. *c.* 15. *lit. E. in notis. Alderis. de simbolic. contract. tit.* 3. *cap.* 5. *n.* 64. Puta
69 inter fratres, aliosque sanguine conjunctos *Mantica de tacit.*, *et ambig. lib.* 6. *tit.* 10. *n.* 3. *et tit.* 12. *n.* 5. *Cirocc. discept. for.* 65. *n.* 10. *Constantin. ad stat. urb. annot.* 21. *n.* 44. *Calcagnin. ad mater. feudal. observat.* 18. *n.* 21. et 22. *Rota dec.* 28. *n.* 10. *part.* 7., *et dec.* 27. *n.* 18. *part.* 17. *recentior.* Difficilius e contr[illegible] [illegible]ec tacita societas admittitur inter personas extraneas *C[illegible]gnin. ad mater.*
70 *feudal. d. observat.* 18. *n.* 21. *et seq. Cirocc. d. discept. for.* 65. *n.* 10.

Generaliter verum est, eu[illegible] [illegible]e societatem contrahere non posse, qui illam contrahe[illegible] expresse prohibetur, puta si consensu quia caret *Bartol. in leg. Lucius* 47. §. *altero* 71
n. 5. *ff. de administrat. et peric. tutor. Rota dec.* 129. *n.* 22. *part.* 10. *rec.*, licet hujusmodi casus perraro contingat, cum vel curator, vel tutor valeat, vel etiam judex supplere in certis casibus consensum puta furiosi, infantis, et hujus-
modi, qua in re plura dixi *in cap.* 1. hujus secundae par- 72
tis, ita quidem, ut regula constitui indubia possit, quamlibet societatem, *nedum* particularem, et generalem, sed o-
mnium quoque bonorum coiri tacite posse, quemadmodum 73
tenent communiter *Donell. comment. jur. civ. lib.* 13. *cap.* 15. *lit. C. in notis. Petr. de Ubald. de duob. fratrib. par.* 3. *princip. sub n.* 32. *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 3. *n.* 10. *Alderis. de symbolic. contract. tit.* 3. *cap.* 4. *n.* 31. *in fin. Carena resol.* 183. *n.* 1. *Ciarlin. contr. for. cap.* 16 *n.* 3. *Mascard. de probat. conclus.* 1309. *num.* 20. *vol.* 3. excepta solum omnium bonorum societate tacita, in qua quaestus dumtaxat conferuntur, non item ex haereditate, legato, aut donatione provenientia, quemadmodum
habetur superius in hoc eodem *cap.* 3. *n.* 23. *et* 24. demon- 74
stratum.

Alibi dixi, mulierem, prout annis quoque minorem, sine solemnitatibus, non posse societatem contrahere, ut *in* supe-
riore *cap.* 1. *n.* 90. *et* 91. hujus secundae partis. Sed hoc in- 75
telligitur in societate voluntaria, atque expressa, non item in societate, quae ex ministerio legis inducitur, quemad-
modum fere tacita est, ut per *Rotam in dec.* 408. *n.* 6. *cor.* 76
Buratto. Ipsaque persuadet ratio, quia cum tacita societas sine ulla contrahatur scriptura, nulla verborum formula, impossibilis videtur earumdem solemnitatum statuti obser-
vantia, atque concursus, veluti decisum refert in *Romana* 77
de Massa 13. *junii* 1601. *cor. Corduba*; laudatque *Rota in d. decis.* 408. *n.* 7. *cor. Buratto.*

Societas demum tacita tantum valet, quantum sonat, hoc est quantum ex ipsa re, seu facto resultat, extensione qua-
vis ultra illum actum, seu factum exclusa *Castren. cons.* 78
349. *n.* 2. *tom.* 1. *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 11. *n.* 25. *cum seq.*, et si quis animo, seu tacite dumtaxat societatem vere coitam, perfricta fronte negaverit, jura-
mentum dari ei posse, constat, ex *Corn. cons.* 1. *num.* 3. 79
vers. qui cum juramento vol. 1. *Decian. respons.* 36. *n.* 40. *vol.* 1. *Ciarlin. contr. for. cap.* 177. *n.* 12. *tom.* 2.

Sit postremo societas expressa, sit etiam tacita; placet eam dividere in universalem, generalem, atque particu-
larem cum *Heinec.* §. 945. *instit. de societ.* praestat singu- 80
las percurrere.

CAPUT IV.

De Societate universali.

SUMMARIUM

1. Societas universalis *specialiter* contrahi debet, hoc est *expresse* secundum aliquos, et n. 2. et 3.
4. Sed contrarium, quod etiam tacite coiri possit universalis societas et remissive, et n. 5.
6. Certe est inclusio, ut haec societas universalis non solum expressa, sed etiam tacite contrahi possit.
7. Probatio societatis universalis, dicitur opus maximum, laborque durissimus; et affertur ratio, n. 8
9. Dicitur etiam difficilis, et ardua provincia, vix admittenda.
10. Dicitur tandem raro contingibilis universalis societas.
11. Amplia in universali societate tacite, quae est difficilioris probationis.
12. Praesertim si constet de inaequalitate capitalium collatorum.
13. Haec ideo universalis societas, nunquam quid facti, de jure non praesumitur.
14. Amplia praesertim in dubio.
15. Quamobrem rigidis, univocis, et concludentibus probationibus perstringi debet.
16. Atque talibus, ut non alio possint referri quam ad hanc societatem.
17. Magis semper, magisque si agatur de tacita, non de expressa societate.
18 Plurimum si proponatur ad cogendum socium ad solutionem aeris alieni.
19 Rigidae hujus societatis probationes respiciunt petitorium, nec ideo retardant judicium possessorium immissionis.
20. Pollicetur auctor referre actus inducentes hanc societatem, deinde quae in ea conferuntur.
21 In societate universali expressa, videntur necessaria illa verba *omnium bonorum*, seu *universarum fortunarum*, et n. 22 23, et 24.
25. Ita ut omissio *omnium*, seu *universorum* indicet potius societatem generalem ex quaestu, quam universalem.
26. Ad inducendam societatem, nulla est formula verborum praestituta, et magis attenduntur facta, quam verba, et remissive.
27. Haec verba *qual tanto noi lucreremo*, Rota in suo casu applicavit ad societatem universalem.
28 Contra haec verba *abbiamo continuata la comunione universale di tutti, e singoli beni*, eadem Rota applicavit particulari, seu generali societati.
29. Partes nequeunt verbis inducere ibi societatem universalem, quae talis non sit de facto.
30. Tales enim debent esse actus, ut citra jus, et nomen societatis fieri nequeant.
31. Neque prodest ad hunc effectum confessio procuratoris.
32. Societas omnium bonorum expresse initio contracta, talis praesumitur continuata, usque ad tempus divisionis, n. 55.
33. A societate universali initio contracta potest per actus contrarios, vel recedi, vel in aliam societatem transiri.
34. Contracta societas dicitur ab eo tempore, quo socii communicant, dicitur vero dissoluta ab eo tempore, quo communicare desinunt.
35. Verba universalia, si praecedunt, et facta concordant, est societas universalis expressa, si vero sola facta conveniunt; erit tacita universalis.
36. Confessio partium, quae sit etiam publice, etiam a fama, opinione, et credulitate, traducta, non prodest ad hujus societatis inductionem.
37. Amplia si confitentes fuerint minores, aut mulieres.
Cognitio qualitatis societatis universalis, prudentissimos quosque jurisconsultos fallit, ibid.
38. Confessio vero in articulo mortis emissa ad excludendam universalem societatem, admittitur.
39. Amplia si alter socius, quousque in humanis fuit, tacuit, et non contradixit.
40. Universalis societas non ex uno inducitur actu, sed ex pluribus in eam conspirantibus.

41. Non item inducitur ab uno negotio, sed a pluribus negotiis.
42. Rota antiqua duo requisita ad universalem exigit societatem, communicationem omnium lucrorum, et rationem nunquam redditam.
43. Doctores cum Rota moderniori, tria exigunt requisita, communem habitationem, lucrorum communicationem, et rationem nunquam redditam.
44. Haec tria requisita nequeunt cumulative haberi citra jus, et nomen societatis.
45. Uno ex dictis tribus requisitis deficiente, evanescit universalis societas, sive inter fratres agatur, sive inter extraneas personas, et n. 46.
47. Alii contendunt quinque, aut etiam sex requisita debere ad inducendam universalem societatem, concurrere, atque indicantur, n. 48. 49. 50., et 51.
52. Ita quidem, ut deficiente uno ex eisdem requisitis evanescat talis societas.
53. Universalis societas majora exquirit requisita, quam particularis.
54. Amplia idem in universali tacita magis, quam in expressa, et n. 56.
57. Virtus expressi est major, quam taciti.
58. Sint requisita ad inducendam universalem societatem tria, sint quinque aut plura etiam, nihil interest, quia haec insunt illis, n. 59.
60. Tria ergo requisita ad hoc sunt firmiter tenenda, et singillatim videnda.
61. Primum requisitum universalis societatis est sociorum cohabitatio admodum necessaria.
62. Haec cohabitatio si deficit ad modicum tempus, non relevat.
63. Declara ut majore parte anni debeat socius cohabitare, secus e contra, quamvis absens animum revertendi habuerit.
64. Et in hoc sufficit quaevis dubitatio, ut universalis excludatur societas.
65. Habitatio similiter, longaeva sit oportet, saltem decem annorum, n. 66.
67. Habitatio intelligitur cum convictu in eadem mensa, etiam longaeva.
68. Socii habitantes simpliciter in eadem domo, edunt tamen, et bibant seorsim, non satisfaciunt huic habitationis requisito.
69. Amplia ut defectus convictus deroget, non sic quandoque defectus habitationis derogat.
70. Nam si habitent in diversis locis ex causa societatis, non excluditur societas, dummodo communibus alantur expensis.
71. Habitatio sola, et materialis, non concludit hanc universalem societatem.
72. Amplia etiam, ut habitatio, et convictus insimul unita non sufficiant, nisi alia duo requisita concurrant.
73. Habitatio, et convictus quandoque possunt referri ad particularem societatem.
74. Secundum requisitum est lucrorum omnium collatio, quae comprehendit utilia, possessionem, et proprietatem, et n. 75.
76. Socii universales, nihil proprii, nihil privati habere debent.
77. Bona omnia sociorum universalium communicantur, quae excogitari possunt.
78. Universalis dici non potest societas, nisi omnia bona praesentia, et futura undecumque quaesita, et quaerenda communicentur.
79. Amplia ut in conventione societatis, omissio bonorum futurorum excludat hanc societatem universalem.
80. Non tamen implicat contri posse universalem societatem super bonis unius loci duntaxat: extensione ad alium exclusa.
81. Dominia rerum nonnisi traditione transferuntur.
82. Limita in hac societate universali, ut traditio non sit necessaria, quia suppletur a jure.
83. Societas tamen particularis requirit traditionem, et in hoc differt ab universali.
84. Unde haereditates, legata, et donationes uni socio delatae communicantur, n. 85.
86. Haec communicatio non fit jure successionis, sed jure societatis.
87. Si coita sit universalis societas cum pacto, ut juxta haereditas communicetur, intelligitur de haereditate ab intestato, non autem ex testamento, n. 88.
89. Declara, ut siquae haereditas debeatur ab intestato, et relicta sit ex testamento, communicetur.
90. Prior conclusio procedit in vim pacti, quod indole sua obligationem restringit.
91. Deficiente enim d. pacto, utraque haereditas, et testata, et intestata communicatur.
92. Donator si prohibeat uni socio donatario, ne cum alio socio universali rem donatam communicet, valet.
93. Nomina vero unius socii non communicantur, nisi cedantur actiones, et n. 94.
95. Amplia in nominibus, quae durante societate, unius socii nomine quaeruntur, secus si nomine societatis, nam tunc non est opus cessione.
96. Debita etiam utriusque socii fiunt communia.
97. Nomine enim intelliguntur, non tam activa, quam passiva etiam.
98. In hac universali societate, exceptis quaesitis ex causa illicita, puta ex furto, aliove maleficio, n. 99.
100. Communicantur omnia, tam activa, quam passiva.
Ita ut non detur meum, et tuum inter socios universales, ibid.
101. Sublato meo, et tuo, homines quietissime viverent, et affertur locus *Ciceronis*.
102. Societas enim est quaedam *fraternitas*.
103. Communicatio dominii bonorum praesentium in societate universali, nunquid fit, ut pro virili dividantur in fine societatis?
104. Quoad lucra, et futuras acquisitiones non dubitatur, quin aequaliter sint dividenda.
105. Sed quoad capitalia initio collata unusquisque socius rei suae dominus esse non desinit.
106. Et proinde suum quisque socius capitale recuperat finita societate, et n. 107.
108. Periculum ejus est, cujus dominium.
109. Socius in fine societatis recuperat suum capitale si superest, et quatenus superest.
110. Socius, re per alterum collata pereunte, damnum sentit in fructibus, n. 111.
Societas est quaestuaria, et ad quaestum dirigitur, ibid.
112. Repugnat, socium universalem quidquam proprii possidere, et n. 113.
114. Ergo si unus quid minimum sibi in hac societate universali reservaverit, eadem exclusa est societas.
115. Amplia etiamsi reservatio cadat super bonis castrensibus, vel quasi, nam haec etiam conferuntur, n. 116.
117. Amplia ut conferantur etiam fructus beneficiorum unius socii universalis.
118. Allibratio facta in aestimo nomine unius socii tantum, hanc excludit societatem.
119. Relevationis, seu indemnitatis promissio in contractibus, excludit hanc universalem societatem.
120. Amplia in eo socio, qui pro alio socio fidejussit.
121. Amplia etiam si fiat pactum cum tertio, et socius curat alium praetensum socium coobligari, et datur ratio.
122. In hac universali conferuntur societate, non solum quae sunt ex quaestu, sed etiam omnia undecumque provenientia, sine limitatione.
123. Amplia ad fructus feudi, majoratus, et fideicommissi.
124. Excipitur casus, in quo fructus primogeniturae, sibi primogenitus reservet.
125. Proprietas tamen feudi, majoratus, et fideicommissi, non confertur.
126. Amplia ad emphyteusim ecclesiasticam.
127. Partus quoque animalium conferuntur.
128. Dos etiam per unum socium recepta confertur, remanente ejus uxori proprietate, et n. 129.
130. Lucrum dotale, quod acquirit maritus socius confertur in hac societate.
131. Paraphernalia tamen uxoris conferuntur quoad fructus tantum.
132. Gemmae, lapilli, et alia, quae sunt nullius repertae per unum socium universalem, conferuntur.
133. Thesaurus tamen repertus non confertur; nam ex consuetudine ad fiscum pertinet.
134. Lucrum retractum ex animalis monstrosi visione, aliave re simili, confertur.
135. Quaesitum ex ludo eatenus confertur, si ludus fuerit licitus, et recreationis causa, secus e contra.
136. Et quod dicitur de lucro ludi, idem intelligitur de damno, seu jactura.
137. Quod unus socius universalis quaesivit ex injuria sibi facta, communicat societati, et n. 138.
139. Quaesitum per unum socium proprio ipsius nomine societati universali confertur et n. 140.
141. Non repugnat quandoque societati universali, ut unus sociorum proprio acquirat nomine, et affertur ratio n. 142.
143. Unus socius universalis ignorans etiam, atque dissentiens, nequit contractum alterius consocii impugnare.
144. Quod si unus socius clanculum acquirat, aliis ignaris, cum dolo acquisivisse intelligitur.
145. Quando de societate universali perspicue non constat, sed eadem ab hoc vel illo simulatur actu, et tunc proprio unius socii nomine quaesitum, ejus erit.
146. Nihil regulariter magis repugnat universali societati, quam acquisitio facta proprio nomine.
147. Amplia fortius, si singuli alii socii proprio etiam acquirunt nomine.
148. Amplia item, si unus socius pro alio acquirat socio, vel pro eo recognoscat bonam fidem.
149. Societas universalis consistit, licet capitalia utrinque initio collata fuerint inaequalia, et affertur ratio n. 150.
151. Amplia licet unus socius sit magis diligens, utilis, industrius, alter minus.
152. Amplia etiam licet unus negotietur, alter non negotietur.
153. Nam potest unus etiam socius forte solertior omnia negotia societatis tractare, et explicare.
154. Bonorum collatorum, utiliumque quaesitorum divisio, fieri debet in fine aequis ex partibus.
155. Pactum dividendi utilia socialia inaequaliter in hac societate non valet.
Expungitur *Ciroce.* tamen, ut qui in hac universali societate plus ponit, plus participet, ibidem.
156. Pater jubens filiis ad tempus manere in societate, non potest praescribere in fine inaequalitatem partium in divisione.
Declara, ut possit jubere, ut si durante societate unus decedat, ejus portio magis ad unum, quam ad alium deferatur.
157. Pater volens filium spurium habere dimidiam bonorum paternorum partem contra juris dispositionem jubet contra hanc societatem universalem cum legitimo, ut bona in fine illius ex aequo dividantur n. 158.
159. Sed haec cautela est vera subtilitas non incallida, de qua remissive.
160. Omne aes alienum durante hac societate contractum, de communi solvendum est.
161. Amplia licet fuerit ab uno socio contractum citra quoque causam societatis.
162. Debitum ab uno socio universali factum ex causa reipublicae, de communi solvendum est.
163. Si unus sociorum solverit debitum ab alio contractum, hoc erit signum universalis societatis universum.
164. Non solvuntur de communi debita per unum facta, ex causa de-

Zanchio

22

lleti, ex causa fidejussionis, et donationis extra utilitatem societatis, sed ei imputantur, qui ea fecit.
165. Sumptus pariter de communi solvuntur, sive plus pro uno quam pro alio sit impensum, sive ex causa societatis, sive extra, dummodo non sint ex delicto, aliisque causis illicitis.
166. Amplius ut pactum de non communicandis sumptibus non valeat
167. Sumptus etiam facti in honorem filii, puta pro doctorata, militia, studiis, nuptiis etc. societati imputantur n. 168.
169. Omnia generaliter commoda, et adversa sunt communia, excepta semper culpa, et dolo uuius.
170. Communicatio jurium activarum, et passivarum praestat solidalem actionem.
171. Tertium requisitum hujus societatis est nunquam reddita ratio, et n. 172.
173. Negativa redditionis rationis per se patet, dummodo contrarium non probetur.
174. Redditio haec tamen rationis excludens hanc societatem, debet esse finalis, non particularis.

Ex illo Pauli responso » cum specialiter omnium bono-
1 » rum societas coita est, tunc et haereditas, et legatum, et
» quod donatum est, aut qua qua ratione acquisitum,
» communioni acquiretur » de quo in *l. ea vero* 3. *ff.*
pro socio, doctores opinati sunt nonnulli, per illud *spe-*
cialiter, hanc nonnisi expresse coiri societatem universalem
2 posse; viam his stravit doctoribus *glossa in d. leg.* 3. *ver-*
bo specialiter ff. eod. tit. ibi = *Cum specialiter, idest ex-*
3 *presse* = cui expositioni hunc dederunt intellectum *Paul.*
de Castr. cons. 349. *num.* 2. *vol.* 1. *Menoch. cons.* 12.
Alexand. cons. 76. *num.* 18. *lib.* 4. *Decian. respons.* 78.
num. 13. *vol.* 4. *Fachin. cons.* 45. *num.* 5. *lib.* 1. et alii
allegati per *Mascard. de probat. concl.* 1309. *num.* 21.
vol. 3. Verum quia in superiore *cap.* 3. *n.* 73. bujus secun-
dae partis, demonstratum est, tacitam quoque posse socie-
tatem universalem coiri, ideo ne rem actam agere videar,
4 non ultra pluribus; addo solum alios doctores, praeter illos
eo loci allegatos super d. tacita ac legitima universalis so-
5 cietatis coitione concordantes, atque sunt, *Cataneus cons.*
26. *n.* 2. *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 9. *fere per*
tot. Mascard. de probat. concl. 1309. *n.* 21. *cum seq. vol.*
3. *Careno resol.* 183. *n.* 1. *Carpon. ad statut. mediol. cap.*
483. *n.* 55. *tom.* 2. *Molegnan. altercat. legal.* 94. *num.* 4.
Ciarlin. contr. for. cap. 16. *num.* 3. *Michalor. de fratrib.*
part. 2. *c.* 2. *n.* 11. *ad* 15. *Andreol. contr. for.* 34. *n.* 10.
et 12. *Menoch. de praesumpt. lib.* 3. *praesumpt.* 56. *n.* 38.
Schrader. de contract. tit. 26. *de societ. n.* 32. 33. *cum*
seq. Firmiterque concludo, hanc universalem, seu omnium
bonorum societatem, cum tacite, tum expresse coiri indu-
6 bie posse *Faber. in c. lib.* 4. *tit.* 27. *defin.* 3. *Thomat. dec.*
Macer. 124. *n.* 5. *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.*
3. *n.* 10. *ad seq. Ciroce. discept. for.* 65. *n.* 54. *ad seq.*
Andreol. controv. 34. *n.* 10. *cum duob. seq Capon. discept.*
for. 394. *n.* 5. *tom.* 5. *Jov. de contract. min. gloss.* 25. §
13. *n.* 76. *Rota decis.* 170. *n.* 4. *tom.* 7. *in nuperr.*
Opus vere maximum, laborque durissimus consistit in
7 unius, vel alterius societatis universalis tacitae nimirum,
aut expressae, etiam probatione. Etenim cum haec tali com-
munio, seu universalis societas sub sensu non cadat, indole
8 sua fiat arduae, difficilisque probationis, ut per *Rotam in*
dec. 307. *n.* 7. *tom.* 3. *cor. Olivatio, et in dec.* 417. *n.* 19.
cor. eodem tom. 4. *et in Bononien. transactionis, seu obli-*
gationis 14. *maii* 1753. § 9. *cor. bon. mem. Vicecomite.*
Ac difficilem, arduamque provinciam hujusmodi probatio-
nem rigide faciendam, et ideo vix, ac ne vix quidem reci-
9 piendam, appellavit *Rota in Reatina cambii sc.* 100. 19.
jan. 1753. § 3. *coram cl. mem. Card. Bussio.* Et hac de
causa hujusmodi universalis societas dicitur nimium raro
10 contingibilis *Rota in dec.* 409. *n.* 21. *cor. Ansald.* prae-
sertim si de tacita universali societate agatur, quae longe
11 difficilius, quam expressa in facto concluditur, ex *Buchov.*
Treutler. disput. 27. *tit. de mandato, et societ. Thesis* 8.
lit. F. G. Carol. Anton. de Luca ad Gratian. cap. 336.
num. 16. longeque plurimum, si de disparitate capitalium
unius, et alterius socii initio collatorum appareat *Rota in*
12 *recineten. communionis universalis* 23. *junii* 1747. § 7. *cor.*
bon. mem. Vicecomite.
Hinc regulae in aliis societatibus militantes, in hac uni-
versali fortius urgent, videlicet, ut eadem cum sit quid fa-
13 cti, non praesumatur *Alciat. respons.* 359. *n.* 5. *et respons.*
703. *n.* 1. *Carpon. ad stat. Mediol. cap.* 483. *n.* 46. *tom.*
2. *Rota in dec.* 409. *n.* 15. *cor. Ansaldo, et in Albanen.*
communionis universalis 25. *junii* 1781. § 2. *ad* 6. *coram*
R. P. D. Sentmanot, et in ejus confirmatoria 20. *februar.*
14 *cor. eodem.* In quovis dubio praesertim, *ex Carol. Ant.*
de Luca ad Gratian. cap. 993. *num.* 9. *Jov. de contract.*
min. gloss. 25. § 13. *n.* 81. *Constantin. vot.* 321. *num.* 3.
tom. 2. *Rota dec.* 186. *n.* 15. *cor. Buchio, et in Reatina*
cambii sc. 100. 19. *jan.* 1753. § 3. *coram cl. mem. Card.*
Bussio, nisi ita certis, rigidis, univocis, et concludentibus
evincatur actibus, seu probationibus. *Rota in Bononien.* 15
transactionis, seu obligationis 1. *julii* 1754. § 4. *cor. bon.*
mem. Amadeo. Ut hi videlicet non alio sint, quam ad hanc
universalem societatem perstringendam, referibiles *Jov. de* 16
contract. min. gloss. 25 § 13. *n.* 79. *Calcagnin. ad mater.*
feud. observ. 18 *n.* 35. 39. *et* 40. *Rota in recineten. com-*
munionis universalis 23. *junii* 1747. § 12. *cor. bon. mem.*
Vicecomite. Semper vero fortius si agatur de tacita, non
autem de expressa societate universali *Rota in ead. reci-* 17
neten. § 4. *cor. eodem.* Vel si potissime proponatur ad co-
gendum consocium ad solutionem debiti alieni *Rot. in Rea-* 18
tina cambii sc. 100. 9. *januarii* 1753. § 3. *coram cl. mem.*
Card. Bussio, adeo quidem, ut sicuti hujusmodi rigidae
universalis societatis probationes respiciunt petitorium, il-
larum natura talis sit, ut judicium possessorium immissio-
nis minime retardet *Rot. in Eugubina immissionis* 21. *ju-* 19
nii 1751. § 10. *coram bon. mem. Cortada.*
Praestat itaque separatim percurrere, simulque perpen-
dere, qui sint actus, qui evincunt, quique excludunt, hanc
universalem, cum expressam, tum tacitam societatem; mox
vero quae veniunt, et quae conferuntur in hac universali
societate. Paulus de expressa universali societate agens, ait
= *Cum specialiter omnium bonorum societas coita est in* 20
leg. 3. *ff. pro socio.* Videtur innuere in speciali, seu ex-
pressa universali societate, necessaria esse illa verba *o-*
mnium bonorum; id quod repetit Papinianus in *leg. si*
fratres 53. § *socium ff. eodem tit.* ibi: » Socium universa 21
» in societatem conferre debere Neratius ait, si omnium
» bonorum socius sit » seu alia similia verba aequipollen- 22
tia, puta *universorum*, quemadmodum habetur in *leg. si*
societatem 74. *ff. pro socio*, ibi; *Si societatem universa-*
rum fortunarum coierint = quae ambo verba *omnium*, at-
que *universorum* cum generalia sint admodum, omnes so- 23
ciorum comprehendunt substantias, et hanc universalem
societatem expressam inducunt: prout eleganter exponit
Faber. in leg. ea vero 3. § *cum specialiter, ff. pro so-* 24
cio, Felic. de societ. cap. 10. *num.* 6. *et* 7. ad differen-
tiam societatis initae *bonorum* simpliciter, verbo *omnium*,
seu *universarum* praetermisso, nam talis simplex expressio
universalem non inducit societatem, sed generalem dunta-
xat, eorum scilicet, quae ex quaestu veniunt, comprehen- 25
sivam *leg. coire societatem* 7. *ff. pro socio*, late *Duaren.*
comment. jur. civ. in lib. 17. *tit.* 37. *Pandect. pro socio*,
cap. 1. § *in primis*, et § *multum refert.*
Sed jam est in superiore *cap.* 2. *num.* 42. *ad seq.* hujus
secundae partis demonstratum, nullam haberi formulam in
jure praestitutam, qua contrahi debeat societas. Nonnun- 26
quam itaque verba, frequentius vero facta spectanda sunt;
Neque verba illa sociorum: *quel tanto noi lucreremo*: tam-
quam generaliter habita, non ad particularem, sed ad uni-
versalem societatem relata sunt per *Rotam in Veliterna* 27
divisionis super primo dubio 26. *junii* 1782. § 6. *coram*
R. P. D. Riminaldo. Contra ea vero, alia sequentia ver-
ba: *Abbiamo continuato la communione universale di tut-*
ti, e singoli beni: relata non fuerunt ad universalem socie-
tatem, sed magis ad particularem, seu generalem omnium
quaestuum per *Rotam in decis.* 783. *n.* 15. *tom.* 3. *coram* 28
Lancetta, et rationem, jam paulo ante indicavi, quia vi-
delicet facta magis, quam verba spectanda sunt. Partes enim
nequeunt eam societatem profiteri universalem, quae de fa- 29
cto talis non est, quaeque per illos actus non perstringitur,
qui citra jus, et nomen societatis universalis fieri neque-
unt, ut per *Rotam in Bononien. transactionis, seu obli-* 30
gationis 14. *maii* 1753. § 9. *cor. bon. mem. Vicecomite.*
Multo vero minus confessio procuratoris ad inducendam
hanc universalem societatem proficiet *Calcagnin. ad mater.* 31

feudal. observat. 18. *n.* 53. cum suis ibidem citatis concor-
dantibus.

Sit ergo haec universalis societas, expressa, sit tacita sub
initium contracta, parvi refert, quia licet omnium bono-
32 rum societas expresse initio contracta, eodem modo praesu-
matur usque ad tempus divisionis continuata *Tartaglia de*
reservat. statutar. art. 59. *n.* 36. Nihilominus quandoque
potest ab ea per actus contrarios vel in totum recedi, vel ad
aliam diversi generis societatem puta generalem, seu singu-
33 larem convolari *Alexand. cons.* 78. *num.* 1. *vol.* 2. *Surd.*
cons. 138. *n.* 15. *et* 16. *vol.* 1. *Rota dec.* 118. *n.* 5. 6. 16.
et 17. *cor. Benincasa*, unde *Bartolus* non ineleganter, ait
quod socii ab eo tempore, quo caeperunt communicare,
contractam dici societatem, et ab eo tempore, quo desierunt
34 communicare dissolutam dici *in leg. Titium* ℥. *altero n.* 7.
vers. nam ab eo ff. de administr., et peric. tutor. Eo dum-
taxat principio firmo manente, ut si praecedant verba uni-
versalem societatem indicantia, et facta concordent, expres-
sa sit existimanda societas; tacita vero, si talia verba non
35 praecedant, dummodo pro qualitate universalis societatis
facta concordent.

Qua regula firmiter retenta, nullae praeberi debent au-
res confessionibus partium, super universali societate, in
publicis quoque instrumentis, emissis, et a fama, opinio-
36 ne, seu credulitate quandoque traductis; plurimum si mu-
lieres, vel minores fuerint confitentes, quia universalis com-
munionis qualitas prudentissimos quosque, juris etiam con-
37 sultos, fallit *Mantica de tacit., et ambig. lib.* 6. *tit.* 10. *n.*
23. *Rota in Bononien. transactionis, seu obligationis* 1.
julii 1754. ℥. 10. *cor. bon. mem. Amadeo.* Facilius vero,
atque pronius declaratio spectabitur, seu confessio unius
socii facta in suae mortis articulo, et ad excludendam hanc
38 societatem universalem directa, propter vim similium con-
fessionum in illo actu emissarum; praesertim si alter socius
hujusmodi confessioni, seu declarationi acquieverit, et quoad
39 in humanis fuit, minime contradixerit *Rot. in recineten.*
communionis universalis 23. *junii* 1747. ℥. *fin. cor. bon.*
mem. Vicecomite. Interest ergo plurimum, facta ad lancem
referre, seu actus serio perpendere, si ejus naturae sint,
ut hanc universalem societatem evincant; et hac in re equi-
dem plurimus ero.

Universalis haec primo societas, non ex unico inducitur
actu, sed ex variis solum actibus in eamdem societatem
40 universalem conspirantibus *Borbat. cons.* 37. *n.* 5. *et* 16.
vers. sola ergo vol. 2. *Carpan. ad stat. mediolan. cap.*
483. *n.* 44., *et* 45. *tom.* 2. unusque inducitur ab uno
dumtaxat negotio, sed bene a pluribus, diversisque negotiis
41 *Rota in Reatina cambii sc.* 100. 19. *januar.* 1753. ℥. 6.
in fin. cor. cl. mem. Card. Bussio. Hinc ad illam indu-
cendam duo requisita necessaria indicat *Rota*, hoc est com-
municationem lucrorum, et rationem nunquam redditam,
42 *in decis.* 625. n. 1. *part.* 1. *diversor.*, *et in dec.* 550. *n.*
6. *cum duob. seq. cor. Remboldo.*

Tria ex diverso requisita alibi necessaria, insimul copu-
lative praescribuntur, atque sunt; communis habitatio, lu-
crorum omnium in unum facta collatio; et nunquam red-
43 dita invicem ratio, *Gabriel. cons.* 51. *n.* 1. *lib.* 2. *Cataneus*
cons. 26. *n.* 5. *vers. Ad hoc enim*, *Andreol. contr. for.*
34. *n.* 14. *vers. sed magis receptam. Mantica de tacit.*,
et ambig. lib. 6. *tit.* 10. *n.* 2. *tom.* 1. *Ansald. de commerc.*
disc. 49. *n.* 10., *et disc.* 52. *n.* 11. *Tartaglia de reservat.*
statutar. artic. 59. *n.* 59 *Colcagnin ad moter. feud. ob-*
servat. 18. *n.* 39. *Constantin. vot.* 321. *n.* 4. *tom.* 2. *Idem*
ad stat. urb. annot. 21. *n.* 28. *Rota dec.* 449. *n.* 2. *cor.*
Millino. et dec. 421. *n.* 3. *cor. Coccino*, *et dec.* 242. *n.*
9. *cor. Dunoz Sen.*, *et dec.* 295. *n.* 2. *tom.* 1., *et dec.* 303.
n. 2. *tom.* 2. *cor. Molin.*, *et decis.* 383. *n.* 8. *tom.* 3. *cor.*
Lancetta, *et dec.* 170. *n.* 5. *tom.* 7. *in nuperr.*, *et in dec.*
44 417. *n.* 19. *tom.* 4. *cor. Olivatio.* Et ratio est quia indi-
cata tria requisita citra jus, et nomen societatis concurrere
nequeunt *Cataneus cons.* 26. *n.* 5. *in fin. Mantica de ta-*
cit. et ambig. lib. 6. *tit.* 10. *n.* 2. *tom.* 1. ita tamen, ut uno
etiam ex dd. tribus requisitis deficiente, universalis in au-
45 ras babeat societas *Gration. discept. for. cap.* 993. *n.* 1.
Constantin. vot. 321. *n.* 5. *tom.* 2. *Colcagnin. ad muter.*
feud. observat. 18. *num.* 40. 41. ubi quod est hoc indistin-
46 cte verum, sive inter fratres, sive inter extraneas personas
agitur.

Sunt praeterea, qui ad inducendam universalem societa-
tem, quinque requisita necessaria praescribunt; et sunt, 47
primo, communis omnium bonorum possessio; secundo
sociorum cohabitatio; tertio convictus in eadem domo, et
mensa; quarto promiscua omnium redditüum, et emolu- 48
mentorum participatio; quinto demum, quod nulla inter
ipsos socios sit unquam, reddita ratio, *Andreol. contr.* 49
for. 34. *n.* 13. *Constantin. vot.* 228. *n.* 21. *tom.* 2. *Rota*
in Eugubina immissionis 21. *junii* 1751. ℥. 9. *cor. bon.*
mem. Cortada. Quidquod! Sex quandoque requisita ad
universalem societatem inducendam sacr. Rota Romana co- 50
pulative praescripsit; videlicet. Primo communis bonorum
possessio; secundo cohabitatio; tertio convictus in eadem
mensa; quarto promiscua participatio omnium fructuum;
quinto perfecta communicatio omnium lucrorum, unde-
cumque provenientium; et sexto, quod nulla invicem ratio
fuerit unquam reddita; atque exteaus, ut uno, vel altero 51
ex his sex requisitis deficientibus, penitus abeat universalis
communio, ut per *Rotam in recineten. communionis uni-* 52
versalis 23. *junii* 1747. ℥. 4. *cor. bon. mem. Vicecomite*,
et in Faventina immissionis super resolutis quoad prae-
dium la Torre di Mirone 5. *maii* 1756. ℥. 8. *et* 9. *cor.*
bon. mem. de Borrull.

Quid equidem in tanta opinionum discrepantia? Fateor
sane, majora desiderari requisita ad universalem societatem
inducendam *Rota in Tribartina societatis, et redditionis* 53
rationis 8. *maii* 1750. ℥. 5. *coram cl. mem. Card. Capra-*
ra. Majora similiter requisita debere in universali tacita,
quam in universali expressa concurrere, cum animus ex-
presse principio declaratus, minoribus, dummodo substan- 54
tialibus, confirmetur actibus, militante praesertim regula, ut
ut omnium bonorum societas initio expresse contracta, talis
praesumatur usque ad tempus divisionis continuata *Tar-* 55
taglia de reservat. statutar. art. 59. *n.* 36. Contra vero
est in universali communione tacite inducenda, nam ea in-
tegro probari debet actus, et ideo rigidioribus argumentis.
Neque Ulpianus, dum taciti virtutem exprimere voluit ita 56
scripsit in *leg. qui tacet* 185. *ff. de regul. jur.* ibi: *Qui ta-*
cet non utique fatetur. sed tamen verum est, cum non
negare: ubi *glossa* ita elegantissime subdit » Tacere qui-
» dem medium est inter expressam voluntatem, et contra-
» dictionem expressam, ut non sit idem jus, quod in alte-
» rutro est eorum ». Unde merito concludit Cujacius,
virtutem expressi ut plurimum, majorem alia taciti esse *in* 57
lib. 17. *observat. cap.* 29. *sub princ. col.* 508. *lit. D. tom.* 3.

Re tamen maturius perspecta, quamvis adducta tacitae,
atque expressae societatis universalis distinctio, sperni non
meretur. Ad rem tamen nullum est inter tria, vel quinque
aut plura etiam requisita, discrimen; nam inter illa tria 58
inest cohabitatio, quae convictum etiam continet; inter illa
vero quinque separatur habitatio a convictu, et sic de uno,
duo fiunt requisita; similiter inter illa tria requisita repe-
ritur lucrorum omnium in unum facta collatio; inter quin-
que vero additur bonorum possessio, et proprietas, quae in
collatione lucrorum rite comprehenditur *Carena resol.*
183. *n.* 12. Ex quo sublata remanet suprascripta opinionum 59
diversitas; cum utraque opinio in substantia unum, idem-
que ipsum contineat; et secundum hanc facti observatio-
nem, conciliatis opinionibus, dicis causa, hoc est, appa-
renter inter se diversis; trium requisitorum teneo distin-
ctionem, seu enumerationem, graviori, et numerosiori do-
ctorum calculo receptam, ut superius hic n. 43.; eademque 60
tria requisita expedit modo separatim percurrere.

Primum est universalis societatis requisitum, commu-
nis sociorum habitatio, ad hoc apprime necessaria, ut per 61
Rotam in dec. 2009. *n.* 8. *cor. Coccino.* Quae tamen co-
habitatio si ad modicum deficiat tempus, hoc non destrui-
tur habitationis requisitum *Rota decis.* 421. *n.* 5. *coram* 62
Coccino, et in dec. 295. *n.* 3. *tom.* 1. *et dec.* 303. *n.* 3.
tom. 2. *cor. Molin.*, quod si majore parte anni unus socio-
rum abfuerit, cohabitare non intelligetur *Cephal. cons.*
247. *n.* 50. *tom.* 2. quamvis taliter absens animum rever- 63
tendi habuerit *Cephal. cons.* 248. *n.* 45. *tom.* 2. et hac in
re redundat quaelibet dubitatio, etiam minima circa coha-
bitationem, ut bonorum compossessio, lucrorum participa-
tio, et respectiva universalis communio excludatur *Rota*
in *Reatina cambii sc.* 100. 19. *januarii* 1753. ℥. 3. *cor.* 64
cl. mem. Card. Bussio.

Haec rursus sociorum cohabitatio longaeva sit oportet
65 *Decius cons.* 21. *in princ. vol.* 1. *Constan. ad stat. urbis
annot.* 21. *n.* 30. *Rota in dec.* 169. *n.* 5. *part.* 2. *divers.
et dec.* 413. *n.* 2. *cor. Manzanedo*, *et in dec.* 129. *n.* 15.
part. 10. *rec.* hoc est saltem decem annorum *Polm. Nep.*
66 *allegat.* 28. *n.* 25. *cum seq Constantin.* od *stat.* urb. *an-
not.* 21. *n.* 30. *Calcagnin. ad mater. feud. observat.* 18.
n. 42. *Rota in dec.* 129. *n.* 15. *part.* 10. *recent.*, et in hac
cohabitatione continetur etiam sociorum convictus in eadem
67 mensa, inque etiam longaevus, nempe decem annorum,
Cephal. cons. 247. *n.* 34. *tom.* 2. *Cataneus cons.* 26. *n.* 7.
in fin. Rota in decis. 169. *n.* 3. *et* 5. *part.* 2. *diversor.*
Eatenus quidem, ut licet socii in eodem sint aedium con-
clavi habitantes, seorsim tamen, propriisque vivant sum-
68 ptibus, non fuerit huic primo requisito satisfactum *Cata-
neus d. cons.* 26. *n.* 6. *et* 7. *Felic. de societ. cop.* 10. *n.*
21. Imo vero adeo necessarius est iste convictus communibus
expensis, ut deficientia convictus deroget huic primo re-
69 quisito, non ita semper deficentia habitationis deroget:
nam potest fieri, ut socii in diversis habitent locis, atque
provinciis. pro negotiorum qualitate, ac necessitate, et so-
cii sint nihilominus, quia communibus aluntur expensis, et
70 haec illa habitatio est admodum necessaria, quae formalis
dicitur *Montico de tacit.*, *et ambig. lib.* 6. *tit.* 10. *n.* 7.
Ansold. de commerc. et mercot. disc. 49. *n.* 12. *Rota
dec.* 295. *n.* 4. *tom.* 1., *et dec.* 303. *n.* 3. *tom.* 2. *cor. Mo-
lin.* Unde est recepta conclusio, ut sola, ac materialis coha-
71 bitatio universalem non probet societatem *Cephal. cons.*
247. *n.* 35. *et* 42., *et cons.* 248. *n.* 43. *tom.* 2. *Rota decis.*
413. *n.* 1. *cor. Mansonedo.* Imo vero, ne si sit quidem d.
cohabitatio cum convictu conjuncta, nisi alia concurrant
72 requisita, satis est *Calcagnin. od mater. feud. observat.*
18. *n.* 31. Nam potest illa quandoque, sine aliis requisitis
73 ad particularem societatem referri *Calcagnin. loco proxime
cit. Rota in Rcotina cambii sc.* 100. 19. *jan.* 1753. §. 6.
*cor. clar. mem. Cord. Bussio, et in Bononien. transa-
ctionis, seu obligationis* 1. *julii* 1754. §. 5. *cor. bon. mem.
Amadeo.*

Sequens, in ordine secundum, universalis societatis re-
quisitum est lucrorum omnium in unum facta collatio; sub
his plane lucrorum omnium collatione, verbis, non tam
utilia, quam possessio, seu quoque proprietas bonorum so-
74 cialium continentur. Scribit enim Paulus *in leg.* 1. *ff. pro
socio.* » In societate omnium bonorum, omnes res, quae
» coeuntium sunt, continuo communicantur » addita *leg.
si fratres* 53. §. *fin. et leg. si societatem* 74. *ff. eod. tit.*
hoc est, ut omnia, utriusque socii bona e dominio, et pos
sessione unius, in alterum aequa vice, atque statim mini-
sterio juris transferantur; ut quae unus socius habebat bo-
75 na, non amplius illorum dominus, sed cum alio socio con-
dominus habeatur, juxta expositionem *Gothofred. et Fa-
bri in d. leg.* 1. *ff. pro socio*, cui plaudunt *Decius in leg.
si socius n.* 1. *ff. si certum petat. Connan. comment. jur.
civ. lib.* 7. *cap.* 13. *sub n.* 7. *et* 8. *Montica de tacit.*, *et
ambig. lib.* 6. *tit.* 15. *n.* 20. *tom.* 1. ita quidem ut in sociis
universalibus, nihil privatum, nihil proprium, quod non
76 sit commune utrique socio reperiatur *Rota in recineten.
communionis universalis* 23. *junii* 1747. §. 5. *cor. bon.
mem. Vicecomite.*

Eoque amplius, ut in hoc reciproca communicatione bo-
norum, omnia ea venient, quae excogitari etiam humanitus
possunt *Roland. a Voll. cons.* 54. *num.* 51. *vol.* 3. *Corol.*
77 *Ant. de Luco de Gratian. cap.* 993. *n.* 7. *Giurba ad con-
suet. Messan. cap.* 1. *gloss.* 3. *part.* 1. *n.* 3.; imo haec di-
ci nequit societas universaliter contracta, nisi omnia bona
praesentia, et futura undecumque quaesita, et qualiter-
78 cumque quaerenda, fuerint communicata *Mantica de ta-
cit.*, *et ambig. lib.* 6. *tit.* 3. *n.* 7. *et tit.* 15. *n.* 1. *et fere
per tot. Schrader. de controct. tit.* 26. *de societ. n.* 38.,
et quod expressio bonorum praesentium, et respectiva eo-
rumdem bonorum futurorum omissio excludant hanc socie-
79 tatem universalem, probat *Tartaglio de reservat. statutor.
art.* 59. *n.* 63., quamvis non implicet hanc posse universa-
lem societatem coiri super universis bonis unius loci, aut
regionis dumtaxat, quo in casu non porrigitur societas ad
80 alia bona extra designatum locum posita *Rota in dec.* 186.
n. 20. *et* 21. *cor. Bichio.*

81 Et quamvis dominia rerum nonnisi traditione transfe-
rantur *leg. traditionibus* 20. *cod. de pact.* nihilominus
in hac universali omnium bonorum societate, licet specia-
liter traditio non interveniat, tacita tamen creditur inter- 82
venire, sunt verba *textus in leg. quia licet* 2. *ff. pro socio.*
Quem late exornent *Duaren. comment. jur. civ. in tit.* 38.
Pandect. pro socio cop. 1. *vers.* cum duo, *Connan. in
eisd. comment. jur. civ. lib.* 7. *cap.* 13. *n.* 8. *Mantica de
tacit.*, *et ambig. lib.* 6. *tit.* 15. *n.* 2. *Tartaglia de reser-
vat. statutar. artic.* 59. *n.* 10. *et seq. Schrader. de contract.
tit.* 26. *de societ. n.* 38. Ad differentiam aliarum societatum
particularium in quibus bonorum, rerumque traditio posi-
tiva requiritur *Jason. in leg. si socius* 16. *n.* 1. *ff. si cert* 83
pet. Connan. comment. jur civ. lib. 7. *cop.* 13. *sub n.* 8.

Numquid bona etiam futura, puta haereditates uni so-
ciorum universalium delatae, communicantur? Affirmat
textus in leg. ea vero 3. *ff. pro socio*, ibi » Cum specialiter 84
» omnium bonorum societas coita est, tunc, et haereditas,
» et legatum, et quod donatum est, aut quaqua ratione acqui-
» situm, communioni acquiretur » et cohaerenter obser- 85
vant *Giurba od consuet. Messan. cap.* 1. *gloss.* 3. *part.* 1.
n. 5. *Et Hevia de commerc. terrestr. cap* 3. *n.* 6. *Rota
in Rentina cambii sc.* 100. 19. *januarii* 1753. §. 5. *cor. cl.
mem. Card. Bussio.* Et hujusmodi acquisitio, ac respectiva
communicatio. non fit jure successionis, sed jure societatis
Argel. de acquir. possess. quaest. 10. *artic.* 2. *n.* 31. 86

Dubitari potest, an universali coita societate, cum eo
specialiter pacto, ut juste haereditas alterutri socio obve-
niens, communis sit, de utraque intelligatur haereditate
testata, atque intestata? Atque intelligi de intestata, seu
legitima haereditate dumtaxat ministerio legis delata, do- 87
cet *textus in leg. ea vero* 3. §. *fin. ff. pro socio*, ibi » De
» illo quaeritur, si ita coita societas sit, ut si qua juste
» haereditas alterutri obveniat, communis sit; quae sit ju-
» sta haereditas, utrum quae jure legitimo obveuit, an
» etiam ea, quae testamento? Et probabilius est ad legiti-
» mam haereditatem tantum hoc pertinere » ubi eleganter 88
lateque *Cujacius tom.* 5. *col.* 480. *lit. C. Felic. de societ.
cap.* 10. *n.* 46. *et* 47., ubi quod idem juris sit in haeredi-
tate ab intestato debita, atque postea relicta ex testamento; 89
atque hoc ita in recitata lege sancitur, in vim specialis pa-
cti orationem indole sua ad haereditatem justam, seu inte-
statam restringentis *leg. quidquid adstringendae* 99. *ff. de* 90
verb. obligat. quod si hoc desideraretur pactum, utram-
que haereditatem, et testatam, atque intestatam, seu ea
provisione legis et hominis delatam, communicari non du- 91
bitarem. Quod si testator, vel donator uni ex sociis quid-
quam fuerit largitus cum pacto, ne suo conferret socio, ser-
vandum pactum arbitror *Cassan. ad consuet. Burgund.* 92
rubr. 4. §. 2. *verbo est participante n.* 2. *pag. mihi* 531.
Giurba ad consuet. Messan. cap. 1. *gloss.* 3. *part.* 1. *n* 47.

An aeque vero nomina debitorum unius socii, alteri
communicentur, quaeritur? et non communicari patet, nisi
actiones vice mutua cedantur, quemadmodum cedi omnino 93
debent per *text. in leg. ea vero* 3. *in princip. ff. pro socio*,
ibi » Ea vero, quae in nominibus erunt, manent in suo
» statu, sed actiones invicem praestare debent » late *Schra-* 94
der. de contract. tit. 26. *de societ. n.* 39. Idque non de
nominibus tantum. quae tempore coitae societatis aderant,
intelligendum est. sed etiam de nominibus post contractam
societatem quaesitis, si alter socius proprio quaesivit nomine,
secus vero si nomine societatis, quo in casu, nulla esset
opus cessione, ita perbelle *Olea de cess. jur. tit.* 4. *quaest.* 95
8. *n.* 22. *ad seq.* Pari quidem ratione existimo, communia
fieri etiam debita ante hanc initam universalem societatem,
per unum socium contracta *Montico de tacit.*, *et ambig.* 96
lib. 6. *tit.* 20. *n.* 37. certo vero certius, quia nomina dici-
mus, non tantum, quae nos debemus, sed etiam, quae no-
bis debentur, idest, ut vulgo loquuntur, obligationes acti-
vas, et passivas, sunt verba *Cujacii in lib.* 8. *cod. tit.* 35. 97
ad leg. 1. *de except. col.* 1241. *lit. D. tom.* 9.

Utique uno expediam verbo; in hac universali, seu om-
nium bonorum societate, exceptis causis supra indicatis,
aliisque praecipue illicitis acquisitionibus, puta ex scelere,
furto, aliove maleficio, quae non communicantur omnino, 98
per *textum in leg. quod autem* 54. *ff. pro socio*, ibi » Quod
» autem ex furto, vel ex alio maleficio quaesitum est, in
» societatem non oportere conferri, palam est » quem te-
xtum exornant *Connan. comment. jur. civ. lib.* 7. *cop.* 13. 99

sub n. 7. Gration. discept. cap. 243. n. 42 *et seq. Giurba*
ud consuet. Messen. cap. 1. *gloss.* 3. *part.* 1. *n.* 40. *Mantica de tacit., ut ambig. lib.* 6. *tit.* 15. *n.* 22. *et* 23. *tom.* 1.
Illud constitui pro certo valet, ut inter hujusmodi socios
universales, non detur meum, atque tuum, non item creditum, atque debitum, sed omnia fiant otrique socio, oum
100 active, tum passive communia *Tartaglia de reservat. statutur. artic.* 59. *n.* 33. *Ciarlin. controv. for. cap.* 16. *n.*
38. *Jov. de contract. min. gloss.* 25. ₰. 13. *n.* 379. *Card. de Luc. de credit. disc.* 161 *n.* 4. *Calcagnin. ad mater.
feud. observat.* 18. *n.* 38. 45. *et* 47. *Valent. de contract.
vot.* 51. *n.* 64. *Rota dec.* 167. *n.* 18. *part.* 17. *recentior.*,
et decis. 783. *n.* 14. *tom.* 3. *cor. Lancetta*, *et in nuperr.
tom.* 7. *dec.* 170. *n.* 9., *et in Eugubina immissionis* 21.
junii 1751. ₰. 11. *cor. bon. mem. Cortada*. Atque hujusmodi sociis universalibus omiuari commode possumus illa
101 verba Ciceronis = *quietissime homines viverent. si duo de medio tollerentur, meum, et tuum* = relata per *Schneidewin. ad lib.* 3. *tit.* 26. *instit. de societ. n.* 2. et non
injuria, quia inter socios universales ioita quaedam fraternitas ad instar adoptionis, vel adrogationis intelligitur,
102 ex *Card. de Luca de credit. disc.* 161. *n.* 4.

Expedit tamen rem hanc, secundum requisitum respicientem latius persequi, ut materia in foro versantibus
commodior ut utiliorque. Dictum est superius in hac universali societate, bona ad unum omnia singillatim praesentia, et capitale societatis efformantia, utriusque socii, vicissim ipso juris ministerio communicari quoad dominium,
sed ad quos effectus? Nunquid, ut hac soluta societate, illa
103 pro virili una cum utilibus dividantur? Quoad utilia, nulla
dubitatio; quoad futuras acquisitiones ex causa etiam legati, donationis, haereditatis, et hujusmodi, certa pariter
104 conclusio est: sed quoad ipsa bona initio posita, an et ipsa
in fine societatis pro virili dividantur, despecto, quod alter
socius plus, alter minus bonorum initio contulerit? Non
puto, quia nemo societatem contrahendo rei suae dominus
105 esse desinit, sunt identifica verba Juliani *in leg. si tibi
areae* 14. *sub princ. ff. de praescript. verb*. Bona itaque
per unumquemque socium initio in hanc societatem universalem immissa, et capitale societatis nominatim efformantia, eadem ipsa quaeque capitalis socii in fine per antipartem et quasi jure quodam postliminio recuperant, ita ele-
106 gantissime *Faber. in leg. quod si* 66. *ff. pro socio*, ibi:
» Quamvis enim per societatem universorum bonorum fiant
» omnia bona communia, quasi tacita traditione etc. cum
» tamen dissolvitur societas, unusquisque ex sociis bona
» sua recipit, quae contulerat in societatem, ne alienatio,
» quae fit per societatem alioquin duret ultra quam ipsa
107 » societas » idque clarius repetit idem *Faber. in d. leg. si
tibi areae ff. de praescript. verbis*, et subobscure indicat
etiam *Felic. de societ. cap.* 39. *n.* 110. Ratio quia communicatio durat durante societate, qua distracta, suum quisque socius capitale recuperat, secundum *Fabrum loc. cit.*

Ergo talis bonorum communicatio commune saltem periculum efficiet? Affirmo, quia cum dominium bonorum
initio collatorum vice mutua transferatur, regulare est, ibi
108 periculum esse, ubi dominium *leg. pignus* 8. *c. de pignor.
act.* Sed quomodo id fiet? Fingo casum, quod unus socius
fundum inter caetera, in convalle positum, vel domum initio contulerit, et haec durante societate fuerit, ille inundatus extiterit, quid juris in divisione? et patet socium, qui
ea contulit, aream domus cum caementis, atque spem exsiccationis respectivam, recipere debere, illa ratione juris
certa, quod socius in divisione, capitale, quod superest
109 tantum repetit, non item quod fuerit consumptum, aut deperditum *Ansold. de commerc. et mercat. disc.* 98. *n.* 27.
Jov. de contract. min. gloss. 25. ₰. 13. *n.* 399. *Rota decis.*
50. *n.* 25. *et* 26. *cor. Ninott. et dec.* 66. *n.* 18. *et* 19. *par.*
10. *rec.* Ergo alter socius quamvis dominium habeat nihil
damni sentiet; imo sentiet in fructibus; nam societas indole sua quaestuaria est, et ad quaestum dirigitur, ut infra
110 *c.* 9. *n.* 1. hujus secundae partis, in illis propterea fructibus patietur dispendium, quos pro sua portione eo ex fundo, eave ex domo perempta lucrari poterat, et propter pe-
111 riculum non fuit lucratus, verum de his alias infra suis locis.

Repugnare dixi, ut illuc modo revertar, huic universalis societatis naturae, privativam rei alicujus, seu bonorum
112 proprietatem, veluti quoque fuit decisum *in Eugubina im-*

Zarchio

missionis 21. *junii* 1751. ₰. 11. *cor. bon. mem. Cortada*,
et in Veliterna divisionis super secundo dubio 26. *junii*
1782. ₰. 3. *coram R. P. D. Riminaldo.* Ita ut particulare
dominium alicujus rei penes unum socium hanc destruat
universalem societatem, *Rot. in Eugubina immissionis* 10.
martii 1755. ₰. 11. *cor. illustriss. D. Figueroa, et in ejus* 113
confirmatoria 11. *junii ejusdem anni* ₰. 5. *cor. eodem.*

Ergo si sociorum unus in hac coeunda omnium bonorum
societate aliquid etsi minimum exceperit, vel sibi reservaverit, eadem haec intelligetur exclusa societas. *Natta cons.* 114
100. *n.* 1. *et* 2. *tom.* 1. *Mascard. de probat. conclus.* 1309.
n. 39. *Giurba ad consuet. Messan. cap.* 1. *gloss.* 3. *part.*
1. *n.* 5. *in fin. Carpan. ad stat. mediolan. cap.* 483. *num.*
128. *cum seq. tom.* 2. *Jov. de contract. min. gloss.* 25. ₰.
13. *n.* 82. *Rota dec.* 242. *n.* 12. *cor. Dunoz. sen., et decis.* 550 *n.* 5. *cor. Remboldo.* Tametsi reservatio haec caderet super bonis castrensibus, vel quasi castrensibus *Rota
in Romana, seu Spoletana fideicomm.* 4. *decembris* 1758. 115
₰. 6. *coram cl. mem. Card. Paracciano.* Nam conferuntur
in hac universali societate, etiam castrensia, seu quasi castrensia *leg. si fratres* 53. ₰. *idem Papinianus ff. pro so-* 116
*cio, ubi glossa verbo stipendia, et salaria, Mantica de
tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 15. *num.* 13. *Rota in Veliterna
divisionis super secundo dubio* 26. *junii* 1782. ₰. 4. *coram
R. P. D. Riminaldo.* Et perinde fructus quoque beneficiorum ecclesiasticorum *Ciarlin. contr. for. cap.* 16. *n.* 9. 117
Michalor. de fratrib. part. 2. *cap.* 10. *n.* 24. *Rota dec.* 42.
n. 5. *cor. Caprara, et in recineten. communionis universalis* 23. *junii* 1747. ₰. 11. *cor. bon. mem. Vicecomite.*

Quin etiam hujusmodi reservatio hanc destruit universalem societatem, non in bonis tantum ut superius proxime; quibus addi potest si in aestimo bona utriusque socii,
vel eorum pars, nomine cujusque proprio separatim allibrata reperiantur, ut per *Mantica de tacit.. et ambig. lib.* 118
6. *tit.* 10. *n.* 19. *Rota in d. recineten. communionis universalis* 23. *junii* 1747. ₰. 15. *cor. bon. mem Vicecomite.*
Sed etiam in actionibus, puta si unus socius relevare se
alium in aliquo contractu promiserit, vel se adversus alium
socium revalere convenerit *Curena resol.* 238. *n.* 3. *An-* 119
sald. de commerc. et mercat. disc. 50. *n.* 25. *Constantin.
vot.* 321. *n.* 7. *tom.* 2. Similiter si unus socius pro alio fi- 120
dejusserit *Ansald. de commerc. et mercat. disc.* 50. *n.* 25.
Rota in d. recineten. communionis universalis 23. *junii*
1747. ₰. 14. *cor. bon. mem. Vicecomite*, vel si pactum inierint de curando ut pro aliquo contractu, alii sese, qui consocii asseruntur, coobligent, quia si vere socii universales
essent, hoc foret inutile pactum *Rota in Reatina cambii* 121
scut 100. 9. *januarii* 1753. ₰. 2. *et* 4. *cor. cl. mem. Card.
Bussio.*

Veniunt itaque in hac universali societate, simulque conferuntur, non quae sunt ex quaestu tantum, sed etiam undecumque provenientia, sine ulla limitatione *Connan. com-* 122
ment. jur. civ. lib. 7. *cap.* 13. *sub num.* 7. puta quaestus,
fructus, redditusque alique omnes, tam diurni, quam
menstrui, prout quoque annales, ex industria non solum
provenientes, sed etiam ex bonis sociorum, viri, uxoris, 123
feudi, majoratus, et fideicommissi, necnon etiam ex bonis
filiorum adventitiis, ut promiscue tradunt *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 20. *n.* 34. *Michalor. de fratrib.
part.* 2. *cap.* 24., *et cap.* 35. *num.* 42. *ad* 45. *Giurba ad
consuet. Messan. cap.* 1. *gloss.* 3. *part.* 1. *num.* 13. *et* 17.
Calcagnin. ad mater. feud. observ. 18. *n.* 43. quidquid
forte dici posset, si hujusmodi fructus unus sibi socius reservasset, prout de uno socio primogenituram seorsim pos- 124
sidente agit *Rota in dec.* 1442. *n.* 9. *cor. Coccino.* Proprietas tamen feudi, majoratus, fideicommissi, et adventitiorum non confertur, sed fructus dumtaxat, et quidquid 125
cum his comparatur fructibus *Michalor. et Giurba loco
proxime citat. num.* 13. *et* 14. *Mantica de tacit. et ambig.
lib.* 6. *tit.* 15. *n.* 16. *De Rosis observ. jur. part.* 1. *cap.*
24. *n.* 17. *ad seq.*, quod ipsum de emphyteosi ecclesiastica
peraeque intelligitur *Carpan. ad statut. Mediolan. cap.* 126
483. *n.* 131. *tom.* 2. Partus quoque animalium in eadem
sunt causa, ut conferantur *Giurba ad consuet. Messan. c.* 127
1. *gloss.* 3. *part.* 1. *n* 15.

In hac similiter universali societate confertur dos per unum ex sociis recepta *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. 128
tit. 15. *n. fin. Ansald. de commerc. et mercat. disc.* 51.

n. 12. excepta proprietate, quae uxori socii reservatur leg.
129 actione 67. §. fin. ff. pro socio, Montic. de tacit. et ambig.
lib. 6. tit. 15. n. 23. Lucra pariter dotalis conferuntur Gra-
130 tian. discept. for. cap. 904. a. 18. Giurba ad consuet. mes-
san. cap. 1. gloss. 3. part. 1. n. 16. Mantica de tacit. et
ambig. lib. 6. tit. 15. n. 17. et 18. Parafernalia tamen u-
131 xoris, quoad fructus, dumtaxat conferuntur, Giurba ad
consuet. Messan. d. cap. 1. gloss. 3. part. 1. n. 16.

Quae item nullius sunt, quemadmodum gemmae, lapil-
li, et hujusmodi, quae fiunt prius occupantis, si ab uno
132 socio inveniantur, atque capiantur, in hac universali con-
feruntur societate Giurba ad consuet. Messan. cap. 1. gloss.
3. part. 1. n. 18. Ubald. de duob. fratrib. part. 5. n. 9.
Michalor. de fratrib. part. 2. cap. 26. num. 6. Thesaurus
tamen per unum socium repertus, non communicatur ho-
die, nam ex universali consuetudine ad fiscum pertinet
133 Giurba loco prox. cit. n. 19. Michalor. de fratrib. part.
2. cap. 26. n. 7. quid de lucro ex animali monstroso, alia-
ve re non incuriose spectanda? atque illud conferri patet
134 Giurba ibid. n. 23. ex ludo autem, quicumque sit, quae-
situm, eatenus confertur, si ludus fuerit licitus, et recrea-
135 tionis causa, secus si illicitus fuerit, atque interdictus, ad
textum in l. si fratres 53. §. socium ff. pro socio, Ferret.
de re navali lib. 3. n. 42. Michalor. de fratrib. part. 2.
cap. 27. n. 7. sicuti etiam damnum in ludo passum confer-
136 tur si ludus fuerit licitus, et recreationis causa Felicius de
societate cap. 26. n. 3.

Subtiliter Papinianus quaerit, an uni socio quaesitum
ex injuria sibi facta, illud conferre teneatur; et ex Neratio
affirmative respondit in l. si fratres 53. §. socium ff. pro
137 socio, ibi » socium universa in societatem conferre debere,
» Neratius ait, si omnium bonorum socius sit, et ideo, sive
» ob injuriam sibi factam, vel lege aquilia, sive ipsius, sive
» filii corpori nocitum sit, conferre debere respondit » con-
138 cordant Faber. ibidem late Connan. comment. jur. civ. lib.
7. cap. 13. sub n. 7. Mantica de tacit. et ambig. lib. 6
tit. 15. n. 15. Giurba ad consuet. Messan. cap. 1. gloss. 3.
part. 1. n. 24. et seq. de hoc iterum infra part. 3. cap. 10.

Quaeritur etiam, num quaesita per unum ex sociis pro-
prio nomine ignorantibus aliis, conferantur? Aut de socie-
tate universali pro certo constat, et illa conferri, indubium
139 est, licet communicandi acquirens animum nequaquam ha-
buerit, leg. siquis societatem 75. ff. pro socio ibi » siquis
» societatem contraxerit, quod emit, ipsius fit, non com-
» mune, sed societatis judicio cogitur rem communicare »
140 atque plaudunt Corena resol. 183. n. 10. et 11. Mantica
de tacit. et ambig. lib. 6. tit. 15. n. 21. Tartaglia de re-
servat. statutar. art. 59. n. 39. ad 49. Rota post Zucch.
de oblig. cameral. dec. 174. n. 7., et coram Emerix. jun.
dec. 909. a. 4. et in Bononien. transactionis, seu obliga-
tionis 1. julii 1754. §. 6. cor. bon. mem. Amadeo, et in
Veliterna divisionis super secundo dubio 26. junii 1780.
§. 4. cor. R. P. D. Riminaldo, quia in his circumstantiis
non repugnat universali societati, ut unus socius, proprio
141 acquirat nomine de Valent. de contract. vot. 51. n. 71..
cum unus socius ita acquirens praesumatur habere manda-
142 tum ab altero socio, Ciorlin. contr. for. cap. 16. n. 32.,
id quod efficit, ut unus socius ignorans etiam, atque dis-
sentiens, nequeat contractum, quicumque sit, alterius so-
143 cii impugnare Costantin. vot. 228. num. 20. tom. 2. Rota
dec. 409. num. 27. cor. Ansaldo, quod si clanculum, in-
sciisque aliis sociis. aliquid unus proprio acquisierit nomi-
144 ne, eum dolo acquisivisse intelligetur, Corena resol. 183.
num. 9.

Aut e contra, de universali societate praecedenter inita,
perspicue non constat; sed ea ab hoc, vel illo mendicetur
actu, ut hoc posteriore casu, minime conferuntur, quae
145 apparent unius socii nomine quaesita Rota in Bononien.
transationis, seu obligationis 1. julii 1754. §. 6. cor. bon.
mem. Amadeo; nam regulariter nihil magis repugnat uni-
versali societati, quam acquisitio, proprio unius socii no-
146 mine facta Caleognin. ad moter. feud. observat. 18. n. 54.
55. et 57. Rota dec. 170. n. 6. tom. 7. in naperr., ut in
Terracinaten. communionis universalis 23. junii 1747. §. 6.
cor. bon. mem. Viccomite, et in Reatina cambii sc. 100.
19. januarii 1753. §. 4. cor. cl. mem. Card. Bussio, et in
Bononien. transactionis, seu obligationis 14. maii 1753.
§. 6. cor. bon. mem. Viccomite, et in ejus confirmatoria

1. julii 1754. §. 6. coram bon. mem. Amadeo, longe vero
plurimum, si consocii proprio quiqun nomine separatim 147
quaesierint, Rota in Romana, seu Spoletana fideicom-
missi 22. novembris 1756. §. 9. cor. R. P. D. Stadion. vel
si unus socius pro alio consocio expresse acquisierit, prae-
sertim si ex bona fide recognita, rem quaesitam ad eum
pertinere declaraverit, Rota in Terracinaten. communionis 148
universalis 23. junii 1747. §. 6. coram bon. mem. Viceco-
mite.

At vero, ut haec, omnia, aliaque plura aequis ex parti-
bus inter socios universales conferantur, capitalia sub ini-
tium collata, paria esse non refert, cum communicatio pro-
cedat, et societas universalis consistat, licet initio plus alter,
minus alter contulerit socius, ad textum in l. societas 5. ff. 149
pro socio, ibi » societas autem coiri potest, et valet etiam
» inter eos, qui non sunt aequis facultatibus » atque ob-
servant Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 146. n. 4. Cy- 150
riac. contr. for. 504. num. 76. et 77. Tondut. resol. civil.
part. 2. cap. 109. a. 4. et 5. Carol. Ant. de Luca ad Gra-
tian. cap. 643. n. 1. Galli de fructib. disput. 33. artic. 2. 151
n. 6. vers. declara secunda, Tartaglia de reservat. sta-
tutar. art. 59. n. 43., et licet similiter alter magis diligens,
utilis, industriusque sit socius, et alter minus lucretur Ce-
phal. cons. 69. n. 2. tom. 1. Ciarlin. contr. for. cap. 16.
n. 17. Menoch. de praesumpt. lib. 3. praesumpt. 56. n. 42.
atque demum licet sociorum negotietur alter, non item al- 152
ter Decian. respons. 85. a. 18. tom. 2. Mantica de tacit.
et ambig. lib. 6. tit. 10. n. 6. Molegnan. altercat. legal. 94.
n. 95. et 96., nam unus potest socius forte solertior, magis-
que industrius negotia communia, citra societatis universa- 153
lis derogationem, explicare Mantica de tacit. et ambig. lib.
6. tit. 10. n. 6. Galli de fructibus disput. 33. art. 2. n. 6.
Valent. de contr. vot. 61. n. 66., ubi plures concordantes.

Interest vero plurimum, ut collatorum ex aequo bonorum
lucrorumque quaesitorum divisio fiat inter universales so-
cios viritim, et aequis ex partibus Gratian. discept. for. 154
cap. 643. n. 9. Carol. Anton. de Luca ad eumd. ibid. n.
1. Ansald. de commerc. et mercat. disc. 52. n. 9. Adeo
quidem ut pactum inaequaliter dividendi bona socialia,
praesertim utilia in hac universali societate non valeat
Carpan. ad statut. Mediolan. cap. 483. n. 117. tom. 2., 155
unde proscripta remanet illa conclusio, ut qui in hac so-
cietate universali plus bonorum, vel industriae confert,
plus etiam utilium in divisione participet, quemadmodum
injuria sentiunt, Cirocc. discept. 77. sub n. 55. necnon
relati simulque rejecti per Marescott. var. resol. lib. 2.
cap. 146. n. 3. et 4. Pater tamen qui in suo testamento
universalem indixit inter filios suos, societatem, per divi-
sionem suorum bonorum inter illos ad duodecim annos in-
terdictam, licet non possit praecipere, quin finita societate,
aequalis divisio fiat, potest tamen jubere, ut decedente an-
te finem societatis, filiorum suorum aliquo, de illius por-
tione plus unus, quam alter eorumdem suorum filiorum,
et sociorum consequatur, juxta casum relatum, atque ita 156
resolutum per Ansald. de commerc. et mercat. disc. 52.
a. 15. 16. et 18.

Doctores vim hujus universalis societatis exponentes, non
incuriosum proponunt casum, in quo pater filium spurium
habeat, et legitimos etiam filios habeat, velitque, spurio
coaequalem suorum bonorum haereditariorum portionem
jure interdictam relinquere; rem ita componi posse ajunt: 157
hoc est, ut communis pater, vel curet ipse vivens, vel in
testamento jubeat, ut inter spurium, atque legitimos filios,
universalis ad tempus coeatur societas; nam hac inita socie-
tate, spurius in fine illius coaequalem habebit paternae hae-
reditatis portionem, non jure haereditario sibi alias prohi-
bito, sed jure sociali dumtaxat; hanc supraindicati docto-
res cautelam vocant, mea tamen sententia non incallidam,
atque suat Durant. de arte testandi cautel. 14. n. 16. 158
Mantica de tacit., et ambig. lib. 6. tit. 15. a. 22. tom. 1.
Giurba ad consuet. Messan. cap. 1. gloss. 3. part. 1. a.
12. Felic. de societ. cap. 12. sub n. 3., verum quanti va-
leat haec cautela, adnotavi superius part. 2. cap. 1. n. 191. 159
et 192.

Quam in bonis, utilibusque socialibus aequalitatem ser-
vari debere dixi, eamdem et in damnis, sumptibusque cu-
stodiri aequum est. Hinc omne aes alienum, scribit Paulus,
quod manente societate contractum est, de communi sol- 160

vendum est *in l. omne aes* 27. *ff. pro socio*, tametsi aes
alienum sit ab uno ex sociis contractum, nihilque desuper
habeatur in causam, societatis versum, *Paul. de castr. cons.*
161 358. *sub n.* 1. *vol.* 2. *Mantica de tacit., et ambig. lib.* 6.
tit. 25. *a.* 1. 2. *ad seq. Jov. de contract. mis. gloss.* 25.
§. 13. *n.* 174. *et* 175. *Rota dec.* 77. *n.* 6. *tom.* 3. *in nuperrim., et in Senogallien. Salviani* 30. *aprilis* 1759. §.
5. *cor. Reverendiss. P. D. Olivatia.* Eritque argumento
casus *l. ex parte* 40. §. *filius ff. famil. ercisc.*, ibi » Filius
» reipublicae debita, quae post mortem patris contraxit,
162 » fratri suo pro parte haereditaria reputare non potest, *si*
» *non in omnibus socii sint* » Erit vero factum hujus uni-
163 versalis societatis univocum, si unus socius debita ab alio
socio contracta libere persolverit *Rota dec* 303. *n.* 8. *tom.*
2. *cor. Molin. et dec.* 473. *n.* 8. *cor. Caprara tom.* 2.
Excipi tamen ab hac regula debent debita contracta ex causa
delicti, aliisve causis illicitis, quemadmodum etiam excipi
fidejussio potest quae sit tamen extra causam societatis per
unum ex sociis facta, atque demum donatio excipitur etiam
164 quae omnia socio dumtaxat, qui ea fecit, non societati im-
putantur, ut promiscue tradunt post *textum in leg. si fratres* 53. §. *fin. ff. pro socio, Petr. de Ubald. de duob.
fratrib. part.* 6. *sub n.* 7. *et part.* 8. *n.* 24. *Michalor. de
fratribus part.* 2. *cap.* 34. *n.* 1. 2. *et per tot. Surd. de aliment. tit.* 1. *quaest.* 85. *n.* 9. *Casta de remed. subsid.
remed.* 77. *n.* 7. *Thomat. dec.* 64. *n.* 6. 7. *et* 8. *Constantin.
vot.* 321. *n.* 11. *ad* 14. *tom.* 2.

Quod ipsum peraeque in expensis, sumptibusque servatur, necessariae sint eae, sive etiam voluntariae, et in causam usque societatis non versae, nam semper de communi
solvuntur; neque spectatur, si unus plus impendat, et mi-
165 nus alter, dummodo causa delicti, seu alterius rei illicitae
ab illis abest sumptibus, *Bart. de duabus fratrib. in addit.
lit. C. pag. mihi* 119. *terg. Thomat. dec.* 64. *n.* 6., *et* 8.
Costa de scient. fact., et jur. dist. 95. *n.* 7. *cent.* 2. *Mantica de tacit., et ambig. lib.* 6. *tit.* 19. *n.* 1. 20. *et fere per
tot. Ubald. de duab. fratrib. quaest.* 2 *prin. n.* 44. *Cassan.
ad consuet. Burgund. rubr.* 7. §. 5. *n.* 18. *Tartaglia de
166 reservat. statutar. artic.* 59. *n.* 58 Imo vero pactum de
non communicandis sumptibus, non valere tuetur *Cataneus
cons.* 26. *n.* 15. 16. *et* 17. Et de expensis factis in gratiam,
167 et honorem filii unius socii, quod societati imputentur, est
textus in l. societatem 74. *ff. pro socio*, puta pro militia,
studiis, doctoratu, festivitate nuptiarum, dotis etiam filiae
168 unius socii constituendae *Connan. comment. jur. civ. lib.*
7. *cap.* 13. *n.* 8. *Mantic. de tacit. lib.* 6. *tit.* 19. *n.* 5. 8.
9 *et per tot. Ansald. de commerc. disc.* 49. *n.* 25. *Constantin. vot.* 321. *n.* 8. *Rota in Bononien. transactionis,
seu obligationis* 14. *maii* 1753. §. 10. *cor. bon. mem. Vicecomite.*

Atque generaliter omnia commoda, et incommoda etiam
carcerationis, etiam infirmitatis, item prospera, et adversa
communia sunt sociis universalibus, excepta semper culpa
inexcusabili, vel dolo unius socii *Alexand. cons.* 154. *n.* 3. 169
in fin. lib. 2. *Mantica de tacit. lib.* 6. *tit.* 19. *n.* 1. *et per
tot. Schrader. de contract. tit.* 26. *de societ. n.* 35. *et* 36.
Michalor. de fratribus part. 2. *cap.* 31. *per tot. Ansald. de
commerc. disc.* 98. *n.* 31. *Rota in Romana haereditatis super fidejussione* 5. *maii* 1751. §. 4. *coram cl. mem. Card.
Bussio.* Itaque jurium activorum, et passivorum coaequalis
communicatio, solidalem quoque praestat actionem, *An-* 170
dreol. contr. for. 32. *n.* 9. *Tartaglia de reservat. statutar.
artic.* 59. *n.* 84. *et* 85 *Rota dec.* 77. *n.* 6. *tom.* 3 *in nuperr.,
et in Senogallien. Salviani* 30. *aprilis* 1759. §. 5. *coram
Reverendiss. P. D. Olivatio.*

Postremum hujus societatis universalis requisitum est
nunquam inter socios interposita rationis redditio, vel mei,
tuique dispunctio, prout communiter tradunt *Andreol.* 171
contr. for. 34. *n.* 14. *Ciarlin. contr. for. cap.* 16. *n.* 16.
Gratian. discept. for. cap. 547. *n.* 1. *ibique Carol. Ant.
de Luca n.* 1. *Mantica de tacit. lib.* 6. *tit.* 10 *n.* 21.
Card. de Luca de credit. disc. 87. *sub n.* 3. *Ansald. de
commerc. disc.* 52. *n.* 21. *Rota dec.* 397. *n.* 1. *cor. Buratto, et dec.* 421. *n.* 3. *cor. Coccino, et dec.* 129. *n.* 7. *part.*
10. *rec., et in recineten. communionis universalis* 23.
junii 1747. §. 4. *cor. bon. mem. Vicecomite, et in Eugubina immissionis* 23. *junii* 1751. §. 9. *cor. bon. mem. Cortada.* Et quod hoc nunquam redditae rationis requisitum
sit ad arguendam universalem societatem omnino praeci-
puum, docet *Rota in dec.* 242. *n.* 11. *cor. Dunoz. sen.*, 172
atque hujusmodi negativa rationis dispunctae, statim pa-
tet, atque non probatur affirmativa, quae cum consistat in
facto, de jure non praesumitur *Ciarlin. controv. for. cap.* 173
16. *n.* 20. *Rota in dec.* 295. *n.* 7. *tom.* 1. *cor. Molin.* Observatu tamen dignum est, quod ubi dicitur, per redditionem rationis excludi societatem, intelligi debet de redditione rationis finali, ipso jure societatem dirimente, non
de particulari *Rota dec.* 473. *n.* 30. *et* 31., *et dec.* 503. *n.* 174
10. *cor. Caprara.*

CAPUT V.

De Societate generali.

SUMMARIUM

1. Societatis *generalis* nomen, in hac suppeditat societate *Heineccius.*
2. Triplicem ipse societatem esse docet *universalem*, *generalem*, *et singularem.*
3. Plerique doctores hanc *generalem* societatem *particularem* appellant
4. Sed cum *Heineccio*, placet appellare illam, *generalis* nomine.
5. Indoles hujus societatis est, si simpliciter fuerit contracta, et nihil fuerit distinctum, nam dicitur coite universorum, quae veniunt ex quaestu n. 6.
7. *Simpliciter* dicitur, hoc est non expresso certo genere negotiationis.
8. Aut non facta omnium bonorum mentione.
9. Aut cum societas sine designatione rerum, seu bonorum contrahitur, et n. 12.
10. In hac societate non communicentur res sociorum, sed solum, quae ex quaestu veniunt, puta emptione, conductione etc.
11. Non autem communicantur, quae veniunt ex beneficio alieno, puta ex haereditate, legato, donatione etc. n. 14
13. Quae ex quaestu veniunt in hac societate communicantur, pote quae ex opera cujusque descendunt
Quaestus enim a quaerendo dicitur, ibid.
15. Donatio item legatum etc. uni socio factum non communicatur nisi ex proxima causa societatis, secus si fuerit ex causa remota.
16. Exemplum ex causa remota est, si princeps cum socio ingenu, et societatem laudans, quidquam ei donaverit.
17. Ex causa vero proxima est, si id quod princeps donavit, inservit ad commodius, utiliusque explicanda negotia societatis.
18. *Bachovius* tenens in hac societate communicari res sociorum sine traditione, a *Vinnio* rejicitur, et n. 21
19. Communicatio haec sine traditione specialis est in societate universali.
20. Differentia esse debet inter universalem, et generalem societatem.
22. Pactum tamen, ut rerum socialium dominia in hac societate generali, communicentur, valet.
23. Hoc autem deficiente pacto, communicatio non procedit.
24. Et in fine hujus societatis, detractis debitis, suum quisque capitale recuperat, et quod reliquum est ex aequo dividitur.
25. Quandoque tamen intervenit d communicatio, non solum concurrentis pacto, sed etiam si hoc ex actibus deducatur.
26. Societas generalis contrahitur expresse, et tacite.
27. Verba universalia *omnia*, et *singula* addita dictioni *quaestuum*, ad hanc restringuntur generalem societatem expresse contractam
28. Et veniunt lucra, quae a designatis bonis, seu negotiationibus descendunt
29. In tacite veniunt quidem, quae descendunt ex quaestu, quatenus tamen actus demonstrant, et datur ratio, n. 30.
31. Haec generalis societas illustratur exemplis.
32. *Papinianus* docet, quod si fratres haereditatem patris indivisam retinent, et emolumentum, et damnum in his commune sit, et aliunde quaesitum non communicatur, n. 33. et 34.
35. Tres circa idem *Mantica* proponit casus. Si duo fratres paternam haereditatem pro indiviso possideant, et neuter negotietur: primo negat hanc esse initam societatem; fortius si sint nobiles, n. 38.
36. Deinde affirmat, si hujus societatis effectus ex actibus erumpant conformibus, etiam si socii sint nobiles, n. 37. et 38.
39. Secundus casus est, si eorum alter negotietur, alter non, et negativam tenet.
40. Contrarium postea affirmat, et adducit rationem, n. 41.
42. Tertius casus similis, in quo uterque negotiatur, et ad hanc societatem refert quaestus ex fructibus, ex tali negotiatione proficiscentes.
43 Limita si uterque negotiatur quidem, sed fructus, et quaestus seorsum ponit.

44. Textus sit in hac societate venire quaestum ex emptione, venditione, locatione, et conductione.
45. Socius acquirens in causam societatis, communicat; extra vero causam societatis, non communicat.
46. Socius emens in causam societatis communi nomine, communicat.
47. Emens proprio nomine, quaestus tamen causa, puta, emit, ut revenderet, et sic lucrum faceret, et communicat, et datur ratio, n. 48.
49. Emens extra causam societatis nomine proprio, non quaestus causa sed ut apud eo retineret, non communicat.
50. Socius tamen suo emens nomine clanculum, et per fraudem, communicat.
51. Socium fallere perfidiosum est.
52. Suo partes acquisens nomine si assuevit communicare, communicatur acquisitum.
53. Quidquid socius quaerit suo etiam nomine ex causa quaestus communicatur, et n. 55., et 64.
54. Quicumque sit quaestus, aut in emendo, vendendo, revendendo, conducendo, locando, sublocando, rusticum aut urbanum artificium, exercendo aut quovis alio ex causa quaerendo communicat alio socio, et affertur ratio, n. 55.
56. Substantia hujus societatis non est limitata ad hoc, vel illud rei, vel negotiationis caput; nam tunc esset particularis societas; et remiss eo.
57. Sed protrahitur ad universa capita, quae ex quaestu veniunt.
58. Haereditas uni socio non obveniunt ex quaestu, sed ex aliquo ejus merito, ideo non communicantur, n. 59.
60. Societas universalis a generali distinguenda est.
61. Socius, qui uxoris suae dotem non confert, qui filiam suam aere dotat suo, qui eam tantum contrahit nomine, hi sunt actus societatem universalem excludentes.
62. Distinguenda etiam est societas generalis omnium quaestuum a particulari unius negotiationis, vel unius rei.
63. Cujusque societatis indoles, et substantia retinenda est.
65. Quaesitum proprio nomine cum pecunia communi, fit acquirentis, et n. 68.
67. Amplia si alter socius contradixerit circa rem illam acquirendam.
68. Proprio acquirens nomine subit illius rei quaesitae periculum.
69. Et alteri socio datur actio condicendi suam pecuniae socialis partem, cum interusuriis loco damnorum, et interesse, n. 70. et remissive, n. 71.
72. Qui tamen cum pecunia communi proprio acquirit nomine, et sit tutor, aut curator, res acquisita sit communis minori.
73. Quod si acquirens non fuerit tutor, tunc minor in subsidium rem quaesitam vindicat pro sui reintegratione; quatenus nempe acquirens non sit solvendo.
74. Regula de qua supra n. 65. limitatur, si pecunia socialis fuerit destinata ad negotiationem.
75. Amplia limitationem, si socii omnes re quaesita promiscue utantur.
76. Amplia etiam si acquirens rem quaesitam, communi nomine adnotari in catastro permiserit, aut curaverit.
77. Fortius semper, si, ut communis, appareat in libro sociali descripta.
78. Libri sociales maximam probationem constituunt.
79. In dubio autem res proprio unius socii nomine quaesita, si non appareat contrarium, censetur quaesita nomine acquirentis.
80. Certum in jure est, quod ita acquirens, uti supra, extra causam societatis, sibi acquirit, et n. 81.
82. Et res ita acquisita non potest fieri communis, nisi per novum actum, in quo is qui acquisivit, consentiat.
83. Regula textus *in leg. 7. ff. pro socio*, hactenus exornata in acquisitione per emptionem, procedit etiam in locatione, et conductione, et n. 84.
85. Dubitatur circa communicationem lucrorum locationis, et conductionis, et refertur casus decisus per Rotam coram *Coccino*.
86. Proponitur casus de duobus sociis qui quaestus causa, diversas conduxerunt tenutas, et eorum unus alteram tenutam suo nomine conduxit: quaerebatur an haec communicanda esset.
87. Rota ibi censuit communicari debere tenutam uti socialem, ex facti circumstantiis ibi videndis, et n. 88. 89. et 90.
91. Haec generalis societas super universis quae ex quaestu descendunt, indole sua complectitur negotiorum diversitatem, et multiplicitatem.
92. Ita ut sufficiat, non esse designatas certas negotiationes, certaque bona, ut sit generalis societas.
93. Maxime si ex pluribus negotiis, unum fuerit, una capsa, unus liber, unus administrator.
94. In hac multum facit observantia.
95. Haec societas generalis facilius inducitur, quam universalis.
96. Quod dicitur tamen de societate universali, in pluribusque, commune est omnibus aliis societatibus.
97. Haec societas generalis non praesumitur, tamquam quid facti, nisi concludentissime probetur.
98. Si tamen demonstretur initio contracta, talis praesumi debet usque ad tempus divisionis.
99. Amplia etiamsi renovatio ejusdem generalis societatis interveniat.
100. In hac societate, utilia debent esse aequalia, licet unus suam contulisset industriam.
101. Quisque socius praesumitur habere mandatum ab altero socio ad exigenda credita socialia.
102. Quod si unus socius omnia exegerit credita socialia, ea tenetur repartire cum aliis proportionate.
103. Expensae debita, et damna passa ex causa societatis, eidem imputentur.
104. Sin autem haec contingerint fieri extra causam societatis, vel ex culpa unius socii, ei soli imputantur, qui ea fecit.
105. Sumptus item facti per unum socium pro se alendo, et familia, huic societati non imputantur.
Sed solum imputantur sumptus, ex causa societatis, puta eundo ad nundinas, et hujusmodi, ibidem.
106. Imo siquid pro alenda familia alterius socii impensum sit debet societati restitui.
107. Pro debitis per unum socium factis ex causa societatis, interveniente mandato aliorum, datur creditoribus actio solidalis.
108. Quod si haec unus debita fecerit socius administrationi per alios praepositus, non inquiritur an in causam societatis, vel extra, nam procedit obligatio solidalis, et affertur ratio.
109. Socius unus habens peculiaria debita, et obligans bona socialia obligatio, et respective hypotheca afficit tantum suam partem, non aliorum, et n. 110.
111. Per mortem unius socii, solvitur societas.
112. Nec valet pactum, ut transeat haec societas ad haeredes.
113. Ratio, quia impeditur libertas testandi, et n. 114.
115. Auctori non placet haec ratio, et quare?
Donator omnium bonorum vigesimum sibi reservans, ad testandum valide donat, ibidem.
116. Pactum, de quo supra n. 112. non valet si electa sit industria personae illius, qui moritur.
117. Secus si industria personae illius non fuerit electa, nam pactum praecipue justum valebit.
118. Conclusio haec tamen revocatur in dubium.

Inscriptum hoc *de generali societate* caput ab *Heinecio*
1 reperitur, qui *sub* §. 945. *instit. de societ.* Tria bellissime
genera societatum distinguit; *universalem*, de qua in superiore *cap.* 4. Praesentem hanc *generalem*, quae ea tantum,
quae ex quaestu veniunt, comprehendit; et *singularem*,
puta alicujus negotiationis, vel unius etiam rei, quam
2 *particularem*, in sequenti inscribam capite. Plerique doctores a tribunalibus etiam Sac. Rotae Romanae secuti,
3 huic generali societati, alterum *particularis* appingunt
terminum; sed mihi placet cum *Heineccio* praesentem hanc
societatem generalem appellare, cum particularis proprie
4 societas ad unam negotiationem unamve rem magis pertineat ex *Schrader. de contract. tit.* 26. *de societ. n.* 47.
Eleganter itaque Ulpianus hujus generalis societatis in-
5 dolem, atque naturam, sequentibus indicat verbis *in leg. coire 7. ff. pro socio*, ibi » Coire societatem et simpliciter
» licet, et si non fuerit distinctum, videtur coita esse
» universorum, quae ex quaestu veniunt, hoc est siquod
6 » lucrum ex emptione, venditione, locatione, conductione
» descendit «.
Simpliciter, ait textus, hoc est, non adjecto signo uni-
7 versali, non expresso certo genere negotiationis, ut ait *Gothofred. in d. leg. 7. lit. Q. ff. pro socio.* Seu ubi talis
haec coitur societas sine mentione omnium bonorum
8 *Mynsinger. §. societatem* n. 2. *lit. C. instit. de societ.*,
seu clarius ubi societas sine designatione rerum, seu bonorum contrahitur, prout elegantissime, mirumque exponit
9 in modum *Vinn. in d. § societatem n.* 4. *instit. de societ.*
ibi » In societate universorum, quae ex quaestu veniunt,
» res quaevoliom, seu bona praesentia non communicantur,
» sed futura tantum, seu lucra postea obvenientia, neque
» tamen haec omnia, sed ea solummodo, quae ex quaestu
» quotidiano, id est ex opera, et negotiatione cujusque socii acquiruntur. puta lucrum, quod ex emptione, venditione, locatione, conductione, et similibus commerciis,
» aut ex causa artificii descendit, quae vero alieno benefi- 10
» cio obveniunt, qualia sunt haereditas, legatum, dona-
» tiones, ea extra hanc causam habentur: talis societas 11
» contrahi intelligitur, cum aliqui simpliciter societatem
» coeunt, hoc est saltem dicunt sibi placere, ut inter ipsos
» societas sit sine designatione rerum, quorum societatem
» contrahi velint « consentiunt in idem *Donell. comment.* 12
jur. civ. lib. 13. *cap.* 16. *lit. F. Faber. in dict. leg. 7. ff. pro socio, Connan. comment. jur. civ. lib.* 7. *cap.* 13. *sub* n. 5.
Mynsinger. loco prox. cit. n. 2. *Giurba ad consuet. Messan. cap.* 16. *gloss.* 3. *n.* 1. 2. *et per tot. Alvar. Valasc. consult.* 103 *n.* 13. 14. *cum duob. seq. Mantica de tacit., et ambig. lib.* 6. *tit.* 15. *n.* 7. *Schrader. de contract. tit.* 26. *de societ. n.* 34. *et* 47.
Ait similiter textus communicari ea = *quae ex quaestu veniunt* =. Quaestus enim (subdit *Connanus*) » intelligi-
» tur, qui ex opera cujusque descendit, quod origo verbi
» satis indicat a quaerendo ducti, ut non omne lucrum.
» sed proprie, quod opera, et artificio quaeritur, quaestus
» appelletur, adeo ut pro ipsa arte ponatur, ex qua venit 13
» nobis lucrum » in suis *comment. jur. civ. lib.* 7. *cap.* 13.

sub n. 5. cui additur *Cajac. in lib.* 32. *Pauli ad edictem*
ad leg. 3. §. 1. *ff. pro socio col.* 480 *lit. A. B. tom.* 5.
non quae igitur uni socio es fortunae beneficio, puta hae-
reditas, legatum, donatia, quee in hac minime cadunt so-
14 cietate *leg. nec adjecit* 9. *addita leg.* 10., *et* 11. *ff. pro*
socio, Heinec. §. 945. *instit. de societ. Vina. in d.* §. *so-*
cietatem n. 4 *instit. eod. tit. Mynsiager. ibid. sub n.* 2.
lit. C. instit. eod. tit. Mantica de tacit. et ambig. lib. 6.
tit. 15. *n.* 7. *et* 8. *Giurba ad consuet. Messan. cap.* 16.
glass. 3. *n.* 4.
Hoc tamen intelligi aportet, nisi ex causa proxima hujus
15 societetis, quid legatum, relictum, donatumve appareat,
secus si ex causa remota *Mantica de tacit. et ambig. dict.*
lib. 6. *tit.* 16. *a.* 6. *et* 7. *tom.* 1. ubi ait, si sociorum alter
ed principem accesserit, et dum egeret cum eo de negotiis
societatis, sibi de ea princeps complacuit, et ideo castrum
ei danavit, haue danationem ad remotam refert causam,
16 communicationi non subjectam; et cum citatus *Mantica* de
causa proxime, exemplum suppeditet nullum, placet mihi
illud praebere, et ad causam proximam referte, si in specie
ejusdem casus, princeps castrum, aut damum, aut taber-
nam, aut rem aliam donaverit, ut socius donatarius com-
modius, aliliusque socialia negotia gereret, nam tunc ex
causa potius praxima, hoc est contemplatione societatis,
quam socii donatarii, donatum videretur, quo in casu com-
17 municatio procederet, juxta regulam propositam per *Man-*
ticam loco proxime citat. n. 6.
Bachovius relatus per Vinnium acriter disputando susti-
nebat in hac societate simpliciter contracta bona coeuntium
18 statim, et sina ulla traditiane communicari: verumtamen
hoc speciale est in universali tantum societate, ut in supe-
19 riore *cap.* 4. *n.* 82. et quin in hac remissiori societate tale
quid majores nostri non praescripserunt, imo contrarium
nan sub abscure docuerunt, et quia desuper interalt opor-
tet aliquid universalem inter, et hanc generalem societatem,
20 merito *Vinnius in d.* §. *societatem n.* 4. *circa fin. instit.*
de societ. Bachavii rejecit sententiam, et traditionem in
hac societate necessariam esse constituit; atque Vinnio con-
21 sentiunt *Connan. camment. jur. civ. lib.* 7. *c.* 13. *sub n.*
8. *Schrader. de contract. tit.* 26. *de societ. n.* 45. *et* 46.
Tartaglia de reservat. statutar. artic. 59. *n.* 87. *cum seq.*
Ex his autem colligitur de substantia esse hujus genera-
lis societatis, quaestuum dumtaxat, non capitalium commu-
nicationem, atque eatenus, ut iniri pactum valeat, ne rerum
22 socialium dominia communicentur, ut per *Tartaglia de*
reservat. statutar. artic. 59. *n.* 87. abi concordantes. Cum
de caetero redundet, nullam hoc desuper pactum stipula-
tum fuisse, neque affirmativum, neque negativum, ut ex-
23 clusa dominii communicatio dicatur, *Tartaglia loco prox.*
cit. n. 89. eo quidem usque, ut in actu dividendi res in
hanc societatem collatas, prius deducatur capitale, quod-
cumque sit, ad commodum illius, qui illud contulit, ac de-
tractis inde sumptibus, atque debitis, quod reliquum est
utilium nomine, aequis ex partitibus, vel prout fuerit con-
24 ventum, dividatur *Mantica de tacit., et ambig. lib.* 6. *tit.*
3. *n.* 3. *tom.* 1. *Ubald. de duob. fratrib. part.* 3. *n.* 24.
Galli de fructib. disp. 33. *art.* 2. *n.* 11. Verum de divisio-
ne. alias infra loco suo pluribus; quamvis revera non repu-
gnet huic societati, capitalium quoque quoad dominium
25 communicatio, si ita a partibus sit exprese volitum, aut
etiam ex actibus tacite deducatur *Mantica de tacit.*, et
ambig. lib. 6. *tit.* 3. *n.* 8. id quod infra proxime *cap.* 7.
clarius apparebit.
Multifariam vero haec generalis coitur societas, non so-
26 lum exprese, sed tacite etiam *Schrader. d. contract. tit.*
26. *de societ. n.* 36. *in fin. Mantica de tacit. et ambig. lib.*
6. *tit.* 11. *n.* 2. *et* 3. Exprese quidem prout fuerit lingue
nuncupata stipulatum, absque eo tamen, quod dictio *o-*
mnia, et *singula* universalem designent societatem, si al-
tera sit *quaestuum* addita, per quam ad hanc generalem so-
27 cietatem stipulatio restringitur, *leg. sed si adjiciatur* 13.
ff. pro socio, Mantica de tacit. et ambig. lib. 6. *tit.* 16. *n.*
1. *ad* 5. *Rota in decis.* 186. *n.* 17. *ad seq. cor. Bichio.* Ita
ut hoc priore casu societas non possit egredi fines conven-
tionis, eoque solum comprehendat lucra, quae a designatis
28 bonis, seu negotiationibus descendunt *Felic. de societ.*
cap. 12. *n.* 45. *Antunez. de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 26.
num. 69.
Zunchio

Tacito vero, si in iis communicatio erit, quae descen-
dunt ex quaestu dumtaxat, id quod ex actibus apparebit.
Actus enim valunterii, non ultra id, quod geritur, exten-
duntur, *Schrader. de contractib. tit.* 26. *de societ. n.* 36. 29
37. *et* 47. *Giurba ad consuet. Messan. cap.* 16. *gloss.* 3.
part. 1. *n.* 5. *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 11.
n. 1. 2. 3. *et* 26. *tom.* 1. Nec talis quaestuum, seu lucrorum
communicatio citra jus, et nomen societatis fieri potest
Mantica de tacit. et ambig. lac. prox. cit. n. 6. Et sicuti 30
haec generalis quaestuum societas multifariam, ut dixi coiri
potest, rem expedit illustrare exemplis. 31
Papinianus in *leg. si fratres* 53. *ff. pro socio.* Ita scri-
bit » Si fratres parentum indivisas haereditates ideo reti-
» nuerint, ut emolumentum, ac damnum in his commune
» sentirent, quod aliunde quaesierint in commune non re- 32
» digetur ». Ergo, veluti subdit Ulpianus *in leg. coire* 7.
ff. eod. tit. quae ex quaestu veniunt bonorum paternorum,
in ea causa sunt, ut in commune redigantur. Ex quibus 33
patet juribus omne ex causa haereditatum pro indiviso pos-
sessarum, quaesitum, sit in fructibus, sit in bonis, com-
municari; non communicari vero, quae extra causam ejus-
dem societatis quaesita dignoscuntur *Tartaglia de reservat.* 34
statutar. art. 59. *n.* 77. *et* 78.
Ad rem hanc vero clarius enucleandam, tres *Mantica* 35
proponit casus *de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 11. *n.* 10. *ad*
seq. tom. 1. Primus est si dua fratres paternam haeredita-
tem pro indiviso possideant, et neuter negotietur, an haec
eos inter contracta intelligatur societas; idem *Mantica*, do- 36
ctores negantes primo refert *sub n.* 11. *et* 12. Sed postea
affirmativam amplectitur sententiam, si hujus societatis ef-
fectus ex actibus erumpant conformibus: puta inter nobi- 37
les, seu opimam haereditatem possidentes, non enim asso-
lent hi quaestuariam exercere negotiationem, quod si nihi-
lominus haereditarios fructus, et alia conferant, eatenus
haec extendatur societas, quatenus collatio *Ancharan. cons.* 38
302. *n.* 7. *Mantica loco proxime citat. n.* 13.
Secundus casus est, si ambo fratres paternam haeredita-
tem pro indiviso, uti supra possidentes, eorum alter nego-
tietur, non item alter, utrum haec procedat societas? Nega-
tivam prima sententiam refert idem *Mantica de tacit. et* 39
ambig. lib. 6. *tit.* 11. *n.* 18. *et* 19. Sed postea contrarium
amplectitur, et ad hoc lucrorum collationem satis esse con-
cludit *sub d. n.* 19. *vers. contrarium*, et potissima ratio 40
est, quia illa fructuum collatio citra jus, et nomen societa-
tis fieri nequit, idque eatenus semper intelligitur, quate-
nus collationum actus extenduntur *Petr. de Ubald. de duob.* 41
fratrib. part. 3. *n.* 13. *cum seq.*
Tertius denique casus est, si uterque socius, vel frater
negotietur, nam si ambo ex negotiatione quaesitum una
cum fructibus haereditatis pro indiviso possessae conferant,
nulla dubitatio erit, quin haec sit contracta super his quae-
stibus societas; quod si ex diverso ambo negotientur, sed 42
lucra quisque sua seorsim ponat, et non, prout ante, con-
ferat, sicuti hi dissolvendi magis, quam contrahendi socie-
tatem, sunt actus, indubio erunt non contractae societatis
argumento *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 11. *n.* 43
23. *et* 24. *tom.* 1.
Textus supra initio recitatus in hanc venire societatem
docet = *quae ex quaestu veniunt, hoc est si quod lucrum*
ex emptione, venditione, locatione, conductione descen-
dit =. Separatim de his omnibus agendum: videndum ergo 44
si quid sociorum unus comparavit, an sibi, an societati
quaesivisse dicatur? Est generaliter distinguendum; aut so-
cius quaesivit in causam societatis, aut extra causam socie-
tatis, si primum alteri socio communicat, secus vero si se-
cundum, nam tunc non communicat, *Schrader. de contra-* 45
ctib. tit. 26. *de societ. sub n.* 47. *Tartaglia de reservat.*
statutar. art. 59. *sub n.* 78.
Rem expedit clarius aperire; si unus socius emit in cau-
sam societatis communi nomine, modica dubitatio est, quin
acquisitum commune dicatur *Ancharan. cons.* 149. *n.* 4. 46
vers. per hoc dico, Mantica de tacit. et ambig. lib. 6. *tit.*
16. *n.* 17. *tom.* 1. *Ubald. de duob. fratrib. part.* 5. *sub n.*
3. Sin autem proprio quaerit nomine ex causa tamen socie-
tatis, hoc est ex causa lucri, et quaestus, puta unus socius
rem ideo quaesivit, ut postea revenderet, et sic negotiando
lucrum faceret, at hoc etiam casu communicare tenetur,
non refragante acquisitione facta proprio ipsius nomine, 47

quis cum natura bujus societatis sit, ut lucrum ex emptio-
48 ne et venditionu descendens, commune sit, tale diei debet
in proposita facti specie quaesitum *Connan. comment. jur.
civ. lib. 7. cap. 13. sub n. 10. circa fin.* Quod si socius rem
illam suo quaesivit nomine non lucri causa, nempe ut aliis
negotiando revenderet, sed ut apud se retineret, puta do-
mum, ut eam ipse inhabitaret, fundum alteri suo conter-
minum, ut sua latior, utiliorque foret possessio, et hoc po-
steriore casu, quia res quaesita esset extra causam societa-
49 tis, ad communicandum cogi non posset, veluti recte in sub-
jecta quaestione distinguunt *Schrader. de contract. tit. 26.
de societ. sub n. 47. Ubald. de duob. fratrib. part. 5. sub
n. 3. vers. primo casu, Mantica de tacit. et ambig. lib. 6.
tit. 16. n. 23. Felic. de societ. et cap. 14. n. 79. Tartaglia
de reservat. statutar. artic. 69. n. 86. vers. secundo.*

In eadem praeterea causa est, ut socius suo tantum ac-
quirens nomine, rem quaesitam communicet, si clanculum,
50 et in fraudem societatis emit; fraudes quippe nemini esse
patrocinio debent *leg. verum 64. ʓ. tempus ff. pro socio,
Alexand. cons. 49. n. 11. lib. 1. Mantica de tacit. et am-
big. lib. 6. tit. 16. n. 27.* fortius in hac materia societatis,
in qua socium fallere, perfidiosum est, atque nefarium
51 *Mantica loco proxime cit. n. 36.*, vel si suo acquirens no-
mine, assuevit nihilominus rem communicare, nam quia
suum antea facto declaravit animum, hujusmodi consuetu-
52 do, vel observantia spectatur *Petr. de Ubald. de duob.
fratrib. part. 5. sub n. 3. Mantica de tacit. et ambig. lib.
6. tit. 16. n. 28.*

Regula superius tradita in hac generali societate, menti
est omnino retinenda, videlicet, si sociorum alter ex causa
quaestus quidquam suo etiam nomine quaesierit, sit in e-
53 mendo, vendendo, aut revendendo; sit in conducendo, lo-
cando, aut ablocando, ut in *leg. coire 7. ff. pro socio*, sit
in artificio aliquo exercendo, cum rustico, tum urbano ex
54 *Vinn. in ʓ. societatem n. 4. instit. de societ.* Sit denique,
quavis alia ex causa, dummodo quaestuaria, cogitur omnino
55 conferre, et alteri socio communicare, quia hujus societatis
substantia non debet uno tempore, et contrahi, et destrui:
substantia enim bujus societatis non est limitata ad hoc, vel
illud rei, aut negotiationis caput, nam tunc alia, atque a-
56 lia esset societas, nempe particularis, de qua in *cap. seq.*
Sed est protracta, atque protrahitur ad universa capita.
quae ex quaestu veniunt, ex litera *dict. leg. coire ff. pro
57 socio*, ibi = *Videtur coita esse universorum, quae ex quae-
stu veniunt* =, et quia non ex quaestu venit haereditas. le-
gatum, donatio, uni socio delata, quae ob personale meri-
58 tum fere semper accedunt, ideo si haec et similia conferun-
tur in universali societate, de qua in superiore *cap. 4.* non
tamen conferuntur in hac generali, ut in *leg. nec adjecit.
59 9. cum duob. legib. seq. ff. pro socio.*

Ut primum itaque distinguitur societas universalis a ge-
60 nerali, veluti distinguenda est, ex *Cujac. comment. jur.
civ. in lib. 32. Pauli ad edictum ad leg. 3. de doli except
ʓ. 1. col. 480. lit. A. B.* tom. 6. *Cataneus cons. 26, n. 5,
Fontanell. decis. Cathalon.* 508. *n. 2. tom. 2. Galli de
fructib. disput.* 33. *artic. 2. n. 5.* puta si unus socius uxo-
ris suae dotem non communicat; si filiam suam aere dotat
proprio, si suo item nomine tantum contrahit, qui actus
cum aliis ejusdem generis, non universalis, sed hujus ge-
61 neralis societatis, argumenta suppeditant. Ex *Tartaglia
de reservat. statutar. art.* 59. *n.* 66. *cum seq.* Ut primum
quoque separatur societas generalis, hoc est omnium quae-
stuum, a particulari, super hac, vel illa negotiatione tan-
tum, ac super hac, vel illa re tantum vertente, ut fieri de-
62 bet, *Schrader. de contract. tit. 26. de societ. n.* 35. 36. 37.
et 47. Statim cognita cujusque societatis indole, natura,
atque substantia, quae non potest ex facto partium altera-
63 ri, et multo sane minus subverti, ita (illuc modo equidem,
unde sum egressus, revertens) extra fit dubium, quaestus
ubique omnes in hac generali societate debere conferri, ta-
metsi suo socius nomine quidquam ex eadem quaestus cau-
sa quaesierit; expedit nihilominus nonnullos peculiares ca-
64 sus, ad majorem intelligentiam dispungere.

Quid ergo, si unus socius quid extra causam societatis
suo quaesierit tantum nomine, cum pecunia tamen com-
muni? Generaliter illud quaesitum, communicari debere
65 testatur negat in *leg. si unus 68. ʓ. si unus ff. pro socio,*
ibi: » Si unus ex sociis, qui non totorum bonorum socii
» erunt, communem pecuniam foeneraverit, usurasque
» perceperit, ita demum usuras partiri debet, si societatis
» nomine foeneraverit, nam si suo nomine, quoniam sor-
» tis periculum ad eum pertinuerit, usuras ipsum tenere
» oportet » plauduntque communiter *Alexand. cons. 49.* 66
*n. 11. vol. 1. Mantica de tacit. et ambig. lib. 6. tit. 16.
n. 19. tom. 1. Tartaglia de reservat. statutar. artic.* 59.
*n. 86. Petrus Ubald. de duob. fratrib. part. 5. sub n. 3.
Schrader. de contract. tit. 26. de societ. sub n. 47.* Certo
vero certius si socius suo acquirens nomine cum pecunia
communi, alium socium dissentientem, et reluctantem ha-
buit, circa rem hanc, vel illam quaerendam, nam quia suo
acquisivit periculo, ita et pariter compendio *d. leg. si unus
68. ʓ. si unus ff. pro socio*, ibi: *quoniam sortis periculum* 67
ad eum pertinuerit: atque observant *Petr. de Ubald. de
duob. fratrib. part. 5. sub n. 6. Mantica de tacit. et am-* 68
big. lib. 6. tit. 16. n. 24. tom. 1.

Et hoc plane verum est, si socius, qui rem communicari
contendit sit major annis; huic enim solo supererit actio
condicendi ab acquirente pecuniae suae socialis partem
Corn. cons. 182. n. 6 vol. 2. Mantica de tacit. et ambig. 69
lib. 6. tit. 11. n. 28. Tartaglia de reservat. statutar. art.
59. *num.* 86. Cum interesse desuper, tum lucri cessantis,
tum damni emergentis, perinde videlicet, quasi illa pecu-
nia communis in negotiationem versa fuisset socialem, *leg.* 70
sociam 61. ff. pro socio, Mantica de tacit. et ambig. lib.
6. *tit. 16. n.* 32. 33. *cum seq.* Hac de re tamen clarius, la-
tiusque disserui in superiore *part. 1. cap. 4. n. 70. ad seq.* 71

Quod si consocius 25. annorum, in eodem jam proposito
casu, minor fuerit; illud quaeritur, an socius, qui rem
communi quaesivit pecunia, erat d. minoris tutor, aut cu-
rator, ut hoc priore casu res quaesita, communis existi-
metur. ex officii necessitate *leg. si tutor. 2. ff. quando ex* 72
fact. tutor. Sin autem non erat tutor, non curator, et hoc
posteriore casu, minori res quaesita in subsidium acquiri-
tur, quatenus nempe socius, qui quaesivit non sit solven-
do, ad minorem de sua pecuniae communis parte, suisque
utilibus, reintegrandum *Alexand. cons. 49. n. 11. vers.* 73
*sed praemissis non obstantibus vol. 1. Mantica de tacit.
et ambig. lib. 6. tit. 16. n. 25. 26. et 42. tom. 1. Petr. U-
bald. de duob. fratrib. part. 6. sub num. 3. vers. aut de
pecunia communi.*

Regula item superius indicata, quod socius cum pecunia
communi suo acquirens nomine, sibi, non societati acqui-
rat, moderatur, si pecunia socialis fuerit ex voluntate so-
ciorum destinata ad negotiationem *Rota in Romana socie-* 74
*tatis 6. decembris 1754. ʓ. 14. et fin. cor. cl. mem. Card.
Caprara*, ubi datur ratio; moderatur item, si re taliter em-
pta promiscue cum aliis socius utitur, nam eadem commu-
nis, non propria acquirentis intelligitur, *Mantica de tacit.* 75
et ambig. lib. 6. tit. 16. n. 29. tom. 1. Quod ipsum pro-
cedit, si rem emptam. puta domum, vel fundum in uesti-
mo publico acquirens adnotari curaverit, non suo tantum,
sed communi etiam aliorum sociorum nomine, extrinsecus
enim acquirentis apparet animus maxime, *Decius cons.* 76
*21. n. 11. vol. 1. Roland. a Vall. cons. 4. n. 17. vol. 2.
Mantica de tacit. et ambig. dict. lib. 6 tit. 16. num. 30.*
Multo vero fortius si ex socialibus codicibus hujusmodi ap-
pareat quaesitorum communio *Decius dict. cons. 21. n. 11.* 77
*vol. 1. Petr. de Ubald. de duob. fratrib. part. 5. sub n.
3 vers. nam primo. Rota in dec. 1210. n. 7 cor. Coccino.*
In hac enim societate libri sociales ad suprascriptos effectus
magni fieri solent *Rota in Romana. seu Albanen. so-* 78
*cietatis super primo dubio 28. febr. 1757. ʓ. 7. coram cl.
mem. Card. Bussin.*

Quod si pecunia, cum qua rem socius proprio quaesivit
nomine, vel fuerit ipsius acquirentis, vel non appareat cu-
jus fuerit, cum haec in dubio praesumatur ejusdem acqui-
rentis *Bruneman. in leg. cum proponas 2. num. 5. c. pro* 79
*socio, Corn. cons. 188. n. 7. vol. 2. Mantica de tacit. et
ambig. lib. 6. tit. 16. num. 18.* Certissimi juris est, extra
causam societatis ita acquirentem. sibi, non societati ac-
quirere, nec teneri alteri socio ullatenus communicare *leg.* 80
cum duobus 52. ʓ. cum duo ff. pro socio, ibi » Cum duo
» erant argentarii socii, alter eorum aliquid separatim
» quaesierat, et lucri senserat, quaerebatur, an commune
» esse lucrum oporteret? et imperator Severus Flavio Felici
» in haec verba rescripsit; etiam maxime argentariae societas

» inita est, quod quisque tamen socius non ex argentariae
» causa quaesivit, id ad communionem non pertinere, ex-
81 » plorati juris est » atque etiam observaut Corn. cons. 122.
n. 6. et 7. vol. 2. Mantica de tacit. et ambig. lib. 6. tit. 16.
n. 38. tom. 1. Schrader. de contract. tit. 26. de societ. n.
47. Tartaglia de reservat. statutar. art. 59. num. 78. ita
quidem ut si res taliter quaesita fieri communia velit, actu
indigeat novo, nempe novo alterius socii consensu, et rati-
ficatione, ad quam de caetero ratificationem, nonnisi volens
82 adigi socius posset Corn. cons. 122. n. 6. et 7. vol. 2. Man-
tica de tacit. et ambig. lib. 6. tit. 16. n. 39. et 40. tom. 1.
Concludit textus semel, iterumque supra recitatus in leg.
7. ff. pro socio. Communicari huic generali societati debere
83 = quae ex quaesta veniunt, hoc est si quod lucrum ex etc.
locatione, conductione descendit: = quae regulae, ac limita-
tiones circa emptionem, et venditionem superius adductae
sunt, eaedem in locatione, atque conductione resurgunt;
84 major nihilominus in hac generali societate dubietas cadit in
communicatione lucrorum ut plurimum pendente ab illo
principio, an sociorum alter proprio, vel sociali, seu com-
85 muni contraxerit nomine; sacra Rota Romana in decis.
2212. 2224. et 2258. cor. Coccino. Casum ibi decisum, et
huic capiti accommodatum suppeditat, estque sequens.
86 Diversas duo socii ad quaestum conduxerant tenutas,
durante hac societate, eorum alter quamdam separatam suo
tantum nomine tenutam conduxit, quae conductio, et res-
pectiva locatio biduo post finitam primam societatem ini-
tium habere debebat. Propterea vero quod lucrosum erat
negotium, contendere caepit sociorum alter in d. conductio-
ne nequaquam nominatus, commune esse negotium, tam-
87 quam durante prima societate stipulatum; nam sicuti illa
prima societas erat ad quaestum ordinata, uti jam supra
demonstravi, ita pariter haec tenuta indole sua quaestum
appostam, tametsi unius nomine tantum stipulata, commu-
88 nis nihilominus, seu socialis renunciari deberet. Rota in al-
legatis decisionibus in hanc reapse venit sententiam, si non
ex natura societatis universorum quaestuum, quae ibi
89 praetermittitur, ex eo certe quia in eisdem libris socialibus
primae societatis, complures adnotatae reperiebantur par-
titae, quae d. tenutae deinceps conductae negotio inservie-
bant, ex quo indubius apparuit conducentis animus com-
prehendendi in societate indicatam quoque tenutam licet
suo tantum nomine conductam, quemadmodum videre est
90 in eisdem decisionibus 2212. 2224. et 2258. cor. Coccino.
Atque generaliter exemplis, rebusque judicatis seorsim
positis, haec societas simpliciter coita, hoc est super univer-
sis, quae e quaestu descendunt, sicuti indole sua diversa
complectitur negotia per industriam sociorum fructifera,
91 statim inde intelligitur, et multiplicitas societatum, seu re-
spectiva negotiorum diversitas exclusa existimatur, atque
patet, nullas res, nulla bona, nullasque certas negotiatio-
92 nes, uti superius demonstravi, designatas haberi; pluri-
mum vero, si unum ex pluribus fuerit negotium, una ca-
psa; unus liber socialis, administrator unus, quemadmodum
93 in identica ponderat specie Rota in decis. 11. n. 4. 5. et
6. tom. 5. part. 1. in nuperrim. ubi concordantes; ad quod
plenius dignoscendum multum proderit observantia, hac
94 in re, vere specialissima Tartaglia de reservat. statutar.
art. 59. n. 69. cum ibi allegatis.
Est praeterea in hac societate praecipuum, ut eadem fa-
cilius inducatur, quam alia universalis, de qua in superio-
95 re capite 4. veluti observant Ansald. de commerc. et mer-
cat. disc. 50. n. 17. Tartaglia de reservat. statutar. art.
59. n. 63. in fin. Colcagnin. ad mater. feud. observat. 18.
n. 4. et 48. Rota in Albanen. communionis universalis
20. februarii 1782. § 3. cor. R. P. D. Sentmanat. Caete-
rum quod dicitur de universali societate in plerisque leges
96 in contrarium non se habentibus, omnibus aliis societatibus
commune est, ex Connan. comment. jur. civ. lib. 7. cap.
13. num. 17. et consequenter, ut haec societas, tamquam
97 quid facti, non praesumatur, nisi concludentissime probe-
tur Rota in Romana, seu Spoletana laudi 4. julii 1753.
§ 11. coram cl. mem. Card. Mathaejo, et in Albanen.
communionis universalis 20. februar. 1782. § 4. coram R.
P. D. Sentmanat. Verum tamen est, quod si initio demon-
stretur indubie contracta, talis usque ad tempus divisionis
98 continuata praesumitur Tartaglia de reservat. statutar.
art. 59. n. 64. Rota in decis. 28. n. 2 part. 7. recentior.

Tametsi renovatio intercedat, nam qualis initio fuit, nem-
pe generalis, talis renovata censetur Rota in Romana, seu 99
Spoletana fideicommissi 22. novembris 1756. § 8. coram
R. P. D. Stadion.
In hac etiam generali societate, lucra, seu utilia esse
oportet inter socios aequalia, quamvis sociorum alter solam
contulerit industriam leg. verum 64. § si cum tres ff. pro 100
socio, Rota in Romana, seu Albanen. societatis super
primo dubio 28. februarii 1757. § 3. cor. cl. mem. Card.
Bussio, et quisque socius mandatum ab alio habere prae-
sumitur ad exigenda societatis credita Casareg. de comm. 101
disc. 75. n. 21. quod si unus sociorum integra exegerit de-
bitorum nomina, coaequam aliis sociis partem tradere ju-
dicio societatis compellitur d. leg. verum 64. § si cum tres 102
ff. pro socio. Carol. Anton. de Luca ad Franch. decis.
635. n. 2. Tartaglia de reservat. statutar. art. 59. n. 81.
Eademque aequalitatis ratio servatur in sumptibus, da-
mnisque; eo tamen interjecto discrimine, ut si aes alienum
sit contractum, vel damnum passum ex causa societatis,
huic imputetur, ut in leg. sed nec 12. ff. pro socio, ibi: 103
» Sed nec aes alienum, nisi quod ex quaestu pendebit ve-
» niet in rationem societatis » additur Mantica de tacit.
et ambig. lib. 6. tit. 19. n. 39. Sin autem debitum sit extra
causam societatis contractum, vel damnum culpa unius
tantum socii illatum, et hoc posteriore casu, haec omnia
socio dumtaxat, qui ea gessit, imputabuntur leg. si fratres 104
53. in princ. ff. pro socio. Faber. in dict. leg. sed nec 12.
ff. eod. tit. Valasc. de partition. cap. 24. n. 5. Otter. de
pascuis cap. 26. n. 9. Tartaglia de reservat. statutar. art.
59. n. 79. Quemadmodum sumptus quoque societati, non
imputantur, quos pro se, et familia sua alenda quisque fe-
cerit socius, nisi ex causa societatis, puta ad nundinas eun-
do, aut qua alia ex causa societatis peregrinando Tartaglia 105
de reservat. statutar. art. 59. n. 80., et siquid pro alenda
familia alterius ex sociis, fuerit impensum, condici ab alio
socio poterit, quod sua interest Rota dec. 467. n. 1. coram 106
Baratto.
Pro debitis autem ab uno socio contractis, solidalis tri-
buitur actio, si in causam societatis ea contracta habeantur,
et mandatum ad contrahendum ab aliis sociis datum appa-
reat, propterea nempe quod de particulari, seu generali in
quaestibus societate agitur, ad text. in leg. sed nec 12. ff. 107
pro socio, late Tartaglia de reservat. statutar. art. 59. n.
84. et 85. Torr. de pact. futur. success. lib. 3. cap. 11. n.
37. et 38. Quod si tamen sociorum administret unus de alio-
rum consensu praepositus, et hoc posteriore casu, non ri-
gorose inquiritur, an pecunia, aliave res credita, fuerit in
causam societatis versa, nam nihilominus dabitur actio,
cum alii socii in hac posteriore facti specie sibi imputare
ipsis debent, si non integram atque fidelem elegerunt per-
sonam, quae administraret, ex juribus plena manu col-
lectis per Rotam in decis. 6. n. 18. et 19. de societ. cor. 108
Falconer.
Qua ratione si sociorum particularium unus rem totam
pro indiviso possessam hypothecae suorum peculiarium cre-
ditorum subjecerit, creditores hypothecariam super dimi-
dia tantum; aliave sui debitoris parte, exercebunt, libera
alia alterius socii parte manente, ad textum in leg. si con- 109
sensit 7. § fin. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv. ibi:
» Illud tenendum est, siquis communis rei partem pro in-
» diviso dederit hypothecae, divisione facta cum socio, non
» utique eam partem creditori obligatam esse, quae ei ob-
» tigit, qui pignori dedit, sed utriusque pars pro indiviso
» pro parte dimidia manebit obligata » ac latissime Tar- 110
taglia de reservat. statutar. art. 59. n. 82.
Regula est, societatem, pro socii unius mortem solvi
leg. societatem 4. ff. pro socio. Haec igitur generaliter ita 111
contracta societas, ut sit post mortem unius socii duratura,
ac perinde ad ejus haeredes transitoria, tale hoc non vale-
bit pactum, quia testandi libertas, si in hac generali socie- 112
tate non omnino adimitur, ex quo non totorum bonorum
societas est, attamen constringitur, seu diminuitur id, quod 113
jure non licet, ad textum in leg. si fratres 53. § idem re-
spondit l. 1. ff. pro socio, ibi » Idem respondit societatem
» non posse ultra mortem porrigi, et ideo nec libertatem
» de supremis judiciis constringere quis poterit » quem 114
textum ita interpretatur Torr. de pact. futur. success. lib.
1. cap. 6. n. 15. Sed haec mihi non placet conclusio, ut-

nusque persuadet ratio, quia etiam donans universa bona
sua, reservata sibi quota, in vigesima a nonnullis volita,
115 ad testandum, valide donat *Julius Clar. recept. Sentent.*
verbo donatio lib. 4. *quaest.* 19. *n.* 8. *Rota dec.* 450. *n.*
29. *part.* 9. *tom.* 2. *rec.*, *et dec.* 502. *n.* 14. *cor. Crescent.*
jun. tom. 4. Rectius itaque sacra Rota Romana, ita demum,
116 suprascriptum pactum non valere definit, si sit electa in-
dustria personae illius qui fato cedit; quod si haec personae
industria electa non fuerit, et insuper juratum sit pactum,
ad haeredes non impedietur hujus societatis transitus, ita
Rot. post Torr. de pact. futur. success. decis. 56. *n.* 4. 5.
cum seq. Conclusio haec tamen in puncto juris revocatur 117
indubium, ut *part.* 3. *cap.* 11. *n.* 9. *ad plur. seq.*, et alibi 118
pluries.

CAPUT VI.

De Societate particulari.

SUMMARIUM

1. Societas summatim dividitur in eam, quae sit, sive universorum bonorum, sive vectigalis, sive etiam rei unius.
2. Hic textus vulgatus est defectuosus, qui u Pandectis florentinis ita suppletur, *sive negotiationis alicujus*; et graviores in hoc conveniunt doctores, et n. 3.
4. Societas haec particularis continetur sub illis verbis textus *sive negotiationis alicujus*, *sive etiam rei unius*.
5. Doctores fere omnes, hanc societatem *particularis* nomine distinctam, eamdem esse appellant, quae in praecedenti capite, *generalis* dicitur.
6. Placet nihilominus, nomenclaturam *particularis*, huic societati applicare, quam *singularem* nuncupat Heneccius.
7. *Turroglia* dividit hanc particularem societatem in alteram unius negotiationis, et in alteram unius rei.
8. Haec rejicitur divisio, et utraque societas sub hac particulari commodius continetur.
9. Separatim de utraque societate agendum est.
10. Societatem unius negotiationis esse *Justinianus* ait, mancipiorum vendendorum, emendorumque, aut olei, et vini, aut frumenti emendi, vendendique.
11. Addit *Vinnius* fundum aliquem emendum, vendendumque, item artificium aliquod, puta negotium lanae, seu lanificium.
12. *Ulpianus* item addit, negotiationem sagariam.
13. Et *Paulus* denique exercitium docendi grammaticam addit.
14. Societas haec vocatur particularis, quia versatur in parte bonorum, et affertur ratio n. 15. 16. et 17.
18. Hanc societatem vocant aliqui quodammodo universalem, sed improprie, et quare n. 19.
20. Substantia hujus societatis consistit in consensu, re, seu capitali, et in aequali lucrorum, expensarum, damnorumque communicatione.
21. Quoad lucri communicationem, conveniunt textus, et doctores.
22. Quoad capitalia, haec, traditione, non ipso jure, ut in societate universali, communicantur, n. 23. et 24.
25. Cum societas contrahitur, tam damni quam lucri communio initur.
26. Ita et sumptus, et lucra aequaliter patiuntur, hoc est pro portione, et ad ratam commodi.
27. Siquid ab uno sociorum sit necessario impensum in commune negotium, de communi praestabitur.
28. Limita si impensae fuerint voluntariae.
29. Socius nundinas proficiscens, propter societatem eos duntaxat sumptus imputat societati, qui in eam impensi sunt.
30. Puta, viaticc, et meritoriorum, seu hospitiorum, et stabulorum, jumentorum, carrulorum vecturas, vel sui, vel sarcinarum, vel mercium gratia.
31. Si uterque socius impendit inaequaliter, qui plus impendit, consequitur a societate.
32. Qui impendit, non in causam societatis, sed propter societatem, non repetit.
33. Puta si socius resistat servis ad fugam erumpentibus, et vulneratus sit, quod sui curandi causa impendit, non repetit, quia impendit propter societatem, non in causam societatis
34. Socius item propter societatem absens, desiit haeres institui, aut ex mala rei suae administratione, damnum sensit; haec a societate non repetit damna.
35. Ratio, quia si praesens fuisset, compendium haereditatis ab eo factum in utilitatem societatis non redundasset.
36. Alia ratio, quia haec damna, et impendia sunt ex causa remota societatis.
37. Limita conclusionem, de qua supra *n.* 33. ut siquid in medico impensum fuerit, restituatur socio vulnerato et n. 38. et 39.
40. Socius vero ad nundinas profectus, et ab hostibus captus, sive a latronibus direptus, sine sua culpa, omne recuperat, quod impendit ea ex causa.
41. Hinc discrimen inter hanc societatem et alteram universalem, in qua omnia conferuntur, et societati imputantur.
42. Damna per unum socium ex causa societatis passa, societati imputantur.
43. Socius ad merces comparandas in latrones incidens, et pecunias, resque caeteras, quas secum tulit, perdens, omne societati imputat, et n. 44.
45. Amplia in eo, quod periit naufragio, nam, sicut lucrum, ita damnum quoque commune esse oportet, quod culpa socii non contingit.
46. Ratio, quia hujusmodi damna contingunt ex proxima, atque immediata societatis causa.
47. Hoc verum, licet dominium rei quae ita periit pertinuerit ad unum socium, nam nihilominus commune est periculum
48. Damna vero quaeque sint, si accidunt extra causam societatis, ad eum pertinent, qui illa fecit.
49. Amplia fortius si dolo, vel culpa unius socii contigerint.
50. Quare socius ad nundinas profectus viam minus tutam fecerit, forte breviorem, et simile quid accidit, dicitur in culpa, et omne periculum ad ipsum pertinet.
51. Haec moderari potest conclusio, nisi vere aliqua li culpa redarguatur socius.
52. Tu habes tres equos, ego unum, quem tibi do, ut quadrigam venderes, et quartam mihi pretii partem praestares, ante venditionem moritur meus equus, dicitur, quod nihil peto
53. Contra vero est si tibi equum meum trado, ut quadrigam haberes, nam equus societati moritur, et n. 54.
55. Si ambo socii pecuniam ad merces emendas contulerunt, et pecunia unius periit, si hoc accidit ante collationem, perit suo domino, si post collationem perit utrique socio, et n. 56.
57. Ad debitum contractum per unum socium non tenetur alter, nisi pecunia versa sit in utilitatem societatis, n. 58.
59. Socii ex causa societatis, morantes in diversis locis, unusquisque alios obligat in solidum erga creditores societatis.
60. Declara si fuerint eaedem personae, eademque capitalia, secus e contra.
61. Pactum in societate, ut quidquid esset per unum socium actum, et obligatum, censeretur ab aliis factum, et obligatum.
62. Si unus socius emit mercem, non facta mentione societatis ignoratae per venditorem, utrum hic agat contra alios socios, ex vi dicti pacti; resolvitur negative, propter defectum versionis in causam societatis, et n. 63. et 64.
65. Unus socius debet Titio centum ex mutuo, Titius debet societati centum, hic non jure compensat suum creditum cum debito societatis, et datur ratio n. 66.
67. Nomen cujusque sociorum est diversum a nomine societatis.
68. Circa acquisitionem per unum socium nomine proprio, an non acquirat societati, huic societati applicantur regulae in superiore *cap. V.* jactae.
69. Investiganda est primum natura, et indoles hujus societatis, quae consistit in certo, designatoque negotio.
70. Quidquid propterea unus socius suo acquirit nomine, ex illo certo, designatoque negotio, societati, non sibi acquirit.
71. Duo argentarii coierunt societatem, si unus acquisivit ex causa argentariae, communicat acquisitum, si extra causam argentariae socialis, non communicat, n. 72. 73. 74. et 75.
74. Regula contrariorum est in jure valida.
76. Secus fraudes ab uno socio facile committerentur, ut nempe in utilibus sibi, in inutilibus societati acquireret, n. 77. et 78.
77. Nemo debet equitare in fuveo in bonae fidei contractibus.
79. Jura societatis sunt sancta, nefas ideo est illa violari.
80. Dolus est bonae fidei contrarius, et societati inimicus
81. Quando acquisitum per unum socium proficitur a designato negotio, nulla etiam facta societatis mentione, eidem societati acquiritur.
82. Quod si unus socius suo nomine acquisierit extra causam societatis, sibi acquirit.
83. Amplia licet pecunia, cum qua acquisivit, fuerit communis, seu socialis.
84. Declara tamen ut alteri socio restituat eam pecuniae partem una cum interesse.
85. Quod si unus socius sua pecunia quaesivit nomine communi, non dubium quin sit societati acquisitum actione sibi manente repetendi, quod pro aliis sociis impendit.
86. Peculiare est in hac societate, ut eadem restringatur, ad illud designatum negotium, super quo coita est, omni sublata extensione.
87. Fratres cum communicant fructus inter se, videntur hanc particularem societatem coiisse tacitam, quae pariter ad alia non extenditur, n. 88.
89. Peculiare quoque est in hac particulari societate ut ea possit, et expresse, et tacite coiri.
90. Non tamen praesumitur, nisi probetur, praesertim si difformes sint actus.
91. Cessante difformitate actuum, levioribus probationibus inducitur. Amplia etiam, ut dicto unius testis adminiculis suffulti probatur; ibidem.
92. Haec societas durat usque dum negotium susceptum sit ad finem perductum.
93. Finitur haec etiam societas, perempto negotio, super quo coita est.
94. Pereunte tamen ejusdem negotii parte, societas durat in eo, quod superest.
95. Mortuo uno socio, ad ejus haeredes haec transit societas.
96. Ratio, quia sicuti unum est designatum negotium, illudque in vita socii coeptum, haeres ad finem perducit, n. 97.
98. Altera societas *unius rei*, quamdam cum superiore habet similitudinem.
99. Attamen differt, quia illa, ad certum genus, haec ad certam speciem pertinet, et ideo specialior est, et n. 100.

101. Societas unius rei, a jure expresso descendit.
102. Et contrahitur juxta exempla, quae dantur, n. 103. 104. et 105.
106. Et generaliter contracta intelligitur, cum ad rem unam restringitur, puta ad unum fundum, unam domum, unum equum, unam navem.
107. Potest tamen accessoria habere haec societas, et in iis, idem est judicium, ut in re principali.
108. Si haec coeatur societas super certa re emenda, aut conducenda, mortuo uno socio, lucrum, et damnum commune est.
109. Commune lucrum domus, illam locando et pensionem pro virili augendo; rei conductae illa colendo, et fructus percipiendo.
110. Haec societas dicitur ex proposito, non autem ex fortuito eventu.
111. Et utraque ex eo dignoscitur quod societas ex proposito, non statim dividitur, ex evento autem statim dividitur, et n. 113. et 115.
112. Alii modi cognoscendi utramque societatem, et alii effectus indicantur, n. 113. 114. et 115.
116. De substantia hujus societatis est, ut illa certa res ematur seu conducatur, etsi socius non emerit, seu non conduxerit, tenetur ad interesse, et n. 117.
118. Quod si adjecta sit conditio, si intra diem certum emerit, lapsa die sine culpa, non tenetur.
119. Qui non facit, quod facere debet, tenetur etiam de dolo, et n. 120.
121. Quod si non emerit ex justa causa, non tenetur.
122. Socius jussus emere in communi, si pro se emit, tenetur ad interesse, et n. 123.
124. Unus socius rem aliquam emens, invito, et contradicente altero, ad eum lucrum, et damnum spectat.
125. Finis omnium societatum, est quaestus.
126. Empto praedio pretio mille a tribus sociis, uno 500. altero 250. a tertio 250. conferentibus si ibi lapidis detegatur fodina, haec pro rata summae collatae dividitur, n. 127. et 128.
129. Utraque societas et unius negotiationis, et unius rei transit ad haeredem, et n. 130.
130. Nam licet haeres socius non sit, attamen emolumenti successor est.
131. Damnum vero culpa gestum praestet haeres, post gestum non praestat, quia haeres socius non est.
133. Limita in negotiis per defunctum inchoatis, tum in his duret societas, et actio pro socio tribuitur, n. 134.

Summam divisionis societatum indixit Ulpianus *in leg.*
1 *societas* 5. *ff. pro socio* his verbis » societas contrahitur,
» sive universorum bonorum, sive vectigalis, sive etiam rei
» unius » In hoc textu vulgato mendum irrepsit, nam pandectae
florentinae sic se melius habent » Societates contra-
2 » huntur, sive universorum bonorum, sive negotiationis
» alicujus, sive vectigalis, sive etiam rei unius » In meo
textu vulgato illud *negotiationis alicujus* omittitur, in
pandectis autem florentinis apponitur, et his pandectis flo-
3 rentinis plaudunt *Gothofred.*, *Faber. et alii in d. l.* 5. *ff.*
pro socio.

Sub recitatis verbis *sive negotiationis alicujus*, quemad-
modum etiam sub aliis, *sive etiam rei unius*, societas haec
4 particularis continetur, quam licet doctores fere omnes ad
generalem, *particularis* tamen nomine distinctam, de qua
5 in superiore *cap.* 5., retulerint societatem; attamen rectius
mihi videtur, illam ad hanc societatem particularem accom-
6 modare, quam Heineccius *singularem* vocat *in* ?. 945. *instit.*
de societ. Tametsi praeterea hanc particularem societatem
in alteram unius negotiationis, et alteram unius rei dividat
7 *Tartaglio de reservat. statutar. artic.* 59. *n.* 77, mihi
tamen magis placet, utramque sub hoc eodem capite com-
prehendere; nam utraque particularis est, deque re parti-
8 culari, vel singulari pertractat; ex quo clarior, commodior-
que videtur societatum distinctio, et respectiva cujusque
societatis substantialis cognitio.

Separatim ergo de utraque societate, cum *negotiationis*
9 *alicujus*, tum *unius rei*. Et quoad priorem, negotiationis
alicujus, nomine distinctam, Justinianus idem *in princ.*
instit. de societ. illam expresse reponit in negotio = *man-*
cipiorum vendendorum, *emendorumque*, *aut olei*, *et vini*,
10 *aut frumenti emundi*, *vendendique* = hanc exemplificatio-
nem ratam habet, *Faber. in d. l.* 5. *ff. pro socio.* Addit
Vinn. in ?. *societatem n.* 1. *instit. de societ.* fundum ali-
quem emendum, vendendumque, addit quoque artificium
11 aliquod, puta negotium lanae, seu lanificium, *Gothofred.*
in d. l. 5. *lit. C. ff. pro socio*, exemplumque praebet Ul-
pianus in *l. cum duobus* 52. ?. *quidam sagariam ff. eod.*
tit., ubi de negotiatione sagaria vestes, et stragula respi-
12 ciente; expressius vero Paulus in *leg. duo* 72. *ff. pro socio*,
ibi » Duo societatem coierunt ut grammaticam docerent, et
13 » quod ex eo artificio quaestus fecissent, commune eorum
» esset ».

14 Hanc societatem partis bonorum tantum vocat, *Vinn.* ?.
societatem n. 2. *instit. de societ.*, et recte quidem, quia
non universa bona comprehendit, quemadmodum societas
15 universalis; non item universa, quae ex quaestu descen-
dunt, veluti societas generalis, sed partem bonorum dum-
16 taxat vertentiam in hoc, vel illo tali negotio emptionis,
venditionis, locationis, conductionis, artificii, et hujusmo-
17 di; et quamvis haec quoque particularis societas universa-
lis quodammodo appellari valeat, ut per *Castagna in tract.*
18 *deduct. ne egeat. quaest.* 13. *n.* 29., tamen improprie ma-
gis, seu verius, universalis, respectu illius limitati negotii,
super quo societas coita reperitur, ut per *Rotam in dec.* 550.
19 *n.* 6. *et* 7. *cor. Remboldo.*

Substantia hujus societatis, prout quoque aliarum, prae-
ter consensum, et rem, seu capitale, in aequali communi-
20 catione lucrorum, expensarum, damnorumque consistit,
prout de lucro est textus *in d. leg. duo* 72. *ff. pro socio*,
ibi = *Et quod ex eo artificio quaestus fecissent. com-*

mune eorum esset = traduntque *Bald. cons.* 120. *n.* 2. *in* 21
fin. lib. 1. *Mantica de tacit.*, *et ambig. lib.* 6. *tit.* 16.
n. 43. *tom.* 1. *Schrader. de contract. tit.* 26. *de societ.*
n. 36. *et* 61., capitalis tamen in negotio implicanda, non
statim, et ipso jure, veluti de universali societate dictum
est, communicantur, sed per traditionem ad hoc necessa-
riam, ut per *Connan. comment. jur. civ. lib.* 7. *cap.* 13. 22
n. 8., ibi » Hoc autem in bonorum omnium societate prae-
» cipue constitutum est, quod communio rerum fit ipso
» jure, sine traditione, cum in aliis requiratur traditio: 23
» etenim si feci tecum societatem sagariae negotiationis,
» solo consensu perficitur; at solo consensu res, quas uter-
» que nostrum habet ejus generis, aut pecuniae, quas de-
» liberavimus his mercaturis occupare, non communican-
» tur, itaque rerum tuarum adhuc solus es dominus, ego
» mearum, traditione opus est ut in rebus meis habeas pro 24
» parte dominium, ego in tuis » additur *Schrader. de con-*
tract. tit. 26. *de societ. n.* 45.

Et quoniam cum societas contrahitur; tam lucri, quam
damni, communio initur, sunt verba textus *in l. si unus* 68. 25
ff. pro socio, ita pari ratione aequaliter sumptus, atque
lucra partiuntur, quod aequaliter geometrice semper intel-
ligitur, hoc est ad ratam capitalis cujusque socii, *Petr. de*
Ubald. de duob. fratrib. part. 6. *n.* 4. *Felic. de societ.*
cap. 27. *n.* 19., et ratio affertur per *Rot. in Romana pe-*
caniaria 11. *aprilis* 1755. ?. *fin. cor. bon. mem. de Ca-*
nillac. hoc est, ut expensarum incommodum, mensuram
commodi proportionate respiciat. Ergo siquid unus ex so- 26
ciis necessario de suo impenderit in commune negotium, ju-
dicio societatis servabit, et usuras, si forte mutuatus sub
usuris dedit, sunt pariter verba *textus in l. si unus* ?. *si* 27
unus ff. pro socio, *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 19.
n. 40., ut 41. Necessario impenderit, ait textus, ergo si vo-
luntariae fuerint expensae, non imputabuntur *Mantica de* 28
tacit., *et ambig. loco prox. cit. n.* 39. 41. ut 42.

Qua ex re, siquis ex sociis, propter societatem profectus
sit, veluti ad merces emendas, eos dumtaxat sumptus socie-
tati imputabit, qui in eam pensi sunt, viatica igitur, et me- 29
ritoriorum, hoc est hospitiorum, et stabulorum, jumento-
rum, carrulorum, vecturas, vel sui, vel sarcinarum sua-
rum gratia, vel mercium recte imputabit, ita Papinianus 30
totidem verbis *in l. si fratres* 53. ?. *siquis ex sociis ff. pro*
socio, adde *Gurzia de expens. cap.* 19. *n.* 4. *Mantica de*
tacit., *et ambig. lib.* 6. *tit.* 21. *n.* 7. *tom.* 1. Quod si ambo
socii impenderint, sed plus alter, quam alter impenderit,
ei, qui plus impendit, datur condictio, seu repetitio, facta
ad aequalitatem redactione *Mantica de tacit. et ambig.* 31
lib. 6. *tit.* 19. *n.* 46. *tom.* 1.

Quid si non in causam societatis, sed propter societatem
quis impenderit, utrum societati imputet? Ex Labeone, ne- 32
gat Pomponius *in l. socium* 61. ?. *socius ff. pro socio*, ibi
» Socius cum resisteret communibus servis venalibus ad
» fugam erumpentibus, vulneratus est, impensam, quam
» in curando fecerit, non consecuturum pro socio actione,
» Labeo ait, quia id non in societatem, quamvis propter
» societatem impensum sit; sicuti nec si propter societatem 33
» eum haeredem quis instituere desiisset, aut legatum
» praetermisisset, aut patrimonium negligentius admini- 34
» strasset; nam nec compendium, quod propter societatem
» ei contigisset, veniret in medium, veluti si propter so-
» cietatem haeres fuisset institutus, aut quid ei donatum 35

» esset » et ratio est, quia hujusmodi sumptus, et damna,
facti et passa dignoscuntur ex causa remota societatis, seu
36 longinqua, et mediata ejusdem societatis *Mantica de tacit.
et ambig. lib. 6. tit. 21. n. 8. tom. 1. Felic. de societ.
cap. 27. n. 4.*

Merces tamen medico, qui vulneratum socium curavit,
soluta, in casu nuper proposito, recte excipitur, hoc est,
37 ut a societate sarciatur ad *textum in l. secundum* 62. *ff. pro*
38 *socio*, ibi » secundum Julianum tamen, et quod medicis pro
» se datum est, recipere potest, quod et verum est » con-
firmatur hoc in *leg. cum duobus* 52. *§. penult. ff. eod tit.*
ibi » Sed et siquid in medicos impensum est, pro parte so-
39 » cium agnoscere debere rectissime Julianus probat » Qua
ratione etiam si unus socius ex causa societatis ad nundi-
nas profectus, fuerit ab hostibus captus, seu a latronibus
direptus, et sui redimendi causa quidquam impenderit,
quod talis impensa societati imputetur, nisi in hostes, vel
40 latrones, culpa sua inciderit, tradit *Mantica de tacit.*, et
ambig. lib. 6. tit. 21. sub n. 6. tom. 1. Atque *glossa in
d. l. secundum* 62. *ff. pro socio*, ait peculiare hoc esse in
particulari, aut generali societate, non in illa universorum,
bonorum, in qua omnia conferuntur, et respective impu-
41 tantur; ut in superiore *cap.* 4. hujus secundae partis.

Parilis in damnis ratio est, ut si unus, eadem illa socius
sit ex causa societatis passus, hujusmodi damna dubio pro-
42 cul societati imputabit *l. si unus* 68. *sub princ. vers. quod
si ff. pro socio*, ergo subdit Ulpianus *in l. cum duobus* 52.
§. quidam sagariam ff. eod. tit. » Si quidam sagariam ne-
» gotiationem coierunt, alter ex his ad merces comparandas
» profectus in latrones incidit, suamque pecuniam perdi-
43 » dit, dicit Julianus, damnum esse commune, ideoque pro
» socio actione damni partem dimidiam agnoscere debere,
» tam pecuniae, quam rerum caeterarum, quas secum non
» tulisset socius, nisi ad merces communi nomine compa-
44 » randas proficisceretur, proinde, et si naufragio quid periit,
» cum non alias merces, quam navi solerent advehi, da-
» mnum ambo sentient; nam sicuti lucrum, ita damnum
45 » quoque commune esse oportet, quod non culpa socii con-
» tingit » Atque etiam observat, *Felic. de societ. cap. 27.
num. 12. Mantica de tacit., et ambig. lib. 6. tit. 21. n. 5.
vers. dictum est, tom. 1.* qui *sub n. 8.* subdit, hujusmodi
sumptus, et damna catenus imputari, quia ex causa contin-
46 gunt proxima, atque immediata societatis addito *Felic. de
societ. loc. cit. n. 4.* Non refragrante, quod merces sint in
alterius socii dominio, et ideo ejus periculo perierint, nam
redundat, periculum contigisse ex causa societatis, ut illud
47 commune dicatur, *Corn. cons. 157. n. 1. vol. 2. Mantica
de tacit., et ambig. lib. 6. tit. 21. n. 14. tom. 1.*

Ex diverso autem, siquae contingunt damna extra omnem
societatis causam in hac particulari societate, in ea causa
48 sunt, ut minime imputentur societati, sed socio dumtaxat,
qui illa fuit passus *Mantica de tacit et ambig. lib. 6. tit. 21.
n. 9. tom. 1.*, multa sane fortius, si ejusdem socii dolus.
49 aut culpa intervenerit. Quamobrem si socius ad nundinas
accesserit ex causa etiam societatis, et reversus sit per viam
minus tutam, cum posset eligere tutiorem, et direptionem,
aliudve simile damnum sit passus, eidem socio, non socie-
50 tati imputabitur damnum *Mantica de tacit., et ambig.
lib. 6. tit. 21. n. 15.*, hanc vero conclusionem, non tutam
dicerem, nisi aliqualis culpa socii a tutiore itinere diver-
51 tentis intervenerit, ex *Corn. cons. 157. n. 1. et seq.
vol. 2.*

Apud celsum praeterea tractatum ita eleganter Ulpianus
ait in *l. si id quod* 59. *ff. pro socio*, ibi » Cum tres equos
» haberes, et ego unum, societatem coivimus, ut accepto
» equo meo, quadrigam venderes, et ex pretio quartam mihi
» redderes, si igitur ante venditionem equus meus mor-
» tuus sit, non putare se Celsus ait societatem manere, nec
52 » ex pretio equorum tuorum partem deberi; nec enim ha-
» bendae quadrigae, sed vendendae, coitam esse societa-
» tem; caeterum si id actum dicatur, ut quadriga fieret,
53 » eaque communicaretur, tuque in ea tres partes haberes,
» ego quartam, non dubie adhuc socii sumus » ut primo
casu damnum sit, socii posteriore autem casu, societatis
54 *glossa in d. l. 59. ff. eod. tit. Mantica de tacit. et ambig.
lib. 6. tit. 21. n. 19. tom. 1.*

Contra ea vero » Si ambo nos (sequitur eodem in loco
» Ulpianus) pecuniam contulissemus ad mercem emendam,
» et mea pecunia periisset, cui perierit ea? Et ait (Celsus) 55
» si post collationem evenit, ut pecunia perierit, quod non
» fieret, nisi societas coita esset, utrique perire, ut puta
» si pecunia, cum peregre portaretur ad mercem emendam
» periit; si vero ante collationem, posteaquam eam desti-
» nasses, tunc perierit, nihil eo nomine consequeris, in- 56
» quit, quia non societati periit » ita in *d. leg. si quod* 59.
ff. pro socio, Felic. de societ. cap. 27. n. 2. et 3.

Papinianus quoque ait in *l. jure societatis* 83. *ff. pro
socio* » Jure societatis per socium aere alieno socius non
» obligatur, nisi in communem arcam pecuniae versae 57
» sint » hunc textum applicat *Mantica de tacit. et ambig.
lib. 6. tit. 22. n. 4.*, huic societati particulari, firmatque
regulam, ut aes alienum ab uno socio contractum, ita de-
mum sit de communi solvendum, si in causam societatis 58
sit contractum, et pecunia, puta mutuo accepta, sit in e-
jusdem societatis utilitatem versa, consentiunt in idem *Ro-
land. a Vall. cons. 91. num. 49. vol. 1. Paul. de Castr.
cons. 358. n. 3., et cons. 366. n. 3. lib. 2. Paris. cons. 94.
n. 22. lib. 1. Gratian. discept. for. cap. 904. n. 5. et 10.
Decian. respons. 97. n. 16. tom. 2. Pacimol. decis 152.
in annot. 2. n. 35. 36. et 37. Rota dec. 375. n. 1. cor. Se-
raphin.* Quod si socii plures sint, iique in diversis moren- 59
tur locis, videntur ad invicem praepositi, atque in solidum
erga creditores abstringuntur, *Aloys. de Leo in l. qui sen-
tentiam n. 8. lib. 9. c. de poenis Decius in l. qui in Pro-
vincia 12. §. quod si stipulatus n. 11. ff. si cert. pet.* Ete-
nim illud hac in re constat, multiplicitatem, et diversita-
tem tabernarum, et negotiorum dissitorum, tum arguere
societates diversas, et separatas, cum diversitas intervene-
rit in personis, et capitalibus. Quod si personae eaedem unae
fuerint, eademque una capitalia, licet socii pro majori com-
modo, et utilitate negotii in diversis dissitisque locis, et ta-
bernis degerint, erit una societas, unum negotium, ita ut
socii tamquam ad invicem praepositi in solidum teneantur
omnes erga creditores, cum qualibet negotio, taberna, so-
ciova, contrahentes, ut promiscue tradunt *Magon. dec. Lu- 60
cen. 1. n. 26. et 27. Roccus de societ. mercat. notab. 46.
n. 89. et 90. Casareg. de commerc. et mercat. disc. 39. n.
21., et disc. 144. n. 6. et 28. Rota in nuperr. tom. 2. de-
cis. 97. in princ., et tom. 5. part. 1. decis. 11. n. 4. et 5.
et in Romana, seu Mediolanen. pecuniaria 19 decembris
1759. §. 8. cor. bon. mem. Ubalda.*

In senatu Pedemontano, ea olim vertit causa, utrum so-
cietate inita super una negotiatione cum explicito pacto, ut
quidquid esset per unum ex sociis actum, contractum, et
obligatum, censeretur ab aliis factum, et omnes obligaren-
tur; cum contigisset, unum ex eisdem sociis emisse coralia
certo pretio, seque nomine proprio obligasse, nulla facta
societatis mentione, nullaque apparente versione coraliorum
in causam ejusdem societatis, utrum dico alii socii ad sol-
vendum venditori pretium tenerentur? *Thesaurus* indicato
innixus pacto, pro affirmativa plura deduxit *in decis. Pe- 61
demont.* 136. *n.* 1. Sed in contrariam postea abivit senten-
tiam, pluribus ex rationibus ibidem late videndis; praeci-
puae vero fuerunt, quia coraliorum venditor non respexit
ad societatem ab se forte ignoratam, minusque fuit fidem
societatis secutus, sed respexit dumtaxat ad personam em-
ptoris, tamquam privati hominis, non socii, ex responso
Labeonis *in l. fin. ff. pro socio*, et insuper quia nihil co- 62
raliorum demonstrabatur in causam, et utilitatem societa-
tis versum, ad alterum *textum in l. jure societatis* 83. *ff.* 63
eod. tit. hisque praecipuis fundamentis late exornatis, ven-
ditorem adversus alios socios agentem rejectum, eosdemque
socios absolutos extitisse ab Senatu Pedemontano refert ci- 64
tatus *Thesaur. in d. decis. 136. per tot.*

Inter socios quandoque alicujus negotiationis, atque il-
lorum debitores oritur compensationis controversia; sitque
exemplo: duo, aut plures sunt unius negotiationis socii,
hujusce societatis debitor in centum est tertius, puta Titius,
qui similem uni dictorum sociorum summam mutuaverat;
adversus hunc socium agit Titius pro mutui sui restitutio- 65
ne; opponit socius, eumdem Titium societati debere simi-
lia centum, et ideo beneficio compensationis repelli. Inci-
vilis tamen oppositio, nam si Titius societati centum debet,
non item d. uni socio re debet; nam quando societas ali- 66
cujus negotiationis, pluribus diversorum sociorum constat
nominibus, nomen ipsius societatis est diversum a nomine

cujuslibet ex sociis, et e contra nomen cujuslibet sociorum
est diversum a nomine societatis, veluti ad rem bene ob-
67 servant *Bersan. de compensat. cap.* 3. *quaest.* 9. *per tot.*
Alderis. de symbolic. contract. tit. 3. *cap.* 7. *n.* 48. *Man-*
sius consult. for. 409. *n.* 18. *cum seq. tom.* 5. cum pluribus
utrobique allegatis.

Major plane difficultas est in acquisitis per unum socium
utrum haec debeant inter omnes communicari? Plura in
superiore *cap.* 5. de generali societate agens, hac de re di-
68 xi, aptantur ea fere omnia huic etiam particulari societati:
illudque praecipue inter caetera investigandum, quae sit
hujus societatis particularis substantia, qui finis praevoli-
tus, seu quae finalis hujus societatis causa; et sicuti patet
esse hoc, vel illud peculiare, designatumque negotium.
69 puta frumenti, vini, olei, artificii, atque hujusmodi, veluti
initio est dictum, ita res ad illud peculiare, designatumque
negotium pertinens, quoquo sit nomine quaesita, vel com-
muni, vel socii unius tantum, in ea causa est, ut commu-
nicetur, ne secus hujus societatis substantia subvertatur ex
70 *Connan. comment. jur. civ. lib.* 7. *cap.* 13. *sub n.* 10. *in*
fine Mantica de tacit. et ambig. lib. 6. *tit.* 16. *n.* 43. *tom.* 1.

Hanc regulam ita confirmat textus *in l. cum duobus* 52.
§. fin ff. pro socio, de una argentariae negotio, sic definit
ibi » Cum duo erant argentarii socii, alter eorum aliquid
71 » separatim quaesierat, et lucri senserat; quaerebatur, an
» commune esse lucrum oporteret? et Imperator Severus
» Flavio Felici in haec verba rescripsit. Etiam maxime ar-
» gentariae societas inita est, quod quisque tamen socius,
» non ex argentariae causa quaesiit, id ad communionem
72 » non pertinere, explorati juris est » In hac lege de uno
sociali argentariae negotio indubie agitur, atque eatenus
73 habetur denegata communicatio, quia unus socius = *non ex*
argentariae causa quaesivit = hoc est, non ex causa, seu
origine, ab eodem negotio sociali proficiscente, bene vero
ex alia extrinsecus causa, ad ibi propositum argentariae
negotium *non* pertinente; ergo ex regula contrariorum in
74 jure validissima *instit. de iis, qui sui vel alien. jur. sunt.*
in princ. et in l. Pomponius 40. *§. sed et is ff. de procu-*
rat. Si socius argentarius in casu d. legis, ex causa ar-
gentariae quaesiisset, quo quo nomine, suo tantum quoque
quaesiisset, societati quaerere debuisset; veluti etiam ad rem
75 proxime consuluit *Corn. cons.* 122. *n.* 6. *vol.* 2.

Neque hujusce conclusionis optima desideratur ratio; nam
si inter duos sit coita unius negotiationis societas, puta
mercium, seu animalium, eorum alter, cum pecunia prae-
sertim communi ad nundinas proficiscitur; detegit merces,
seu animalia quanti pluris venundari, et illas, vel illa com-
76 muni seu sociali emit nomine, quin alter socius valeat ab
hac emptione recedere. Ex diverso suprascriptus comperit
socius merces, seu animalia quanti minoris venire, et illas,
vel illa suo emit nomine, et perinde non communicare con-
77 tendit; quis non videt, d. socium acquirentem, in propo-
sita facti specie, in foveo, quoad lucrum, et damnum equi-
tare, contra aequalitatis principia in bonae fidei contracti-
78 bus recepta? *L. si id quod §. fin. ff. de rescind. vend.* Quis
non videt jura societatis sancta, ipsa repugnante natura,
79 violari? ut peues *Connan. comment jur. civ. lib.* 7. *cap.* 13.
sub n. 10. Quis postremo non videt, quemdam hic dolum
bonae fidei contrarium, *inesse* manifestum, ac societatis
80 contractui inimicum? *L.* 3. *in fin. ff. pro socio.* In hoc er-
go firmus subsisto, ut quoties sociorum alter rem socialis
generis proprio acquirit nomine, *eam* communem esse opor-
tere, quamvis communem, vel socialem formulam contrahen-
81 do, seu acquirendo praetermitteret.

Quod si sociorum alter rem suo acquirat nomine, ad *ne-*
gotium susceptum, non pertinentem, non utique dubium,
quin res quaesita minime communicetur, quia aliunde, seu
82 extra causam societatis quaesivit *l. si fratres* 53. *sub princ.*
ff. pro socio. Gabriel. cons. 51. *n.* 5. *lib.* 2. quamvis pecu-
83 nia socialis, seu communis fuerit, ad textum *l. si unus* 68.
§. si unus ff. pro socio Connan. comment. jur. civ. lib. 7.
cap. 13. *n.* 8. *in fin.* addito *num.* 11. circa finem, ubi quod
ita pecunia communi, seu sociali, suo acquirens nomine,
ejusdem pecuniae socialis partem, et ad id una quod inte-
84 rest, alteri tenetur socio *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6.
tit. 16. *n.* 32. *cum seq. tom.* 1. Quod si sua socius pecunia,
communi, seu sociali quaesivit nomine, rem ita quaesitam,
communem esse, nulla dubitatio est, actione sibi repetendi
ab altero socio, debitam hujus pecuniae ratam, firma ma-
nente, ad *textum in l. cum proponas* 2. *c. pro socio Bru-* 85
neman. in ead. l. 2. *n.* 2. *c. eod. tit. Gabriel. cons.* 157. *n.*
7. *lib.* 2.

Hujus etiam societatis, peculiaria sunt haec, videlicet, ut
restringatur ad hoc, vel illud particulare, designatumque
negotium, super quo coita demonstratur societas quin ad
alia negotia extendatur diversa, *Connan. comment. jur.* 86
civ. lib. 7. *cap.* 13. *n.* 6. *in fin. Roman. cons.* 291. *sub n.*
5. *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 2. *n.* 9. *et tit.* 3.
n. 4. *et* 5. *Ferret. de re navali lib.* 3. *num.* 66. et licet ad
hanc quoque particularem societatem referri possit illa fru-
ctuum, puta cum fratres communicant fructus, et proven-
tus, nulla inter ipsos ratione reddita, at nihil sit de pro-
prietate dictum, attamen hoc in casu, societas in fructi-
bus, et aliis dumtaxat redditibus invicem collatis contracta
presumatur, *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 3. *n.* 87
8. *tom.* 1. neque enim societas, tacita praesertim, ut hic,
extenditur ultra actus, ex quibus inducitur. *Mantica loco* 88
proxime cit. n. 5.

Peculiare quoque est in hac particulari unius *negotiatio-*
nis societate, ut possit ea expresse non solum, sed etiam
tacite coiri *Angel. de confess. lib.* 2. *quaest.* 73. *vers. vel* 89
tacite, *Constantin. vot* 255. *n.* 1. *tom.* 2. et quamvis re-
vera, non praesumatur, nisi probetur, quando praesertim
difformes sunt actus *Gabriel. cons.* 51. *n.* 2. *lib.* 2. *Manti-* 90
ca de tacit. et ambig. lib. 6. *tit.* 3. *n.* 6. attamen difformi-
bus actibus omnino cessantibus, levioribus quoque proba-
tionibus induci potest, quinimo ex dicto etiam unius pro-
bi testis, adminiculis suffulto rite probatur *Constantin.* 91
vot. 255. *n.* 2. *et* 3. *tom.* 2. *Rota in decis.* 368. *n.* 4. *port.*
15., *et dec.* 269. *n.* 1. *part.* 16. *recent.*

Societas pari modo haec eatenus durat, quatenus nego-
tium susceptum sit ad finem perductum *Bellon. decis. Ge-* 92
nuen. 27. *n.* 5. ergo per totalem quoque negotii peremptio-
nem, eadem haec finem habet societas *Jov. de contract.* 93
min. gloss. 25. *§.* 13. *n.* 344. quod si negotium ex pluri-
bus constet rebus, puta mercibus, seu animalibus, tametsi
pars illorum, illarumve perierit, in iis, quae sunt reliqua,
durat adhuc societas, *ad textum in l. verum* 64 *§. societas* 94
ff. pro socio ibi = *Res vero aut nullae relinquantur* =
Jov. de contract. min. d. gloss. 25. *§.* 13. *n.* 344. *Rota in*
decis. 224. *n.* 6. *cor. Bichio.* Quod si demum sociorum
aliquis interea, hoc est durante sociali negotio, moriatur,
ad illius haeredes, haec dubio procul transibit societas *Gra-* 95
tian. discept. for. cap. 276. *n.* 6. *Jov. de contract. min.*
gloss. 25. *§* 13. *n.* 317. manifestaque ratio est quia » Cum
» alter ex sociis mortuus est, quaecumque priora negotii
» explicandi causa gerunt, nihil refert quo tempore consum-
» mentur, sed quo tempore inchoarentur » sunt verba *te-* 96
xtus in l. nam servus §. si vivo ff. de negot gest. Additur
l. haeres socii 40. *ff. pro socio*, ibi » Haeres socii, quamvis
» socius non est, tamen ea, quae per defunctum inchoata
» sunt, per haeredem explicari debent » atque observant
Gratian. discept. for. cap. 276. *n.* 43. *Jov. de contract.* 97
min. gloss. 25. *§.* 13. *n.* 317.

De altera *unius rei* societate, modo breviter agendum:
nam quamvis haec societas, cum altera negotiationis alicu-
us, de qua superius hic proxime, quamdam habeat simili-
tudinem *Michalor. de fratribus part.* 2. *cap.* 1. *num.* 14. 98
tamen illa, ad certum genus, haec ad certam speciem per-
tinet, et ideo specialior haec est, ita ut inter utramque so-
cietatem quaedam illuceat diversitas, tametsi eum eisdem
fere regulis procedat. *Faber. in l. societates* 5. *in princ.* 99
verbo sive etiam rei unius ff. pro socio ibi » sive etiam rei
» unius, puta equi vendendi, et alterius certae speciei, ut
» haec societatis species diversa sit a societate negotiatio-
» nis, quae ad certum genus, non autem ad certam spe-
» ciem pertinet; quamvis et haec quoque negotiationis spe- 100
» cies quaedam sit, sed specialior ».

Societatem itaque unius rei contrahi posse, docet *textus*
in *l. societas* 5. *ff. pro socio* ibi = *sive etiam rei unius* =
Exempla sunt in *l. si fratres* 53. *§. item Mela ff. eod. tit.* 101
ibi » si vicini semipedes inter se contulerint, ut ibi crati-
» tium parietem inter se aedificarent = Moxque = si Aream 102
» in commune emerint, ne luminibus tuis officeretur »
Faber. addit = *equi vendendi* = *in d. l.* 5. *ff. pro socio* ubi 103
etiam *Gothofred. lit. E.* addit etiam *Vinnius ad rubricam* 104

instit. de societ. sub princ. ibi » si praedium communi con-
» sensu conducatur, ut fructus inde quaesiti sint commu-
105 » nes » Et generaliter haec societas contracta intelligitur,
cum ad unam rem tantum ea restringitur, puta ad unum
106 fundum, ad unam domum, unamve navem *Mantica de ta-
cit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 3. *n.* 1. *tom.* 1. societas haec tamen
licet super una re tantum contracta, non ideo impeditur
ad accessoria ejusdem protendi, ut idem sit in his, prout in
107 illa judicium *de Rubeis resol. practicabil. cap.* 59. *n.* 326.
Qua ex re scibit Paulus *in l. actione* 66. *in princ. ff. pro
socio*, ibi » si in rem certam emendam, conducendamve
» coita sit societas, tunc etiam post alicujus mortem, quid-
108 » quid lucri, detrimentive factum sit, commune esse La-
» beo ait » Commune quidem erit lucrum, puta domum
emptam locando, et pensiones aequaliter dividendo, item
109 re conducta fruendo, et illius fructus communiter partici-
pando, et hoc ideo, quia societas est ex proposito, secus si
ex eventu fuerit societas, nam hoc posteriore casu poterunt
110 eam socii statim dividere; atque alterutra societas, ex hoc
maxime dignoscitur, ex *Zasio in* §. *quaedam n.* 19. *instit.
de action.* ibi » Quid ergo si tu, et ego emamus aliquem
» fundum, domum aliquam an dicamur socii in ista empta
» domo? An dicamur contraxisse societatem ex proposito,
111 » vel eventu? Sunt textus, qui videntur dissidere etc. Ista
» dissidentia pulchre concordat *Raffuel etc.* Quis aut duo,
» vel plures emunt aliquam rem simpliciter, sine aliqua
» conventione, et tunc dicuntur socii ex eventu; aut emunt
» aliquam rem conventione societatis ineundae, et tunc di-
112 » cuntur socii ex proposito: effectus est magnus, quia si
» sunt socii ex eventu, tunc mox incontinenti possunt di-
» videre, dirimere hanc societatem, ut quae non sit vera
113 » societas, sed quidam concursus; sin vero convenissent coi-
» re societatem, tunc non possunt incontinenti dividere,
114 » quia hoc esset contra jus societatis, et fraternitatis etc.
» unde in dubio, cum nescitur, an sint socii ex eventu,
115 » vel ex proposito, advertendum est, an statim dividant,
» vel non dividant ».
Et sicuti de substantia hujus societatis est, ut illa res de-
signata ematur, aut conducetur, simulque communiter
fruatur, ita si per dolum, culpamve socius non emerit, aut
116 non conduxerit, ad id quod ejus interest, alteri socio te-
neatur, *ad textum in l. si fratres* 53. §. *idem respondit
l.* 2. *ff. pro socio* ibi » si quis societatem ad emendum coi-
» vit, deinde res, alterius dolo, vel culpa empta non sit,
117 » pro socio esse actionem, constat: plane si conditio sit
» adjecta, si intra diem illum venierit, et dies sine culpa
118 » socii praeterierit, cessabit actio pro socio » Qui enim non
facit, quod facere debet, videtur facere adversus ea quae
119 non facit *l. qui non facit.* 164. *ff. de regul. jur.* ex quo do-
lus nascitur manifestus *l. si procuratorem* 8. §. *dolo au-
tem*, et *in l. dolus* 44. *ff. mandati vel contra* atque ita in
subjecta arguit quaestione *Faber in l. si fratres* 53. §. *si* 120
qui societatem ff. pro socio. Longe vero secus, si ille socius
rem emere sibi displicuerit, vel quia vitiosa res fuerit, vel
pretium illius grave *l. actione* 66. §. *item si societatem ff.
pro socio.* ibi = *quia emptio tibi displicebat, non tene-* 121
beris ».
Pari quidem ratione, si unus socius jussus emere in com-
muni rem aliquam, pro se tantum illam emerit, tenetur
alteri socio, quanti sua interest, ita Paulus *in l. actione.* 66. 122
§. *item si ff. pro socio.* ibi » Item si societatem ineamus ad
» aliquam rem emendam, deinde, cum solus volueris eam
» emere, imo renunciaveris societati, ut solus emeres, te-
» neberis, quanti mea interest » Quod si unus socius, in- 123
vito, fortius luce palam contradicente altero socio rem eme-
rit, lucrum quodcumque sit, quod ea ex re fecerit, commu-
nicare non cogitur, minusque ad id, quod interest tenetur,
ex *Decian. respons.* 39. *n.* 10. *tom.* 1. *Schneidewin. in* §. 124
illud expeditum n. 3. *instit. de societ. Carpan. ad statut.
mediolan. cap.* 483. *n.* 205. *Gratian. discept. for. cap.* 243.
n. 44. *Michalor de fratribus part.* 2. *cap.* 7. *n.* 12.
Hujus societatis, quemadmodum aliarum quoque societa- 125
tum, finis est quaestus, aequa lance partiendus: si in re
proinde, puta in fundo a tribus sociis communiter empto
pretio sc. 1000. in qua emptione, unus quingenta, et re-
liqui duo ducenta quinquaginta viritim contulerint si in eo-
dem fondo detegatur alabastrites, seu alterius pretiosi la-
pidis fodina, quaeritur quomodo sit partienda? Ait *Baldus* 126
in l. fin. in addit. ff. pro socio, quod quantam partem ha-
bet quis in societate, habet et in terra, ita ut tantam ha-
beat in arboribus, et lapidibus. Ex quo facilis resolutio, ut 127
qui contulit quingenta dimidiam totius fodinae partem, alii
vero duo socii, reliquam dimidiam, ex aequo eos inter par-
tiendam, fruendamque, ita *ferret de re navali lib.* 3. *n.* 58. 128
extat *in tract. magn. tom.* 12. *fol.* 332. *tergo.*
Haec unius rei societas, quemadmodum alia superius
proxima ad haeredem pertransit; quare scribit Paulus *in l.* 129
actione. 66. *sub princ. ff. pro socio.* ibi » si in rem certam
» emendam, conducendamve coita sit societas, tunc etiam
» post alicujus mortem, quidquid lucri, detrimentive fa-
» ctum sit, commune esse labeo ait » Lucrum quidem com- 130
mune haeredis est post socii mortem, quia licet haeres so-
cius non sit, attamen emolumenti successor est. *L. verum* 64.
§. *in haeredem ff. eod. tit.* Damnum vero ea antegesto, 131
vivente socio, obventum, pariter commune est, mortuo au-
tem socio, secus, quia in hoc haeres socius non est, juxta
expositionem *Fabri in d. l. actione* 66. §. *si in rem certam* 132
ff. pro socio, nisi res desierit integra esse. hoc est, nisi quae
per defunctum inchoata sunt, per haeredem explicari de-
beant, *l. haeres socii* 40. *ff. eod. tit.* nam hoc posteriore 133
casu durat societas, et quod ex ea sequitur, judicio socie-
tatis confertur. *Faber loco proxime cit.* 134

CAPUT VII.

De Societate operae unius, et pecuniae alterius.

SUMMARIUM

1. Societas, uno conferente pecuniam, altero operam, rite contrahitur.
2. Pecunia quandoque indiget opera, in iis, qui sunt divites, et inertes; opera indiget pecunia in iis, qui habent industriam, sed non pecuniam, n. 3.
4. Duo hinc dubia: alterum quomodo inter hujusmodi socios servari possit aequalitas.
Alterum, quomodo pecunia per se sterilis, pariat fructus, ibid.
5. Quoad primum, est textus, pretium, operae, et artis est velamentum.
6. Circa hoc verbum *velamentum* est dissentio inter doctores, quorum aliqui *levamentum*, legendum sustinent.
7. Quomodo ergo sit legendum, et quae sit intelligentia, disputant Cujacius, Budaeus, Gothofredus, Connanus, et Duarenus, et n. 8. 9. 10. 11. 12. et 13.
14 Faber a contra quaestionem velamenti, aut levamenti seorsim ponit, et peracutam, novamque lecturam *partis* levamentum, vice *artis*, proponit, et n. 15. et 16.
17. Voet denique refertur, etiamque interpretationem adducit.
18. Substantia vero eadem semper una est, ut operam praestans loco pecuniae industriam praebeat, et sic exaequet capitale societatis.
19. Resurgit tamen dubium quomodo fiat ista exaequatio, cum opera modo est major, et pretiosior, modo minor, et vilior.
20. Textus sit, quod opera supplet, hoc est, ut opera alterius valeat pro pecunia, et n. 21.
22. Operae aestimatio est incerta, et ideo difficilis, et n. 23.
24. Attamen pactum, ut opera non debeat aestimari, non valet.
25 Et talis aestimatio remittitur ad judicis arbitrium.
26. Et judex debet plerumque respicere ad robur hominis, ad aetatem, ad tempus, et ad opportunitatem naturalem, et n. 27.
28. In dubio opera praesumitur aequalis pecuniae.
29. Amplia praesertim si is, qui operam ponit, valet bono nomine, auctoritate, gratia, consilio, atque peritia.
30. Nam quandoque opera est pretiosior pecunia
31. Auctoritas, puta principis in societate multum valet ad explicanda negotia socialia.
32. Quoad vero caput pecuniae, haec quidem per se sterilis est.
33. Sed hoc intelligitur de pecunia otiosa, et mortua, non autem de pecunia in negotiationes immissa, et remissive.
34. Ratio, quia si is, qui confert pecuniam, hujus subit periculum, aequum est, ut si lucrum apportet, de eo participet.
35. Tria sunt necessaria ad hanc societatem contrahendam: quod negotiatio sit licita: quod pecunia stet periculo conferentis, et quod damna, et lucra communia sint, et n. 36.
37. Tribus pariter modis, haec contrahitur societas: si unus ponit operam, alter pecuniam: si uterque ponit operam, et pecuniam; si unus operam, et pecuniam alter, pecuniam tantum, aut operam tantum conferat, et n. 38.
39. Et quoad primum modum, in quo unus operam, alter pecuniam,

confert videndum an opera respondeat pecuniae, et num. 40
41. Si in coeunda societate fuit dictum, ut opera, aequivaleat pecuniae, vel magis interusurius pecuniae, et tunc standum est pacto.
42. Limita si disparitas tanta appareat, ut laesionem involvat, nam tunc foret locus remedio laesionis, seu malius reductionis ad aequalitatem, et n. 43. et 44.
45. Reservatio dominii super pecunia, indicat operam non respondere pecuniae, sed potius interusuriis pecuniae
46. Ponens pecuniam, et utens verbo *conferre* videtur communicare pecuniam, et huic operam respondere, et n. 48.
47. Contrarium, quod verbum *conferre*, magis indicat operam respondere interusuriis pecuniae, quam ipsi pecuniae.
49. Si nihil initio dictum sit, et opera vere respondet pecuniae, hujus dominium censetur communicatum.
50. In quovis dubio, praesumendum, operam respondere interusuriis pecuniae.
51. Effectus hujus communicationis dominii pecuniae est, ut qui operam posuit in fine de ipsa pecunia, tamquam capitali participet, prout etiam de illius damno, et n. 52.
53. Ex diverso si opera respondeat interusuriis pecuniae, tunc qui posuit operam, participat in fine de utilibus tantum societatis, non de capitali pecuniae, n. 54
54. Et in casu damni, alter pecuniam suam, alter operam suam perdit.
55. Refertur *Vinnii* locus, quo haec jacta confirmatur theoria, seu distinctio, et n. 56. 57. et 58
59. Datur exemplum operae respondentis pecuniae; puta haec sit mille, opera totidem mille, capitale crescebitor duorum millium, et n. 60.
61. Si societas in pessum ivit, qui posuit pecuniam eam totam perdidit, et qui posuit operam eam totam perdidit, et affertur ratio, n. 62.
63. Si de mille in pecunia superaint 500. haec ex aeque dividenda sunt.
64. Quod si, in eodem casu, qui posuit operam non potuit absolvere negotium, eatenus ejus opera aestimatur, quatenus fuit praestita.
65. Pactum salvi capitis non valet, et remissive.
66. Refertur in idem textus *in leg. 29. ff. pro socio.* Super pacto indemnitatis.
67. Qui posuit operam damno emergenti aequalem potest cavere, ne damnum ultra sentiat, nam secus non valebit societas
68. Casus hic non fingitur in eo, qui pecuniam non communicat, nam tunc unus solam operam, alter solam pecuniam perdit.
69. Sed fingitur casus, in quo pecunia unius communicatur cum opera.
70. Puta pecunia erat in mille, damnum in quingentis, si opera fuerit cum pecunia communicata, sociorum quisque aequalem sentit jacturam, et n. 78.
71. Participationem vero reliquorum 500. pecuniae salvae, quam ponens operam assequi poterat, virtute pacti indemnitatis, amittit, et affertur ratio, n. 72. et 73.
74 Referuntur doctores explicantes *l. 29. ff pro socio*, et n. 75. et 76
77. Eadem in his ratio est industriam, et pecuniam conferentis.
79. Alia est ratio lucri capiendi, et alia damni vitandi.
80. Atque e contra, si damnum sit in mille et opere alterius in 500. hic, qui sibi stipulavit indemnitatem, amissa opera, indemnis abit: et affertur ratio, n. 81.
82. Concluditur circa intellectum *d. l. 29.* ut indemnitatis pactum usque ad valorem operae, seu pecuniae extendatur, non ut alter alteri amissum capitale refundat, et n. 83.
84 Plures doctores hac in re implicantur modo pro communicatione damni pecuniae, et modo pro illius non communicatione, certantes.
85 Sed hoc evenit, quia non respexerunt ad distinctionem datam per *Vinnium* supra n. 55. 56. 57. et 58. ad literam recitatum
86. Pacta tamen in hoc multum faciunt, licet sint contra ipsius societatis naturam.
87. Licet industria sit aequalis pecuniae, vel quoque pretiosior, potest conveniri ex parte unius lucri restrictio, dummodo absit laesio.
88 Aut saltem, cum pretiosior sit opera, eam conferenti, praeter aequalem lucri participationem, plusculum titulo antipartis non raro additur: hoc temperamentum placuit Rotae Romanae.
89. Dubitatur, an ponens operam possit sibi quid certum in singulos menses, aut annos stipulari.
90. Distinguitur: aut illa certi stipulatio est in parte quotitativa, puta in tertia, quarta, aut alia utilium parte, et potest.
91. Aut stipulata praestatio est in quantitate, et tunc non erit societas, sed magis operarum locatio, ita ut operam praestans magis mercenarius, quam socius foerit
92. Qualitati consocii repugnat certa praestatio, nam salarii indolem habet.
93. Qui operam conferre promisit, et postea non praestitit, non solum non participat de lucris.
94. Sed etiam tenetur alteri socio ad id quod interest.
95. Et si apposita sit poena in eum, qui e societate discedit, ea debetur.
96. Dubitatur an is qui promisit operam conferre, possit se distrahere in alia negotia.
97. Atque potest, sive adsit pactum, ne distrahatur, sive non, excepta poena stipulata, quae semper debetur, et datur casus, n. 98. et 99.
100. Intellige, nisi inferat societati praejudicium, quo in casu teneretur ad damna, etiam in contumacia.
101. Operam praestans sumptus, quos facit, eundo, redeundo, et similes, necessarios, societati imputat.
102. Refertur locus Ulpiani, qui relationem habet ad industriam personalem, non ad sumptus.
103. Excepto igitur in contrarium pacto, aut locali consuetudine, sumptus omnes utrique socio communes esse debent.
104. De compleribus expensis fieri solitis atque communicandis, per eum, qui praestat operam, remissive.
105. Nonnulli doctores excipiunt sumptus, quos operam praestans domi fecisset.
106. Intelligi hi doctores debent, quamdiu domi est, non autem cum societatis causa peregrinatur.
Amplia etiamsi hujusmodi socius minus frugalis fuerit ibid.
107. Amplia, et si idem socius ex causa societatis infirmetur, communibus sumptibus curandus sit.
Amplia etiam ad eum, quem socius pro indigentiis societatis secum duxit ibidem.
108. Socius quoque qui pecuniam confert, subest legibus socialibus.
109. Neque pactum valet ut possit quandocumque pecuniam suam repetere, nisi sit societas qualitercumque finita.
110. Quod si pecuniam pollicitam non contulit, aut dimidiatam contulit, teneatur alteri socio ad id, quod interest.
111. Limita si alter socius tacuerit, et suum jus, vel tacite, vel expresse remiserit.
112. Societas potest in minimo etiam capitali consistere.
113. Si pecunia in totum perit, solvitur societas, nec socius tenetur denuo eam ponere, n. 114. et 115.
116. Quod si res, vel pecunia in totum non periit, societas, in eo quod superest, consistit.
117. Hujusmodi disputationes fiunt, cessante in contrarium pacto.
118. Conclusio, de qua n. 116. procedit, si id, quod superest, sit utilis, et sufficiens ad prosequendam societatem, secus e contra, et n. 119.
120. Pecunia pereunte, ante praestationem operae, damnum est commune, post vero coeptam operam, ejus tantum, qui illam contulit.
121. Sed excepto pacto, quod semper servandum est.
122 Videndum an pecunia initio fuit communicata cum opera, ut hoc casu communi periculo pereat, secus e contra.
123. Res perit periculo domini.
124. Si per socium augeatur capitale societatis in pecunia, cujus erit capitalis aucti compendium.
125. Aut augumentum est in valore pecuniae extrinsecus adaucto, aut per se, aut per principem, et tunc augumentum erit commune.
126. Quod si moneta in societate immittenda sit intrinsece adaucta: tunc socius eam conferre obligatus, non refundit reliquum, si quod deest, et datur ratio n. 127.
128. De minimis non curat Praetor.
129. Socii sunt quasi fratres nec debent inter se acerbe tractare n. 130.
131. Aequitas prae oculis sociorum esse debet, tamquam speculum divinae, et nobilis bonitatis.
132. Aut augumentum pecuniae est in quantitate, puta conferre obligatus centum, confert ducenta, et lucrum illud pluris cedit augenti, altero socio praesertim sciente n. 133.
134. Qui plus in societate ponit, plus lucratur.
135. Amplia et si capitale pecuniae adauxerit, qui ponit operam, inscio etiam altero socio, augumenti lucrum ad ipsum pertinent.
136. Qui pecuniam contulit, potest convenire quid certum annuum, si consistit in quota, puta in tertia, vel quarta parte et datur ratio, n. 137.
138. Aut consistit in quantitate, puta in 4. vel 5. in singula centum, et tunc non erit societas, sed contractus innominatus et n. 139.
140. Intellige, nisi illa certa quantitas annuatim stipulata subesset incertitudini, puta in decem, quando alter lucratus fuerit centum, nam tunc erit societas.
141. Sunt qui, conventionem annuum fructuum ex pecunia, foenoris vitium, redolere asserunt.
142. Quod verum videtur, si is sortis pecuniae periculum nullum subit.
143. Cum societas contrahitur, lucri, et damni communio lenitur.
144. Tractativa partium aequalitas in societate licet sit de natura, non est tamen de illius substantia.
145. Si tamen incerta lucri, et jacturae alea intervenit.
146. In societate assecuratio certi lucri non prohibetur, dummodo salvi capitis deficiat qualitas.
Concurrente enim qualitate capitis salvi, non societas, sed alius, atque alius erit contractus, ibidem.
147. Eadem vero salvi capitis qualitate cessante, si ex pecunia quid certi conveniatur, abest usura.
148. Et quoties dicitur, vitiosum esse salvi capitis pactum, tale intelligitur, sive in toto, sive in illius parte conveniatur.
149. Contrarium tenet auctor, et remissive.
150. De societate autem ad caput salvum remissive.
151. Secundus modus hanc contrahendi societatem, est si ambo, et operam, et pecuniam conferunt.
152. Amplia ut, in hac societate ita contrahenda, non repugnat, ut ambo socii sicut unitim in uno negotio, vel separatim in diversis locis, et negotiis.
153. Tertius vero modus est, si unus operam tantum, alter operam, et insimul pecuniam conferat.
154. His omnibus modis contrahendi societatem, illud commune est, ut lucrum et damnum sit aequale, aequalitate tamen geometrica, non numerica, et n. 155. et 156.
157. Atque ita intelligitur illa generalis conclusio, ut qui plus contulit, sit in pecunia, sit in opera, plus participet.
158. Quod si emergat dubium an pecuniae aequivaleat opera, vel e contra, utilium divisio fit aequaliter, si vigeat praesertim localis consuetudo.
159. Socialis lucri pars constituenda potest remitti ad eum qui operam praestat, sed arbitrio boni viri arbitrabitur, hoc est pro modo pecuniae, et operae, et n. 160.
161. Pro modo igitur pecuniae, et industriae arbitrio judicis, constituenda est utilium pars, nisi aliter sit pacto conventum, et absit pacti iniquitas.
162 Declara, ut si initio pecunia sit communicata cum opera, indicio

sit aequalitatis partium, tam in sorte quam in utilibus ex aequo dividendis.

163. Quod si pecunia initio non fuerit communicata, tunc detrahendum est primo pecunia, et ei, qui eam contulit restituendo.

164 Si finita societate, pecunia restituenda non extat, sed adsint nomina debitorum, pecuniae collator ea sibi eliget, subductis sumptibus ad illa exigenda necessariis.

165. Quod si finita societate, solum extat aes alienum, hoc ex aequo dividitur inter socios, solidali tamen actione creditoribus salva manente.

166. Alium hujus societatis contrahendae modum assignant doctores, videlicet si unus confert navem, alius operam, tertius pecuniam, et quartus personam.

167. Verum hic contrahendi modus, non est diversus a praecedentibus, et quid summatim spectandum est, traditur n. 168. et 169.

170 Refertur visitatio facta auctori per amicum suum, qui super impressione hujus libelli, societatem cum eo contrahere volebat, et quid fuerit actum traditur n. 171. et 172

173. In privatis societatibus commune est, ut per mortem unius socii tota solvatur societas

174. Excepto negotio per defunctum inchoato, quod haeres explicat.

175. Hoc tamen intelligitur si negotium inchoatum sit simplex, nec tractum habeat successivum, et datur exemplum in pistrinarium 176.

177. Alia enim est industria patris defuncti, et alia filii, seu haeredis.

178. Alia limitatio conclusionis, de qua supra n. 173. si defunctus pecuniam, non industriam contulit, ut haeres possit continuare, verum de hoc remissive.

179. Finita societate, qui posuit operam nihil extrahit de societate, ante rationem redditam, nisi aliter partes convenerint.

180. In hac societate dolus, et culpa praestatur, quemadmodum in aliis societatibus.

Imperatores Diocletianus, et Maximianus a prudentibus
viris, qui praecesserunt, edocti libere indixerunt » Societa-
» tem, uno pecuniam conferente, alio operam, posse con-
1 » trahi » in *leg.* 1. *c. pro socio.* Hanc societatem pruden-
ter inductam haberi, perfacile quisque intelligit, nam qui-
busdam hominibus industria valentibus. sed otio, prae ino-
2 pia, in perniciem publicae societatis tabescentibus; quem-
admodum aliis quoque hominibus praecipue pecuniosis,
non raro tamen inertibus, viam negotiandi hanc majores
3 nostri aperuere, ut sibi, civibus, reique publicae usui fo
rent, atque adjumento.

Sed duo primum huic societati se objiciunt; alterum quo-
modo in societate, servatur capitalis aequalitas inter ope-
ram unius, et pecuniam alterius, et alterum, quomodo pe-
4 cunia iners, perque se sterilis fructuum capax evadat. Ad
primum respondet Ulpianus in *leg. cum duobus* 52. ꝟ. *si*
in *coeundo ff. pro socio*, ibi » Si in coeunda societate ar-
» tem, operamve pollicitus est alter, veluti cum in commu-
» ne pascendum, aut agrum pollicitatori colendum damus
» in commune, quaerendis fructibus, nimirum ibi etiam
5 » culpa praestanda est; pretium enim operae, et artis est
» velamentum ».

Velamentum, ait textus; verbum hoc plura excellentium
virorum contorsit ingenia; nam *Cujacius* velamenti vice,
levamentum restituit, quasi operam, industriamve confe-
6 rens levetur collatione pecuniae, ut videre est penes eum-
dem *Cujac.* in *lib.* 3. *respons. Papin. ad leg.* 52. ꝟ. *item*
ex facto ff. pro socio col. 968. *tom.* 4. ibi » Ait in hoc ꝟ.
» Papinianus, recte contrahi societatem inter duos, uno
» conferente pecuniam, altero conferente artem tantum,
» vel operam suam etc. et addit rationem in ꝟ. *si* in *coe-*
» *unda*, cur juste sit societas, ubi unus confert rem. vel
» pecuniam, alter artem, vel operam suam, *quia* inquit
» *pretium artis, operaeque est levamentum*, sic jam pri-
» dem ostendi esse legendum, trajectis literis pro *velamen-*
7 » *tum*, idest aequamentum, libramentum, et amussim, ut
» apud Nonium etc. amussim esse examen, et levamentum.
» Denique pretium artis, vel operae facere libramentum
» aequilibrium, quod levamentum dicitur, et tantum pol-
» lere artem, quam pecuniam. vel rem, quam alter con-
8 » fert » et Cujacio plaudunt *Budaeus in d. l cum duobus*
ꝟ. *si in coeunda ff. pro socio. ibiq. etiam Gothofr ad. lit M*

Contra ea vero *Connanus* in *suis comment. jur civ. lib*
7. *cap.* 13. *sub* n. 9. in dicti verbi literis vitium ponit, et
9 vice *levamentum* sustinet debere *aequamentum* legi, his
verbis » Pretium enim operae, artis est velamentum, hoc
» est sub pretii nomine velatur, et tegitur opera artis, id-
» est opera, et ars, ut eam nihilominus. qualem poterit ad-
» hibeat, quum societatis negotia postulare videbuntur,
» alterius enim pollicitatio facit ut ille semper. pretii prae-
» statio ut tu eum possis, et opus est, naves operam, neu-
» tri peccare, et malitiose, vel negligenter versari permit-
» titur; nec siquid secus admiseris recte obtendes solutio-
10 » nem pecuniae a te factam, quam solam conferre debuisti,
» nam subest praeterea diligentiae debitio. cui deesse, salvo
» officio, non potes; pretium enim non tollit operam tuam,
» et artem, siquam habes, sed tegit, et occultat tantum;
» atque ita responsum Ulpiani exponendum esse duxi, si
» ipsum, et purum conservandum est, et antiquis suis ver-
» bis compositum: quae tamen expositio nostra, neque li-
» bera est, neque, ut sic dicam, ingenua est, sed verbis,
» iisque obscuris inserviens, ad quam videtur Accursius ac-
» cedere: Budaeus aliter, operae pretium enim esse artis
» velamentum, id est magni pendendum, et aestimandum
» velamentum artis, quod adhuc ei pingue videtur, et ob- 11
» tusum. Tota obscuritas est in hoc verbo *velamentum*,
» quod hic nullam idoneam sedem habere potest, ut opinor
» delendum esse, et pro eo supponendum esse, *aequamen-*
» *tum*, quod ab illo in ratione scripturae, ne integra qui-
» dem litera differt tantum, (l) invertamus, eique adda-
» mus (c) tum (u) quod primum est in illo collocemus, hic
» in tertio ordine. Videtur Ulpianus citare voluisse an-
» tiquum proverbium, quod refert Plautus in Asinaria,
» par pari datum, hostimentum est opera pro pecunia, id-
» est, ut ait Festus Pomp. Æquamentum, nam hostes di-
» cuntur, quod ex aequo pugnent, inde hostire, idem in
» eodem. Qui promitto inquam contra, ut merueris, idest
» aeque reddere. Hoc igitur Ulpianus dicit, ubi tibi, qui 12
» praeter pretium nihil contulisti, aut ibi, idest in illa so-
» cietate hisce conditionibus facta, nimirum culpa prae-
» standa est ab utroque, pretium enim operae, et artis est
» aequamentum, idest nihil aliud facit pretium ab uno solo
» datum, quam ut operam, et artem alterius compenset » 13
et Connano consentit *Duaren. in comment. jur. civ. ad tit.*
38. *Pandect. pro socio lib.* 4. *cap.* 1. *sub* ꝟ. *multum ante*
fin., et *cap.* 4. ꝟ. *aliud exemplum.*

Ex diverso *Faber.* in *cod. l. cum duobus* 52. ꝟ. *utrum*
ergo ff. pro socio, nihil moratur circa emendationem verbi
velamentum, in *levamentum*, seu *aequamentum*, sed sub-
tiliter subsistit in emendatione alterius verbi *artis est le-*
vamentum ubi *partis* vice *artis* legendum putat his verbis 14
» Verum quem sensum habeat haec ratio, difficile est in-
» terpretibus dicere, etiam recentioribus, ex quibus, cum
» multi, ac fere omnes, textum corruptum esse credide-
» rint, nec sibi temperaverint ab emendatione, vix tamen
» duo in emendandi ratione consentiunt, ut videre est
» apud Gothofredum. Miror ergo nemini unquam in men-
» tem venisse, ut diceret, quod omnino dicendum existi-
» mo. pro *artis*, legendum esse *partis*, hoc sensu, ut cum 15
» alter ex sociis operam tantum suam, vel artem, vel in-
» dustriam confert, pretium ejus operae, vel artis, vel in-
» dustriae sit vice, et loco partis, ne dubitari possit, quin
» partem lucri ex societate ferre debeat, ac si partem in
» fundo. aut pecore haberet. cujus gratia societas inita est;
» nam nec quisquam dubitat, quin hic Ulpiani, aut potius
» Celsi sensus sit. sed tantum quomodo ex supradictis ver- 16
» bis erui hic sensus possit. disputant ».

Ad extremum insurgit *Vort.* in *Pandect. lib.* 17 *tit.* 2.
sub n. 12 *pro socio*, qui corrigi debere legem negat, sed
eam ita intelligi, ut qui praestat operam, non nudam ope-
ram, vel qualem qualem impendat. sed praecipuam, singu-
larem, summam, et artis professione velatam, quo majus
erumpat ex ea lucrum; hujusmodi non suadet ratio, quia
socius operam praestans suam, quantam potest maximam
praestare debet, illa ratione elegantissima. quidquid enim
bene fit, debetur, nec in beneficii loco ponitur, sed officii,
et debiti, sunt verba doctissimi *Connani comment jur.* 17
civ. lib. 7. *cap.* 13. *sub* n. 11 *circa fin* atque infra clarius
et opportunius repertam *part.* 3. *cap.* 10. *n.* 50. *et* 51.

Data equidem libertate cuiquam, ex relatis interpreta-
tionibus, quam maluerit amplexandi, parvi hoc referre di-
co; cum substantia eadem una sit, ut operam praestans
vice pretii, seu pecuniae alterius, industriam praebeat
suam, et sic societatis exaequet capitale. At dubium initio 18
positum, idem resurgit, hoc est quomodo opera unius pe-
cuniam alterius in linea capitalis coaequet, nam non sem-
per opera, una. eademque uniuscujusque est, cum modo
major, modo minor, modo pretiosior, modoque minus pre-

tiosa reperiatur, in re quaque, ingenii praesertim Hart-
19 man. Pistor. quaest. 1. sub n. 28. lib. 3. Meus porro Ul-
piani in leg. societas 5. ff. pro socio, est, ut opera anius
suppleat pecuniam alterius, ibi = Cum plerumque paupe-
rior opera suppleat quantum ei per comparationem potri-
20 monii deest = Ait textus suppleat, hoc est ut opera alicujus
pro pecunia valeat, ut clarius explicat Justinianus in §. de
21 illa sane conventione instit. de societ.
Incertam operae aestimationem esse, dixit Hartman.
22 Pistor. quaest. jur. lib. 3. quaest. 1. sub n. 11., ac proin-
23 de difficilem voluit Rot. in dec. 123. sub n. 3. cor. Man-
zanedo, non per hoc tamen, pactum ut opera aestimari non
24 debeat viribus consistit, Hartmann. Pistor. loco proxime
cit. n. 19. Quamobrem ad judicia arbitrium remittendum
25 hoc esse sustinent Menoch. de arbitr. cas. 125. n. 3. lib. 2.
Hartman. Pistor. quaest. jur. dict. lib. 3. quaest. 1. n. 16.
et 29. Panimoll. decis. 152. in annot. 1. n. 52. tom. 3.
Rota in d. decis. 123. sub n. 3. cor. Manzanedo, qui ju-
dex, praeter plura. ad Ulpiani locum respicere singilatim
26 debet qui in leg. si non sortem 26. §. libertas ff. de con-
dict. indebit. ita ait = Nam plerumque robur hominis, ae-
» tas, tempus, opportunitasque naturalis, causam opera-
» rum mutant, et ideo, nec volens quis reddere potest.
27 » sed hae inquit operae recipiunt aestimationem = et si
quod incidit in hac quaestione dubium, totius erit pro ae-
28 qualitate operae, ac pecuniae judicium Mantica de tacit.
et ambig. lib 6. tit. 14. n. 35. tom. 1. Panimoll. in dict.
dec. 152. in annot. 1. n. 52. tom. 3. Praesertim si ei, qui
operam posuit, sit bonum nomen, auctoritas, gratia, consi-
29 lium, seu peritia magna Connan. comment. jur. civ. lib.
7. cap. 13. sub n. 1. post princ. Hartman. Pistor. quaest.
jur. lib. 3. quaest. 1. n. 28. quo in casu plus compendii
afferet societati opera. veluti pretiosior. quam pecunia ipsa
30 Rota in dec. 402. n. 3. et 4. cor. Dunoz. jun., et dec. 169
n. 28. cor. Tanaria, neque de societate coita per privatum
pecuniam conferentem, eum principe suam auctoritatem ad
negotia socialia facilius explicanda, interponente, loquitur
31 Decian. respons. 97. n. 37. tom. 2. Verum hac de re ite
rum infra latius, cum de partitione lucri, et capitalis ser-
mo erit.
Quod obiecm vero alterum suprapropositum, hoc est,
quomodo pecunia alterius socii per se sterilis sit utilium
socialium capax: non dubium, pecuniam per se sterilem
32 esse, fructibusque vacuam, ad text. in leg. arara 121. ff.
de verb. signific. Sed aeque certum est, hoc intelligi de
pecunia otiosa, et intrinsecus mortua. non item de pecunia
negotiationi actu exposita, nam haec fructuum, et utiliam
33 vere capax est, ut pluribus demonstravi in superiore part.
1. cap. 3. n. 110. ad seq. Persuadet ratio, quia si socius.
qui pecuniam confert, non lucro tantum, sed damno etiam
amissionis pecuniae exponitur, aequam est, ut commodo
34 lucri, quatenus contingat, fruatur, ut per Fagnan. in cap.
naviganti n. 28. et 29. lib. 5. de usur.
His ita praejactis, ad rem modo magis proxime; pro hac
35 licite contrahenda societate, tria requisita praescribit Aloys.
de Leo in leg. 1. n. 3. c. pro socio. Primo videlicet, ut
ars, vel negotiatio socialis sit licita; secundo, ut pecunia
stet periculo conferentis; ac tertio ut aequitas servetur in
35 omnibus, ita ut damna, et lucra communia sint, ita Aloys.
de Leo loc. cit.
Tribus pariter modis, hanc contrahi societatem doctores
37 affirmant; primo, si unus socius ponat pecuniam tantum,
alter operam tantam; secundo, si uterque socius utramque
ponat, et operam, et pecuniam. Tertio demum, si alter so-
cius, et operam, et pecuniam ponat, alter vero, aut pecu-
38 niam tantum, aut operam tantam Aloys. de Leo in d.
leg. 1. sub n. 2. c. pro socio, Soccin. sen. super. decretal.
in rubrica de usur. cap. 1. n. 114. Mantica de tacit. et
ambig. lib. 6. tit. 14. n. 35. tom. 1. Schrader. de con-
tract. tit. 26. de societ. n. 7.
Utque hos ex ordine modos percurram singulos, praestat;
eorum primus est. cum duorum sociorum alter ponit ope-
39 ram alter pecuniam; et quoad conferentem in societate ope-
ram, praeter ea, quae dixi superius proxime; hoc viden-
dum, an opera respondeat pecuniae per alterum collatae,
seu magis respondeat ejusdem pecuniae usui, fructibus, seu
40 utilibus; ut hoc plene cognoscatur, plurimum interest; nam,
aut in contractu habetur expresse declaratum, ut opera re-
spondeat pecuniae ipsi, et haec proinde communicetur, vel
potius fructibus ejusdem pecuniae tantum, ita ut haec non
communicetur, et tunc standum pacto, seu declarationi
est, ad textum in leg. si tibi 14. vers. sed si puerum ff. 41
de praescript. verb. Cynus in leg. 1. n. 1. c. pro socio, ibi-
que Bruneman. n. 2. et 3. c. eodem tit. Mantica de tacit.
et ambig. lib. 6. tit. 5. n. 7. ad plur. seq. tom. 1. Molin.
de just. et jur. tract. 2. disput. 411. n. 4. Guil. pract. con-
clus. lib. 2. observ. 24. n. 6. Tartaglia de reservat. sta-
tutar. artic. 59. n. 91. Panimol. dec. 152. in annot. 1. n.
50. et 51. tom. 3. nisi pactum, seu declaratio circa aequa-
litatem, seu communicationem operae, et pecuniae, tale,
seu talis respective fuerit, ut laesionem reapse involvat,
puta si is, qui dat pecuniam conferat mille, operamque al-
terius pacto centum inique aestimet, atque e contra, juxta
casum Less. de just. et jur. lib. 2. cap. 25. dubit. 2. n. 8. 42
nam vix dubium quin remedium lesionis proponi non va-
leat, ex Merenda contr. jur. lib. 12. cap. 47. per tot. seu 43
verius ad aequitatem reductio obtineri juxta principia su-
periore part. 1. cap 5. n. 45. ad 57. deducta. 44
Et quamvis pro inaequalitate pecuniae cum opera, et re-
spective pro aequalitate operae cum interusuriis tantum pe-
cuniae, militet expressa reservatio dominii pecuniae, seu 45
capitalis facta per collatorem illius Natta cons. 404. n. 1.
tom. 2. Gaill. pract. observat. lib. 2. observ. 24. n. 5. Ro-
ta in decis. 402. num. 5. coram Dunoz. Jun. non aequo
tamen aequalitatem, et respectivam communicationem ope-
rae, et pecuniae inesse, dicendam, si pecuniae collator, hoc
verbum, conferre, de quo in leg 1. c. pro socio adhibue- 46
rit, nam quod significatio d. verbi conferre magis usui, et
commoditati, quam dominio pecuniarum aptetur commu-
niter tradant doctores in dict. leg. 1. c. pro socio, Berens. 47
Hamberg. dissert. academic. lib. 3. disput. 12. quaest. 1.
in notis, Fachin. controv. jur. lib. 2. cap. 95. quidquid
in contrarium dixerit Paul. de Castr. in d. leg. 1. n. 2. c. 48
pro socio.
Quod si nihil hac de re sit inter socios actum, nihilomi-
nus si opera vere, pecuniae ejusve dominio respondet, hoc
rite censetur initio, pro effectibus, de quibus infra, com- 49
municatum. Menoch. de arbitr. cap. 125. num. 3. lib. 2.
Rota in d. dec. 402. num. 2. ad seq. coram Dunoz. jun.
Dubio autem quovis hac in re, extante; tenendum, ope-
ram, seu industriam respondere, non capitali, non sorti,
seu pecuniarum dominio, sed illius usui, lucro, seu interu- 50
suriis dumtaxat, Cynus in leg. 1. num. 2. c. pro socio,
Berens. Hamberg. dissert. academic. lib. 3. disput. 12.
quest. 1. in notis in fin. Rota Genuen. apud Bellon. de-
cis. 159. n. 2. Graff. decis. cas. conscient. lib. 2. cap. 120.
n. 7. Fachin. controv. jur. lib. 2. cap. 95. vers. contra-
riam sententiam Gratian. discept. for. cap. 335. n. 9.
Effectus autem hujus distinctionis est maximus; nam si
opera, vel industria capitali pecuniae in societatem colla-
tae respondeat, tunc omnia communicantur, capitale vide-
licet, et lucra, et damna hoc modo, ut qui posuit operam 51
in fine societatis debeat participare, non solum de lucris
emergentibus, verum de ipsa etiam pecuniae initio per al-
terum collatae, medietate, quemadmodum sentire quoque
debeat damnum, non operae suae tantum, sed pecuniae
etiam deperditae, ad textum in leg. si tibi areae 14. vers. 52
sed si puerum ff. de praescript. verb. Paul. de Castr. in
leg. 1. num. 2. c. pro socio, Bruneman. in ead. leg. 1.
n. 1. 2. et seq. c. eod. tit. Vinn. in § de illa sane n. 3. in-
stit. de societ. de Graff. in decis. cas. conscient. lib. 2.
cap. 120. tit. de societ. num. 7. Fachin contr. jur. lib. 2.
cap. 96. vers. tertia est sententia, Menoch. de arbitr.
cas. 125. n. 3. lib. 2. Panimoll. dec. 152. in annot. 1.
num. 50. ad 53. tom. 3. Mantica de tacit. et ambig. lib. 6.
tit. 5. n. 21. Sicuti ex diverso, si opera, vel industria re-
spondeat non sorti, non dominio, sed usui tantum, vel in-
terusuriis, vel commoditati pecuniae, et hoc posteriore ca- 53
su, qui posuit operam, participabit de lucro dumtaxat so-
ciali, non autem de capitali pecuniae, quae similiter pecu-
nia si fuerit deperdita, aut qualitercumque consumpta, tota
periculo ejus erit, qui eam posuit, tamquam dominus, al-
terque socius, suam tantum operam, seu industriam luge-
bit amissam Bruneman. in leg. 1. num. 3. in fin. c. pro
socio, Vinn in d. §. de illa sane n. 3. instit. de societ.
Mantica de tacit. et ambig. lib. 6. tit. 5. n. 22., et tit. 14. 54

n. 33. *tom.* 1. *de Graffiis dec. cas. conscien. lib.* 2. *cap.* 120.
tit. de societ. n. 7. *Molin. de just. et jur. tract.* 2. *di-*
sput. 416. *fere per tot.*
Et quia desuper haec theoria, seu distinctio, multipli-
ces, mirabilesque in pluribus hujus tractatus articulis, pa-
55 rit effectus, praestat ideo recitare verba, inter doctores pro-
xime allegatos, *Vinnii in d.* §. *de illa sane* n. 3. *instit. de*
societ. ibi » Possunt igitur duo societatem sic coire, ut unus
» pecuniam conferat, unde merces emantur, et negotiatio
» exerceatur; alter operam dumtaxat, qui proficiscatur ad
» merces emendas, emat, et vendat, ut sic deinde lucrum
» commune sit. Caeterum haec collatio, non uno modo fit,
56 » nam aut opera confertur cum solo pecuniae usu, quo ca-
» su, sors domino perit, et si salva est, domino salva est;
» aut opera confertur cum ipso dominio pecuniae, quo ca-
» su, qui operam impendit, particeps fit sortis. In prima
» specie comparatur cum opera, non sors, sed periculum
» amittendae sortis, et lucrum, quod ex ea probabiliter spe-
» rari poterat; in altera operae pretium habetur, quasi sor-
» ti adjectum, et pro eo, quod valet in ipsa sorte partem
» habet, qui operam praestat, ut eleganter *Grot. etc.* At-
» que hinc sumenda decisio quaestionis agitatae apud in-
57 » terpretes *leg.* 1. c. *hoc tit.* utrum in hoc genere societa-
» tis pecunia collata communicetur, necne, et consequen-
» ter, utrum finita societate, ea etiam inter socios dividen-
» da sit, an is, qui contulit eam percipere debeat? Cui si-
» milis est altera, utrum in hujusmodi specie damnum pe-
» cuniae amissae commune sit, an ad eum solum hoc da-
» mnum pertineat, qui contulit pecuniam, de quo labo-
58 » rant *Gail. etc.* » quod ipsum repetit clarius, et altius idem
Vinnius select. jur. qu. lib. 1. *cap.* 54. *per tot.*
Verumtamen si casus contingat, ut opera pecuniae sup-
par habeatur, et ideo pecunia communicetur, puta alter
socius posuit mille in pecunia, totidem alter in opera, seu
industria, tanti aestimata, certe quidem fiet una massa, ex
Pufendorf de jur. nat. et gent. l. 5. *c.* 8. §. 2., et capi-
59 tale aestimabitur duorum millium; finita societate, quid-
quid superest, ex aequo partitur, utilibus non solum, sed
sorte etiam pecuniae comprehensis; hoc jam probatum su-
60 pra est. Quid vero si nihil, aut lucri, aut sortis etiam, fi-
nita societate superfuerit; numquid is, qui posuit operam,
alteri socio de illis mille in pecunia positis, atque deperdi-
61 tis, dimidiam refundet partem? Non dixerim, quia cum ex
mille in pecunia, et ex totidem mille in opera, conflata vi-
dimus duomillia, cum in fine societatis nihil sortis, nihil-
que utilium superest, aeque is, qui posuit mille in pecu-
nia, hanc perdidit, atque alter, qui posuit operam mille
aestimatam, eamdem perdidit, ita ut damnum hic habeatur
62 aequa lance divisum, *Mantica de tacit., et ambig. lib.* 6.
tit. 5. *num.* 23. *et* 24. *tom.* 1., quod si de mille in pecunia
positis, quingenta superfuerint, haec ex aequo inter utrum-
que socium dividenda erant, juxta principia superius jacta,
63 atque observat *Vinnius select. jur. qu. lib.* 1. *cap.* 54. *per*
totum praecipue circa fin. Illud tamen erit observatione
dignum, ut si ponens operam absolvere nequiverit nego-
tium, puta quia intempestive pecunia periit, seu is qui po-
suit operam morbo implicitus, aut morte etiam praeventus,
illud negotium explicare nequiverit, opera eatenus posita
aestimabitur, eaque sorti pecuniariae conjuncta, pro dimi-
dia illius summae conflatae, qui posuit operam, onerabitur,
64 ita *Less. de just., et jur. lib.* 2. *cap.* 25. *dubit.* 2. *n.* 11.,
In hanc ipsam influit quaestionem, alia de capite salvo,
circa quod plura dixi in superiore parte prima *cap.* 6. ac
singillatim *num.* 37. *ad seq.* ubi auctoritate *leg.* 29. *ff. pro*
65 *socio*, manifeste, ni fallor, ostendi, salvi capitis pactum,
non valere prorsus; repetamus verba *d. leg. si non fue-*
rint. 29. *sub princ. ff. pro socio.* Nam ad majorem hujus
nostrae quaestionis dilucidationem maxime deserviunt; ibi
enim Ulpianus ait » Ita coiri societatem posse, ut nullam
» partem damni alter sentiat, lucrum vero commune sit,
66 » Cassius putat, quod ita demum valebit, ut et Sabinus
» scribit, si tanti sit opera, quanti damnum est ». Qui er-
go posuit operam damno emergenti aequalem, potest esse re
ne damnum ultra sentiat, secus non valebit societas, ad re-
67 citati textus literam, consuluitque *Cephal. cons.* 248. *n.* 34.
tom. 2. ubi quod non valet societas, quando unus ex sociis
potest lucrari, et non perdere. Casus hic fingatur necesse
est, non in eo, qui pecuniam suam non communicavit ini-
tio ei, qui contulit operam, nam in hoc casu frustraneum
esse simile pactum, quoniam hic in casu damni operam
perderet suam, et ille, tamquam dominus, pecuniam juste 68
lugeret, quemadmodum habetur hic in superiore *n.* 54. 61.
et 68. demonstratum: sed fingi casus debet in eo, qui com-
municavit totam pecuniam alteri operam exhibenti: pone 69
igitur ita; pecunia illius erat in mille in totidem, mille erat
opera; finita societate quingenta supersunt, et salva repe-
riuntur in arca; non dubium secundum praemissa, quin
haec quingenta superextantia sint ex aequo dividenda, utro- 70
que aequaliter socio reliquorum 1500. lugente jacturam, et
hoc virtute communicationis, ut in superioribus *n.* 51. 52.
et 58. *et* 63., sed concurrente d. promissione indemnitatis
per eum, qui operam contulit, sibi stipulata, et damno su-
pra 2000. interveniente, puta in 3000. cujus damno cedant 71
illa 1000. alieni forte aeris causa redundantia, quaeritur?
Et videtur damno ejus, qui pecuniam contulit, cedere
debere; nam qui operam contulit, praeter valorem operae, 72
pecuniae alterius supparem, periculum quoque peregrina-
tionis, seu navigationis subiit, puta quia solus navigavit,
solus peregrinatus fuit, pericula subiit solus, ut *in d. leg.* 73
si non fuerint 29. §. *ita coiri ff. pro socio.* Siquid propte-
rea damni, aut detrimenti ultra metam capitalium uti su-
pra collatorum, contigit, sibi imputandum, is qui pecuniam
contulit ex d. stipulatione indemnitatis agnoscat; et hunc
legis locum ita interpretatur *Connan. comment. jur. civ.* 74
lib. 7. c. 13. *sub num.* 3. ibi » Hic cum tantum periculum
» solus adeat, aequum videtur, ut cujusvis alterius damni
» sit expers, ii vero, quibus immunibus hujus esse mali
» datur, siquid detrimenti accidet, id totum sibi imputent » 75
Cajac. ad lib. 4. *cod. tit.* 37. *pro socio tom.* 10. *col.* 994.
lit. E. ibi » Si convenerit unus ex sociis, qui forte est
» omnibus caeteris industrior, veniat in partem lucri, non
» damni, tunc ei prodesse hanc conventionem, cum plus
» damni factum est, quam lucri, nec enim ipse ejus damni
» quod superat est consors, seu particeps ». 76
Eadem ratio est industriae, et pecuniae, ait *Faber in*
eadem leg. 29. §. *ita coiri ff. pro socio.* Ergo si in propo- 77
sito superius casu *num.* 70. interveniat indemnitatis pro-
missio per eum, qui pecuniam contulit, sibi stipulata, re-
movetur, qui posuit operam a participatione illorum quin-
gentorum superextantium, in hoc enim pacto abest iniqui- 78
tas, cum illa 500. capitalis reliqua, lucri nomen non ha-
beant, atque eis desuper, qui contulit operam, lucri faciendi
potius, quam damni vitandi causam fovere tantisper vi-
deatur, de damno enim vitando itemque de lucro captando
non eadem ratio est. *leg. fin. c. de codicill.* 79
Sin autem in eodem supposito, damnum sit in mille, et
opera alterius sit quingentorum aestimata, forte quia soluta
sit per mortem intempestive societas, hic, qui posuit ope-
ram sibique stipulavit indemnitatis pactum, amissa opera
indemnis abit, quia si hic in casu proximo *n.* 78. 79. vir- 80
tute hujus pacti non participat de illis 500. superextantibus,
aequum est, ne pro his quidem 500. deperditis gravari de-
beat. Caeterum pactum illud, *ut nullam partem damni* 81
alter sentiat, lucrum vero commune sit = illaque hujus
quaestionis resolutio = *ita demum valebit, si tanti sit ope-*
ra, quanti damnum est = ut *in d. leg.* 29. §. 1. *ff. pro* 82
socio, intelligi ita debet, ut amissa pecunia, et opera coae-
quali, illud damnum, quod in societate redundat, supra
operam, vel supra pecuniam remissum ex hoc pacto cen-
seatur, nunquam vero, ut integrum capitale ab uno socio
sub initium collato, sit ab altero refundendum alteri, nam
scena resurgeret caput salvum, ut alibi probatum est, a 83
jure proscriptum.
Et redeundo ad primordialem quaestionem citra pactum
indemnitatis, supra propositam, plures hac in re doctores
implicatos vidi, modo pro communicatione damni pecuniae,
modo pro illius non communicatione cum aperta contradi-
ctione certantes. quos indicat *Michalor. de fratrib. part.* 84
3. *cap.* 59. *per tot.* sed hoc eatenus accidit, quia non re-
spexerunt ad distinctionem supra datam communicationis
dominii pecuniae cum opera, cum a d. distinctione tota
pendeat quaestionis resolutio, prout subtiliter, ac vere ob-
servat *Vinn. in d.* §. *de illa sane sub n.* 3. *instit. de so-* 85
ciet. Non inficias tamen ibo, multum in hac materia socie-
tatis facere contrahentium pacta, licet haec sint contra ip-
sius societatis naturam *Mantica de tacit., et ambig. lib.* 86

6. tit. 5. n. 10. tom. 1. Quamvis propterea incidat quan-
doque casus, ut industria sit suppar, vel pretiosior quoque
pecunia, conveniri nihilominus potest, ut participatio ad
lucrum restringatur dumtaxat, ad capitale non item pecu-
87 niae per alterum collatae, sed ne vitium inde laesionis, aut
magnae inaequalitatis erumpat, vel rectius, ut sacrae so-
cietatis leges, quoad fieri potest sartae, tectaeque, super ae-
qualitate, serventur, conferenti pecuniam utile futurum
arbitror, si is, praeter coaequalem lucrorum participatio-
nem alteri socio indultam, aliquam ei summam titulo soti-
partis concesserit, hoc temperamentum laudat *Rota in dec.*
88 169. *n.* 28. 29. *et* 30., *et dec.* 203. *n.* 10. *et* 11. *cor. Tu-
nario.*

Illud quaeritur, an ponens operam quid certum valeat
89 in singulos menses, aut annos sibi praestandum stipulare?
Ea adhiberi solet distinctio; aut menstrualis praestatio in
pactum deducitur per modum quotae, puta tertiae, quar-
tae, vel alterius deinceps partis lucri socialis, atque jure
potest, nam firma manente societate, illam hic socius acci-
pit partem quotitativam substantialiter incertam, quate-
nus nempe, damno deducto, lucrum appareat dictae por-
90 tioni quotitativae respondens, ad instar veri socii lucrum,
et damnum aequa vice subeuntis. Quod si e contrario men-
strualis praestatio certa fuerit, atque praefinita, et operae
ipsius intuitu praestabitur dumtaxat, et hoc posteriore ca-
su, magis erit operarum locatio, quam societas, ut perinde
91 dictam menstruam praestationem, tamquam simplex mer-
cenarius accipere intelligatur, *Montica de tacit. et ambig.
lib.* 6. *tit.* 7. n. 7. *tom.* 1. *Petr. de Ubald. de duob. fra-
trib. part.* 4. n. 6. *Angel. de perigl. de societ. part.* 1. *n.*
18. *Ambros. a Vignate in tract. de usur. part.* 2. n. 177.
Repugnat enim qualitati consocii certa praestatio, quae in-
92 dolem salarii redolet *Decius in leg. illud* 20. *n.* 13. c. *de
collat. Roman. cons.* 168. *n.* 5. *et* 6. *Caroc. de locato, et
conduct. tit. de socio personam exercente quaest.* 2. *n.* 15.
vers. contraria ad seq. Jov. de contract. min. glossa 25.
§. 13. *n.* 689. *Zacchia de salar. quaest.* 51. n. 59. *cum
seq. Rota post eumdem Zacchia decis.* 46. n. 10.

Quid si is, qui fuit operam in societate pollicitus, postea
93 non praestitit? Et patet ipsum non solum nihil posse de lu
cro sociali petere, ex *Gratian. discept. for. cap.* 424. *n.*
19. *et* 20. *tom.* 3. *Valent. de contract. vot.* 18. *num.* 107.
Sed imo eumdem ad id quod interest alterius socii, qui pe-
94 cuniam contulit, teneri *Ansald. de commerc., et mercat.
disc.* 74. *n.* 9. *et* 10. *Sabell. in summa verbo societas n*
38., quod si a contrahentibus poena sit apposita adversus
eum, qui a societate discederet, eam deberi patet, atque ita
95 a Sacro consilio Neapolitano judicatum refert *Anton. Ca-
pyc. dec.* 174. *per totam, praesertim n.* 1. 12. *et* 17. et
circa poenam in societate stipulatam plura congerit *Felic.
de societ. cap.* 29. *fere per tot.*

Verum quia id frequentius assolet contingere, ut cum
96 is, qui operam suam est pollicitus, se in aliis immisceat so-
cietatibus, vel negotiis; in hac proinde subalterna quaestio-
ne, quaeri solet, an adsit pactum se non distrahendi in alias
societates, seu negotia, vel non adsit, at in utroque casu
possit nihilominus se in aliis immiscere societatibus, si ejus
opera sit cum pluribus negotiis ita compatibilis, ut nul-
97 lum inferatur priori societati praejudicium, excepta poena
in casu contraventionis in pactum deducta, quae semper
98 debetur; et casus hic posset contingere, si ejus opera consi-
steret in eundo ad nundinas in certis anni temporibus, nam
in reliquis temporibus non sit ei alia invidenda negotiatio:
vel si ad nundinas eundo, diversa alia pro se, atque aliis
99 iniret negotia; quod si ita ejusdem socii distrahatur opera,
ut ipsi primae societati praejudicium inferat, puta si quo-
tidianam praestare operam cogitur in fundaco, apotheca, et
similibus, et hoc posteriore casu, sarcire damnum sociis te-
netur, nec secus posset, salva conscientia, indemnis abire
100 *Molin. de justit. et jur. tract* 2. *disput.* 419. *per totam,
Castro Palao oper. moral. disput.* 8. *punct.* 8. *n.* 2. *et* 3.
tom. 6. *Bonaccina opera moralia disp* 3. *quaest.* 6. *punct.*
1. *n.* 4. *tom.* 2.

Sumptus vero omnes in causam societatis, necessarii,
puta eundo, equitando, peregrinando, navigando, atque
hujusmodi alios sumptus necessarios faciendo, is qui po-
101 nit operam societati pro certo imputat, et a lucro sub-
ducit, nam ea, quae docet Ulpianus *in l. si non fue-*
Zanchio

rint 29. §. 1. *in fin. ff. pro socio* videlicet = *si solus navi-
get, si solus peregrinetur, si pericula subeat solus* = haec
ad operam, industriamve personalem, quae ejusdem socii
propria est, non ad sumptus in id necessarios, qui communes
sunt, referuntur, ita ut, excepto in contrarium pacto, vel 102
peculiari consuetudine, quod, quaeve servari debet, hujus-
modi sumptus, et alii, siqui sunt similes ex causa, et in cau-
sam societatis facti, communes sint ipsi, quemadmodum
etiam alteri socio, qui pecuniam contulit *Bartol. in l.* 1. 103
n. 25. *et* 26. *ibique Cynus* n. 4. *c. pro socio Scheneinde-
vvin. in §. de illa n.* 7. *instit. de societ. Less. de just., et
jur. lib* 2. *cap.* 26. *n.* 34. *ad seq. Molin. eod. tract. di-
sput.* 418. n. 1. *et per tot. tom.* 2. *Franch. Marc. decis.
delphin.* 890. n. 3. 5. et 6. *tom.* 1. quibus in locis complu-
ra enumerantur expensarum capita non inutiliter videnda, 104
exceptis illis quotidianis expensis, puta cibi, et potus, quas
alias, qui peregrinando operam praestat, se domi continens
facturus fuisset, *Schneidevvin. in d. §. de illa n.* 7. *inst.* 105
de soc. Less. de just., et *jur. lib.* 2. *c.* 26. *dub.* 4. n. 35.
Molin. loc. prox. cit. n. 2. hoc tamen intelligitur, quam-
diu socius domi est, non tum cum societatis causa peregri-
natur, nam tunc quotidiani etiam sumptus cibi, et potus
de communi debentur *ad textum in l. si fratres* 53 §. 106
siquis ex sociis ff. pro socio ibi = *Viatica igitur etc. recte
imputabit* = hoc est cibaria *Felic. de societ. cap.* 27. *n.* 17.
Ferrar. biblioth. can. civ. verbo viaticum num. 1. *et* 2.
quamvis ille socius plusculam impenderit et rationem assi-
gnat *Faber. in d. l. si fratres §. siquis ex sociis ff. pro so-
cio.* Ergo si socius ex causa societatis infirmatur, de com-
muni etiam curandus est *Felic. de societ. d. cap.* 27. n. 7. 107
Amplia si infirmatur is etiam, quem socius pro indigentiis
societatis secum duxit *Felic. loc. cit. n* 11.

Quoad eum vero, qui confert pecuniam in societate, per- 108
tinet, legibus et ipse subest socialibus, ita ut nequeat a
contractu recedere ne eo si pacto quidem societatem coierit,
ut liceret sibi pecuniam collatam quandocumque repetere,
nam nisi sit finita societas, vel per absolutionem negotii,
vel per temporis praestituti lapsum, vel per mortem socii,
pactum non valet, et repetitio non datur *Jo. Lopez. in cap.* 109
per vestras §. 11. *n.* 12. *de donat. inter vir., et uxor. fol.
mihi* 268. *Mantica de tacit.*, *et ombig. lib.* 6. *tit.* 24. *n.*
17. *tom.* 1. Quid si socius pollicitam pecuniam nullam po-
suit, vel dimidiatam posuit? Et patet, eum teneri socio,
qui operam ponere est paratus, ad id quod sua interest,
pecuniam non fuisse in toto collatam *Carocc. de locato, et* 110
conducto tit. de socio personam exercente quaest. 2. n. 3.
Costa de ratione ratae quaest. 48. *n.* 8. *Menoch. de ar-
bitr. cons.* 125. *n.* 4. *lib.* 1. *Montica de tacit.*, et *ambig.
lib.* 6. *tit.* 14. *n.* 38. *Panimoll. decis.* 152. *in annot.* 1.
n. 54. *et* 55. *tom.* 3. *Felic. de societate cap.* 15. *num.* 24.
et 83. *Sabell.* in *summa verbo societas* n. 38. *Ansald. de
commerc., et mercat. disc.* 74. *n.* 9. et 10. *Rota dec.* 177.
n. 3. *cor. Bichio* nisi alter socius remiserit, vel expresse,
vel etiam tacite quodcumque ejus interesse, puta non pro-
testando, sed tacendo, se contentum de minori summa col-
lata praebuerit, aut qualitercumque etiam juri suo renun-
ciaverit *de Valent. de contract. vot.* 18 n. 134 *ad* 138. nam 111
societas potest in minimo etiam capitali consistere *Mans.
cons. for.* 53. *n.* 33. *tom.* 1. 112

Quid praeterea si pecunia semel collata, durante socie-
tate perierit, an talis socius iterum teneatur eam ponere? 113
Si tota quidem pecunia, vel res in societatem collata pe-
rierit, et cum hoc casu finita videatur societas *l. verum n.* 114
64. §. *fin. ff. pro socio*, ideo non eam socius ponere denuo
compellitur. *Glossa in l. si non fuerint* 29. *lit. M. verbo* 115
solus ff. eod. tit. et glossa pariter in l. 1. *verbo obtinuit
lit. G. et Cyn. in ead. l.* 1. n. 3. *c. eod. Ferrar. in pract.
Papi in rubr. de forma libelli in causa societatis verbo
ad dividendum* n. 3. *fol. mihi* 354. *Angel. de Perigl. de
societ. part.* 1. *n.* 14. Quid si non tota res, vel pecunia,
sed pars illius tantum perierit? De jure in eo, quod reli-
quum est durat societas *l. verum §. societas ff. pro socio* 116
Rota in decis. 224. n. 6. *cor. Bichio.* Ad rem tamen ces-
sante semper in contrarium pacto, ita distinguitur; aut pe-
cunia, quae superest est ad societatem utilis, ac plenum 117
ponenti industriam, praebere potest compendium, et hoc
priore casu, durat societas, nec qui pecuniam integram se-
mel posuit, cogitur reponere, seu supplere; aut inutilis ea 118

pecunia est, seu res, quae salva remanet, minus apta ad
praestandum, operam conferenti, speratum emolumentum,
dignoscitur, puta quis tantula res, vel pecunia sit, quae
superest, et hoc posteriore casu, qui pecuniam posuit, te-
netur reponere, ac societatem, ad primaevum pecuniae sta-
tum, integrare, aut verius eamdem societatem peremptam
119 habere, ita decisum videtur per *Rotam in dec.* 69. n. 18.
et 19. *cum seq cor. Merlin.* repetita *in Dec. part.* 4. *tom.*
2. *dec.* 454. n. 18. *ad seq.*

Doctores vero in hac quaestione, subsumendo quaerunt;
cujus sit periculum pecuniae, uti supra, deperditae? At-
que tenent, damnum esse commune, si pecuniae periculum
a oto praestationem operae contingat, ne secus contractus
claudicet, solius autem conferentis pecuniam erit pericu-
lum, si hoc eveniat post caeptam operae praestationem, hu-
120 jusque sententiae sunt *Bald.* in *l.* 1. *n.* 21. *c. pro socio*,
Cynus in *eodem l.* 1. *num.* 3. *c. eod. tit. Ferror. practic.*
Papien. in rubrica de forma libelli in causa societ. verbo
ad dividendum. n. 3. *et* 4. *fol. mihi* 354. *Fachin. contr.*
jur. lib. 2. *cap.* 96. *vers. secunda sententia.* Equidem vero,
cum nihil hac in re pactum habeatur, nam si habetur, ser-
121 vandum est *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 5. *n.* 19.
fere per tot. tom. 1. resolutionem quaestionis a superius
jacta distinctione repeterem; hoc est, aut pecuniae domi-
nium reperitur, vel ex pacto, vel ex qualitate operae eidem
122 pecuniae respondenti, communicatum, aut non communi-
catum, si primum, pecuniae amissionem, sit haec in toto,
sit in parte, utriusque socii esse; sin autem secundum, so-
lius conferentis esse pecuniae damnum, regula juris mili-
123 tante, ut res, domini sui semper pereat periculo *l. pignus*
8. *c. de pignorat. act. Michalor. de fratrib. part.* 3. *cap.*
59. *num.* 9.

Hinc alia quaestio: si augeatur pecunia in societatem
collata, cujus debeat esse in fine societatis augmentum,
tam quoad sortem, quam quoad utilia? Distinguendum
124 est; aut pecuniae augumentum est in valore ipsius pecu-
niae, aut in ejusdem pecuniae quantitate; si in augumento
pecuniae extrinsecus adveniente, puta quis princeps illam
talem monetam, post caeptam societatem pluris aestimari,
ac valere indixerit, et hoc priore casu, augumentum esse
commune, quamvis, qui eam contulit, dominium pecuniae
125 retineat, ita tenet *Bonaccina opera moralia disp.* 3. *pun-*
ct. 3. *n.* 13. *et punct.* 5. *n.* 8. *tom.* 2. Placent mihi funda-
menta ibidem adducta, quibus hoc equidem addo, videlicet,
spectandum quoque putarem, an durante societate is, qui
posuit operam, jus habeat petendi ab eo, qui posuit pecu-
niam, ut integram refunderet, seu suppleret, et in societa-
tem immitteret, si eadem pecunia jussu principis esset,
quoad valorem, diminuta, ut sic majora utilia ex sua indu-
126 stria, illaque majore pecunia consequeretur; et sicuti supe-
rius proxime demonstratum est, partialem pecuniae socia-
lis deperitionem, parvi fieri, si ea quae superest, apta est
ad negotium societatis prosequendum, despecto illo majore
compendio, caeteroquin modico; ita mihi videbatur in ca-
su nuper posito dicendum, nempe ut augumentum illud
pecuniae extrinsecum quod semper modicum esse assolet,
127 despici mereatur, et is qui pecuniam posuit, in fine socie-
tatis consequi pecuniam suam valori primaevo responden-
128 tem; de his namque minimis non curat Praetor, *argum.*
textus in *l. scio.* 4. *ff. de integr. restit.* praesertim in hoc
129 societatis contractu, in quo socii jure quodam fraternitatis
ligantur. *l. verum* 64. *sub princ. ff. pro socio*, nec ideo de-
130 bent sese inter acerbe tractare *Jov. de contract. min.*
gloss. 25. §. 13. *n.* 133. sed ex aequo, bonoque ita rem agi,
ut aequitas ipsis sociis continuo sit prae oculis, tamquam
speculum divinae, et nobilis bonitatis, prout emphatice ad-
131 notavit *Gratian. disc. for cap.* 728. *n.* 15. *et* 16. *tom.* 4.

Quod si pecuniae augumentum, ut alteram expleam di-
stinctionis partem, stet in quantitate, seu in summa, ea,
quam alter socius pollicitus fuit, majore, puta conferre de-
132 bebat centum, et ducenta contulit; nam hoc posteriore ca-
su, videtur aequitati consentaneum, ut ei majus lucrum
arbitrio judicis attribuatur, si alter praecipue socius sci-
133 verit *Carocc. de locato, et conduct. tit. de totio personam*
exercente quaest. 2. *n.* 33. *in fin Menoch. de arbitr. cas.* 125.
n. 4. *et* 5. *lib.* 2. *Petr. de Ubald. de duob. fratrib. part.* 5.
n. 23. *Panimoll. dec.* 152. *in annot.* 1. *n.* 54., *et* 55. *t.* 3.
in eoque conclusio haec fundatur principio, quod qui plus
in societate confert, seu ponit, plus etiam lucratur *Bald.* 134
in l. 1. *n.* 2. *c. pro socio*, *Bruneman.* in *l.* 4. *n.* 3. *c. eod.*
tit. Botta cons. 94. *n.* 2. *Decian. respons.* 39. *n.* 3. 13. 16.
cum seq. Carocc. de locato, et conducto loco prox. cit.
n. 14. *Hevia de commerc. terrestr. cap.* 3. *n.* 11. *Micha-*
lor. de fratrib. part. 2. *cap.* 7. n. 8. *et* 9. *Valent. de*
contract. vot. 18. n. 2. 15. 21. *et* 151. *Rota in Romana*
societatis super reservatis 6. *decembris* 1754. §. 8. *et* 10.
coram cl. mem. card. Caprara. Imo vero hoc ipsum est in
jure receptum, licet ipse, qui ponit operam, capitale socie-
tatis de suo adauxerit, et insuper alter socius etiam igno-
raverit. *Felic. de societ. cap.* 15. *n.* 80. *Valent. de con-* 135
tract. vot. 18 *n.* 182. 183. *cum seq.*

Eleganter etiam quaeritur, an qui pecuniam contulit
possit certum quid annuum lucri sui nomine, citra vitium
convenire? Ea mihi alias data, placet distinctio: aut lucrum 136
certum deducitur in pactum per modum quotae, puta quar-
ta, quinta, aut alia deinceps lucri per se incerti pars, et hoc
priore casu manet societas, pactumque subsistit, propter
periculum majoris, vel minoris lucri societati cohaerens
Mantica de tacit., et ambig. lib. 6. *tit.* 6. n. 11. *et tit.* 7. 137
n. 1. *tom.* 1. Aut certi lucri stipulatio est in quantitate,
puta in quatuor, quinque, aut sex in singula centum, et
hoc posteriore casu non erit societas, sed potius innomina-
tus contractus, *ad textum in l. si tibi* 13. *ff. de praescript.* 138
verb. ibi » societas non videtur in eo contracta, quod se non
» admisit socium distractionis, sed sibi pretium certum ex-
» cepit » nisi hujusmodi certa, ac determinata quantitas sit 139
diminutioni, aut incertitudini obnoxia, puta quis sit sti-
pulatus in casu, quo operam praestans centum, aut mille lu-
cretur, ita ut tali, tantoque lucro designato cessante, aut
diminuatur, aut etiam cesset illa certa, ac determinata quan-
titas, nam propter hanc incertitudinem forte contingibilem,
societas haec erit nihilominus, viribusque subsistet *Man-* 140
tica de tacit., et ambig. lib. 6. *tit.* 7. n. 2. *tom.* 1.

Sunt tamen, qui hujusmodi posteriori conventioni, vi-
tium foenoris appingunt; ut per *Mantica de tacit. et am-*
big. d. lib. 6. *tit.* 7. *n.* 3. quod tamen verum dicerem, si 141
nullum pecuniae collator, illius subiret periculum, sed ca-
pitale, salvum haberet; stante autem, periculo pecuniae,
vel sortis, vel utilium quoque foenus abesse affirmarem,
propterea nempe quod licet = cum *societas contrahitur*, 142
tam lucri. quam damni communio initur = sont verba
textus *in l. si unus* 68. *ff. pro socio* nihilominus taxativa 143
partium aequalitas in societate, quamvis sit de natura. non
est tamen de substantia societatis, ut per *Capon. de pactis.* 144
et stipulat. quaest. 18. n. 3. dummodo incerta lucri, et ja-
cturae alea concurrat *Botta cons.* 21. *n.* 20. Additur quod 145
in societate assecuratio certi lucri quantitativi non prohibe-
tur, dummodo salvi capitis deficiat qualitas. nam secus,
non societas, sed alius, atque alius erit contractus *Alderis.* 146
de symbolic. contract. tit. 3. *cap.* 8. *n.* 21. totalitate au-
tem salvi capitis cessante, et societatem inesse, et usuram
abesse, non dubitarem, quia si pereat capitale, etiam fru-
ctus pereant, necesse est. veluti ad rem promiscue adver-
tunt *Bertazzol. cons.* 182. *n.* 1. 2. *ad* 5. *lib.* 1. *Bonaccina* 147
opera moralia disput. 3. *quaest.* 6. *punct.* 3. *n.* 10. *tom.*
2. *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 7. n. 3. et quo-
ties dictum est, vitiosum esse salvi capitalis pactum. hoc
intelligitur etiamsi tale non sit in toto. sed in parte dum-
taxat *Felic. de societ. cap.* 18. n. 86. *Michalor de fratri-* 148
bus part. 3. *cap.* 59. *n.* 6. *et* 28. quibus equidem non as-
sentior, quia natura societatis ita alteratur, non destruitur
ex rationibus infra indicatis *part.* 3. *cap.* 8. *n.* 32. De so- 149
cietate autem ad caput salvum, plura dixi in superiore *par.* 150
1. *cap.* 6. quae percommode possunt huic praesenti socie-
tati applicari.

Secundus societatis modus. juxta distinctionem supra tra-
ditam, est si uterque socius, utramque in societate confe- 151
rat, et operam, et pecuniam, utcumque operam ambo prae-
stantes, vel circa unum, idemque negotium. vel separatim
alter in uno, et in alio alter eam praestent, nam id huic
societati minime repugnat, ut per *Constantin. vot.* 255. *n.* 152
57. *tom.* 2. Quemadmodum etiam tertius hujus societatis
contrahendae modus est, si unus operam tantum, alter ope-
ram, simulque pecuniam conferat; nam in his modis con- 153
trahendae societatis omnibus, illud commune est. ut seclu-
so in contrarium pacto, damna, et compendia aequalia sint,

ea aequalitate tamen, quae geometrica nuncupatur, non
autem numerica, hoc est, ut unusquisque sociorum eam
154 lucri, et damni partem habeat, quae propriae cujuslibet
collationi, sit haec in pecunia, sit in opera, respondeat, *ad*
textum in l. si non fuerint 29. *in princ. ff. pro socio* ibi
» si vero placuerit, ut quis duas partes, vel tres habeat,
» alius unam, an valeat? Placet valere, si modo aliquid
» plus contulerit societati, vel pecuniae, vel operae, vel
155 » alterius rei causa » et in *l. quid enim* 81. *ff. eod. tit.* ibi
» Quid enim si Nerva constituisset, ut alter ex millesima
» parte, alter ex duabus millesimis socius esset? Illud potest
» conveniens esse boni viri arbitrio, ut non utique aequis
« partibus socii simus, veluti, si alter plus operae, indu-
156 » striae, gratiae, pecuniae in societatem collaturus erat »
et cohaerenter observant *Hartman pistor. quaest. jur. lib.*
3. *quaest.* 1. *n.* 6. *Petr. de Ubald. de duob. fratrib. part.*
4. *n.* 11. *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 14. *n.* 35.
et 36. *tom.* 1.

Atque ita intelligi debet illa generalis conclusio per mo-
dum regulae a doctoribus tradita, hoc est, ut partes lucri,
et damni in societate esse aequales debeant, videlicet, ut
qui plus contulit, sit hoc in pecunia, sit in opera, aliave
157 in re, plus etiam proportionabiliter participet, ut superius
hic *num.* 134. Quod si res dubia sit, an pecunia praevaleat
industriae, vel industria pecuniae, in capita fiet lucri, et
damni divisio, hoc est, ut dimidia pars operae, et altera
pecuniae ex aequo tribuatur, si in id praecipue consuetudo
158 vigeat localis, veluti post *textum in l. si non fuerint* 29.
in princ. ff. pro socio ibi = *si non fuerint partes societatis*
adjectae. aequas eas esse constat = ad rem late animad-
vertit *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 14. *a n.* 31.
ad plur. seq. tom. 1.

Quod si ad discretionem, vel arbitrium ejus, socialis
lucri, et damni pars, remittatur, qui pecuniam accepit, et
operam praestitit, ejus discretio vel arbitrium erit a jure,
justitia, et aequitate dirigendum, hoc est pro modo pecu-
159 niae collatae, et industriae praestitae; *ad text. in l. si so-*
cietatem 6. *ff. pro socio* ibi » si societatem mecum coieris
» ea conditione, ut partes societatis constitueres, ad boni
» viri arbitrium ea res redigenda est, et conveniens est
» viri boni arbitrio, ut non utique ex aequis partibus so-
» cii simus, veluti si alter plus operae, industriae, pecu-
160 » niae in societatem collaturus sit » Atque observat etiam
Angel. de perigl. de societ. part. 1. *n.* 7.

Hanc vero lucri, seu damni divisionem pro modo indu-
striae, et pecuniae, aut judicis arbitrio faciendam, servari
convenit, ubi inter partes. nihil actum sit, quod si pars
lucri, damnique sit inter socios praefinita, sequenda est,
161 iniquitate pacti cessante, vel omnino aequis ea partibus
servanda, si pecunia sit initio communicata, nam talis com-
municatio, inidicio est, supparem fuisse pecuniae industriam
quo in casu, totum, nempe lucrum, et damnum, ex aequo
dividetur, sorte etiam principali comprehensa, ex *Brune-*
162 *man. in leg.* 1. *per tot. c. pro socio. Angel. de perigl. de*
societ. part. 1. *n.* 15. *Tartaglia de reservat. statutar. ar-*
tic. 59. *n.* 89. 90. *et* 91. Ex diverso autem. si pecunia non
fuerit initio communicata, et pecuniae collator capitale
suum velit finita societate repetere, hoc antea capitale est
163 separandum, eique, qui illud contulit, restituendum *Sch-*
neidewin. in §. *de illa num.* 5. *instit. de societ. Alexand.*
cons. 17. *n.* 4 *lib.* 1. *Costa de ratione ratae quaest.* 41. *n.*
4. *Panimoll. dec.* 152. *annot.* 1. *num* 53. *tom.* 3. *Jov. de*
contract. min glorr. 25. §. 13. *n.* 659. *Rot. in dec.* 238.
n. 3. *part.* 17. *recent.*

Quod si praeterea, finita societate, nihil pecuniae super-
sit, sed in nominibus debitorum stet omne negotium, tunc
qui pecuniam contulit, illa sibi magis benevisa eligit nomi-
na, de capitali suo se reintegrandi causa, habita quoque ra-
tione sumptuum supputandorum ad illa exigenda necessa-
164 riorum. *Petrus de Ubald. de duob. fratrib. part.* 2. *num.*
104. Quod si demum nihil, praeter aes alienum, finita so-
cietate supersit, ambo socii pro rata inter se alieni aeris
parte, quoad creditores vero in solidum, tenebuntur, quia
secus, qui posuit operam, tamquam fere plerumque pau-
per, non raro creditores fraudaret, ex plena manu collectis
per *Surd. decis. mantuae* 213. *num.* 8. *in fine. Panimoll.* 165
decis. 152. *in annot.* 1. *n.* 57. 58. 70. *et* 71. *tom.* 3. *Rot.*
in dec. 402. *n.* 18. *et* 19. *cor. Dunoz. Jun.*

Alii sunt doctores, qui praeter supra relatos tres contra-
hendi hanc societatem modos, alterum specialem indigi-
tant, videlicet, si quatuor sint socii, quorum unus confert
navem, vel currum; alius operam, tertius pecuniam, et
quartus personam, ut penes *Molin. de just. et jur. tract.* 166
2. *disput.* 416. *n.* 10. *Less. eod. tract. lib.* 2. *cap.* 25.
dubit. 2. *n.* 7. *ad* 12. *Ferret. de re navali lib.* 3. *n.* 88.
sed hic particularis contrahendae societatis modus non est
a praecedentibus diversus, nam qui navem, vel currum po-
nit, plerumque locator est seu mercenarius, non socius; 167
et quiqui demum sit, regula conventionis primum spectan-
da est; deinceps ea deficiente, videndum, cujus aestimatio-
nis sit capitale unius, atque alterius, sit hoc in pecunia, sit
in opera, aliave in re; ac singillatim spectandum pro lucro
captando, ac periculo subeundo, an capitalia sint initio 168
communicata, vel non juxta ea, quae superius dicta ha-
bentur, nam eisdem semper regulis quaestionum dubia 169
solvuntur.

Dum haec scribens, huc perveni; meum me invisere
amicum vidi. De mundi novitatibus primus orditur sermo;
mox matutina, assuetaque refectus sorbitione hasce, prae
me videns chartulas, qua in causa scriberem, interrogavit,
et familiaritate mea, qua jamdiu utebatur, maxima innixus,
in eas, manus injecit, atque praeinscriptum titulum objici
sibi vidit. Quid est hoc, ait, nunquid scribis de societate 170
libellum? Affirmavi; mehercule, subdit; in eo socii erimus
ambo, nam, et communi sumptu eum imprimi, et commu-
ni lucro participes fieri, omnino curabimus. Equidem vero
statim; cum haec ita pronuncias amice, principia hujus so-
cietatis ignorare, videris: ea quippe sunt haec, ut unus
operam, alter pecuniam conferat socius; ego igitur operam
praestabo, tu autem sumptus ad impressionem necessarios: 171
ne vero amicum, et socium decipiam, quod abhominor, sci-
to, hanc ita coiri societatem, cum suppar sit opera unius
pecuniae alterius, sed quis affirmabit, operam meam, tuis
pecuniis coaequalem futuram? Eja vero, tu meo libello pre-
tium dabis, quantum placet, minimum, mihi autem pro
arbitrio, librarii mercedem attribues, et ita sumptus ex bo-
no; et aequo necessarios aequabis. Ille subrisit, atque di-
scessit, ego autem, quae sunt hujus capitis reliqua, ita sum 172
prosecutus.

Privatis societatibus, commune est omnibus, socios, mor-
te alicujus, dissociari, *l. societatem* 4. *ff. pro socio* praeter- 173
quam, si operam praestans imperfectum relinquant nego-
tium, nam haeres explicare illud poterit *Munoz. de Esco-* 174
bar. de ratiocin. cap. 6. *n.* 62. hoc tamen intelligendum
ut negotium caeptum haeres, ad finem perducat, si sit ne-
gotium simplex, et unum, nec actum habeat continuum, se-
cus si continuum habeat actum, et speciem renovationis 175
praeseferat; sitque exemplo; qui posuit pecuniam, condu-
xit molendinum ad quinque annos, et in socium operae
pristinarium admisit; hic secundo, vel tertio decedit condu-
ctionis anno, ejus plane non continuat haeres, operis, seu
negotii caepti praetextu, quia in hac continuatione negotio- 176
rum interveniret renovatio: alia enim est industria patris
defuncti, alia, atque alia industria filii, seu haeredis, ita
Petr. de Ubald. de duob. fratribus part. 5. *n.* 32. Quid- 177
quid forte dici posset defendendo, non autem judicando, si
conductor, qui pecuniam posuit, decessisset, quia in eo sola
voluntas, non industria consideratur, secundum aliquos 178
ut infra *part.* 3. *cap.* 11. *n.* 22.

Qui postremo posuit operam, nequit ante dispunctam,
societatis rationem quidquam extrahere ex eadem societate
nisi aliter sit socios inter conventum, puta ut in singulos
menses, vel annos, aliquid utrinque extraheretur, *Petr. de* 179
Ubald. de duob. fratrib. part. 5. *n.* 38. *Hevia de com-*
merc. terrestr. cap. 3. *n.* 12. Dolum quoque, atque cul-
pam in hac societate, quemadmodum et in aliis, venire do-
cet *textus in l. cum duobus* 52. §. *si in coeundo ff. pro so-* 180
cio. Ferret. de re navali lib. 3. *n.* 65.

CAPUT VIII.

De Societate inter fratres.

SUMMARIUM

1. Duplex est inter fratres societatis coitio, necessaria, et voluntaria, et n. 2.
3. Quatuor, haec inter fratres societas, complectitur alias societates, hoc est vitae, particularis, generalis, et universalis.
4. Quid sit societas vitae, remissive.
5. Eadem vitae societas originem trahit e libris feudorum, et refertur textus, n. 6.
7. Doctores ex eodem texto deducunt inter fratres societatem vitae, et mensa, et effertur ratio n. 8.
9. Si duo fratres in eadem domu, ad unum panem, et unum vinum commorantur, dicitur inducta haec societas vitae, seu victus, seu mensae appellata.
10. Haec societas improprie talis nuncupatur, quia vere societas ad quaestum dirigitur.
11. Est communio illorum fructuum, seu redituum, quibuscum fratres praecipue nobiles, et alii bonis affluentes insimul vivunt.
12. Non sufficit rem esse communem, nisi intercedat societas.
13. Communio enim potest esse sine societate, societas sine communione esse non potest.
14. Haec societas vitae respicit solum collationem fructuum, in causam communis victus necessariam, quavis sublata extensione.
15. Amplia, ut siqui fructus inconsumpti remaneant, hi ad illorum respectivos dominos pertineant.
16. Huic vitae, et mensae societati non refragatur inaequalis fructuum collatio, nec si eorum alter plus fructuum contulit, habet repetitionem.
17. Limita si magna fuerit fructuum collatorum inaequalitas, nec ulla urgeat donationis praesumptio.
18. *Michalor.* contrarium tenens rejicitur, et n. 19.
20. Haec societas titulum verae societatis non habet, et ideo si fructuum consumptorum unius magna est inaequalitas, datur repetitio.
21. Hanc inaequalitatem judex arbitraturus, spectabit, an intersit remedium laesionis, vel non n. 22. et 23.
24. Spectabit etiam judex, an socius dives cum altero paupere lautius vixit, nam hujus lautioris vitae rationem non habebit judex, sed quae fratri pauperi conveniebat, et n. 25.
26. Neque attendenda distinctio *Alderisii* putantis repetitionem dari inter extraneos in hac societatem manentes, non autem inter fratres, aliosque sanguine conjunctos n. 27.
28. Duo vincula magis ligant.
29. Nam Rota Romana dat repetitionem etiam inter sanguine conjunctos, et n. 30.
31. Fraternitatis titulus ancilis inest de jure.
32. Societas particularis rite contrahitur inter fratres.
33. Et sub hac societate particulari, aeque venit illa unius negotiationis, atque unius rei, et utraque eisdem procedit regulis n. 34. et 35.
36. Et in specie societatis unius rei, dantur exempla, et remissive num. 37.
38. Et quoad societatem unius negotiationis, alia dantur exempla, at quaestus inde veniens communis est n. 39.
40. De hac societate, remissive, ubi, quae ibi procedunt regulae, eaedem hic applicantur.
41. Fratres bona paterna, ac materna pro indiviso possidentes, fructus communicant, et de lucro, et damno participant; haec particularis societatis species etiam est n. 42.
43. Et haec societas restringitur ad fructuum bonorum paternorum, et maternorum communicationem, sublata ad alia bona extensione, ne secus in aliam transeat generalem, aut universalem societatem n. 44.
45. Et ne haec societas confundatur cum simplici communione, sequitur fratrum cohabitatio, et convictus.
46. Ita ut, quidquid cum communibus frustibus fuerit quaesitum, in commune redigatur.
47. Frater quidquid pro utilitate societatis gerit, ex praesumpto alterius mandato gerit.
48. Universalis, et generalis societas inter fratres, tacite etiam coiri potest.
49. Fratres, post mortem communis patris continuantes in possessione pro indiviso, dubitatur saepe, an ea societate universali, seu generali.
50. Si fratres ita continuantes sunt nobiles, non censentur quaestuariam societatem universalem, aut generalem contraxisse, nisi clare expressarint, sed magis communionem de qua remissive n. 51.
52. Sola bonorum paternorum possessio pro indiviso inter fratres, non inducit societatem.
53. Quod si bona paterna eo animo retinuerint, ut in his lucrum, et damnum commune sentirent, tunc vel universalis, vel generalis erit societas, n. 54.
54. Refertur textus *in l. si fratres ff. pro socio* quem *Faber.* ad omnem quaestus extendit, qui ex bonis haereditariis proficiscuntur, n. 55.
56. Fratres bona paterna pro indiviso possidentes cum mutua lucrorum communicatione, hanc censetur societas generalis omnium quaestuum.
57. Eumdem textum, de quo supra n. 54. alias supra fuit n. 42 interpretatus pro societate fructuum, ita ut expositio superior *Fabri* erronea censenda sit.
58. Conciliatur utraque societas ex circumstantiis facti.
59. Societas quaedam eatenus se extendit, quatenus se agentium protrahitur actus.
60. Si fratrum animus, successivo facto confirmatus praeseferat omnium quaestuum communionem, erit generalis societas, et dantur exempla n. 61. ad 64.
65. Quod si in re rustica versentur actus, fratres, non tam bonorum, quam laborum intelliguntur socii.
66. Quod si rustici simul viventes, aut nihil, aut parum bonorum habuerint, mensae solum, et operarum socii erunt.
67. Cum his vero proxime relatis circumstantiis, universalis societas est incompatibilis.
68. Duo fratres, unus cum magna dote uxorem ducit, alter advocationis munus exercet, et ambo conferunt fructus, et respectiva honoraria, erit societas generalis absque communicatione dominii bonorum et n. 69.
70. Quod si fratrum unus solam operam cum salario negotio incubuerit, erit mercenarius, et non socius.
71. Amplia si is non fuerit ad participandum lucrum unquam admissus.
72. Regulae omnes in generali societate jactae, de qua remissive, procedunt etiam hic inter fratres.
73. Idem textus *in leg. si fratres*, aliud praebet exemplum universalis societatis inter fratres, quam voluntariam appellat consuetudinem, n. 74.
75. Et cum hac qualitate societatis universalis, interpretantur *Glossa*, *Connanus*, et *Faber*, et n. 76., et 77.
78. *Gothofredus* ibi exquirit in fratribus universaliter coire cupientibus, expressam voluntatem, ne oriatur confusio cum incidenti communione tam facile inter eos intervenire solita.
79. Plus ideo requiritur in fratribus universaliter coeuntibus, quam in extraneis.
80. Et alias jacta in contrarium regula, ut societas facilius praesumetur inter sanguine conjunctos, quam inter extraneos, procedit in societate particulari, non in universali, et n. 81.
82. A communione bonorum patrimonialium inter fratres, non bene infertur ad universalem societatem.
83. Amplia, ut nec talis vigeat illatio a successiva divisione lucrorum, sive fructuum.
84. Universalis societas inter fratres potest tacite coiri, contra *Michalor* et remissive.
85. Non quaevis tamen verborum formula apta est ad inducendam expressam universalem societatem, et certa indicantur verba, tam pro affirmativa, quam pro negativa, n. 86.
87. Universalis societas tacita inter fratres ex perspicuis probationibus inducenda est.
88. Atque ex actibus ita concludentibus, ut citra jus, et nomen universalis societatis fieri nequiverint.
89. Sola fratrum cohabitatio, item convictus, et communis bonorum possessio apta est quidem ad particularem, seu generalem, non item ad universalem societatem inducendam.
90. Nisi omnia, etiam et quaecumque lucra communicata demonstrentur, et nihil sit alterutrius fratris proprium.
91. Amplia, ut talis lucrorum communicatio debeat esse inter fratres reciproca.
92. Ad universalem societatem inter fratres tacite coeundam, certa doctores tradunt requisita, quorum uno deficiente, talis cadit societas, et remissive, eaque transibit, vel in generalem, vel in particularem, n. 93.
94. Quinque per doctores, ad hoc, assignantur requisita, et quae sint, traditur.
95. Alii tria solum indigitant, et quae sint, pari modo indicantur.
96. Sed propterea quod illa quinque insunt in his tribus, et haec tria habentur alibi satis exposita, ideo remissive n. 97.
98. Nec concursus dd. trium requisitorum destruitur, ex quo fratres in diversis se exercent negotiis, dummodo conferantur omnia, etiam beneficii fructus, reditus, et quaestus, et n. 99.
100. In fratribus universali societate conjunctis, omnia lucra, damna, atque debita communia sunt.
101. Quoad debita, *Antonell* communia esse dicit, si in causam societatis habeantur contracta, sed contra, et remissive.
102. Nam satis est ut ex causa illicita, et culposa non fuerint contracta.
103. In societate universali, omnia, quae facit unus socius, facit ex praesumpto aliorum mandato.
104. Creditor unius fratris nulliter procedit contra bona socialia, nisi probaverit universalem societatem cum dictis tribus requisitis.
Intellige tamen si executio excedit portionem debitoris, vel secuta sit deliberatio, nam secus potest fieri separatio portionis utriusque socii, seu condomini, ibid.
105. In hac societate universali inter fratres, omnia etiam futura ex beneficio fortunae delata conferuntur.
106. Nec refert alterum fratrem plus initio conferre, et alterum minus.
107. Et quod dicitur, societatem ibi non esse, in qua nihil ab uno confertur, hoc intelligitur in societate particulari, et quando ne industria quidem confertur, et n. 108.
109. At societas universalis inter fratres contrahitur, licet ab uno nihil conferatur, cum sufficiat spes futuri legati, aut haereditatis, aut donationis, n. 110.
111. Est tamen argumentum universalis societatis exclusivum, summa paupertas unius, et summa opulentia alterius.
112. Non refert etiam in hac societate, quod alter frater plus lucretur, alter minus, quod unus negotietur, alter non, et n. 113.

114. Praeterquod negotiatio per unum exercita solent referri ad majorem illius idoneitatem.
115. Non item refert, quod unus frater numerosiori gravetur familia, et ideo plus impendat, quam alter, et n. 116.
117. Ratio quia filii unius effecti grandiores, et laborando societati universali utilia conferunt, quod non accidit in particulari.
118. Debita contracta vivente patre, in causam studiorum, doctoratus, decurionatus, militiae unius filii, tamquam haereditaria, solvuntur de communi.
119. Debita vero ex eadem causa contracta post patris obitum solvuntur de communi, si societas fuerit universalis, secus si particularis.
120. Libri tamen pro uno fratre empti, in fine conferuntur, et dividuntur.
121. Eadem distinctio, de qua n. 119 procedit in sumptibus, non tamen excessivis, qui fiunt ex conviviis, et nuptiarum unius fratris causa.
122. Amplia in jocalibus, et vestibus pretiosis, quae exceptis vestibus quotidianis, veniunt in communem divisionem, et n. 123.
124. Aliae quaestiones circa sumptus, et acquisitiones resolvuntur juxta indolem cujusque societatis, alibi indicatam
125. Inter fratres, nulla datur societas, vivente patre; declara tamen n. 126. et remissive
127. Si patre sene, filius aetate major, negotiatur, et paternam haereditatem adaugeat, aliis filiis parvulis existentibus, aliquod ei constitui debet salarium.
128. Hanc inter fratres universalem societatem excludunt hi actus: si unus frater suo contrahat nomine; si procuratorio alterius fratris nomine administret.
129. Item si inter fratres adsit minor, et non sint servatae solemnitates statuti, atque remissive.
130. Item si utrinque lucrorum communicatio deficiat: et si unus pro alio solvens, animo se reintegrandi solverit, et n. 131.

132. A quo demum si inter fratres rationis redditio interponatur.
133. Socii, quicumque sint, habent a jure beneficium, ne ultra id, quod facere possunt conveniantur.
134. Ergo multo magis hoc servatur in fratribus sociis, inter se.
135. Limitatur si unus frater se obliget pro alio fratre ad eum liberandum indemnem, et cogatur pro eo solvere; nam frater liberatus non utetur d. beneficio.
136. Verum de hoc beneficio, ne ultra socius conveniatur ab alio, quam facere potest, remissive.
137. Inter fratres facilius inducitur societatis continuatio, quam nova ex integro coitio.
136. Mortuo uno ex fratribus societas continuata censetur inter patruum, et nepotes, licet pupillos.
139. Amplia fortius, si iidem, qui prius, administrabant, continuant administri.
140. Vel si pater moriens jusserit, filios continuare in societate cum patruo.
141. De continuatione societatis, remissive.
142 Defuncto fratre socio relictis pupillis filiis haeredibus, si horum patruus superstes res sociales distraxerit, et suo nomine negotiatus fuerit, pupillis usuras, non lucri partem debet, et n. 143.
144. Limita si negotiatus fuerit communi nomine
145. Inter omnes contrahentes bona fides requiritur, et supplantatio aversatur.
146. Amplia hoc multo magis inter fratres socios
147. Unus frater negans contraxisse societatem etiam universalem, datur ei juramentum
148. Declara si aliunde non suppetit probatio, puta ex libris socialibus, qui optime probant.
149 Fratres demum possunt etiam post mille annos divisionem petere, praescriptione sublata.

Caput hoc de societate inter fratres inscripsi, non quod
ipsi, minutionculis exceptis, socialibus non subjaceant le-
gibus, cuique socio extraneo etiam, communibus, sed quod
nonnullas societates eos inter frequentius, et quandoque
etiam citra voluntatem ineuntur: hinc bina societatis inter
1 fratres coitio, aut *necessaria*, quam fortuna conciliat, puta
si duobus, vel pluribus communiter haereditas, aut lega-
tum obveniat, et actionem communi dividundo, haec sibi
adstruit societas; aut *voluntaria*, quae nobilior est, quae-
que ex conventione expressa, vel tacita proficiscitur, et u-
tramque actionem, tam communi dividundo, quam pro so-
2 cio suppeditat *Cujac. ad l.* 52. *§. idem Papinianus ff. pro
socio. tom.* 4. *col.* 969. *lit. B. C.* Utraque vero societas vo-
luntaria, ac necessaria, illas quatuor complectitur societa-
tes, de quibus suis locis egi superius, hoc est, societatem
3 vitae, particularem, generalem, et universalem; propterea
vero, quod hujusmodi societates coiri per fratres frequen-
tius assolent, veluti dicebam, ita summatim singulas earum
percurram, ut hic praesto sit non inutilis quaedam de fra-
trum societate synopsis.

De hac societate vitae, quae prima est inter fratres, in
generali societatum divisione, rationem habui superius *part.*
4 1. *cap.* 1. *n.* 91. *ad seq.* Hujus societatis origo, atque se-
men, non aliunde mutuatur, quam a *lib.* 2. *feud. tit.* 12.
De fratrib. de novo benefic. investit. ubi quod si duorum
5 fratrum alter de feudo investiatur, de eo non participet al-
ter; quod si ambo = *in casa communi post mortem patris
remanserint, id est habitaverint simul etc. fructus erunt*
6 *communes, donec simul habitaverint* = sunt verba indicati
textus lib. 2. *feud.* quo ex textu doctores constituerunt re-
7 gulam societatis vitae, seu mensae, de qua nunc agitur,
forte quia ex illo voluntario fratrum consortio, quaedam
illucet animorum communio, circa illos tamen voluntarios
8 mensae actus restricta, qui se extrinsecus exhibent; unde
illa communiter recepta conclusio, ut si duo, pluresve fra-
tres in eadem domo ad unum panem, et vinum, ut vulgo
dicitur, commorantur, haec societas vitae, seu victus, seu
9 mensae appelletur, ut praeter allegatos in *d. part.* 1. *cap.*
1. *n.* 91. *ad seq.* identidem advertunt *Bald. in l. fin. n.* 2.
c. de collat. Mascard. de probat. conclus. 1309. *n.* 24. *vol.*
3. *Ubald. de duob. fratrib. part.* 3. *n.* 22. *Angel. de con-
fess. lib.* 2. *quaest.* 73. *n.* 2. *vers. nam quando Michalor
de fratrib. part.* 2. *cap.* 1. *n.* 10., *et iterum cap.* 4. *n.* 7.

Haec tamen societas improprie talis dicitur quia vera so-
10 cietas ad negotiationem quaestuariam dirigitur; hic autem
simplex communio praesupponitur illorum fructuum, et
redditnum, quibuscum fratres praecipue nobiles, aut bo-
11 nis affluentes vitam simul agunt ex *Menoch. de praesumpt.
lib.* 3. *praesumpt.* 56. *n.* 20. *Carpan. ad statut. Mediolan.
cap.* 483. *n.* 2. *tom.* 2. Nec enim sufficit rem esse commu-
nem, nisi societas intercedat, communiter autem res agi
potest etiam citra societatem, sunt verba textus *in l. ut sit*
12 31. *ff pro socio.* Unde est vulgata conclusio, ut societas
sine communione esse non possit, communio autem sine so-
cietate, possit, ex *Michalor de fratrib. part.* 2. *c.* 6. *n.* 6. 13
Rota in decis. 51. *n.* 24. *cor. Arguell. et in dec.* 129. *n.*
16. *et* 17. *part.* 10. *recent.* Quamobrem nostra vitae so-
cietas, seu communio in communi domo, et mensa consi-
stens respicit tantum collationem fructuum in causam com-
munis victus necessariam, et non extenditur ad aliam so-
cietatem bonorum, seu quaestuum, ut per *Rot. in decis.* 14
1813. *n.* 32. *cor. Coccino*, minusque extenditur ad illos
utriusque socii bonorum fructus, qui nondum remanent
consumpti, nam hi ad illorum respectivos dominos indubie 15
pertinent. *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 11. *n.* 14.
Michalor. de fratrib. part. 2. *cap.* 5. *num.* 6. *Alderis. de
simbolic. contract. tit.* 3. *cap.* 7. *n.* 54.

Praeterea haec vitae, seu mensae societas non exigit, quod
talis fructuum collatio aequalis sit, sed potest plus alter,
minus alter ponere, sublata ei, qui plus contulit, repetendi 16
actione *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *cas.* 127. *n.* 9. *ad seq.
Gratian. discept. for. cap.* 160. *n.* 15. *cum seq. Carol.
Ant. de Luca ibid. n.* 9. *Michalor. de fratrib. part.* 2.
cap. 4. *n.* 8. *Rota in dec.* 301. *n.* 5. *tom.* 3. *in nuperrim.*
nisi tamen magna fuerit collationis inaequalitas, nullaque in
plus expendente urgeat donationis praesumptio, puta quia
valde dives sit, qui plus posuit *Mantica de tacit. et ambig.* 17
lib. 6. *tit.* 11. *n.* 16. *Menoch. loco prox. cit. Felic. de so-
ciet. cap.* 27. *n.* 66. *cum seq. Rota in dec.* 159. *n.* 9. *et* 10.
coram Buratto, in quam doctorum, et Rotae Romanae
sententiam abeo equidem, quidquid in contrarium dicat *Mi-
chalor. de fratrib. part.* 2. *cap.* 5. *n.* 8. *et per tot.* inquiens 18
eum de fructibus jam collatis, et ideo consumptis agitur,
collationem, et respectivam illorum consumptionem jure so-
cietatis evenisse, sibique alterum socium, qui plus, etiamsi 19
magnum contulit, imputare debere; nam jam superius pro-
xime demonstravi, verum societatis titulum hic desiderari,
ita ut concludi jure videatur, collationem fructuum com-
muni mensa in longe majore quantitate consumptorum ar-
bitrio judicis repeti, nisi talis repetitio aliqua compensione 20
excludatur *Rota in decis.* 408. *n.* 3. *et in decis.* 467. *n.* 11.
et 12. *coram Buratto.*

Sed quomodo judex hanc majorem fructuum collatorum,
et respective consumptorum quantitatem, ad attribuendam
repetitionem, aptam, arbitrabitur? Profecto sit haec vera, 21
sit impropria societas, sit rursus contractus innominatus;
communio semper erit non sine consensu fratrum coita, eo-
que singillatim directa, ut ipsi mutuo fructuum, aut labo-
rum collatione viverent; equidem propterea ad terminos
l. 2. *c. de rescind., vendit.* rem esse redigendam existimo,
ut si fratrum alter ultra dimidiam ejus contulit, quod, ha-
bita prae oculis aequalitate, conferre tenebatur, repetitio
detur; haec vero excludatur, si deficiat ultra dimidiam
excessus, vel ultra tertiam de statuto urbis, atque ita etiam
sentire videntur *Mantica de tacit., et ambig. lib.* 6. *tit.* 22
11. *n.* 16. *Alderis. de symbolic. contract. tit.* 3. *c.* 7. *n.*

55. *circa fin.* Partes autem judicis in arbitrando, illos etiam
putaverim, ut si duorum fratrum alter sit valde dives, pau-
24 per vero alter, seu familia gravatus, et ambo opipare vixe-
rint, non imputaverit socio pauperi quantum vere fuit im-
pensum, sed quantum pro se hic impendere poterat, et ad
suam conditionem, ratione habita, debebat; nam si frater
dives cibis quotidie delicatis vivere, et famulo comitari vo-
25 luit vix fratri pauperi talem vitam lautiorem imputandam
dicerem.

Neque ab his ita constitutis recedendum puto, propter
distinctionem quam in societate vitae, seu mensae inter
26 fratres, ab alia societate inter extraneos facit *Alderis. de
symbolic. contract. tit.* 3. *cap.* 7. *n.* 56., videlicet, ut plus
expendenti, si illud magnum sit, detur repetitio in societate
inter extraneos coita, in quibus solus nexus socialis inter-
27 venit, non ita inter fratres, in quibus praeter sociale vin-
culum, alterum quoque sanguinis concurrit, duo enim vin-
28 cula, ait, magis ligant, *ad textum in cap.* 1. *de tregua,
et pace.* Nam *Rota Romana* in superius citata *dec.* 159. *n.*
9. *et* 10. *cor. Buratto*, conclusionem supra jactam statuit
in societate, vitae seu mensae inter sanguine etiam conjun-
29 ctos inita, hoc est inter socerum, et generum; patet autem,
socerum, patris, generum vero filii locum obtinere *ad te-
30 xtum in l. quia parentis* 16. *ff. soluto matrim.*, et latissime
Cujac. ad lib. 42. *digestor. tit.* 1. *de Re judicata in l.
sunt qui* 16. *tom.* 10. *col.* 1225. *lit. E.* eoque amplius, ut
ne si quaeratur quidem fraternitatis titulos, desideretur,
31 tamquam sociis ubique omnibus ab Ulpiano attributus *in
l. verum* 64. *sub princ. ff. pro socio.*

32 Societatem particularem contrahi posse inter fratres,
nulla dubitatio est; hac sub particularis societatis specie
vero, contineri alteram unius rei, et alteram unius nego-
33 tiationis significavimus in superiore *cap.* 6. *n.* 7. 8. *et* 9.
hujus secundae partis, ubi illa specialiter est, et tamquam
34 per *textum in l. societas* 5. *ff. pro socio*, nominatim di-
stincta, retinenda est, quamquam iisdem consistat regulis,
quibus altera unius negotiationis procedit, veluti etiam
35 animadvertit *Michalor. de fratrib. part.* 2. *cap.* 1. *n.* 14.
et casus est, si duo, vel plures fratres separatim viventes
unam domum coemant, et pro virili pensiones lucrifaciant;
fundum conducant, et aequaliter fructus percipiant; equum
acquirant, eoque simul, communiterque utantur, juxta
36 *textum in l. actione* 66. *ff. pro socio. Vinn. ad rubricam
instit. de societ. sub princ.* Alia hujus societatis prostant
exempla in superiore *cap.* 6. *n.* 99. *ad seq.* hujus secundae
partis. ubi quae regulae, et conclusiones ibi indicantur,
37 easdem ad unam omnes, fratribus accomodari, non dubium.

Altera societatis specie, sub eadem particulari, contenta,
unius negotiationis dicitur, veluti si negotium vini, aut
olei, aut frumenti, aut animalium certi generis, puta sui-
norum, et hujusmodi, fratres ineant, ut ex illa determina-
38 ta negotiatione, hoc est emendo, vendendoque, lucrum fa-
ciant; nam lucrum pariter, atque damnum, siquod ex ea
negotiatione obvenit, commune esse oportet, prout singil-
39 latim tractant *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 3. *n.*
4. *et* 5 *tom.* 1. *Petr. Ubald. de duob. fratrib. part.* 3. *n.*
25. *Michalor. de fratrib. part.* 2. *cap.* 1. *n.* 13. alia exem-
pla hujus societatis exscripsi in *d. cap.* 6. *n.* 9. *ad seq.* hu-
jus secundae partis, in qua pari modo regulae, conclusio-
nes, limitationesque ibi generaliter appositae aeque jure
40 fratribus, quemadmodum extraneis, aptantur.

Ad hanc particularem societatem, addenda quoque est
altera fructuum bonorum forte paternorum per fratres pro
indiviso possessorum, idque sane accidit cum fratres patri,
ac matri etiam ex aequo succedunt, et hujusmodi bona pa-
terna, atque materna eo retinent animo, ut illorum fructus
vice mutua communicent, lucrumque, damnumque inde
41 proficiscens communiter sentiant, juxta casum *textus in l.
si fratres* 53. *in princ. ff. pro socio.* ibi » si fratres paren-
» tum indivisas haereditates ideo retinuerint, ut emolu-
» mentum, et damnum in his commune sentirent, quod
42 » aliunde quaesierint in commune non redigetur » haec
postrema verba *quod aliunde quaesierint in commune non
redigetur* = satis indicant, hanc fructuum, et emolumento-
rum societatem ad fructus bonorum tantum paternorum, et
maternorum, pro indiviso possessorum taxative restringi,
non ad dominii eorumdem bonorum paternorum communi-
43 cationem, minusque ad alios quaestus extra dd. bona factos
aut faciendos extendi, nam secus alia. atque alia, nempe
44 vel generalis, vel universalis etiam erit societas, ita *Mant.
de tac., et ambig. lib.* 6. *tit.* 3. *n.* 3. *tom.* 1. *Muscard. de
probat. conc.* 31. *n.* 7. *vol.* 1. *Petr. de Ubald. de duob.
fratrib. part.* 3. *n.* 24. *cum duob. seq. Michalor. de fra-
trib. part.* 2. *cap.* 6. *per tot.* ubi quod, ne haec societas
cum altera communionis nomine distincta confundatur, re-
quiritur fratrum cohabitatio, et convictus, et quidquid per 45
unum ex fratribus fuerit post hanc societatem fructuum
initam quaesitum, ex eisdem fructibus haereditariis, atque
socialibus praesumetur quaesitum *Muscard. de probat. d.* 46
conclus. 31. *n.* 1. *vol.* 1. nam in his, quae pertinent ad
utilitatem societatis, frater quidquid gerit ex praesumpto
mandato alterius fratris gerit *Michalor. de fratrib. part.* 47
2. *cap.* 8. *n.* 8.

Non modica vero versatur difficultas circa reliquas duas
societates, universalem, atque generalem; nam cum utra-
que tacite etiam coiri possit inter fratres. *Zanius in l. si* 48
unus n. 7. *ff. de pact. Crott. cons.* 40. *n.* 7. *ad* 11. *tom.* 1.
Alderis. de symbolic. contract. tit. 3. *cap.* 7. *n.* 57. *et* 58.
Mantica de tacit., et ambig. lib. 6. *tit* 2. *n.* 4. *Calcagnin.
ad mater. feudal. observat.* 18. *n.* 23. *Rota dec.* 504. *n.*
5. *coram Caprara, et in Romana societatis* 15. *aprilis*
1738. §. *consonant cor. cl. mem. Card. Millino*, hinc pro-
pterea quod saepe saepius fratres post obitum communis pa-
tris in communi possessione bonorum paternorum ad ali-
quot annos promiscue continuant, dubium oritur, an illa
communio, seu societas sit universorum bonorum, seu sin-
gia universorum quaestum. Doctores qualitatem fratrum 49
primo considerant, ut si hi nobiles sint, bonisque affluen-
tes, tametsi post obitum eorum patris in possessione bono-
rum communiter continuent, nullam societatem contraxisse
affirment, nisi caeu, aut lingua nuncupata hujusmodi fra-
tres expresserint, aut quaestuaria negotiatione significave-
rint, ita *Alciat. in regul.* 1. *praesumptionum praesumpt.* 50
25. *n.* 1. *et* 2. *Cassan. in consuet. Burgund. rubric.* 7. §.
5. *vers. secunda principalis pag. mihi* 964. *Mascard. de
probat. conclus.* 31. *n.* 2. *vol.* 1. et hujusmodi consortium
fraternum referri ad summum poterit ad illam communio-
nem bonorum, improprie societatis titulo nuncupatam, de
qua in superiore *part.* 1. *cap.* 7. et huc pertinet illa conclu 51
sio, ut sola bonorum paternorum pro indiviso inter fratres
possessio, societatem non arguat ex *Bartol. in l. Titiam* 48. 52
§. *altero sub n.* 5. *vers. primo casu ff. de administr., et
peric. tut. Corpun. ad statut. mediolan. cap.* 483. *n.* 28.
tom. 2. *Menoch. de praesumpt. lib.* 3. *praesumpt.* 56. *n.*
20. *Angel. de confess. lib.* 2. *quaest.* 73. *sub n.* 2. *vers.
nam quando Alderis. de symbolic. contract. tit.* 3. *cap.*
7. *n.* 57. *Cirocc. discept. for.* 67. *n.* 51. *Rota dec.* 129.
n. 16. *part.* 10. *rec. et in dec.* 51. *n.* 23. *cor. Arguell.*

Quod si fratres, quicumque fuerint, etiam nobiles, eo
paternam haereditatem animo in communi retinuerint, ut
emolumentum, et damnum in his bonis commune senti-
rent, tunc generalis, seu universorum quaestuum erit so-
cietas, ita Papinianus in *l. si fratres* 53. *in princ. ff. pro* 53
socio ibi » si fratres parentum indivisas haereditates ideo
» retinuerint, ut emolumentum, ac damnum in his com-
» mune sentirent, quod aliunde quaesierint in commune
» non redigetur » Faber ibidem hunc textum refert ad 54
societatem simpliciter contractam, hoc est ad omnes quae-
stus, qui ex eisdem bonis haereditariis, eorum operae, in-
dustriaeque conjunctis proficiscuntur, nulla habita ratione 55
de bonis aliunde quaesitis; et huc spectat similiter altera
conclusio, quod si retentioni bonorum pro indiviso inter
fratres possessorum adjiciatur mutua fructuum, lucrorum-
que communicatio, haec sit, atque intelligatur generalis,
seu quaestuum omnium societas *Alciat. de praesumption.* 56
reg. 1. *praesumpt.* 25. *n.* 2 *Ancharan. cons.* 149. *n.* 1. 2.
et 4. *Mantica de tacit., et ambig. lib.* 6. *tit.* 10. *num* 11.
Ciarlin contr. for. cap. 177. *n.* 4. *Antonel. de temp. le-
gal. lib.* 2. *cap.* 109. *n.* 9. *et* 12. *Cyriac. contr. for.* 504.
n. 75. *Cirocc. discept. for.* 67. *n.* 55. *Rot. dec.* 51. *n.* 7.
cor. Arguell.

Hunc equidem ipsum textum *l. si fratres*, ad societatem
fructuum bonorum paternorum, et maternorum inter fratres
pro indiviso possessorum, paulo ante retuli; ergo, aut a me
erratum supra est, aut erravit *Faber.* loco proxime citatus; 57
nihil profecto minus, nam cum una societas cum altera con-
fundi videatur, id spectandum, quid fratres coeundo volue-
rint, idque etiam, quod temporis progressu egerint, rectum-
que judicium conjecturae praestabunt, ut si societas ad
solam bonorum fructuum communicationem redigatur,

58 omnium fructuum bonorum societas indubie fuerit; quod
si ad quaestuum quoque aliunde proficiscentium communicatio
se extenderit, non haesitaverim, hanc generalem
societatem coitam affirmare, eatenus enim se extendit societas,
quatenus se egentium actus protrahuntur, prout ele-
59 genter, et vere animadvertunt *Mantica de tacit. et ambig.
lib.* 6 *tit.* 10. *n.* 27. 34. *et* 35. *tom.* 1. *Cyriac. contr. for.*
470. *n.* 22. *ad* 25. *tom.* 3. *Michalor. de fratribus part.* 2.
cap. 3. *n.* 25. *ad fin.*

Quamobrem si fratrum contrahentium animus successivo
facto confirmatus, prae se id tulerit; ut ipsi omnium quaestuum
undecumque provenientium communicare intellexerint,
vix dubitatio subest minima, quin haec generalis di-
60 catur contracta societas; atque exemplo, dum sunt fratres
una viventes, qui eorum bona in communi possident, illo-
61 rumque fructus vice mutua communicant; similiter ambo
agrum conducunt, eumque vel ligonizando, vel arando
62 etiam colunt; praeterea animalia emunt, ac vendunt, et
complura alia hujus generis ad quaestum directa, pro ipso-
63 rum industria faciunt; sicuti porro hujusmodi negotiatio,
non est ad hoc, vel illud negotium limitate restrictum, sed
ad complura negotia quaestuaria, de quibus idonei sunt,
extensa, ita indole sua generalem omnium quaestuum so-
64 cietatem demonstrant *Petr. Ubald. de duob. fratrib.
part.* 3. *n.* 25. *ad* 28. Atque inter hujusmodi fratres non
tam bonorum, quam laborum quoque intelligetur contracta
65 societas, ut per *Rotam in decis.* 145. *n.* 4. *post Constantin.
ad stat. urb. tom.* 3. Quod si rustici simul viventes, aut nihil,
aut parum bonorum habuerint, mensae solum, et ope-
66 rarum societatem contraxisse intelligentur *Michalor. de
fratrib. part.* 2. *c.* 35. *n.* 51. non autem universalem societatem
cum his circumstantiis fere incompatibilem *Carol.
67 Ant. de Luca ad Grat. disc. for. c.* 993. *n.* 2.

Neque est dissimilis alter casus, in quo si duo fratres habent
bona communia, eorum alter cum magna dote uxorem
duxit, et alter advocationi suam navavit operam, uterque
tamen in unum contulit, tam dotis fructus, quam respecti-
68 ve honoraria; haec et fructuum, et quaestuum communicatio
est, non capitalium, quorum penes unumquemque illorum
remanet dominium, nisi aliter ipsi lingua nuncupata
69 expresserint, ex *Gratian. discept. for. cap.* 993. *n.* 9. *Jov.
de contract. min. gloss.* 25. §. 13. *n.* 143. Contra vero, si
fratrum unus negotio incubuerit, nihil praeter operam suam
contulerit, imo salarium a fratribus acceperit, vix dubitandum
de ejus qualitate mercenaria, non autem sociali, ut
70 per *Cephal. cons.* 340. *n.* 16. *tom.* 3. et ad hoc redundat,
ut nihil ei lucrorum alii fratres communicaverint, ut juvenis
potius a negotio, quam socius existimetur, maxime si
71 imberbis fuerit *Rota in decis.* 228. *n.* 19. *et* 20. *coram
Prialo.* Circa hanc denique generalem, vel omnium quaestuum
inter fratres societatem, de qua hactenus proxime,
repeti, ac retineri ea omnia possunt commode, quae latius
72 dicta sunt in superiore *cap.* 5. hujus secundae partis.

Ex diverso autem, idem jurisconsultus, dico Papinianus
in sequenti §. *idem Papinianus* ejusdem *leg. si fratres ff
pro socio*, alium praebet exemplum alterius societatis uni-
73 versalis, quam voluntario fratrum consortio initam supponit
his verbis » idem Papinianus eodem libro ait, si inter
» fratres voluntarium consortium initum fuerit, et stipen-
» dia, caeteraque salaria in commune redigi judicio socie-
74 » tatis » Voluntarium ait textus consortium initum, hoc
est, quemadmodum explicat *glossa ibidem*, ut ex quacumque
causa quaesitum communicarent, atque clarius *Con-
75 nanus* exponens eumdem textum ita ait in suis *comment.
jur. civ. lib.* 7. *cap.* 13. *n.* 7. ibi » Qui vero nominatim
» omnium bonorum societate conjunguntur, iis est, non
» quaestus modo, sed etiam omnium rerum sine exceptio-
76 » ne communitas » concordat in hoc etiam *Faber in d.* §.
idem Papinianus ff. eod. tit. idque ob eam credo causam,
quod qui stipendia, et salaria confert, non possit hoc citra
77 universalem societatem agere.

Gothofredus notem eatenus in *d. leg. si fratres* expressam
exquirit in societate universali voluntatem, quia fratres
perfacile incidunt in bonorum paternorum, et maternorum
communionem, *necessariam* a Cujacio nuncupatam,
veluti sub initium hujus capitis adnotavi, nec aliquo extriu-
78 secus indigent facto, quo, ut coeant, extranei indigent;
plus ergo requiritur in fratribus, ut universalem tacite di-
79 cantur societatem coivisse, quam in extraneis, quae mihi
ponderatio non displicet; quidquid alias in contrarium ja-
cta doceat regula, societatem videlicet tacitam facilius inter
sanguine conjunctos, quam inter extraneos praesumi, de qua 80
in cap. 3. *n.* 68. hujus secundae partis; nam haec procedit
regula in societate in genere, particulari videlicet, non in
specie de universali inter fratres praesertim, difficillimae
probationis, ut per *Tartaglia de reserv. statutor. art.* 59. 81
n. 21. *et* 22. inde vero fit, ut dignosci non facile queat inter
fratres universalis, aut generalis societas, ex quo vulgaris
regula in foro recepta, ut a communione bonorum patrimonialium
inter fratres, non bene inferatur ad universalem
bonorum omnium societatem *leg. ex parte* 40. §. *filius* 82
ff. famil. ercisc. Cyriac. contr. for. 470. *n.* 19. *ad seq.
Constantin. ad stat. urb. annot.* 21. *n.* 31. 43. *et* 46. *Rota
in dec.* 212. *n.* 3. *cor. Carill.*, *et in dec.* 129. *n.* 16. *part.* 10.
rec. Sicuti, nec similis fieri potest illatio a successiva divi-
sione lucrorum, seu fructuum *Vinnius ad lib.* 3. *tit.* 26. 83
sub princip. n. 2. *instit. de societ.*

Praetermissa nunc illa inter doctores indicatos per *Michalor.
de fratribus part.* 2. *c.* 3. *n.* 1. 2. *et* 3. discussa quaestione,
an fratres tacite valeant universalem societatem con-
trahere, cum sit plene huic quaestioni pro affirmativa satis 84
factum in *cap.* 3. *et* 4. hujus secundae partis; hoc hodie certum,
quod nisi inter fratres expressa exhibeatur coita universalis
bonorum omnium societas, his, vel aliis similibus
verbis concepta = *vogliamo vivere sempre unitamente etc.
e quel tanto noi lucreremo, tanto unitamente, che sepa-
ratamente, vogliamo sia a tutti due in comune* = veluti 85
perpendit *Rota in Veliterna divisionis super primo dubio*
26. *junii* 1782. §. 4. *et* 5. *cor. Rmo. P. D. Riminaldo.*
Quin ad hoc sit alia formula sufficiens, nempe *quod de- 86
beant communiter vivere* = ut per *Decium in cons.* 442. *n.* 3.
vol. 2.

Quoad tacitam pertinet universalem inter fratres societatem,
eamdem deduci ex probationibus, nedum perspicuis
oportet, ut per *Rot. in Romana, seu Spoletana fideicom- 87
missi* 4. *decembris* 1758. §. 6. *cor. cl. mem. Card. Paracciano.*
Sed etiam ex actibus, illam pernecesse concludentibus,
atque talibus, ut citra jus, et nomen universalis so-
cietatis fieri nequeant, *Ciarlin. controv. for. cap.* 177. 88
n. 3. *et* 4. *Rota in dec.* 431. *n.* 17. *et* 22. *part.* 19. *tom.* 2.
rec., *et in Romana, seu Spoletana fideicommissi* 22. *de-
cemb.* 1756. §. 7. *cor. b. m. Stadion*, ita quidem, ut sola
fratrum cohabitatio in eadem domo, convictus in eadem
mensa, et communis bonorum possessio, perstringat quidem
particularem, seu generalem, non vero universalem
societatem *Rota in dec.* 240. *n.* 2. *cor. Kaunitz.* Nisi insi- 89
mul omnia, et quaecumque lucra communicata demonstren-
tur, et nihil sit alterutrius fratris proprium, ut per *Care- 90
nam resol.* 238. *n.* 1. *Alderis. de symbolic. contract. tit.* 3.
cap. 7. *n.* 57. *Mans. consult. for.* 437. *n.* 35. *et* 36. *tom.* 5.
Tartagl. de reservat. statutar. art. 59. *n.* 61. *Constantin.
ad stat. urb. annot.* 21. *n.* 31. *Rot. in Romana pecuniaria
super reservatis in sententia A. C.* 4. *junii* 1753. §. 9. *cor.
cl. mem. Card. Elephantutio.* Eoque amplius, ut hujusmodi
lucrorum communicatio debeat esse reciproca, facta videlicet,
non ab uno tantum fratre, sed ab utroque vicissim,
secus universalis tacite coita nunquam erit societas, *Bart.* 91
in l. Titium §. *altero sub n.* 6. *ff. de administr.*, *et peric.
tut. Constantin. ad stat. urb. annot.* 21. *n.* 40. *Rota in
decis.* 431. *n.* 25. *cum seq. part.* 19. *tom.* 2. *recentior.*

Ad tollendas hinc difficultates, doctores ad unum omnes
certa praescripserunt, ad societatem universalem inter fratres
tacite contrahendam, requisita, quorum uno etiam deficiente
cesset universalis societas, ut in superiore *cap.* 4. 92
n. 45. *et* 46. hujus secundae partis, et aut generalis, aut
particularis existimetur societas, prout natura rerum communicatarum
suadebit *Michalor. de fratrib. part.* 2. *cap.* 2. 93
n. 25. *ad fin.* Quot vero, et quae sint hujusmodi requisita
doctores disputant; quinque ad hoc requisita, nempe primo,
ut bona fuerint in communi possessa; secundo cohabitatio
ad eamdem mensam; tertio communio fructuum bonorum
in communi retentorum; quarto ut omnia undecumque
provenientia fuerint communicata; quinto, et ultimo,
ut inter ipsos fratres nunquam fuerit reddita ratio, necessaria
esse tuentur *Bald. cons.* 468. *lib.* 1. *et cons.* 482. 94
lib. 5. *Ancharan. cons.* 149. *n.* 1., *et cons.* 302. *n.* 2. *Carol.
Ant. de Luca ad Gratian. decis. March.* 127. *n.* 4.
Cassan. in consuet. Burgundiae rubr. 7. §. 5. *n.* 34. *fol.
mihi* 966. *Andreol. contr. for.* 34. *n.* 13. *Michalor. de
fratrib. part.* 2. *cap.* 13. *n.* 2. alii ex diverso doctores tria

requisita redundare sustinet, atque sunt; primo communis
habitatio; secundo bonorum, et lucrorum universorum, da-
mnorumque ex quacumque causa provenientium communi-
catio; tertio demum, quod de eis nunquam fuerit facta in-
95 ter fratres calculatio, seu rationis redditio, *Mantica de ta-
cit., et ambig. lib. 6. tit. 10. n. 2. et 3. Carena resol.* 193.
n. 2. et resol. 194. *n.* 16. *Carpan. ad stat. Mediolan.
cap.* 483. *n.* 29. *et* 30. *Carol. Ant. de Luc. ad Gratian.
dec. March.* 107. *n.* 4. *vers. magis, Ciarlin. contr. for.
cap.* 16. *n.* 16. *Thomat. dec.* 124. *n.* 2. *Panimoll. dec.* 152.
in annot. 1. *n.* 35. *Marta de success. legal. part.* 3.
quaest. 4. *art.* 2. *n.* 17. *Jov. de contract. min. glos.* 25.
§. 13. *n.* 146. *ad* 150. *Constantin. ad stat. urb. annot.* 21.
n. 28. *Rota in dec.* 431. *n.* 14. *part.* 19. *tom.* 2. *rec., et in
dec.* 908. *n.* 6. *cor. Buratto, et dec.* 118. *n.* 1. *cor. Be-
nincasa, et dec.* 409. *n.* 22. *et* 33., *et dec.* 790. *n.* 8. *cor.
Ansaldo, et in Ferrarien. Salviani* 19. *junii* 1752. §. 2.
cor. bon. mem. Vicecomite.

In hac equidem secunda opinione trium requisitorum sub-
sistu, propterea nempe, quod eadem in substantia, illa sunt
ipsa quinque superius indicata, et in dd. tribus realiter re-
96 quisitis comprehensa, quemadmodum in superiore *cap.* 4.
n. 58. *et* 59. bujus secundae partis demonstravi, ubi etiam
dd. tria requisita cum suis ampliationibus, et limitationi-
bus per partes exposui, easque huic societati fratrum ap
plicari omnes, non dubium, ita ut, quae in eodem supe-
riore *cap.* 4. circa dd. tria requisita scripsi, ne rem actam
agere videar, hic repetita, simulque applicata prorsus ha-
97 beo; eoque amplius, ut dd. trium requisitorum non de-
struatur concursus, ad societatem universalem inter fratres
arguendam, ex quo ipsi diversa exerceant negotia inter se
etiam dissita, dummodo in unum omnia conferant, etiam
98 clericus sui beneficii fructus *Decian. respons.* 85. *n.* 6. 7
et 8. *vol.* 2. *Ciarlin. contr. for. cap.* 16. *n.* 26. *et* 27. et
cap. 177. *n.* 2. Hoc est si in una archa omnes bonorum
redditus, industriaeque fructus, et quaestus reponantur
99 *Rota in decis.* 431. *n.* 24. *part.* 19. *tom.* 2. *rec.*

Et sicuti praeterea omnia lucra, et damna, itemque de-
bita fratrum sociorum universalium, communia sunt in
100 solidum, *ad text. in leg. omne aes alienum ff pro socio,
Decian. respons.* 85. *n.* 6. 11. *et* 12. *vol.* 2. *Angel. de con-
fess. lib.* 2. *qu.* 73. *sub n.* 2. *vers. secus est, Antonell. de
tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 100. *n.* 11. qui hoc procedere
declarat, si debitum sit ex causa societatis contractum, sed
101 contra *Antonellum*, faciunt, quae scripsi, in superiore
cap. 4. *n.* 160. *et* 161. bujus secundae partis, ubi necessa-
rium non esse probari, quod in universali societate, de-
bitum habeatur ex causa societatis contractum dummodo
102 causa non fuerit illicita, vetita seu culposa, quibus addo
Manticam de tacit., et ambig. lib. 6. *tit.* 20. *n.* 44. *Carol.
Ant. de Luca ad Gratian. discept. for. cap.* 643. *n.* 1., et
ratio est quia unus socius universalis omnia, quae facit, ex
103 praesumpto mandato alterius facit *Decian. respons.* 85. *n.*
6. *vol.* 2. *Cyriac. contr. for* 560. *n.* 34. *ad* 37. *tom.* 4.
Alderis. de symbolic. contract. tit. 3. *cap.* 7. *n.* 11. ita
siquis creditor (ut illuc revertar) mandatum contra unum
ex fratribus pro debito per alterum fratrem contracto, ob-
tinuerit, et non probatis suprascriptis tribus requisitis ad
executionem demandaverit, nullum mandatum, nullaque
remaneat executio tamquam super re partialiter ad alium,
quam ad suum debitorem pertinente, facta *Carena resol.*
194. *n.* 16. *Rota dec.* 908. *num.* 4. 5. *et* 6. *cor. Buratto.*
Quod intelligitur, seclusa etiam universali societate, si sum-
ma in mandato contenta absorbet portionem debitoris, et
partem alterius socii non condebitoris pertingit; similiter-
que intelligitur, si res non steterit in simplici executione,
sed in subhastatione etiam, et deliberatione, nam secus po-
terit commode portio utrinsque separari ante deliberationem
104 et executio in portione debitoris consocii, seu condomini
sustineri, ut per *Rotam in Alatrina, seu Sorana dotis,
et fructuum super executione* 8. *maii* 1752. §. 5. *et* 6. *cor.
cl. mem. Card. Molino.*

Atque in supposito hujus universalis societatis inter fra-
tres contractae; nihil refert plus capitalium alterum fra-
trem, minus alterum in societate contulisse, nam cum so-
cius universalis omnia, etiam futura, et ex beneficio fortu-
nae obvenientia, veluti haereditatem, legatum, donationem,
105 et hujusmodi, conferre teneatur, *leg. ea vero* 3. *ff. pro so-
cio.* Inde fit, ut quamvis alter, altero in societate initio mi-
nus ponat, non per hoc ista universalis excludetur societas

Corn. cons. 187. *n.* 6. *vol.* 3. *Carpan. ad statut. Mediol.* 106
cap. 483. *n.* 51. *et* 52. *tom.* 2. *Mantica de tacit. et ambig.
lib.* 6. *tit.* 10. *n.* 4. *et tit.* 15. *n.* 20. *Michalor. de fratribus
part.* 2. *cap.* 21. *n.* 1. *Carol. Ant. de Luc. ad Gratian.
discept. for. cap.* 643. *n.* 1. Imo vero licet societas non in-
telligatur contracta, quando sociorum alter nihil ponit in
societate *Michalor. de fratrib. part.* 2. *cap.* 16. *n.* 3. Hoc 107
tamen intelligitur de societate particulari, et insuper quan-
do nihil omnino ponit, aut pecuniae, aut rei, aut operae,
nam haec sola quandoque, opera videlicet, redundat, tam-
quam pecunia ipsa non raro pretiosior *leg. societas* 5. *et leg.* 108
si non fuerint 29. *ff. pro socio.* In hac vero universali so-
cietate, licet unus frater nihil omnino industriae, et bono-
rum conferat, eamdem hanc societatem rite contrahit, quia
ad extremum illa inest futurarum obventionum spes, de 109
quibus in *leg. ea vero* 3. *ff. pro socio.* Spes etiam hujusmo-
di, ad hoc maxime redundat, ut per *Corneum et Manticam* 110
allegatos a *Michalor. de fratribus part.* 2. *cap.* 21. *n.* 1.
additur his *Carol. Ant. de Luca de Gratian. discept. for.
cap.* 643. *n.* 1. Non tamen negaverim, praesumptionem
societatis universalis exclusivam urgere, cum duorum fra-
trum alter sit valde dives, et alter valde pauper *Rota in* 111
decis. 240. *n.* 12. *cor. Kaunitz.*

Quamobrem longe minus refert, quod in hac universali
societate unus frater sit magis industrius, ac diligens, et
plus ideo lucretur, quam alter *Cephal. cons.* 240. *num.* 16. 112
tom. 3. *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 10. *num.* 4.
Menoch. de praesumpt. lib. 3. *praesumpt.* 56. *n.* 42. *Mi-
chalor. de fratrib. part.* 2. *cap.* 16. *n.* 20., *et cap.* 18. *n.*
11., et perinde nihil refert, quod unus negotietur alter non 113
Mantica de tacit. et ambig. lib. 6. *tit.* 10. *n.* 6. *Michalor.
de fratrib. part.* 2. *cap.* 16. *num.* 5. *ad seq.*, praeterquod
hoc quandoque refertur ad majorem illius fratris negotia
gerentis idoneitatem, ratione cujus majorem in admini-
strando volens, et lubens figuram facit *Ansald. de comm.* 114
et mercat. disc. 49. *n.* 20. et 21., *et disc.* 50. *n.* 28.

Quemadmodum etiam non refert, quod unus frater nu-
merosiori gravetur familia, quam alter *Decian. respons.* 115
73. *n.* 18. *vers. octavo lib.* 5. *Petr. de Ubald. de duob.
fratrib. part.* 6. *n.* 19. *et* 24. *Ciarlin. contr. for. cap.* 16.
n. 28. *Carol. Ant. de Luca ad Gratian. discept. for. c.*
643. *n.* 1. *Michalor. de fratrib. part.* 2. *cap.* 21. *n.* 1., et
ideo quod plus impendat in hanc, vel in aliam causam u-
nus, quam alter *Bartol. de duob. fratrib. num.* 28. et 29. 116
post consil. pag. mihi 119. *tergo. Gratian. discept. for.
cap.* 643. *n.* 9. *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *cas.* 127. *n.* 2.
Ciarlin. contr. for. c. 16. *n.* 28. quia si unus frater univer-
salis socius sit minus industrius, si habeat multos filios, si
in iis alendis de communi plus impendat, tenetur tamen
in societatem conferre emolumenta, quae filii forte gran-
diores laborando, negotiandoque afferunt, ad differentiam
societatis particularis, veluti bene distinguit *Carpan. ad
stat. Mediolan. cap.* 483. *n.* 113. *ad* 116. *tom.* 2. 117

Quid si vivente patre contracta sint debita ex causa stu-
diorum, doctoratus, decurionatus, militiae, et hujusmodi,
pro uno ex filiis an fratres illius, patre mortuo, teneantur
illa de communi solvere? Affirmativa est indistincte verior,
quia haereditaria magis censentur debita *Bonaccina opera* 118
moralia dispat. 3. *quaest.* 4. *punct.* 7 *num.* 5. Major diffi-
cultas est pro expensis in easdem causas factis post commu-
nis patris obitum; atque distinguendum est, aut inter fra-
tres coita reperitur universalis societas, aut alia particula-
ris; ut in priore casu, hujusmodi sumptus societati impu-
tentur, secus vero si fratres socii universales non sint, veluti
contra *Roman. cons.* 145. *per tot* communiter tuentur, 119
post *textus in l. si societatem* 74. *ff. pro socio. Corn. cons.*
285. *sub n.* 4. *vol.* 1. *Bartol. de duob. fratribus. num.* 28.
post ejus consil. Mantica de tacit. et ambig. lib. 6. *tit.* 19.
n. 9. *ad seq. Petr. de Ubald. de duob. fratrib. part.* 6. *n.*
20. *Surd. de aliment. tit.* 1. *quaest.* 85. *n.* 2. *Michalor. de
fratrib. part.* 2. *cap* 29. *n.* 8. *et cap.* 30. *n.* 12. *Gratian.
discept. for. cap.* 643. *n.* 1. *ad* 5. *ibiq. Carol. Ant. de Lu-
ca n.* 8 *et* 9. Quod si de libris ad usum filii emptis agitur,
de communi quidem, sumptus fiunt, sed communes etiam
iidem libri remaneant suo tempore in divisionem conferen- 120
di *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 19. *n.* 21. *et* 22.
Carol. Ant. de Luca ad Gratian. cap. 643. *n.* 14. *Petr.
de Ubald. de duob. fratrib. part.* 6. *n.* 20. *Michalor. de
fratrib. part.* 2. *cap.* 29. *n.* 16. *et per totum*, ubi est in
hac materiam latissimus.

Parilis quoque ratio est in sumptibus convivis, et hu-
jusmodi, qui fieri contingunt occasione nuptiarum unius
societate universali conjuncti, ut societati imputentur, se-
cus si universales non fuerint socii, vel hujusmodi sumptus
121 excessivi fuerint *Corn. cons.* 285. *sub n.* 4. *vol.* 1. *Petr.
de Ubald. de duob fratrib. part.* 6. *n.* 8. *Gratian. discept.
for. cap.* 643. *n.* 7. *et* 8. *ibique Carol. Ant. de Luca n.*
10. *Michalor. de fatrib. part.* 2. *cap.* 30. *n.* 13. *Mantica
de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 19. *n.* 5. Quod ipsum est de
jocalibus, aliisque vestibus pretiosis occasione earumdem
122 nuptiarum fieri assuetis intelligendum *Corn. cons.* 285. *sub
n.* 4. *lib.* 1. *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 19 *n.*
8. *Michalor. de fratrib. part.* 2. *cap.* 30. *n.* 14. *cum duob.
seq.* ubi quod exceptis vestibus quotidianis, quae donatae
praesumuntur, caetera pretiosiora, sint in vestibus, sint in
jocalibus, in divisionem communiter faciendam conferun-
123 tur. Quoad caeteras autem quaestiones tam circa impensas,
quam circa acquisitiones, quae plorimae sunt; distinguen-
dae sunt societates, de quibus in hac secunda parte supe-
124 rius, et postea conclusiones cujusque societatis propriae,
fratribus etiam applicandae.

Hoc addendum, inter fratres dari nullam posse societatem
125 vivente patre *Decius cons.* 570. *n.* 3. *vol.* 1. *Cephal. cons.*
483. *n.* 1. *tom.* 4. *Decian. respons.* 11. *n.* 15. haec tamen
126 regula suas habet declarationes, de quibus in superiore *cap.*
1. *num.* 111. *et* 112. hujus secundae partis. Nec similiter
praetereundum, quod si vivo patre sene, unus frater majo-
annis negotiaverit pro eo, videtur huic filio ita negotianti
aliquod constitui debere salarium, ne caeteri fratres adau-
ctam haereditatem patris labore, et industria unius fratris
127 tantum, inciviliter sentiant *Cussan. ad consuet. Burgund.
rubr.* 7. *§.* 5. *verbo addantur in addit. pag. mihi* 966. *n.*
32 *in fin.*

Actus regulariter excludentes societatem inter fratres.
plures sunt; si fratrum unus suo gesserit contractus nomi-
128 ne, vel acquisitiones fecerit; si unus frater administrans
procuratorio alterius fratris nomine, rem gesserit; si inter
fratres, minores adsint, et statutariae solemnitates praeter-
129 missae extiterint; de his tamen minoribus supra *cap.* 1. hu-
jus secundae partis, plura; si utrinque lucrorum commu-
nicatio deficiat, et si unus pro alio solvens, animum se rein-
tegrandi adversus alterum fratrem expresserit, hos colligit
130 actus *Constantin. ad statut. urb. annot.* 21. *a n.* 33. *ad*
42. *Rot. in dec.* 240. *per tot. cor. Kaunitz.* hic postremus
actus solutionis factae per unum fratrem pro alio cum ani-
mo se, ut ajunt, revalendi, est in specie potissimus ad ex-
cludendam universalem inter eosdem fratres societatem, ut
131 per *Rot. in Romana pecuniaria super reservatis in sen-
tentia A. C.* 4 *junii* 1753. *§.* 10. *cor. cl. mem. Card. Ele-
phantutio*, longe vero plurimum si ratio inter fratres ha-
beatur disjuncta, cum de universali praecipuae societate
132 agitur *Rota decis.* 240. *n.* 3. *et* 9. *cor. Kaunitz.*

Socii cujusque sint generis, sive universorum bonorum.
sive unius etiam rei, habent a jure beneficium. ne ultra
133 id, quod facere possunt, adstringantur *leg. verum* 64. *sub
princ. ff. pro socio*, hoc enim summam rationem habet,
cum societas jus quodammodo fraternitatis in sese habeat:
ergo multo magis habebunt simile beneficium fratres, ut-
134 cumque socii fuerint, vel non fuerint Latissime *Altograd.
cons.* 39. *per tot. lib.* 1. qui unum limitat casum, quem
singularem vocat, in quo unus frater esset obligatus ad
conservandum, seu liberandum indemnem alium suum
fratrem; si ille molestis afficeretur, et cogeretur solvere,
id quod alter suus frater creditori deberet, frater hic rele-
vatus indemnis, seu liberatus, suprascriptum inique oppo-
neret beneficium adversus alterum fratrem, qui eum aere 135
suo liberavit, ita *Altograd. in d. cons.* 39. *n.* 25. *lib.* 1.
verum de hoc beneficio latior infra redibit sermo in se-
quenti tertia parte *cap.* 9. 136

Inter fratres pari modo societatis continuatio facilius in-
ducitur, quam ex integro, nova illius coitio *Jov. de con- 137
tract. min. gloss.* 25. *§.* 13. *n.* 152. *Rota dec.* 23. *n.* 18.
part. 13. *rec.* ita ut mortuo uno ex fratribus, societas con-
tinuata, seu renovata censeatur cum ejus filiis, et haeredi-
bus, quantumvis in pupillari aetate relictis *Rota in decis.* 138
27. *n.* 16. 17. 18. *et* 19. *part.* 17. *rec.*, *et in dec.* 295. *n.*
8. *tom.* 1. *cor. Molin.*, *et dec.* 187. *n* 6. *tom.* 2. *cor. Oli-
vat.* fortius hisce concurrentibus circumstantiis, vel quod
filii defuncti fratris, eisdem administris utantur, quibus
utebatur pater eorum, et tutor tacendo consentiat *Decius.
cons.* 548. *n.* 2. *vol.* 2. Vel si pater moriens jusserit filiis 139
cum patruo simul vivere, et hi nec divisionem, nec reddi-
tionem rationis ullam a patruo petierint *Rota in dec.* 61. 140
n. 2. *tom.* 7. *in nuperrim.* Verum hac de re. de continua-
tione scilicet societatis, inferius proxime latius sub *cap. fin.*
hujus secundae partis. Quid si fratrum altero bonorum so- 141
cio, relictis in pupillari aetate filiis decedat; frater superstes
tutelam suscipiat, merces sociales vendat, pecuniam ad su-
um negotietur commodum, multumque in negotio profi-
ciat; utrum pupillis compendii partem, vel magis pretii,
seu pecuniae usuras praestet? et usuras praestare, non com-
pendii partem respondit Scaevola *in l. Titium* 48. *§. alte- 142
ro ff. de administrat.*, *et periculo tutor*, ibi » altero ex
» duobus fratribus sociis bonorum, et negotiationis defun-
» cto, haerede filio, tutor patruus venditis omnibus com-
» munis negotiationis mercibus, et sibi redemptis, nego-
» tium suo nomine exercuit; quaesitum est, utrum com-
» pendium negotii, an usuras pecuniae praestare debeat?
» Respondi secundum ea, quae proponuntur, pupillo usu-
» ras, non compendium praestandum » plauditque *Faber* 143
de jurisprud. Pupinian. tit. 12. *princ.* 7. *illat.* 47. secus
si communi patruus fuerit nomine negotiatus *gloss. in d.
l. Titium verbo non compendium in addit. ff. eod. tit.* 144

Nulli dubium, quin si inter omnes generaliter contrahen-
tes, versari debet bona fides, et supplantatio aversari, hoc
potissimum inter socios deceat, ut superius *part.* 1. *cap.* 4. 145
satis demonstravi; multo vero magis hoc inter fratres socios
servari convenit, *ad textum in l. cum duob. §. venit ff. pro* 146
socio Hieron. Garzon. de Laudo meri juris part. 2. *§.* 6.
n. 6. extat in *tract. magn. tom.* 3. *part.* 1. si proinde inter
fratres coita societas sine arbitris habeatur, et per fratrem
unum ea detrectetur, sit quaecumque societas etiam uni-
versalis, detrectans potest ad jusjurandum compelli, ex *De- 147
cian. respons.* 36. *n.* 40. *vol.* 1. *Ciarlin. contr for. cap.* 177.
n. 12. *tom.* 2. idque ubi aliunde non suppetit societatis pro-
batio, quae plerumque assolet ex inscriptione librorum so-
cialium maxime resultare *Mantica de tacit.*, *et ambig. l.* 6. 148
tit. 10. *n.* 12. *tom* 1. *Rota decis.* 228. *n.* 1. *coram Prio-
lo.* Tandem fratres possunt quandocumque divisionem bo-
norum socialium petere, etiam post mille annos, omni su-
blata praescriptione *Zasius in §. quaedam n.* 13. *in fin.* 149
instit. de action.

CAPUT IX.

Quid socii facere possint, vel non.

SUMMARIUM

1. Finis cujuscumque societatis, est quaestus, ad quem socii viam parare, et impedimenta tollere tenentur, et n. 2.
3. Socii ad rem communem utiliter gerendam mandatum habere praesumuntur, tamquam ad invicem praepositi n. 7.
4. Ad praejudicandum vero societati, nullum habent socii mandatum, et n. 145.
5. Puta ad fidejubendum extra rationem societatis.
6. Vel ad remittendam debiti partem debitori societatis.
8. Conclusio, de qua supra n. 3. intelligitur non solum quoad lucrum societati apportandum.
Puta si ejus causa cambium passivum contrahat, nam alios socius obligaret, ibidem.
9. Vel si in eamdem causam societatis quomodolibet impendat.
10. Vel si debitam societatis dimittat, nam poterit contra eamdem societatem agere.
11. Sed etiam intelligitur quoad damnum a societate avertendum, cum possit.
12. Puta socius, qui pro sua parte pecuniam in societate contulit, non ex eo quod alter industriam posuit, relevatur ille ab opera ferenda, si se casus obtulerit; neque, si potest, excusabitur a culpa n. 13.
14. Puta si is qui operam contulit aegrotet, vel sit absens, et pecus sociale abigatur, villa socialis comburatur
15. Nam is, qui pecuniam posuit; si cum posset, non succurrerit, culpa tenebitur, et affertur ratio.
16. Rejicitur *Alderis*, tenens mandatum ad utiliter gerendum praesumi inter socios dumtaxat sanguine conjunctos, non vero inter extraneos.
17. Nam religio, et sanctitas, quae est in societate, omnes etiam extraneos adstringit.
18. Nec spectari debent personae, sed causa, utilitasque societatis, etiamsi de consocii s obligandis agatur, et n. 19.

Zanchio

20. Et hoc mandatum praesumptum, finita tantum societate expirat. Limita in negotiis durante societate inchoatis, ibid.
21. Factum unius socii aliis non nocet, nisi tacitum vel expressum mandatum concurrat, et n. 22.
23. Intellige tamen si factum unius socii versatur extra causam societatis, secus si in causa, et pro utilitate societatis versetur, et n. 24.
25. Nam et socius sibi obligat socium, et omnes erga creditorem obligantur.
26. Et satis est, ut talis creditor in causam societatis mutuaverit, licet socius pecuniam mutuo acceptam in proprios usus converterit.
27. Multo vero magis si eamdem pecuniam in utilitatem societatis verterit.
28. Declara hoc procedere in societate generali, et particulari, nam in universali omnes indistincte socii obligantur.
29. Socius a socio, ne quid in communi faciat, prohiberi potest.
30. Socius pecuniam communem non potest mutuo dare.
31. Limita si alter socius consenserit, nam tunc pro domnis non aget.
32. Socius non potest novare actionem, seu pactum de non petendo inire seu partem debiti remittere, n. 33. et 34.
35. Minusque socius donare potest, etiamsi sit socius universalis, nisi agatur de re modica, et affertur ratio, n. 36.
37. Non potest socius in re communi novum opus facere invito altero, qui propria etiam auctoritate amovere illud potest n. 38.
39. Novum opus non nunciat socius alteri aedificare volenti, et affertur ratio.
40. Si tertius uni sociorum nunciet novum opus, tenet nunciatio.
41. Tertio tamen unus socius non rite nunciat, nisi sint omnes socii nunciantes, et affertur ratio.
42. Si solus ille socius, qui nunciavit, jus habuerit prohibendi, tenet nunciatio.
43. Si sociorum unus contra nunciationem quidquam fecerit, sibi, non aliis nocebit.
44. Socius unus vovens ad sanctuaria proficisci, hoc agere potest communi sumptu si est socius universalis, secus si particularis.
45. Eleemosynam socius universalis imputat societati, non socius particularis, nisi commodum respiciat societatis n. 46.
47. Vel nisi de re modica agitur in eleemosynam dari assueta, secus si de re magna, et recenset altes.
48. Quod si laudabiliter in capitulis socialibus ita pactum sit, ut fieret eleemosyna, tunc societati imputabitur.
49. In judicialibus socius non censetur habere mandatum ab aliis sociis ad agendum.
50. Unde sine mandato unus socius non potest convenire debitorem socialem in judicio.
51. Extrajudicialiter tamen unus socius potest debitum petere, et affertur ratio.
52. Si unus socius sine mandato egerit contra debitorem socialem, et alii socii judicium suspenderint, ille ne pro sua quidem parte prosequi potest.
53. Intellige si res fuerit individua, secus si fuerit dividua.
54. Socius in judicio pro re communi egens, an repetat sumptus factos in ea causa.
55. Textus de haeredibus loquens sit, si unus haeres haereditatem in judicio defendens, impendat, ita demum ab aliis coheredibus sumptus repetit, si quid plus pro aliis etiam agendo impenderit, secus a contra, et n. 56.
57. Eadem ipsa distinctio applicatur sociis, nam socius partem suam ita potuit defendere ut non cogeretur defendere partem socii, et n. 58. 59. et 60.
61. Limita si necessaria fuerit expensa, et alter socius fuerit ad contribuendum interpellatus, nam sic repetendi animum demonstrat.
62. Vel si communi aliorum sociorum nomine agat, et animum repetendi habeat, cum tunc ne interpellatio quidem requiritur.
63. Amplia limitationem, licet succubuerit in judicio.
64. Amplia etiam pro expensis judicialibus, et extrajudicialibus advocati, procuratoris, et similium.
65. Quoad alias vero expensas necessarias, vel utiles in causam societatis facta, nulla dubitatio, quominus alii socii pro virili teneantur.
66. Plures socii unius fundaci, eorum quilibet potest in solidum agere contra debitorem societatis.
67. Amplia ut possit exigere, et quietare propter mandatum eos inter praesumptum.
68. Ratio, quia agitur de re venali, seu de mercibus, quae libere distrahuntur.
69. Idque verum licet fuerit societas finita, nam durant effectus societatis.
70. Intellige tamen, si unus socius communi, non suo tantum nomine exegerit.
71. Declara nisi debitor socialis, uni sociorum dumtaxat solvere promiserit.
72. Amplia declarationem si creditum sociale uni obtigerit in divisione et hic debitorem, ne aliis solvat interpellaverit, et datur ratio, n. 73.
74. Limita interpellatione cessante, nam resurgit conclusio, de qua n. 67.
75. Si unus socius indebitum exegit sine mandato, pro restitutione non obligat alius socius.
76. Socius non potest quemquam, invitis aliis sociis, in socium admittere, et remissive.
77. Amplia ut nec possit alium in sui locum subrogare.
78. Declara, ut ita subrogatus teneatur ad praeterita, ad instar socii subrogantis, quoad futura vero, ut non debeat admitti.
79. Ratio, quia jura societatis non possunt in extraneos cedi, invitis aliis sociis.
80. Quoad jurium societatis cessionem, ut haec fieri non possit, intelligitur ab eo, cujus industria fuit contemplata.
81. Maxime quia cessionarius potest esse invisus aliis sociis.
82. Ergo si nulla cedentis industria fuit contemplata, cessio seu alia quaevis distractio valet, intra metam suae partis, et n. 83.
84. Amplia ut unus socius possit illud lucrum ex societate sibi obventum, tertio, vel etiam sociis, pro certo pretio cedere.
85. Nihilo unus socius potest agere suo nomine invitis aliis sociis citra dolum.
86. Unus socius augens capitale societatis aere suo, aut insciis aliis sociis, damnum erit totum suum, lucrum vero societatis.
87. Limita si alii socii, vel tacite, vel expresse consenserint et remiss.
88. Amplia limitationem, ut socii possint socio augenti, 4. aut 5. in singula 100. promittere, cessante tamen capite salvo.
89. Declara si socius erat ex pacto obligatus augere, nam nullam potest annualitatem consequi.
90. Sin autem augumentum fuerit ultroneum et tunc poterit stipulari augumenti usuras cum capite salvo, si ex hac parte, tamquam tertius, nihil lucri socialis perceperit, et remissive e. 91.
92. Caput salvum semper est interdictum si tamquam socius, non tamquam tertius stipuletur, et n. 93.
93. Cum societas contrahitur, tam lucri, quam damni communio initur.
94. Socius, si alteri suam socialem lucri partem, cum certo annuo interusurio, et cum capitali etiam salvo, cesserit, valide contrahit, et licite.
95. Contra formam societatis agere non potest socius.
96. Ita agit cum peculiarem suum creditorem cum pecunia sociali dimittit.
97. Nam ipse tenetur societati, nec pecunia ejus creditori soluta avocatur.
98. Imo socius dimittens sociales creditores, debet prius graviora, deinde leviora debita solvere.
99. Socius ex capitulis socialibus obligatos dimittere hunc, vel illum creditorem, nequit variare, etiamsi aliquis ei secus mandaverit.
100. Socius non potest aliquid innovare in praejudicium societatis.
101. Post stabilitas in societate conventiones nequeunt pacta, nisi omnibus consentientibus alterari.
102. Novata dicitur societas, quando accedunt nova pacta, seu novae personae.
103. Factis magis, quam verbis talis inducitur novatio.
104. Novatio tamen haec non praesumitur, nisi concludentissime probatur.
105. Socius confitendo, regulariter praejudicat aliis sociis.
106. Limita si confessio fuerit emissa post finitam societatem.
107. Alii vero distinguunt, aut confessio unius socii est voluntaria, et praejudicat aliis sociis, aut est necessaria, et non praejudicat; et datur exemplum, n. 108.
109. Socius potest superaedificare in re communi, sed si invito altero socio, communicat superaedificatum, et non repetit sumptus, et n. 110.
111. Sed hoc de rigore juris; de aequitate autem, et aliqua locorum consuetudine, repetit medietatem expensarum, aut saltem pretium areae alteri socio solvit.
112. Declara tamen huic aequitati locum esse cum abfuerit dolus, fraus, aemulatio, atque intervenerit bona fides, n. 113.
114. Quid autem socius in re communi facere possit, vel non, remissive.
115. Socius regulariter pro se, suisque haeredibus acquirens cum pecunia etiam sociali, sibi acquirit.
116. Societas lucrosa semper praesumitur, donec ex reddita ratione contrarium non appareat.
117. Ideo praesumitur acquisivisse cum sua utilium parte, citra furti notam.
118. Res per socium acquisita suo, et aliorum nomine, societati acquiritur.
119. Indoles tamen societatis spectanda est, ut si fuerit universalis societati acquiratur, si generalis, aut unius negotiationis, quatenus ex hac, vel ex quaestu fuerit quaesita, et n. 120.
121. De compensatione inter socios, remissive.
122. Compensatio inter socios, datis terminis habilibus, admittitur.
123. Puta si in divisione, unus socius, extra etiam causam societatis sit debitor, uno, et creditor.
124. Inter socios ex bono et aequo agitur.
125. Rejicitur *Bersan*, dicens in societate generali, et particulari, non admitti compensationem, crediti, et debiti, nisi ab eisdem societatibus provenerint.
126. Nam cessante praejudicio aliorum sociorum, aequitas pro compensatione procedit.
127. Praejudicium inesset, si socius compensare vellet creditum alieno nomine, non suo.
128. Declara ut unius creditum etiam liquidum, si pendet alterius socii creditum a redditione rationis, non compensetur.
129. Debitum unius societatis, non compensatur cum credito alterius societatis.
130. Limita si utriusque societatis iidem socii fuerint identifici.
131. Socius qui uno ex parte societati attulit, lucrum ex alia damnum culposum, non compensat.
132. Ambo tamen socii si sint in pari dolo, vel culpa, compensatio inducitur.
133. Limita si culpa unius fuerit gravius, levior autem alterius.
134. Jus redimendi, potest cedi, et alienari.
135. Contrarium in sociis, et datur ratio; aut saltem ut unus socius alienare in tertium volens, alios socios, an praeferri velint, debeat interpellare, et n. 136.
137. Unus socius partem suam jure redimendi, redimere non potest, sed bene totum jus; quia est individuum jus redimendi, n. 138.
139. Unus socius totum redimens jus redimendi cavere debet de restituenda partem aliis soluto sibi pretio.
140. Amplia licet interim praeterlapsum sit tempus, et affertur ratio.
141. Limita hanc ampliationem, si alius socius tamquam tertius emerit jus redimendi cum cessione jurium primi emptoris.
142. Privatis pactionibus non laeditur jus caeterorum.
143. Unus socius transigens super re communi inscio, aut absente altero socio, nihil agit, neque praejudicat, n. 144.
146. Limita si fuerit utilis transactio.
147. Socius administrator non petit salarium, quia esset potius mercenarius, quam socius.
148. Limita si salarium fuerit pacto conventum, aut in loco vigeat consuetudo, n. 149.

150. Aequum tamen videtur, ut ratione administrationis, major utilitom pars debeatur.
151. Declara tamen si socius administrator praeter operam initio capitale coaequale contulerit etiam, secus si solam operam, et datur ratio, n. 152. 153. et 154.
155. Amplia si socius administrator pro societate fidejussit, nam aliquod proemium pro tali fidejussione debetur.
156. Socius uti non potest re communi jore servitutis.
157. Amplie ut in re communi socius neque possit servitutem imponere.
158. Socius adversus alterum socium nulla praescriptione juvatur, et remissiva, n. 159.
160. Socius in causa alterius socii judex esse non potest.
161. Declara, durante societate, secus ea finita, et affertur ratio.
162. Socius regulariter esse non potest testis in causa alterius socii.
163. Declara si socius testimonium dicat pro socio, circa rem socialem, secus si circa rem extra societatem, et n. 164.
165. Nam cum socius testatur de re extra societatem, nulla notatur suspiciona interesse.
166. Amplie ad participem quoque societatis.

In eo conveniuot omnes, ut cujusque societatis finis, et
meta sit quaestus, non unius vel alterius socii divisim, sed
omnium, qui coierunt conjunctim *l. coire 7., et l. sed et*
1 *si* 13. *ff. pro socio Angel. in l.* 1. *et* 2. *ff. de usur. Tholos.*
syntagm. univers. jur. part. 3. *lib.* 27. *cap.* 4. *n.* 16. *Leo-*
turd. de usur. quaest. 1. *n.* 22. *Felic. de societ. cap.* 2. *n.* 9.
et cap. 31. *n.* 39. iu causa id vero est, ut quam maxime
possunt socii, non solum ad lucrum captandum catenus
mentis aciem acuant, et conatus omnes adhibeant, sed in-
super ut impedimentum quodvis lucri studio oppositum ab-
2 horreant, atque repellant ex *Fontanell. dec. cathalon.* 504.
n. 7. *et* 8. *tom.* 2.
Ex hoc principio descendit, ut omnes vice mutua socii,
et ab jure mandatum habeant ad rem utiliter gerendam, seu
3 administrandam et hac in re iidem sibi invicem praepositi
existimentur, ut per *glossam in l. nemo ex sociis* 69. *ver-*
bo alienare ff. pro socio Surdus cons. 43. *n.* 9. *tom.* 1.
Mandell. consil. 547. *n.* 4. *Paul. de Castr. cons.* 104.
n. 1. *lib.* 1. *Stracca de mercatur. n.* 13. *Surd. dec.* 213.
n. 2. *Peregrin. dec. Patavin.* 15. *n.* 21. *Cyrinc. contr.*
for. 592. *n.* 1. 2. *et* 3. *tom.* 4. *Carol. Ant. de Luca ad*
Gratian. cap. 279. *n.* 2. *Michalor. de fratrib. part.* 2.
cap. 48. *n.* 7 *Ciarlin. contr. for. cap.* 16. *n.* 32. *lib.* 1.
Rodoer. ad Marin. lib. 1. *cap.* 194. *n.* 3. *Nigri de lau-*
dem. quaest. 28. *artic.* 1. *n.* 22. *Felic. de societ. cap.* 28.
n. 34. *Mans. consult. for.* 648. *n.* 13. *tom.* 6. *Rota*
dec. 59. *n.* 6. *part.* 8. *rec., et dec.* 50. *n.* 9. *et seq. coram*
Ninott. et dec. 37. *n.* 1. *coram Millino, et dec.* 141. *n.* 38.
coram Ansaldo. Dixi ad utiliter rem gerendam, nam ad
praejudicandum, vel societati, vel sociis, mandatum ipsi
non habent, neque habere praesumuntur, argumento textus
4 *in l. nemo ex sociis* 69. *ff. pro socio. Faber ibidem vers.*
nec tam facile ff. eod. tit. Alexand. cons. 154. *n.* 8. *lib.* 2.
Mans. consult. for. 194 *n.* 4. *tom.* 2. ut puta si socius ex-
5 tra causam societatis fidejubeat *Mans. ibidem n.* 6. *et seq.*
vel si unus socius debitori communi partem debiti remit-
6 tat, nam talis alteri socio non praejudicat remissio *l. si*
unus 27. *in princ. ff. de pact. Alexand. cons.* 186. *n.* 4.
lib. 6. *Altograd. cons.* 24. *n.* 47. *lib.* 1. *Subell. in summa*
verbo societas n. 31. *vers. quod non Gratian. discept.*
for. cap. 401. *n.* 46. *Urceol. de transact. quaest.* 9. *n.* 44.
Conclusio haec autem, quod sociorum quisque mandatum
habeat praesumptum ab aliis sociis faciendi quidquid socie-
7 tati expedit, veluti etiam tenuerunt *Bertazzol. cons.* 278.
n. 26. *Carpan. ad statut. mediolan. cap.* 483. *n.* 214. *t.* 2.
Ansald. de commerc. et mercat. disc. 98. *n.* 11. *et* 17. *Ro-*
ta dec. 518. *n.* 18. *part.* 18. *tom.* 2. *rec.* non solum intel-
ligitur quoad lucrum societati inferendum, puta si in casu
necessitatis, cambium contrahat sociorum unus, nam dubio
8 procul alios obligat socios. *l. si unus* 68. *§. si unus ff. pro*
socio Altograd. cons. 100. *n.* 69 *lib.* 1. *Amat. resol.* 99.
n. 13. *Giurba ad consuet. messan. cap.* 9. *gloss.* 2. *p.* 1.
n. 60. *Carol. Anton. de Luca de pluralit. homin. legul.*
cap. 107. *n.* 5. vel in eamdem societatis causam quomodoli-
9 bet impendat *Leotard. de usur. quaest.* 31. *n.* 45. *Rocca*
disput. jur. select. cap. 101. *n.* 27. *Jov. de contract. min.*
gloss. 25. *§.* 13. *n.* 170. eoque amplius, ut si ipse socius de-
bitum ex causa societatis contractum aere proprio dimittat,
valeat usque contra eamdem societatem, jurium tamen re-
portata cessione, vel ex actione de in rem verso, vel utili
10 negotiorum gestorum agere. *Rota in dec.* 195. *n.* 1. *et* 2.
tom. 7. *in nuperrim.*
Sed etiam quoad damnum vitandum, quo in casu, non
11 solum agere volens, potest, sed etiam nolens debet; sitque
exemplo socius, qui posuit pecuniam, non ex eo quod al-
ter posuit operam, ille relevatur ab opem ferendo, si casus
12 tulerit, cum fieri etiam possit, ut culpa notetur, ex *Connan.*
comment. jur. civ. lib. 7. *cap.* 13. *sub n.* 9. ibi » nec vero
» socius, qui praeter pretium pecoris, aut agri nihil indu-
» striae, aut diligentiae conferre debuit, alienus erit a cul-
13 » pa, si cum potuit, non adjuverit ipse pro sua parte; quid
» enim, si pollicitatore illo absente, aut aegro, cum audis-
» set, villam flagrare, aut pecus morbo affectum perire, vel
» a latronibus abactum, non advolarit, non succurrerit?
» Quid si etiam praesenti, et valenti socio, non opem, tu- 14
» lerit? Certe culpa reus est, qui neque fidem, neque dili-
» gentiam, quam associationis religio, et sanctitas requirit
» adhibuit. Nec suffragatur ei, quod pretium conferre solum 15
» debuit».
Neque propterea assentior *Alderis. de symbolio. con-*
tract. tit. 3. *cap.* 7. *n.* 1. ajenti, ut socii dumtaxat sangui- 16
ne conjuncti, mandatum ad gerendum praesumantur habe-
re, non item extranei, nam illa consociationis religio, et
sanctitas, quae conjunctas adstringit personas, extraneos
quoque complectitur. Non ergo personarum qualitas in hoc 17
spectatur, sed illud simpliciter unum, utrum videlicet actus,
commodum, causam, et utilitatem, seu incommodum, non
causam, atque praejudicium societatis respiciat, ut in prio-
re casu praesumptio mandati resurgat, ex *Decio cons.* 556. 18
n. 1. *tom.* 2. tametsi de consocios obligando agatur *Gratian.*
discept. for. cap. 279. *n.* 1. 2. *et seq. Rota post Salgad.* 19
labyrint. credit. decis. 102. *n.* 2., et hoc tacitum mandatum
finita tantum societate expirat *Purpurat. cons.* 71. *n.* 33. 20
et cons. 116. *n.* 9. *tom.* 1. *Magon. decis. Floren.* 57. *n.* 40.
et 41. *idem Magon. dec. Lucen.* 5. *n.* 33. *Rot. in dec.* 2.
n. 2. *de societ. cor. Falcon.* dummodo negotia non fuerint,
durante societate, inchoata, nam pro his explicandis, man-
datum finita etiam societate continuat. *Gratian. discept.*
for. cap. 75. *n.* 14. *et cap.* 276. *n.* 43. In posteriore autem
casu suprascriptum mandatum praesumptum frigescit, ju-
xta doctrinas dudum proxime allegatas, ut in superiore *n.* 4.
Nec dissimile huic est alterum juris principium, ut fa-
ctum unius socii aliis nocere non debeat, de quo *Zasius* 21
in l. de pupillo §. si plurium n. 11. *ff. de novi operis nun-*
ciat nisi habeat socius ab aliis sociis mandatum, vel expres-
sum, vel tacitum, ex *Capyc. latr. consult.* 105. *n.* 10. *et* 15. 22
Calcagnin. ad mater. feudal. observat. 16. *n.* 36. Sed hoc
intelligitur, quatenus factum unius socii extra causam so-
cietatis versetur, ex communiter traditis per *Cephal.* 23
cons. 569. *n.* 16. *tom.* 4. *Caball. cons.* 121. *n.* 24. *et* 25.
Capyc. latr. consult. 105. *n.* 1. 3. 4. *et* 5. *Petr. de Ubald.*
de duob. fratrib. part. 9. *n.* 1. *Cancial. allegat.* 60. *n.* 11.
Jov. de contract. min. gloss. 25. *§.* 13. *n.* 167. *Calcagnin.* 24
ad mater. feudal. observat. 16. *n.* 37. *Rota dec.* 552.
n. 9. et 10. *cor. Remboldo.* Secus si ex causa societatis,
et in illius utilitatem, unius socii factum se habeat *ad te-*
xtum in l. jure societatis 83. *ff. pro socio. Capyc. latr.*
consul. 95. *n.* 4. *et consult.* 105. *n.* 31. *Michalor. de fra-*
tribus. part. 2. *cap.* 48. *n.* 4. *ad seq. et n.* 8. *ac per tot.*
Mans. consult. for. 437. *n.* 30. *tom.* 5. eoque amplius. ut
hoc posteriore casu alii socii obligentur non solum socio
actum gerenti, ut ipsos inter pro virili partiatur debitum,
vel damnum, qua desuper nulla dubitatio est, sed etiam
tertio creditori, quocum socius ille unus contraxit, ut nempe
adversus omnes alios socios valeat idem agere *Michalor. de* 25
fratrib. d. part. 2. *cap.* 48. *num.* 5. et 6. puta si tertius in
causam societatis mutuaverit uni socio, nam socii tenebun-
tur omnes creditori, quamvis socius mutuo accipiens illam
pecuniam in proprios usus converterit *Capyc. latr. consult.* 26
jur. 95. *n.* 4. 5. 6. *et* 7. multo vero magis si pecunia mutuo
accepta in causam societatis versa ostendatur *Giurba ad* 27
consuet. messan. part. 1. *cap* 9. *gloss.* 11. *num.* 14. Quae
plane omnia in societate particulari, aut generali proce-
dunt, non autem in societate universali, nam in hac socie-
tate socius indistincte omnes obligat socios, suprascriptis
quoque circumstantiis omnino cessantibus, late, *Ger. spin.*
cons. 10. *n.* 11. *Angel. de confess. lib.* 2. *qu.* 73. *sub n.* 2. 28
Jov. de contract. min. gloss. 25. *§.* 13. *n.* 174. *et* 175. *Rota*
decis. 409. *n.* 27. *cor. Ansaldo.*
Sed et si in communi prohiberi socius a socio, ne quid
faciat, potest, sunt verba textus *in l. Sabinus* 28. *ff. com-* 29
mun. divid. ergo socius, invito altero, pecuniam commu-

30 nem non potest mutuo aliis dare Zasius in l. si socias n. 5.
ff. si cert. petat. sin autem socio facienti. seu mutuanti,
alter socius consenserit, nec pro damno, siquod inde obve-
31 nit, hic habet actionem, ad literam d. l. Sabinus 28. circa
fin. ff. commun. dividundo.
Novare vero actionem communem socius non potest. Gro-
32 tian. discept. for. cap. 401. n. 46. minus pactum de non
33 petendo inire. l. si unus 27. in princ. ff. de pact. Gratian.
loc. prox. cit. vel debitum, illiusque partem remittere, ut
34 hic in superiore n. 6. longe vero minus donare unus socius
potest, et si donaverit, sibi imputabit Paul. de Castr.
35 cons. 358. n. 3. lib. 2. Ciarlin. contr. for. cap. 16. n. 44.
etiamsi sit omnium bonorum socius, quia donando, dila-
pidat, et talis donatio huic etiam universali socio interdici-
tur, nisi de minutiunculis donari assuetis, agitur Micha-
36 lor. de fratrib. part. 2. cap. 34. n. 1. et 9.
Non item socius potest in re communi opus novum face-
37 re, invito altero socio Albert. Brun. de augum. rebusq.
addit. canclus. 7. princ. n. 4. et si facit, amoveri auctori-
tate etiam propria potest ab altero socio, qui erat invitus
38 Morott. respons. 8. n. 4. Pecchius de aquaeduct. cap. 4.
quaest. 6. n. 40. lib. 1. socio pariter aedificare volenti, al-
ter socius novum non jure nunciat opus, quia praesto est
ordinarium communi dividundo remedium l. in provin-
39 cia 3. vers plane si unus ff. de novi oper. nunciat. Jason.
in d. l. in provincia §. si in loco n. 3. ff. eod. tit. Zasius
in ead. l. 3. n. 1. ff. eod. tit. Schnobell. in lib. 39. et 40.
40 Pandect. disput. 19. n. 6. Quod si plurium sociorum uni
novum opus nuntietur a tertio, nunciatio tenet; quod si
unus socius nunciet tertio, non tenet nunciatio, nisi haec fiat
ab omnibus sociis, quia fieri potest, ut nunciatorum alter
41 habeat, alter non habeat jus prohibendi l. de pupilla 5. §.
si plurium circa fin. ff. de novi oper. nunciat. Zasius ibi-
dem per tot. quod si solus ille, qui nunciavit, jus habuerit
prohibendi, tunc omnibus prodest, per eum facta novi ope-
42 ris nunciatio Zasius ibidem n. 4. ac latissime Merenda
contr. jur. lib. 18. cap. 27. n. 1. et per tot. Fachin. contr.
jur. lib. 8. cap. 46. per tot. quod si demum sociorum unus
contra nunciationem quidquam fecerit, et in poenam incide-
43 sit, alteri non nocebit socio. Felic. de societ. cap. 29. n. 35.
Quaeritur etiam, an si socius voverit in sanctuaria lon-
ginqua proficisci, id agere valeat communi sumptu? Si
quidem universalis sit socius, valet, sin autem particularis;
44 non valet Michalor. de fratrib. part. 2. cap. 32. per tot.
Felic. de societ. cap. 26. n. 15. et 16. Constantin. ad stat.
urb. annot. 21. n. 176. et 177. et seq. Quid rursus si unus
socius fecerit eleemosynas, an societati imputabit? Si profe-
45 cto de socio universali, res sit, societati imputabit omne in
causam eleemosynae impensum; sin autem de particulari
agitur socio, ita demum eleemosyna societati imputabitur,
si commodum societatis respiciat, puta si eleemosyna diriga-
46 tur ad Deum, ut socialis negotiatio bene cedat Decian. re-
spons. 85. n. 13. Petr. de Ubald. de duob. fratrib. part. 6.
n. 6. et 7. Felic. de societ. d. cap. 26. n. 19. Bonacossa
opera moralia disput. 3. quaest. 6. punct. 4. n. 4. tom. 2.
Vel si de re modica, et assueta agitur, secus si de magna
47 quantitate, at alter socius recuset Michalor de fratr. part. 2.
cap. 32. n. 12. et 20. Mantica de tacit., et ambig. lib. 6.
tit. 19. n. 36. Petr. de Ubald. de duob. fratrib. part. 6.
n. 7. Quod si in capitulis socialibus cautum sit de eleemo-
synis faciendis in communi, cum erogatio haec pia sit, atque
laudabilis, eadem dubio procul societati imputabitur Rota
48 in Romana Thesaurariae Marchioe super creditis ducis
Baldinotti 8. martii 1717. §. occurrit cor. Crispo.
Socius in judicialibus non censetur ab alio mandatum ad
49 agendum habere Alexand. cons. 186. n. 4. lib. 2. Purpurat.
cons. 116. n. 9. et 10. tom. 1. ita ut unus socius nequeat
sine mandato consocii judicialiter agere adversus debitorem
50 societatis Felic. de societ. cap. 30. n. 53. Ansald. de com-
merc. et mercat. disc. 98. n. 12. Tametsi extra judicialiter
possit, illa ratione, quia socius judicialiter agens, offendit
quodammodo debitorem, et negotia societatis perturbat, id
51 quod in petitione extrajudiciali non accidit, ita Ansald. de
commerc. et mercat. disc. 98. n. 13. eatenus quidem, ut
moto per unum socium, adversus debitorem societatis judi-
cio, eoque suspenso per alios socios, ille socius, ne pro parte
52 quidem sua valeat, judicium prosequi Boer. cons. 45. n. 9.
idque multo magis si de individua re judicialiter petita,
53 agatur, nam socius agere pro parte sua poterit Vincent.
Carocc. decis. cas. 2. n. 21. et 22.

Quid si unus socius pro re communi jure egit, vel exce-
pit in judicio, utrum sumptus in id erogatos ab alio repe-
tat? Scaevola de socio rem haereditariam cum alio commu-
nem habente loquens, ita respondit in l. ex parte 40. in 54
princ. ff. famil. ercisc. ibi » Ex parte haeres institutus,
» causam, de totis bonis, quam omnes haeredes patiebantur,
» suscepit, et obtinuit, cohaeres partem suam ab eo petebat,
» nec partem sumptuum factorum in litem praestare vole-
» bat; quaesitum est, an doli exceptio noceret? Respondi, 55
» si idcirco amplius erogatum esset, quod ipsius quoque
» causa defensa esset, habendam rationem sumptuum; sed
» et si omiserit doli exceptionem, agere posse de recipienda
» portione sumptuum » Socius itaque actae litis sumptus ab 56
alio non repetit socio, si id, vel agendi, vel excipiendi causa
pro se expendisset, quod pro se insimul, et socio realiter 57
impendit, secus si ratione socii plus impendit, nam hoc po-
steriore casu, sumptuum partem ab eo repetit, vel adversus
recusantem, doli exceptione opposita, vel utili saltem nego-
tiorum gestorum actione, ita gloss. in d. l. ex parte ff. eod. 58
tit. elegantemque rationem praebet Paulus in l. si commu-
nes 42. ff. de negot. gest. ibi = quia potui partem meam
ita defendere, ut socii partem defendere non cogerer = Ad-
dita l. haeredes 26. §. si unus ff. famil. ercisc. et late Al- 59
deris. de symbolic. contract. tit. 3. cap. 8. n. 31. ad seq.
Ex allegatis autem patet juribus, quod si socius, vel litis
consors in judicio agens, non plus pro socio, vel consorte
etiam impendit, quam pro se impendisset, sumptuum ab eo
ratam non repetit. d. l. ex parte ff. famil. ercisc. Alderis. 60
de symbolic. contract. tit. 3. cap. 8. n. 36. Costa de ratione
ratae quaest. 122. num. 2. Michalor. de fratrib. part. 3.
cap. 35. n. 10. Constantin. ad stat. urb. annot. 59. artic. 7.
n. 297. Rota dec. 15. n. 7. cor. Ansald. Haec tamen tem-
peratur conclusio, si necessario sit expensa, eamque inter-
pellato consocio, socius, vel consors in re communi fecerit,
ut hic ratam illius repetat, quia sic animum repetendi sum-
ptus habuit, atque aperuit. Costa de scient. et ignor. cen- 61
tur. 1. distinct. 29. per totam. Idem Costa de ratione ra-
tae quaest. 122. n. 2. et 6. Constantin. ad stat. urb. an-
not. 59. artic. 7. n. 300. vel si communi nomine in judicio
agat socius, animumque repetendi sumptus habeat, nam
sine ulla etiam interpellationis, aut protestationis ope repe-
tit, ex illa alias indicata ratione, quia nempe pro iis, quae
respiciunt causam societatis, mandatum praesumitur Costa 62
de scient., et ignor. cent. 1. quaest. 29. n. 13. idem de
ratione ratae quaest. 122. n. 6. de Rosis select. Jur. ob-
servat. cap. 46. n. 29. Alderis. de symbolic contract.
tit. 3. cap. 8. n. 42. Rota post de Vecch. ad Bullam Boni
regim. dec. 91. n. 21. et dec. 92. n. 1. et dec. 93. n. 2.
et 26. tom. 3. et in Romana Thesaurariae Marchine super
creditis Marchionis Baldinucci 8. martii 1717. §. supe-
rest demum cor. Crispo. Ubi quod hoc procedit, licet causa
in pessum iecit veluti sub §. non obstante et in dec. 93. 63
n. 9. et 10. post de Vecch. ad Bullam boni regim. tom. 3.
et quod demum hoc sit quoque receptum in expensis tam
judicialibus, quam extrajudicialibus etiam advocati, procu-
ratoris, et similium, definitur sub §. fin. allegatae dec. cor.
Crispo. Caeterum quoad alias expensas vel necessarias, vel 64
etiam utiles factas in causam societatis, illiusque occasione
per unum socium, nulla dubitatio, quo minus socii ad illas 65
pro virili teneantur Schrader de contractib. tit. 26. de
societ. n. 53. Rota in decisio. 1019. n. 8. cor. Lancetta,
et decisio. 9. n. 14. coram Taoar.
Est doctrina Angeli contra Bartolum approbata per Jasa-
nem in l. si unus n. 2. ff. de pact. Ut si plures fuerint so-
cii unius fundaci, eorum quilibet possit in solidum adversus 66
debitorem societatis agere, et sub n. 3. ubi quod multo
magis credita socialis exigere, atque debitorem societatis li-
berare, ex praesumpto eos inter ad exigendum mandato,
et Jasoni consentiunt Magon. dec. Lucen. 5. n. 21. Gra- 67
tian discept. for. cap. 401. n. 45. ubi Carol. Anton. de
Luca n. 16. Jov. de contract. min. gloss. 25. §. 13. n. 637.
Michalor. de fratrib. part. 2. cap. 48. n. 19., et 20. Ro-
ta in decis. 240. n. 1. part. 13., et dec. 422. n. 1. p. 19.
tom. 2. recent. quia de re per se venali agitur, de merci-
bus nempe, quas sociorum quisque, et distrahendi, et pre-
tium ab emptoribus, et respective debitoribus exigendi, jus
plenum habet, Giurba ad consuet. messan. part. 1. cap. 1. 8
gloss. 6. sub n. 50. Mort. medic. decis. Senen. 58. n. 24.,
Alvar. valasc. consult. 143. n. 15. Vincent. Carocc. dec.
cos. 2. n. 10. et hoc verum quamvis societas fuerit finita,

69 dummodo affect is societatis, puta, ut hic, io exigendo, per-
dureut. *Roto in decis.* 355. *per totam coram Millino.*

Attameo iotelligenda principalis regula est, si sociali et
communi nomine, uoo exigentis proprio, ac privato, socio-
70 rum unus exegerit *Decius. cons.* 98. *n.* 2. *et per tot. vol.* 1.
Ansold. de commerc. disc. 98. *n.* 14. similiter nisi socialis
debitor uni sociorum tantum solvere promiserit nam hoc
71 staote pacto, uon poterit ab altero socio urgeri *Decius d.*
cons. 98. *n.* 2. *ut per tot. vol.* 1. *Michalor. de fratrib.*
part. 2. *cap.* 48. *n.* 11. quod ad eum quoque ampliatur ca-
sum, in quo illud tale creditum uni sociorum, per divisio-
72 nem obtigerit, si tamen hic debitorem interpellet, ne alii,
quam sibi persolvat; nam sicuti per hanc interpellationem
inducta intelligitur mala fides in debitore, ideo male sol-
vit idem debitor, si alii, quam assignatario interpellanti
73 persolverit *Jov. de contract. min. gloss.* 25. ₰. 13. *n.* 638.
ad seq. secus vero interpellatione cessante, nam regula su-
perius jacta resurgit, ut quilibet socius jura exigat, ac de-
74 bitorem liberet *Jov. loco prox. cit. n.* 638. *Michalor. de*
fratrib. port. 2. *cap.* 48. *n.* 20. Quid postremo, si unus
socius indebitam exegit pecuniam, sine expresso mandato
aliorum sociorum, an pro illius restitutione societatem obli-
75 get? negative resolvunt, et recte *Decius cons.* 98. *n.* 1. *lib.* 1.
Felic. de societ. cap. 30. *n.* 6.

Socius item non potest quemquam sibi benevisum, in so-
76 cium admittere, altero invito socio. *l. qui admittitur* 19. *ff.*
pro socio. Carpan. ad stat. mediol. cap. 483. *n.* 93. *t.* 2.
Giurba ad consuet. messan gloss. 6. *part.* 1. *cap.* 1. *n.* 17.
Felic. de societ. cap. 15. *n.* 62. *Mansius consult. for.* 548.
n. 2. 3. *et* 4. *tom* 6. Verum hac de re supra late *port.* 1.
cap. 8. idem juris est in socio, qui recedens a societate
77 alium subroget in sui locum, ut non possit. *Ferret. de re*
navali lib. 3. *n.* 79. Seu melius, ut hic socius subrogatus
ad praeterita teneatur, quemadmodum tenebatur is, qui
subrogavit; quoad futura autem invitis aliis sociis, admitti
non debeat, tametsi major sit sociorum numerus, qui pro
78 illius admissione consentiat *Giurbo ad consuet. Messan.*
gloss. 6. *part.* 1. *c.* 1. *n.* 17. et horum omnium ratio est,
quia jura societatis nequeunt in extraneos cedi, invitis, et
79 non consentientibus aliis sociis omnibus *Thesaur. quaest.*
for. lib. 3. *quaest.* 28. *per tot. Hevia de commerc. terre-*
str. cap. 3. *n.* 39. *Olea de cess. jur. tit.* 3. *quaest.* 5. *per*
tot Jov. de contract. min. gloss. 25 ₰. 13. *n.* 336. *Mans.*
consult. for. 548. *n.* 1. *et per tot. Rota dec.* 125. *num.* 11.
tom. 1. *in nuperrim.*

Verum quae hactenus dixi de cessione jurium societatis,
deque alterius subrogatione in locum unius socii, intelli-
genda vere sunt in casu dumtaxat, in quo ille cedens, vel
subrogans suam societati industriam accomodaverit, et alii
socii ejus personam, operam, atque industriam contempla-
verint, nam non semper cessionarius, vel alius admissus,
80 seu subrogatus ejusdem industriae est, quemadmodum erat
cedens; magis quia cessionarius, vel subrogatus potest esse
aliis sociis invisus, auspicione mala notatus, vel qua aliaex
causa non acceptus, et haec potissima ratio est, propter
quam jura societatis cedi nequeunt, invitis aliis sociis, ut
81 per *Rotam in Romana societatis super reservatis* 5. *fe-*
bruarii 1753. ₰. 8. *coram bon. mem. Amadeo, et in ejus*
confirmatoria 6. *decembris* 1754. ₰. 6. *coram cl. mem.*
Card. Caprara, et in Romano societatis super reservatis
26. *januarii* 1756. ₰. 5. *coram bon. mem. Borrull.* Ergo
si vel nulla personalis industria socii cedentis, vel subro-
gantis contemplata fuerit, quisque socius jure potest por-
tionem suam vendere, cedere, et quo alio modo in extraneos
82 alienare, auctore Gajo *in l. nemo ex sociis* 69. *ff. pro socio*
ibi = *nemo ex sociis plus parte sua potest alienare* = ergo
alienatio, ut qualiscumque alia distractio, infra partis suae
metam jure permittitur, personalis industriae ipsius con-
83 templatione cessante, ita *Mansius consult. for.* 548. *n.* 1.
2. 3. 4. *et per tot. tom.* 6. Quid quod? Unus etiam socius
potest incertum illud lucrum sibi ex societate obventurum
vendere pro certo determinato pretio, vel annuo lucro, non
84 solum cuicumque tertio, sed ipsi quoque consocio, vel con-
sociis *Spada cons.* 296. *n.* 2. *lib.* 2. *Rota dec.* 116. *n.* 9. *tom.*
5. *part.* 1. *in nuperr.*

Certissimi juris est, nequidquam citra dolum agere so-
85 cium posse suo nomine, invita societate *Joseph. Ludovic.*
commun. conclus 53. *vers. infertur secundo, Carpan. ad*
stat. mediolan. cap. 483. *n.* 94. *tom.* 2. Ergo si aliis sociis
insciis, et multo magis invitis, unus socius aere suo capita-

lia societatis adaugeat, damnum hujus augumenti erit ejus-
dem socii augentis totum, lucrum vero commune omnibus, 86
neque aliter illius augumenti damnum ad alios potest so-
cios communiter pertinere, quam si alii socii augumento,
vel consenserint, vel illud scientes, ac videntes tacite ap-
probaverint. *Cephal. cons.* 475. *n.* 8. *et* 9. *tom.* 4. *Corocc.* 87
de locato, et conduct. tit. de socio personam exercente
quaest. 2. *n.* 33. *Costa de ration. rotae quaest.* 48. *n.* 7.
ad fin. Gratian. discept. for. cap. 622. *n.* 8. *Carpan. ad*
stat. mediolan. cap. 483. *n.* 95. Nonnulla hac de re dixi in
superiore *cap.* 7. *n.* 124. *ad* 134. hujus secundae partis.
His autem, et illud addendum arbitror, ut si alii socii au-
gumento consensum praebuerint, certumque lucrum, puta
quatuor, aut quinque in singula centum augenti stipularint,
rata sit stipulatio, dummodo salvi capitis absit conventio ut
per *Rotam in dec.* 368. *n.* 17. *cum seq. part.* 17. *recentior.* 88

Sed haec, majore explicatione, digna quaestio est: si so-
cius adaugeat capitale, ex sociali pacto sub initium inito,
et hoc priore casu, nec capitale salvum, nec certas, tametsi
moderatas usuras, vel tamquam socius, vel tamquam tertius
convenire potest, quia tale augumentum ex pacto facere
debebat, et juxta legem societatis *Rot. in dec.* 576. *n.* 6. *et* 7. 89
coram Emerix Jun. Sin autem hoc augumentum ultro fa-
ciat, et hoc posteriore casu, ita demum poterit pacisci certas
moderatas usuras illius pecuniae adauctae, atque in socie-
tatem immissae, cum capite salvo, si pro mercede assecura-
tionis, de utilibus socialibus illius pecuniae adauctae, seu
immissae non participaverit, ut per *Rotam in d. dec.* 576. 90
n. 8. *et* 9. *coram Emerix Jun.* hac de re tamen, alio supra
loco pluribus *part.* 1. *c.* 3. *et praecipue c.* 6. Equidem vero 91
firmiter in eo subsisto, ut capitale salvum auspectum semper
habeam, nisi socius pecuniam subministrans, hoc tamquam
tertius faciat, id quod ei non interdicitur, juxta decisa per
Rotam in decis. 516. *n.* 7. *et* 8. *part.* 19. *tom* 2. *rec.* hoc 92
est, tamquam tertius vere, non ficte, idque evenit, cum ni-
hil de utilibus socialibus pro ea pecunia participat, illa aurea
ratione testus, quia = *Cum societas contrahitur, tum lucri,* 93
quam damni communio initur = in *l. si unus* 68. *ff. pro*
socio. Et si secus factum sit non societas, sed alius, atque
alius erit contractus. Quamobrem si sociorum unus, alteri
suam socialem partem cum incerto illius lucro vendiderit,
vel cesserit, pepigeritque quid annum in singula centum
cum capitale etiam salvo, jure quidem poterit, quia socia-
lem vestem exuit, ut bene per *Spada cons.* 290. *n.* 2. *tom.* 94
2. *Rot. in dec.* 116. *n.* 9. *et* 10. *tom.* 5. *part.* 1. *in nuperr.*

Socius item agere contra formam societatis nequit *Alto-* 95
grad. cons. 100. *n.* 68. *lib.* 1. Agit ferme contra legem so-
cietatis unus socius, si cum pecunia sociali, peculiarem
suum creditorem dimittat, illamque in rationem societatis
referat *Caball. cons.* 121. *n.* 27. *Capyc. latr. consult.* 95. 96
n. 3. et si dimittit, ipse societati tenetur, non tertius ille
socii creditor dimissus, qui suum sibi titulo oneroso debi-
tum recepit, a quo proinde condici, seu avocari per socios
pecunia soluta non potest *Capyc. latr. d. consult.* 95. *n.* 9. 97
ad 12. *de Marin resol. jur. lib.* 1. *cap.* 320. *per totum.* Imo
vero socius creditorem ipsum societatis dimittere volens,
hunc servare debet ordinem, ut prius graviora, deinde le-
viora debita socialia dimittat *Rota post Picum ad statut.* 98
urb. dec. 5. *n.* 1. Quod si socius expressam habet in capitu-
lis socialibus legem dimittendi hunc, vel illum creditorem
socialem, nequit de mandato etiam aliquorum sociorum
alium creditorem dimittere *Rot. post d. Picum d. dec.* 5. 99
n. 2. *ad plur seq*

Minusque socius potest aliquid innovare in praejudicium
societatis, eadem societate durante *Cephal. cons.* 475. *n.* 8. 100
tom. 4. *Joseph. Ludov. commun. conclus.* 53. *vers. per-*
durantibus istis Carp. ad stat. mediolan. c. 483. *n.* 92.
tom. 2. ratio est, quia post constabilitas in societate con-
ventiones, jus cuique sociorum quaesitum est, nec nisi con-
sentientibus sociis ad unum omnibus, potest quid minimum
etiam alterari *Cephal. d. cons.* 475. *n.* 9. *tom.* 4. Novata 101
autem dicitur societas, quatenus circa utilia, vel capitalia
fit ab antiqua forma societatis recessus, vel novorum pacto-
rum, novarumque personarum accedit diversitas *Mans.* 102
consult. for. 439. *n.* 6. *tom.* 5. *Rota in dec.* 169. *n.* 6. *et* 7.
coram Tanar. atque ex factis maxime talis inducitur no- 103
vatio *Rot. d. dec.* 169. *n.* 9. *coram Tanario.* In dubio ta-
men hujusmodi societatis novatio, non praesumitur, nisi
concludentissime probetur, ex plena manu collectis in eadem 104
dec. 169. *n.* 18. 23. *et* 24. *cor. eodem Tanar.*

An socius confitendo aliquid, aliis sociis possit praejudi-
105 care, quaeritur? Affirmant. Gratian. discept. far. cap. 677.
n. 53. Bellon. dec. Genuae dec. 1. n. 1. Contri discept.
for. causo 44. num. 12. Ansuld. du commerc., et mercat.
disc. 51. n. 15. nisi talis confessio fuerit emissa, post fini-
106 tam societatem Carpan. ad statut. mediol. cap. 483. n.
214. tom. 2. Alii vero distingount; aut confessio est vo-
luntaria, ultronea, et gratuita, quamquam in judicio emis-
107 sa, et non infert aliis sociis praejudicium, quod si confessio
unius socii fuerit necessaria, hoc est in executionem suae
obligationis emissa, puta in solidatione, aut discussione
computorum, ad quam socii compelli possunt, et hoc poste-
108 riore casu confessio unius socii, aliis praejudicat Ansald.
du commerc. et mercat. disc. 49. n. 29. in fin. Angel. de
confes. lib. 3 qu. 9. n. 9. in fin. Rota in dec. 224. n. 9.
et 10. cor. Bichio.

Utrom socius possit in re communi superaedificare, invito
109 altero socio? Et affirmative resolvunt Capyc. latr. dec. 157.
num. 27. lib. 2. Magon. dec. Florent. 46. n. 8. Thesaur.
dec. 41. n. 7. Canstant. vot. 62. n. 10. tom. 1. Verumta-
men socius invito altero socio in re communi superaedifi-
cans, communicat alteri socio superaedificatum. absque ulla
110 spe repetendi expensas meliorationis Thesaur. dec. 41. n. 7.
qui hoc subdit servari de rigore juris, de aequitate autem,
111 et de nonnullorum locora consuetudine, socius, cui com-
municatur superaedificatum tenetur solvere medietatem ex-
pensarum factarum in superaedificatione parietis, vel ad
summum, antiquum parietis sui, vel areae suae pretium,
recipere a superaedificante; cui tum demum equidem ae-
quitativae declarationi accedu, cum in superaedificante absit
aemulatio, luxus, affectatio, multo vero magis cum dolus,
112 et fraus absit. Constant. d. vot. 62. n. 7. et 8. tom 1. et
consequenter bona fides, utilitas, commoditasque inserviat,
113 uti videtur concludere Constant. d. vot. 62. n. 7. ad fin.
Quid vero socius circa rem communem facere possit, vel
114 non possit, latissime tractat. Sperell. dec. 56. per tot. tom. 1.

Similiter, an socius proprio, acquirens nomine, seu pro
se, suisque haeredibus, cum pecuniis socialibus, sibi soli
acquirat? et regula est, sibi, non societati acquirere, l. si
115 patruus 4. c. commun. utriusque judic. Ansald. de com-
merc., et mercat. disc. 93. n. 13. et 15. Rota decis. 106.
n. 9. tom. 5. part. 1., et dec. 41. n. 10. tom. 9. in nuperr.
et in Rom. societ. 6. dec. 1754. ₰. 14. cor. cl. mem. Card.
Caprara. Nam cum de tempore acquisitionis, societas forte
lucrosa extiterit, veluti semper lucrosa de jure praesumitur,
116 quousque non sit reddita computorum ratio. Thomat.
dec. 132. n. 44. Carleval. de judic. lib. 1. tit. 3. disput. 7.
n. 4 Capon. discept. for. 114. n. 7. tom. 2. Bonfin. dec.
Floren. 22. n. 15. Rot. dec. 1730. n. 7. coram Coccin. et
dec. 276. n. 13. tom. 9. in nuperr. Citra ullam furti ma-
culam praesumitur, socium acquirentem separasse, sibique
praeveniendo addixisse utilium partem ad se pertinentem,
117 et cum ea acquisitionem fecisse ut per Rot. in dec. 106.
n. 8. et dec. 293. n. 3. 4. ad seq. tom. 5. part. 1., et decis.
41. n. 1. tom. 9. in nuper. Ita ut non alias, res per unum
socium quaesita, societati acquiratur, quam si idem socius,
et suo, et insimul aliorum sociorum nomine, illam acqui-
118 rat, ex Carol. Ant. de Luca, de pluralitate homin. legal.
cap. 72. n. 1., et per tot. Verum, et hic arbitror, spectan-
dum, qualis sit societas, nam excepta universali societate,
in qua omnia communicantur, quamvis nomine unius socii
119 tantum quaesita; quoad generalem, et particularem perti-
net societatem, illud unice spectandum, au res quaesita per
unum socium, fuerit quaesita cum illa pecunia destinata,
vel ad commuoem quaestum, seu quae ex illa individua
negotiatione in contractum specialiter deducta provenerit,
nam in his circumstantiis communicatur, tametsi proprio
unius socii nomine quaesita, quemadmodum videtur in su-
120 periore cap. 5. n. 47. ut 48. et cap. 6. n. 70. hujus secundae
partis abunde demonstratum.

De compensatione inter socios, nonnulla incidenter dixi
121 in superiore cap. 6. n. 65. ad seq. hujus secundae partis;
reliqua hic subjicio: terminis quidem habilibus in facto
praesuppositis, compensatio inter socios, ipso juris ministe-
122 rio admittitur Rot. in Romana societatis 6. decemb. 1754.
₰. 10. cor. cl. mem. Card. Caprara. Puta si in partiali,
seu totali rerum socialium divisione, aut solidatione, aliunde
etiam, quam ex causa societatis unus socius sit debitor, et
123 respective creditor alterius Bersan. de compensat. cap. 3.
qu. 9. n. 7. et ratio est, quia inter socios ex bono, et aequo
agitur Rota in dicto Romana societatis 6. decembris 1754. 124
₰. 11. coram eodem Caprara. Nec ideo lubenter assentior
Bersan. de compensat. d. cap. 3. qu. 9. n. 10. et 11., qui 125
auctoritati Medices de compensat., per eum ibi citati inni-
sus, tuetur in societate generali omnium quaestuum non
admitti compensationem crediti aliunde provenientis, quam
ex eodem sociali quaestu, quod ipsum receptum ait in so-
cietate unius negotiationis, particolari; nam cessante prae-
judicio aliorum sociorum, nullam partem in eo credito, seu
debita respective habentium, neque ad eosdem socios credi-
tores, et respective debitores restricta, aequi, bonique ratio
inter socios praecipue suadet, ut compensatio admittatur,
juxta regulam sub ₰. 11. allegatae decisionis superius pro- 126
xime relatam.

Sunt haec tamen intelligenda, si is, qui petit compensa-
tionem opponit creditum proprio sibi nomine, non aliena
debitum; nam si alieno nomine, inesset planu aliorum so-
ciorum praejudicium, veluti ferme est casus datus in supe-
riore c. 6. n. 65. ad 67. hujus secundae partis, atque etiam
advertunt Bellon. decis. Genuae 26. n. 3n. Berson. de 127
compensat. cap. 2. quaest. 15. n. 14. 15. et 16., et cap. 3.
quaest. 1. n. 20. et 21., ut quaest. 9. n. 4., et quaest. 15.
n. 19. et 20. Rota in dec. 9. n. 7. de societ. coram Falco-
ner., et decis. 305. n. 2. et 3. coram Caprara. et dec. 85.
n. 7. cor. Kaunitz. Eoque amplius, ut ne crediti compen-
sandi quidem prosit liquiditas, si pars unius socii compen-
sare rogati, a redditione rationis, et discussione partitarum
pendeat, Rota in decis. 9. n. 3. de societ. cor. Falconer. 128

Hinc multo minus socius duarum societatum jure com-
pensat debitum unius, cum credito alterius societatis, quia
inesset praejudicium aliorum sociorum alterutrius societatis
Bersan. de compensot. cap. 3. quaest. 9. n. 21. Sperell. 129
decis 91. n. 6. Rota dec. 46. n. 6. 7. et 8. part. 16. rec.
Quod si ex diverso iidem sunt identifici socii utriusque so-
cietatis, seu tabernae, seu negotii, et hoc posteriore casu,
quia aliorum sociorum cessaret praejudicium, compensatio 130
procederet Bersan. de compensot. d. cap 3. quaest. 9. n. 2.
5. et 22. Rota in d. dec. 9. n. 7. de societ. cor. Falconer.
In hoc tamen posteriore supposito, si unus socius negligen-
ter in administratione se gessit, vel aliquod praejudicium
societati culpa sua intulit, absit, ut hoc valeat cum lucro
ejusdem societatis alia ex parte eidem societati, per eum il- 131
lato, compensare leg. de illa 23 ff. pro socio, Sperell. de-
cis. 169. n. 43. tom. 2. Costa de ratione ratae quaest. 225.
n. 10. Bersan. de compensat. cap. 3. quaest. 4 n. 17. Si
ambo tamen socii parem negligentiam in administranda so-
cietate adhibuerint, dicendum est, desinere eos invicem es-
se obligatos ipso jure compensatione negligentiae facta, 132
sunt verba textus in leg. si ambo 10. ff. de compensat.
quod ipsum est in pari sociorum administrantium dolo re-
ceptum, secus si dolus, vel culpa unius fuerit gravior, le-
vior autem alterius Bersan. de compensat. cap. 3. quaest. 133
9. n. 13. 14. et 15.

Eleganter etiam quaeritur, an jus redimendi super re ali-
qua sociis competens, possit ab uno sociorum in tertium,
recepto pretio, distrahi? Generalis quidem regula affirma-
tiva se habet, ut nempe jus redimendi, et cedi, et distrahi
valeat, Arias de Mesa var. resol. lib. 1. cap. 22. n. 1 et 134
11. Noal. de trasmiss. cap. 5. et 6. Rota in Romana juris
redimendi 24. januarii 1757. ₰. 2. coram cl. mem. Card.
Elephantutio. At in sociis aliter videtur dicendum, quia
si unus socius portionem juris redimendi suam extraneo ce-
deret, cogerentur alii socii, inviti etiam, illum extraneum
in socium admittere, contra doctrinam textus in leg. qui
admittitur 19. ff. pro socio, Gabriel. cons. 63. n. 18. lib. 2
et subjecta quaestione Mans. consult. far. 336. sub n. 16.
tom. 4. Qua re melius dixerim, ut socius distrahere volens 135
suam juris redimendi partem, debeat antea interpellare
consocios, an praeferri velint, quod si noluerint praeferri,
licita indu, atque valida distractio sit Mans. loc. prox. cit. 136
dict. n. 19.

Quid rursus, an non sociorum unus possit ipse partem
suam dumtaxat redimere? et non posse patet, sed rem to-
tam redimere debere si velit Menoch. de praesumpt. lib. 3. 137
praesumpt. 137. in fin. Carena resol. 26. n. 3. Paul Chri-
stin. dec. Belgic. 88. n. 3. vol. 3. Sanfelic. dec. 22. n. 4.
et 5. Hermosill. ad Lopez tit. 5. gloss. 7. et 8. part. 5.
leg. 42. n. 8. et 9. tom. 2. quia jus redimendi est per se
individuum Mans. consult. for. 336. n. 7. ut 8. tom. 4. 138
Hoc tamen verum, quod si sociorum unus rem totam redi-

mat, cavere tenetur restituere deinceps partem suam cui-
139 que socio ratam sibi pretii solventi. *Gratian. discept. for. cap.* 330, *per tot. Olea de cess. jur. tit.* 4. *quaest.* 6. *n.* 28.
et 32. *Carena resol.* 26. *n.* 4. *Mogon. dec. Florent.* 28.
per tot. Paul. Christin. decis. Belgic. 88. *n.* 4. *Nodl. de tronrmiss. cap.* 57. *n.* 5. *Ruto in decis.* 47. *n.* 4., *et decis.* 301. *n.* 1. *part.* 18. *tom.* 1. *rec.* etiamsi interea expiraverit terminus ad reluendum cum primo emptore praestitutus, quia interrupta remansit praescriptio per redemptionem ab uno socio factam, quae praescriptionis interruptio
140 aliis utique sociis prodest *leg. fin. cod. de duab reis stipul. Olea de cession. jur. tit.* 4. *quaest.* 6. *n.* 33. nisi ille socius, non in vim pacti redimendi, sed tanquam tertius rem illam a primo emptore quaesierit cum cessione jurium, nam tunc si terminus ad reluendum praeterlabetur, alii socii
141 praetendere nihil possent *Rot. in dec.* 577. *n.* 4. *cor. Crispo.*
Privatis pactionibus, non dubium est, non laedi jus cae-
142 terorum, sunt verba *text. in leg. imperatores* 3. *ff. de transact.* ex quo proficiscitur, ut unus socius altero consocio, vel absente, vel ignorante, transigens super re commu-
143 ni, nullum ei inferat praejudicium *leg. inter alios* 2. *c res inter alios acta*, ibi » inter alios factam transactionem » absenti non posse facere praejudicium, notissimi juris est » etc. Neque enim si te absente divisionem ejus fecerunt,
144 » aliquid juri tuo derogari potuit » ubi *glossa verbo fecerunt*, *Mantica de tacit., et ambig. lib.* 26. *tit.* 4. *num.* 1 *tom.* 2 *Urceol. de transact quaest.* 100. *n.* 31. haec tamen regula vera est, cum de praejudicio aliorum agitur, nam ubi supra hic n. 4. *et* 7. probatum est, socium non prorsus mi ab aliis mandatum ad praejudicandum habere, sed ad ea
145 tantum gerenda, quae societati expediunt, eique utilia sunt; ergo si transactio per unum socium inita sit caeteris sociis proficua, atque utilis, rata omnino manebit transactio
146 *Carena resol.* 26. *n.* 2. *Mantica de tacit., et ambig. lib.* 26 *tit.* 4. *n.* 15. *tom.* 2. *Urceol. de transact. quaest.* 100. *n.* 35.
Quaeritur etiam an socius administrans possit petere sa-
147 larium? Regula est negativa, quia secus mercenarius erit, seu operarum locator, non socius *Romans. cons.* 168. *n.* 5. *in fin. Natta cons.* 376. *n.* 6. *tom.* 3. *Spoda cons.* 293. *n.* 1. *tom.* 2. *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 14. *n.* 46. *t.* 1. *Jov. de contract. min. gloss.* 25. § 13. *n.* 689. *Zacchia de salar. qu.* 51. *n.* 57. *ad* 59. *Rato in dec.* 1368. *n.* 2. *cor. Seroplin., et in dec.* 87. *n.* 10. *t.* 9. *in nup. et in Fulginat. societatis super saloria* 11. *jan* 1723. § 1. *et* 2. *cor. bon. me Crispolto.* Haec tamen regula temperatur, si salarium fuerit ex pacto constitutum. *Jov. de contract. min. gloss.* 25.
148 § 13. *tom.* 690. *Volent. de contract. vol.* 18. *num.* 57. *et* 58. *Rota dec.* 59. *n.* 7. *coram Aeguell.* vel cessante conventione, si in loco vigeat consuetudo solvendi salarium so-
149 cietatem administranti, ut standum sit consuetudini *Roman. cons.* 168. *n.* 5. *et* 6. *Corn. cons.* 116. *n.* 1. 2. *et* 3. *vol.* 4. *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 14. *n.* 49. *tom.* 1. *Jov. de contract. min. gloss.* 25. § 13. *n.* 689. *Valent. de contract. vol.* 18. *n.* 52. *ad plur. seq.* Ad extremum vero conveniunt omnes, ut ratione administrationis, sit ei, qui
150 administrat major utilium portio assignanda, ex *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 14. *n.* 48. *tom.* 1. *Zacchia de salar. quaest.* 51. *n.* 60. *ad seq. Costa de ratione ratae quaest.* 225. *n.* 3. *et* 4. *Velent. de contract. vol.* 18. *n.* 12. 13. *ad* 17., *et iterum n.* 59. *cum duob seq.*
Haec tamen equidem omnia, vera intelligerem, si is, qui socialia negotia administravit coaequalia contulisset initio capitalia, non si solam contulerit operam, seu personalem industriam, propterea quod hanc ex necessitate contractus conferre debebat, ad aequalitatem capitalium constituendam, justa censuram *textus in leg. societas* 5. *ff. pro socio.* 151
Non hic ergo poterit socius separatum petere salarium, sed contentus esse debet sua portione utilium sibi initio in correspectivitatem industriae suae, constituta, nam secus duplex lucrum ex una ejus industria, unaque opera contra naturam societatis reportaret; quod si initio socius capitalia 152
sua contulerit, industriamque ejus addiderit, ex eaque societas utilior evaserit, licet socius administrando rem propriam in parte, administraret, et rem propriam administranti non debeatur salarium; in his dumtaxat, ut opinor cir- 153
cumstantiis, pactum, et consuetudo, vel aequitas etiam expostulant, ut salarium socio administratori debeatur, veluti per *Rot. in Fulginaten. societatis super salario* 11. *jan.* 154
1723. § 3. 4. *et fin. cor. bon. mem. Crispolto*, nisi aliqua, juxta priorem casum subesset causa, puta quia administrator socius pro societate fidejussit, propter quam fidejussionem esset aliqua majore recognitione, seu salario dignus, nam hic talis socius, seu administrator personam suam quodammodo geminaret, ut per *Rot. in Romana Thesaurariae Marchioe super creditis* 11. *dec.* 1719. § *haec autem* 155
cor. Crispo.
Socius praeterea uti non potest re communi jure servitu- 156
tis *Thesaur. dec.* 41. *n.* 11. minusque potest in eadem re communi servitutem imponere in alterius socii praejudi- 157
cium *Rot. dec.* 692. *n.* 5. *part.* 1. *rec.* Socius denique adversus alterum socium nulla praescriptione etiam immemorabili in re communi, juvatur *Rota dec.* 480. *n.* 7. *dec.* 490. 158
n. 15. *dec.* 509. *n.* 8. *dec.* 526. *n.* 13., *et decis.* 535. *n.* 17. *tom.* 2. *cor. Molin.* verum de his omnibus latius actum est in superiore *par.* 1. *cap.* 7. *n.* 133. *ad sequent.* 159
Pari modo socius, judex in causa socii esse non potest *Imola in cap. cum R. Canonicus n.* 1. *de offic. delegat.* 160
Zasius in leg. apertiissimi n. 18. *c. de judic. Moranta de ordin. judic. part.* 6. *de appellat. n.* 59. *Balducc. ad Roman. cons.* 33. *n.* 26. *tom.* 1. *Capyc. latr. dec* 81. *n.* 3. 161
lib. 1. qui declarat, hoc procedere durante societate, secus eadem finita societate, nam hoc casu quamlibet suspicionem, 162
propterquam repellitur a judicando, evanuisse ait *Capyc. latr. in d. dec.* 81. *n.* 4. Testis denique socius esse pro socio regulariter nequit *non instit. de testam. Glossa in verbo damus n.* 11. *Mascard. de probat. conclus.* 1312. *n.* 1. *vol.* 3. *Sabell. in summa verbo societas n.* 55. *Chartar dec.* 60. *n.* 6. qui sub *n.* 11. *et* 12. hanc procedere ait regu- 163
lam, quando socius testatur contra socium circa rem eos inter communem, extra vero rem communem testimonium unius socii contra alium socium recipitur, et in hoc con- 164
cordant *Mascar. de probat. d. conclus.* 1312. *n.* 2. *vol.* 3. *Menoch. de arbitr. cas* 474. *n.* 4. *et* 5. *lib.* 2. et ratio est; quia quando unus socius contra alium socium extra rem communem testimonium perhibet, est omni suspicione affectionis, vel utilitatis expers, propterea nempe quod nullum ex tali suo testimonio reportat commodum *Moscard.* 165
de probat. d. conclus. 1312. *n.* 2. *vol.* 3. *Menoch. de arbitr. d. cas.* 474. *n.* 5. *lib.* 2. *Gratian. discept. for. c.* 320. *num.* 30. et 31. *Jovius de contract. min. gloss.* 25. § 13. *n.* 184. hujusmodi vero conclusiones ad participem quoque societatis extenduntur *Rota Genuen. apud Bellon. dec.* 71. 166
n. 9. complura sunt alia, quae socii possunt et non possunt facere, de iis itaque alibi sparsim.

CAPUT X.

Quid socii facere debeant, vel non.

SUMMARIUM

1. Parum est, jus in civitate esse, nisi sint, qui jura reddere possint
2. Ita pariter inutilis est societatis coitio, nisi sint, qui illam administrent.
3. Societas inter plures rite contrahitur, licet unus administrator negotietur.
4. Non implicat, unum ex pluribus sociis negotiationi praeponi.
5. Imo expedit societati, administrationem illius, uni concredere.
6. In societate quandoque unius tantum nomen expenditur.
7. Negotii substantia spectanda est, an ad unum, vel plures pertineat.
8. Nomen unius in societate saepe expenditur ad ostentationem, honorem, et praeeminentiam
9. Qui in societate nomen expendit suum, dicitur caput societatis
10. Et si patitur, post finitam societatem nomen suum expendi, tenetur creditoribus ipse
11. Limita si creditores sciverint finitam societatem, et socius ignoraverit nomen suum expendi
12. Amplia limitationem in haerede, nomen defuncti expendi ignorante, secus sciente, et tacente
13. Quamvis defuncti haeredes fuerint minor, seu pupilli.
14. Ratio, quia contrahentes ex credulitate quod nomen expendatur de consensu socii, seu haeredis, ideo valide contrahunt, nisi de contrario certiorentur.
15. Socius si non nomine tantum, sed facto etiam sit societatis caput, puta administret, et negotia societatis gerat, socios indubie obligat.
16. Amplia, ut talis socius fortius, quam simplex institor societatem obliget.

17. Qui tamen socium administrationi praeponunt, si iidem contrahunt, non obligant societatem.
18. Socii omnes promiscue, et invicem administrantes, dicuntur vicissim administrationi societatis praepositi.
19. Quo in caso qualitas institoris exclusa remanet.
20. Sed reciprocum in negotiis per eos gestis praesumitur intervenisse mandatum.
21 Et creditoribus socialibus ipsi in solidum tenentur
22. Quod si socii omnes sint ad diversa ministeria occupati, puta unus ad capsam, alter ad scriptoriam, alter ad res urbanas, alter rusticas, unus non potest se ingerere in re alterius valide.
23. Si socii mandati fines excedunt, societatem non obligant, nisi actui caeteri consentiant socii, et n. 24.
25. Quicumque sit socius administrator, vel unus, vel etiam plures, debent conficere librum socialem.
26. Hic liber debet in fronte habere titulum ita inscriptum, *liber societatis*, cum die, et anno.
27. Pactum non conficiendi librum socialem, et de stando dicto socii, non valet.
28. De jure talis liber praesumitur exaratus, et penes socium administrantem extare.
29 Quod si talis socius hunc librum, vel non conscripserit, vel vitiose confecerit arguitur de dolo.
30 Et ad ea utilia socialis tenetur, quae ex tali negotio erant percipi solita, et contra ipsum juratur in litem.
31. His liber socialis debet legaliter fieri, et omnia copia in eo contenta per socium administratorum probari.
32. Neque excusatur socius, si dicat se librum confecisse eo modo, quo sciri.
33 Socius propterea tenetur d. librum exhibere.
34. Nec olis ad hoc effugiendum juvatur praescriptione.
35 Minusque juvatur amissionis protestatio juramento etiam confirmato.
36. Ut legalis sit liber, probari debet de mandato sociorum fuisse scriptum, et quod contineat partitas ad societatem unice pertinentes.
37. De mandato sociorum scriptus liber ex ipso praesumitur, quod socius, qui scripsit, fuit administrationi praepositus.
38. Amplia si fuerit communi nomine inscriptus.
39. Quoad continentiam partitarum ad societatem pertinentium, ex ipsa librorum inspectione dignoscitur.
Ita ut si habeantur ibi partitae conscriptae ad societatem non pertinentes, fidem non merentur, nec socii obligentur, ibid
40. Societas non obligatur pro rebus per socium gestis, et ad societatem non pertinentibus.
41. Liber socialis semel approbatus, non potest amplius impugnari, minusque in parte acceptari, et in parte rejici.
42 Cum societas contrahitur, tam damni, quam lucri communio initur.
43 Socii ex negotiis bene gestis lucrum, ex male vero gestis damnum sentiunt.
44. Ut socii afficiantur debitis contractis, qui administret, duo debet servare, alterum ut habeat mandatum ab aliis sociis, et alterum, ut contractus sit nomine sociali gestus.
45. *Mansius* vero tria requisita ad hoc necessaria copulative praescribit, atque indicantur, n. 46.
47. Facultas obligandi consocios in capitulis expressa, ad unguem exequi debet.
48. Nec socius de his legibus, seu capitulis ignorantiam potest allegare.
49. Facultas obligandi socios tacita, seu tacitum mandatum, resultat, ex ipsis negotiis utiliter gestis.
50. Amplia si contractus gesti versentur in rebus ad societatem pertinentibus.
51. Et quod dicitur de negotio utiliter gesto, intelligitur, si initio actus sit prudenter gestus, licet malum habeat exitum.
52. Socius, qui se suo obligat nomine, alii socii non obligantur, nisi pro contractu nomine societatis gesto
53. Si socius administrator ita contrahit *Titius, et socii acceperunt mutua*, non dubium quin in solidum obligentur omnes, n. 54
55. Socius tamen expendens nomine societatis, ut eamdem obligat, alia tria requisita servare debet, atque indicantur, n. 56.
57. *Mansius* tres indicat obligandi modos, primus est ita conceptus „ *Io N. N. in proprio* „ et n. 58.
59. In hoc non exprimitur character socialis, neque fit mentio de sociis, aut de societate, qui, quaeve propterea, non obligantur.
60. Amplia fortius, quia illud „ *Io proprio* „ indicat socium non dumtaxat nomine proque suo privato interesse se obligasse.
61. Amplia licet hic socius pepigisset non contrahere nomine proprio, non obstante quod signum sociale in hujusmodi apocha impresserit, nam societas non obligatur.
62. Quod si hujusmodi socius rem contractam vertisset in utilitatem societatis, haec adhuc remanet obligata, quatenus sit locupletior facta.
63. Nec mercator ita contrahens cum tali socio auditur, si dicat, se contemplatione societatis contraxisse, ita ut possit utili negotiorum gestorum actione agere, n. 64.
65. Nam talis mercator, ut sibi societatem obliget, necesse est, ut sciat, eum socium esse, negotio praepositum, et rem, super qua contrahit, ad societatem pertinere.
66. Obligatio facta per socium *In proprio*, non adstringit societatem, nisi haec probetur locupletior facta.
67. Et ad hunc effectum versionis probatio in causam societatis est indispensabilis.
68 Altera per socium obligatio ita facta „ *Io N. N mi obbligo* „ est aequivoca.
69. Et hoc videndum, an contractus vere pertineat ad societatem, et datur exemplum: magis si probetur versio, tunc societas non obligabitur, n. 70. 71. et 72.
71. Ad probandam versionem ad conjecturas recurritur, inter quas illa magna est, si pecunia in libris socialibus fuerit adnotata.
73 Et in quovis dubio, non sociali, sed proprio censetur contractum nomine.
74. Nec illa formula „ *comune sia tanto il credito quanto il debito* „ apposita in apocha sociali, suffragatur, ut supra relatis facti circumstantiis, n. 75. et 76.
78. Verum in casu societatis probatae, tanti est, ut citra quoque sociorum nominationem, ex versionis utilitatem, illos obliget, et n. 77. et 78.
79. Versionis autem probatio inest, si habetur recognitio bonae fidei per socium facta, vel illius confessio, vel testium depositio.
80 Amplia si societas debitum ita contractum agnoverit, puta usuras solverit: vel partem sortis restituerit.
81. Debitum vero factum expresso nomine societatis, non indiget versione, et ab eadem societate solvi debent.
82. Amplia in eo, qui recta via societati credidit; nam tunc creditor nulla pariter indiget versione, ut satisfiat, n. 83.
84. Illa vero socii administratoris obligatio „ *Io N. N compagno etc.* vel *Io N. N. compagno a nome etc.* vel *Noi N. N. compagni promettiamo, e ci obblighiamo in solidum* „ non est dubium quin societatem obliget, et n. 85. et 86.
87. Et creditor in his circumstantiis non debet esse sollicitus de versione
88. Nam defectus versionis, contentionem parit inter socios, sed creditori non praejudicat.
89. Non obstat, quod si unus socius tam facile posset societatem obligare, eamdem subverteret; nam hoc sibi imputent alii socii, n. 90.
91. Socii tamen inter se ad debita solvenda pro virili agunt, non in solidum, et n. 93.
92. Creditoribus datur solidalis actio in socios, si sit contractum nomine sociali, vel sit creditum societati, vel in causam societatis versio probetur.
94. Amplia ut solidalis actio detur in socios, licet haec dictio *in solidum* deficiat.
95 Socii censentur fidejussores inter se.
96. Dicta solidalis actio fundatur in universali observantia, et consuetudine mercatorum, et datur ratio.
97. Amplia ut eadem solidalis actio demandetur in urbe ab ejus statuto cap. 39
98. Pactum tamen, ut socii erga creditores pro virili, et non in solidum teneantur, valet.
99. Qui merces ad instruendam tabernam socialem subministravit, habet in socios solidalem actionem.
100. Limita si is, qui merces subministravit, fuerit incertus, seu incognitus.
101. Consensus non trahitur ad ignorata.
102. Invitus quisque liberari potest, obligari non potest.
103. Si omnes socii indistincte administrent non tenentur in solidum, sed pro virili, et n. 104.
105. Contrarium verius est, ut teneantur in solidum, et affertur ratio.
106. Contrarii doctores ita conciliantur, ut pro rata teneantur inter se, in solidum vero creditoribus.
107. Declara et hactenus adductas conclusiones procedant in sociis particularibus, non in universalibus, qui indistincte tenentur in solidum.
108. Socius administrator propter mandatum praesumptum, obligat omnes alios, et datur ratio, n. 109.
110. Si societas non sit destinata ad recipienda deposita, eaque recipiat administrator, societas non obligatur.
111. Facultas accipiendi pecunias praeposito societati tributa est periculosa sociis solvere successive obligatis.
112. Ideo doctores sex praescripserunt ad hoc requisita, quae indicantur, n. 113. 114 115 116 117. et 118.
119. Facultas tamen accipiendi pecunias si fuerit expressa, ampla, atque illimitata, non dubium, quin citra dd. requisita, socii teneantur.
120. Quod si facultas fuerit conditionalis, puta, dummodo pecunia socialis non sufficiat ad gerenda negotia, tunc administrator debet interpellare socios, et antea certiorare.
121. Amplia ut socios interpellare debeat, licet expressam haberet facultatem, et affertur ratio.
122. Si interpellati socii consenserint, administratorem sumere pecunias ad cambium, quaeritur an, hic possit a se ipso illas accipere: et negative resolvitur
Declara nisi facultatem expressam habuerit accipiendi pecunias a se ipso, ibid. et n. 123.
124. Subdeclara, ut requiratur specialem transmissio, et affertur ratio
125. Socius habet a jure facultatem mutuandi societati, usurasque petendi.
126. Sed quoad mutuum, quia societati utile, est receptum, quoad usuras vero hodie abrogatum.
127. Socius administrator non potest fidejubere, et socios obligare, et n. 129
Fidejubere est dilapidare, nec ideo dicitur actus societati utilis ibid. et n. 128.
130. Limita quando fidejussio cedit in utilitatem societatis, puta ex praemio fidejussionis, seu assecurationis *provisione* vulgo nuncupato, et n. 131. et 132.
133. Amplia si adsit statutum, vel consuetudo fidejubendi, forte ad conciliandа negotia socialia.
134. Amplia etiam, si socii dederint fidejussioni consensum, vel postea ratificaverint
135. Quaeritur an socii teneantur creditoribus ultra capitale in societate positum: nodosa haec appellatur quaestio.
136. Et socios teneri usque ad metam capitalis, et non ultra, tenent plures doctores
137. Et creditores imputent sibi, quia investigare debebant vires capitalium
138. Contrarium alii tenent, hoc est socios teneri ultra quoque vires capitalium
139. Alii conciliando dicunt, socios teneri in solidum, et ultra vires creditoribus, pro virili autem inter se.
140. Sed hanc conciliationem Rota rejicit.
141 Ad solutionem quaestionis datur distinctio.

Aut societas coita est, nullo certo capitali praefinito, et tunc socii tenentur ultra vires, et n. 142.

143. Aut initio fuit a sociis praefinitum certum, et limitatum capitale, et tunc tenentur creditoribus intra illius vires, n. 144

145. Amplia vero, si in capitulis socialibus fuerit dictum, ut socii ultra capitalium vires non teneantur.

146. Regula est, ut socius non teneatur ultra ea, quae in epocha sociali continentur.

147. Vires tamen capitalis denunciandae sunt mercatoribus per literas ablatorias, ne decipiantur, nam secus socii ultra quoque vires tenentur, et n. 148.

149. Certioratio haec autem quomodo sit facienda, remissive.

150. Si capitale initio sit limitatum, et eo consumpto, socii prosequantur negotiari, tunc censetur renovata societas cum novo capitali ejusdem quantitatis.

151. Amplia licet socii ignoraverint, capitale esse fuisse consumptum, quia hac ignorantia excusari non possunt, et n. 152.

153. Certioratio ergo creditorum semper necessaria est, sive per mortem unius solvatur, sive capitale fuerit limitatum, aut illimitatum, secus socii tenentur.

154. Certiorati autem creditores si praesumpti fuerint credere societati, sibi imputent.

155. Si tres fuerint cum aequali capitali, unus expendit nomen, alii duo non expendunt, si debita absorbent capitalia, ille qui expendit nomen ultra vires tenetur, et affertur ratio, n. 156.

157. Circa formam exponendi capitale sociale, et certiorandi mercatores, remissive.

158. Edictum Urbani VIII, atque alterum Card. Honuphrii, in hac ipsa societatis materia, exornatur, n. 159.

160. Creditores quando agunt ultra vires societatis debent prius excutere bona socialia, deinde nomina societatis, et in subsidium agere contra alia bona non socialia sociorum.

161. Quod si unus socius administravit, creditores contra eum primo agunt, in subsidium vero contra caeteros socios.

162. Solidalis actio, quam habent creditores sociales, est subsidiaria, ac praevia excussione, ut supra.

Dictio haec *in solidum* in jure varie accipitur. Ibidem, et quater, n. 163. et 164.

165. Ad differentiam clausulae *in solidum* in pactum deductae, quae excludit excussionem, et n. 166.

167. Socius debet summa cum bona fide negotia societatis administrare et remissive.

168. Unde si socius pecunia sociali usus fuit, et in proprium usum convertit, furti tenetur.

169. Et insuper tenetur reintegrare alios socios, non solum de illa pecunia, sed etiam de illius utilibus, n. 170.

171. Amplia ut ad hunc effectum detur sociis pro utilibus, quae ipsi percipere potuerant, juramentum in litem.

172. Amplia etiam sine necessitate interpellandi, aut constituendi in mora.

173. Et si hujusmodi socius in eodem casu pecuniam cum usuris accepit pro societate, ipse tenetur usuras solvere.

174 Amplia ut nec ei prosit exceptio, detraxisse e societate utilium partem ad se pertinentem.

175. Quod socius pecunia sociali usus sit, ex eo intelligitur, si initio fuit pauper, postea dives effectus sit.

176 Socius exigens credita socialia, tenetur ea repartire aequaliter inter socios.

177. Unus socius laborat pro socio.

178. Unus socius non debet ad imparia judicari inter alios socios.

179. Socius diligens si partem suam dumtaxat exegit, et debitor postea decoxit, tenetur nihilominus eam inter alios consocios dividere.

180. Amplia licet socialis debitor non fuerit postea effectus non solvendo.

181. Limita si alii socii viderint, ac scieverint illum socium partem suam exegisse, et tamdiu negligenter tacuerint, donec debitor socialis decoxerit.

182. Socius percipiens fructus, debet pro rata inter alios dividere.

183. Quod si socius fructus consumpsit, tenetur ad pretium illorum currens de tempore consumptionis.

184. Amplia licet post consumptionem pretium fructuum fuerit adauctum, vel diminutum.

185. Per mortem unius socii, solvitur societas.

186. Negotia tamen per defunctum coepta, et pendentia, perficit haeres.

187. Verbum *debeat* textus, indicat necessitatem, non potestatem, aut arbitrium.

188 Ita ut haeres tenetur perficere negotia per socium defunctum coepta, ex necessitate, etiamsi noluerit.

189. Negotium vero coeptum dicitur, etiamsi per unum diem ante mortem socii fuerit inchoatum.

190 Haeres tamen nova negotia socialia inchoare non potest.

191. Socius negotiationi praepositus tacite vel expresse habet tacitum mandatum ab aliis ad negotia utiliter gerenda.

192. Quaeritur, si socius domum communem locaverit, an alter socius, finita societate, locationi stare teneatur?

193. Resolvitur affirmative, si domus erat individua indivisim solita locari, et locata fuerit ad solitum tempus.

194. Secus e contra, et si socius qui locavit, non servaverit requisita, de quibus remissive.

1 Verum est enim, ait Gajus, jus in civitate esse, nisi sint,
qui jura reddere possint in *leg. 2. §. post originem ff. de*
2 *orig. jur.* Id ipsum dicatur oportet in societate, quam coiri,
parvi refert, nisi sint, qui eam utiliter administrent. Inter
plures quidem contrahi societatem posse, quamvis negotietur
unus, non est qui valeat in discrimen revocare, sta-
3 tuitque *Rot. in dec. 27. n. 25. par. 17. rec.* cum non implicet
ex pluribus sociis, unum negotio praeponi, atque
4 administrationi *Rot. dec. 261. n. 2. tom. 9. in nuperrim.*,
et in dec. 1. n. 8. de societ. cor. Falconer. Imo vero societati
plerumque expedit, uni sociorum, amotis caeteris,
universam negotiorum socialium, administrationem con-
5 ferri, *Rota in Romana societatis* 15. *aprilis* 1739. *§. est
enim verum 11. cor. clar. mem. Card. Millino.*

Quandoque tamen unius tantum socii nomen in societate
6 expenditur, ut per *Card. de Luc. de regal. disc.* 23. *n.* 13.
non quod sociale negotium ad illum privative pertinere
semper dicatur, cum negotii substantia jugiter spectanda,
7 ad alios nonnunquam pertineat, *Gratian. discept. for.
cap.* 768. *n.* 1. *et* 2. *Capyc. latr. dec.* 189 *n.* 31. Sed quod
8 saepe ad ostentationem, praeeminentiam, et honoris causam
tantum, nomen unius tamquam principalis directoris in societate,
seu contractibus socialibus apponitur, *Ansald. de
commerc., et mercat. disc.* 51. *n.* 9. *Rot. dec.* 234. *n.* 24.
cor. Bichio, et in Bononien. societatis 14. *martii* 1707.
§. penult. cor. bon. mem. Omanna.

Hoc tamen verum, quod nomen opponens suum, illudque
9 in socialibus negotiis expendens, ipse dicitur caput societatis
*Felin. in cap. dilecta n. 5. vers. tamen de aequitate
de rescript. Straccha de mercatur. par. 4. de contract.
mercator. n.* 17. *Magon. dec. Lucen.* 1. *n.* 27., et si patitur
nomen suum expendi post quoque finitam societatem,
10 sibi valde praejudicat, nam creditores agere contra ipsum
valent *Casareg. de commerc. disc.* 145. *n.* 1. 7. *et* 8. nisi
creditores scieverint tempus societati praestitutum, lapsum
11 fuisse, et socius ignoraverit nomen suum expendi *Casareg.
ibid. n.* 2. *et* 3. Idem juris est in haerede ignorante,
12 nomen defuncti palam expendi *Casareg. ibid. n.* 4. *et* 10.
quod si sciverit, et tacuerit, creditoribus tenetur *ibid. n.* 5.
26. *et* 27. quamvis defuncti haeredes fuerint pupilli, aut
13 minores *ibid. n.* 30. illa ratione, quia mercatores ex sola
credulitate, quod nomen expendatur de consensu, vel socii
nomen suum expendi permittentis, vel haeredum defuncti,
nisi de contrario mercatores certiorati serio ostendantur,
hi excusantur, et in bona fide renovatae forsan societatis
esse censentur *Casareg. de commerc. d. disc.* 145. *n.* 6. 14

Quod si socius non nomine tantum, sed re etiam sit societatis
caput; hoc est negotia socialia actu administret, et
perinde, vel tacite, vel expresse talis appareat societati cum
institoris qualitate praepositus, vim caeteros obligandi socios
habet in solidum ad similitudinem institoris *Alexand.* 15
cons. 139. *n.* 1. *lib.* 5. *Natta cons.* 567. *n.* 1. *et* 3. *tom.* 3.
Paris. cons. 93. *n.* 4. *lib.* 1. *Rimin. jun. cons.* 331. *n.* 4.
vol. 3. *Costa de ratione ratae qu.* 99. *n.* 5. *Gratian. decis.
March.* 178. *n.* 11. 12. *et* 13. Imo vero talis socius fortius,
quam simplex institor societatem obligat *Bellon. de-* 16
cis. Genuen. 14. *n.* 66. *et* 67. *Mans. consult. for.* 437.
n. 25. *et* 26. *et consult.* 438. *n.* 21. *et* 22. *tom.* 5. ea tamen
quidem, ut caeterorum sociorum praeponentium quilibet
separatim contrahendo, nequaquam alios socios, vel ipsam
societatem obliget *Merlin. de pignor. lib.* 2. *tit.* 2. *quaest.* 17
76. *num.* 8.

Non raro autem accidit, ut omnes socii insimul, et promiscue
negotia socialia administrent; hi enim sese invicem
administrationi praeposuisse videntur, *Fachin. cons.* 45. 18
num. 21. *lib.* 1. *Pacific. de Salvian. interdict. inspect.* 3.
cap. 2. *n.* 595. *cum seq. Rota in dec.* 416. *n.* 2. *tom.* 2. *cor.
Durano*, quo in casu institoria quidem qualitas exclusa re- 19
manet *Rot. dec.* 1. *n.* 7. *de societ. cor. Falconer.* At in negotiis
per eos gestis reciprocum intervenisse mandatum praesumitur
Rot. post Pacific. de Salvian. interdict. dec. 147. 20
n. 1. *et in dec.* 416. *n.* 2 *tom.* 2. *cor. Durano.* Ita ut ipsi
etiam erga secum contrahentes in solidum teneantur *Rota
dec.* 61. *n.* 5. *post Pieum ad stat. urb. et coram Duran.* 21
dec. 416. *n.* 2. *tom.* 2. *et cor. Ludovis. dec.* 270. *n.* 10. *et
dec.* 302. *n.* 1. *et* 9., *et cor. Zarat. dec* 122. *n.* 2. *et cor.
Bichio dec.* 224. *n.* 3. Quod si socii ubique omnes, non promiscue,
et confusim negotia socialia administrent, sed separatim,
hoc est ad diversa societatis ministeria habeantur praepositi,
puta unus ad curam capsae socialis, alter ad curam
scriptoriae; item unus ad res urbanas, ad res rusticas alter,
et sic deinceps; si unus excedit limites concreditae administrationis
sibi praefinitos, alios non obligat socios *ad text.* 22
in leg. 1. *§. si plures ff. de exercit. act. Merlin. de pignor.
et hypoth. lib.* 2. *qu.* 76. *n.* 10. *Costa de scientia, et ignorant.
inspect.* 91. *n.* 9. *Rot. dec.* 368. *n.* 36. *cor. Durano*,
et dec. 456. *n.* 4. *cor. Dunoz. jun.* Nam si socii mandati fines
excedunt, societatem non obligant *l. sed si* 11. *§. conditio* 23

Zanchia

31

ff. de institor. act., et leg. 1. §. igitur ff. de exercit. act.
Armenzan. dec. Genuen. 45. n. 16. nisi actui caeteri socii
24 consenserint Fontanell. dec. Cathalun. 504. n. 12.
Sit vero unus, vel alter socius cum tacita, vel expressa
institoria qualitate praepositus, qui negotia socialia admi-
nistrat; sint quoque omnes socii vice mutua administrantes,
illud magni refert, ut talis socius, librum socialem, unde
25 ratio sit reddenda, omnino conscribat, ex Paris. cons. 84.
num. 18. et 19. et cons. 87. n. 16. et 25. lib. 1. Simon. de
praet. cons. 25. n. 2. cent. 1. Schrader. de contract. tit.
26. de societ. num. 50. Petr. de Ubald. de duob. fratrib.
par. 12. n. 10 Rota in Romana pecuniaria 12. junii 1778.
§. 10. cor. R. P. D. Sentmanat, eo etiam titulo in fronte
illius inscripto liber societatis, cum die, et consule, ut
26 ajunt, Felic. de societ. cap. 38 n. 23. ad 26. Rota in dec.
59. n. 2. et 3. cor. Arguell. ita ut ne pacto quidem possit
remitti necessitas conficiendi hujusmodi socialem librum,
per conventionem forte initam mandi simplici dicto socii,
27 ut per Munoz de Escobar. de ratiocin. cap. 10. n. 7. ad
seq. Jov. de contract. min. glos. 25. §. 13. n. 583. Rot. in
d. dec. 59 n. 12. cor. Arguell.
Verum de jure tamen est, ut hujusmodi liber socialis
praesumatur conscriptus, et penes administrantem socium
28 extare, ex allegatis per Jovium de contract. min. gloss.
25. §. 13. n. 579. et 597. Quod si socialem librum vere non
conscripserit socius, seu vitiose conscripserit, in utroque
29 casu de dolo arguatur ipse Paris. cons. 87. num. 18. lib. 1.
Jov. de contract. min. gloss. 25. §. 13. n. 579. Rot. dec.
59. n. 14. et 15. cor. Arguell., et in Tiburtina societatis,
et redditionis rationis 8. maii 1750. §. 20. cor. cl. mem.
Card. Caprara. Ita ut solvere debeat utilia ex eo tali negotio
percipi assueta, et contra ipsum desuper in litem jurari va-
30 leat per alios socios Munoz. de Escobar. de ratiocin. c. 10.
n. 40. Genua de script. privata lib. 4. tit. de libr. ration.
alicujus societ. n. 24. Rota d. dec 59. n. 17. cor. Arguell.,
et in d. Tiburtina societatis 8. maji 1750. §. 20. cor. eo-
dem Caprara.
Liber hic itaque socialis nedum per socium administran-
tem fieri, sed etiam rite, et legaliter fieri, distincte scilicet,
et sine vitio debet, ut dixi; eoque amplius, ut idem socius
administrans, omnia capita in eo contenta, vera esse, pro-
31 bare teneatur, ad textum in leg. qui sub conditione 110.
ff. de condit., et demonstrat. Munoz. de Escobar. de ra-
tiocin. cap. 10. n. 58. Garzia de expens. cap. 20. n. 23.
Rota in dec. 59. n. 5. cor. Arguell., et in Romana pecu-
niaria 12. junii 1778. §. 10. cor. R. P. D. Sentmanat, ne-
que excusator socius, si dicat se librum confecisse, eo modo,
32 quo scivit, si non sit legalis Felic. de societ. cap. 38. n. 39.
Eumdemque praeterea librum socius exhibere cogitur Man-
33 dell. Alba cons. 547. n. 25. vol. 3. Benvenut. Straech. de
mercat. part. 2. n. 70. Giurba dec. Sicil. 15. n. 11. et dec.
94. n. 2. Genua de script. privat. lib. 4. tit. de libr. ration
alicujus societ. n. 22. Rota dec. 224. n. 12. et 16. cor Bi-
chio. Neque ulla ad hoc effugiendum praescriptione juvatur
34 Casareg. de commerc. disc. 78. n. 85. Minusque audiri de-
bet, non exhibito sociali codice, imo ne juvari quidem amis
35 sionis praetextu, juramento etiam, confirmato Giurba dec.
Sicil. 15. n. 12., et dec. 94. n. 2. Felic. de societ. cap. 38.
n. 42. Casareg. de commerc. disc. 78. n. 85. Ricc. dec. 36.
n. 4. 5. et 6. part. 2. Capyc. latr. dec. 113. n. 15. Jov. de
contract. min. gloss. 25. §. 13. n. 572. ad plur. seq. et sub
num. 590.
Praeterea hujusmodi socialis liber, ut legitimus habeatur,
duo exquirit, primo, ut de sociorum mandato scriptus de-
36 monstretur, secundo autem, ut ipsas merces, ipsamque ne-
gotiationem, de qua tractatur, contineat Decian. respons.
60. n. 10. vol. 2. Felic. de societ. cap. 38. num. 28. et 38.
Quoad primum, statim atque sociorum unus habetur admi-
nistrationi praepositus, et librum confecerit, ipse praesumi
37 debeat scriptus de mandato aliorum sociorum Capyh latr.
consult. 95. n. 23. Felic de societ. cap. 38. n. 29. Genua
de script. privata lib. 4. tit. de libr. ration. alicujus socie-
tatis n. 2. 7. et 8. maxime si liber fuerit communi nomine
inscriptus Graeven. ad Gail. pract. observ lib. 2. concl. 24.
38 consider. 2. n. 7. Quoad vero secundum, hoc ex inspectione
librorum apparere debet, ut si in eis partitae ad societatem,
seu ad illam individuam negotiationem non pertinentes ad-
39 notatae reperiantur, nullam mereantur fidem, nec perinde
alii socii obligentur Nogueról. allegat. 11. n. 163. Genua
de script. priv. lib. 4. tit. de libr. ration. alicujus societ.
n. 19. Nam regula est, ut societas non obligetur pro rebus
per socium gestis, seu descriptis ad societatem non perti-
nentibus Mans. consult. for. 72. n. 8. tom. 1. et consult. 40
194. n. 1. a. 3. et 4. tom. 2. Quod si demum libri sociales
fuerint semel per socios approbati, impugnari amplius non
possunt, minusque in parte favorabili acceptari, et in parte 41
contraria rejici Rot. in Romana societatis nundinarum su-
per redditione rationis 18. febr. 1754. §. 9. cor. cl. mem.
Elephantatio.
Ait textus, cum societas contrahitur, tam lucri, quam
damni communio initur leg. si unus 68. ff. pro socio. Sicuti 42
propterea socii ex negotiis bene gestis lucrum sentiunt, ita
pariter expectant ex male gestis damnum. Damnum vero hoc 43
in aere alieno praecipue consistens, ut socii legitime sen-
tiant, debet unus, vel plures socii administrationi tacite,
vel expresse praepositi, duo servare requisita copulative ne-
cessaria; alterum ut socius habeat ad ineundos contractus
mandatum ab aliis sociis; et alterum, ut contractus gestus
sit nomine societatis iustus, vel ut socius sociali, aut insti-
torio nomine sit obligatus Alexand. cons. 139. n. 1. et 2. 44
lib. 5. Rocca disput. jur. select. cap. 100. num. 2. tom. 2.
Rota dec. 708. n. 21. tom. 3. part. 1. cor. Molin. Mansius
e contra tria ad hoc requisita copulative necessaria indigitat
in suis consult. for. 194. ante n. 1. tom. 2. Primum est, 45
quod socius vere complementum habeat, et facultatem alios
obligandi consocios; secundum quod societatis nomine, non
autem proprio contraxerit; tertium denique, quod contra-
xerit super re spectante ad societatem, et quae sit de natura
societatis, Mans. loc. prox. cit. 46
Quoad primum sane requisitum, aut facultas obligandi
consocios habetur in capitulis societatis expressa, et juxta li-
mites ibi praescriptos ad executionem demandatur Paris. 47
cons. 93. n. 29. et 30., et cons. 94. n. 25. et 26. lib. 1. Rocca
disp. jur. select. cap. 101. n. 5. tom. 2. Rot. in Anconitana
societatis 2. junii 1783. §. 5. cor. R. P. D. Mannelli, quin
de his legibus socialibus ullam socius valeat ignorantiam al-
legare Balduc. ad Roman. tom. 4. dec. 60. n. 3. et 4. Aut 48
talis ei facultas tacite attributa contenditur, et jam in supe-
riore demonstratum est cap. 9. n. 3. et 7. mandatum in
simplici etiam socio socialia negotia utiliter administrante,
de jure praesumi; multo vero magis mandatum hoc debet 49
in socio tacite societati per alios socios praeposito, admitti,
atque supponi, si actus versentur in his, quae pertinent ad
societatem Card. de Luca de credit. disc. 87. n. 5. Casa- 50
reg. de commerc. disc. 145. n. 36. et 37. Rota dec. 413.
n. 4. tom. 2., et dec. 1314. n. 20. tom. 5. cor. Molin., et
in Fulginaten., seu civitatis Castelli pecuniaria 10. mar-
tii 1755. §. 4. cor. b. m. de Canilliac. Et quod dicitur de
negotio utiliter gesto, non eatenus intelligitur, ut utilem
habere exitum actus, seu contractus debeat, sed redundat,
rem ita initio gestam haberi prudenter, ut prae valitu eveniat
utilitas, quod si malo fato res male cesserit, non desinet res 51
dici utiliter gesta leg. quod si servus 3. §. unde recte ff. de
in rem vers. et leg. sed an ultro §. is autem ff. de negot.
gest. ibi = Sufficit, si utiliter cepit, etiamsi effectum non
habuit negotium = Anton. Capyc. dec. 180. n. 5. Gratian.
decis. Marchiae 178. n. 6. Bellan. Rota Genuen. dec. 14.
n. 12. Felic. de societ. cap. 27. n. 20. Hartman. Pistor,
quaest. jur. 1. n. 25. lib. 3.
In eo secundum versatur requisitum, ut socius societatis
nomine, non autem proprio contraxerit. Est porro in jure
certissimum, ut si unus suo se tantum nomine obliget so-
cius, alii non obligentur socii, qui pro iis taxative tenen-
tur negotiis, quae fiunt nomine societatis, et ad eamdem so-
cietatem pertinent Natta cons. 567. n. 4. 5. et 6. Thesaur. 52
dec. 136. n. 5. Felic. de societ cap. 30. n. 1. 2. et 3. Mans.
consult. for. 193. n. 13. 14. 15. ad plur. seq. et per tot.,
et consult. 195 n. 15. tom 2. Rot. in Ariminen. praelatio-
nis super reservatis 20. junii 1738. §. praesertim cor.
bon. mem. Vicecomite. Nonnulla placent exempla in utram-
que partem subjicere. Si porro socius administrationi prae-
positus, Titius nomine, ita scripserit, ita contraxerit: Ti-
tius, et socii acceperunt mutuo: non utique dubium, quin 53
nomine societatis sit contractus gestus, ex eoque omnes in
solidum socii obligati habeantur. Bartol. in leg. si servus 54
communis 37. n. 4. ff. de stipulat. Servor. Rimin. jun.
cons. 331. n. 2. vol. 3. Rota Genuen. apud Bellan. dec. 14.
n. 100. Joseph. Ludovic. decis. Lucen. 31. n. 5. et 6.
Verumtamen, ut hoc secundum requisitum intimius co-
gnoscatur, videlicet quando socius habet auctoritatem ex-

pendendi, et expendit nomen societalis, consocius obliget,
alia tria, hac in re, requisita necessaria praescribunt alle-
gati per *Torr. de pact. futur. success. lib. 3. cap. 10. n. 37,*
55 et 38. et sunt, primo, quod socius sit vere socius, et ha-
beat complementum, secundo, quod nomine societatis con-
trahat, et tertio quod is, qui cum tali socio contrahit, o-
56 mnium sociorum fidem sit secutus, quae inde tria explicat
requisita *Torr. loc. prox. cit. n n. 38. ad 41.* Quamobrem
eo unde egressus sum, revertor, ad exempla videlicet; tres-
57 que sunt distinguendi modi obligandi, traditi per *Man-
sium consult. for. 193. n. 20. in fin. tom. 2.*
Primus est obligandi modus, cum socius administrator
58 se ita in apocha obligationis subscribat: *io N. N. in pro-
prio.* In hac subscriptione, et respectiva obligatione, socius
suum socialem non expressit caractherem, nec item de aliis
sociis, aut de societate, mentionem fecit ullam, quae plane
59 redundarent, ut contractus nomine societatis gestus minime
diceretur; at omnimodam praecidit quaestionem, illud *in
proprio,* quod indicat socium in hoc primo casu, vel con-
trahendi modo, contraxisse prose tantum, proque sui ipsius
commodo, atque interesse dumtaxat, ita ut per hujusmodi
obligationem, nec societas, nec sociorum bona obligata re-
60 manserint, *Notta cons. 567. n. 3. ad seq. tom. 3. Benve-
nut. Strace. demercatur. tit. de contract. mercator. n. 15.
vers. et illud. Gratian decis. Marchiae 178. n. 10. 11
cum seq. ibique in addit. n. 3. et 4. Rota Genuen. apud
Bellon. dec. 7. n. 3. Graeven. ad Gaill. observat. jur.
lib. 2 conclus. 24. considerat. 2. n. 10. Felic. de societ.
cap. 30 n. 3. 4. et 5. Mans. consult. for. 193. n. 21. t. 2.*
Et hoc verum, licet hujusmodi socius haberet pactum non
faciendi proprio nomine contractus, et insuper haberet si-
gnum societatis, illudque in apocha uti superius concepta
apposuisset nam nihilominus societas obligata non intelli-
61 geretur *Gratian. dec. March. 178. in addit. n. 3. et 4
Rota in dec. 375. n. 3. 4. et 5. cor. Seraphin.* Quod si ni-
hilominus d. socius convertisset in utilitatem, et commodum
societatis id, cujus causa contraxit, eadem societas, non in
62 solidum, sed eatenus teneretur, quatenus esset locupletior
facta *Schrader. de contract. tit. 26. de societ. n. 54. Gra-
tian. dec. March. 178. post n. 4. et Rota dec. 40. n. 47.
et 48. cor. Otthobona, et in decis. 426. n. 8. tom. 4. in
nuper.*
Nec audiendus alter cum tali socio ita contrahens, si se
contemplatione societatis contraxisse dicat, ita ut saltem so-
63 cietas utili negotiorum gestorum actione teneatur, juxta cen-
suram *textus in leg. si pupilli 6. § item si ff. de negot.
gest.* ibi » Si procuratori tuo mutuam pecuniam dedero, tui
» contemplatione, ut creditorem tuum, vel pignus tuum li-
» beret, adversus te negotiorum gestorum habeo actionem:
64 » adversus eum cum quo contraxi, nullam ». Etenim ad
hoc ut cum socio societati praeposito contrahens talem adver-
sus societatem, vel socios omnes habeat actionem, necess-
sat ut talis contrahens sciat, eum socium esse, negotiationi
praepositum esse, et rem super qua contrahit, ad societa-
65 tem pertinere *Rimin. Jun. cons. 331. n. 10. vol. 3. Gra-
tian. dec. March. 178. in addit. n. 2. Rocca disput. jur.
select. cap. 102 n. 16. tom. 2. Rota decis. 375. n. 6. cor.
Seraphin.. et in Civitatis Vetulae concursus 27. junii 1785.
§. 7. cor. R. P. D. de Strasolda.* Verum quia in hac pro-
posita facti specie, socius conceptis verbis se obligavit *in
proprio,* societas nullo modo potuit obligata remanere, nisi
66 quatenus, veluti superius proxime demonstravi, fuerit lo-
cupletior facta, ad quem effectum probandae versionis ne-
cessitas in commodum societatis fit indispensabilis. *ad tex-
67 tum in leg. jure societatis 83 ff. pro socio, Gratian. de-
cis. March. 178. n. 4. Rota dec. 375 n. 1. cor. Seraphin
et post Salgad. labyrint. credit. dec. 168. n. 19. et 20., et
dec. 1665. n. 3. cor. Coccino, et dec. 550. n. 2. et 14
cor. Remboldo, et in Ariminen. praelationis super reser-
vatis 16. april. 1736. § fin. cor. bon. mem. Vicecomite*
Secundus vero casus, seu contrahendi modus, in quo so-
cius, vel expresse, vel tacite societati, seu administrationi
praepositus contrahit, est, si se in apocha obligationis ita
68 subscribat: *io N. N. mi obbligo:* simpliciter nomine, et co-
gnomine tantum apposito, et hunc contrahendi modum ae-
quivocum esse, dixit *Mans. consult. for. 193. post n. 21.
vers. aut vero tom. 2.* Quamobrem, cum hac in re docto-
rum esse sententiam, sit, ut sedulo inspicienda sit, atque
investiganda negotii contracti qualitas, et natura, ut si ne-
gotii qualitas ad societatem, individuamque illam talem ne-

gotiationem susceptam pertineat, veluti si fuerit dictum, ex 69
causa apothecae, seu pro exercitio, et usu illius negotiatio-
nis, et agatur de rebus emptis negotiari solitis in illa tali
apotheca, ut per *Rot. in dec. 11. n. 8. et 9. cor. Celso,* et 70
quod plurimum urget, si versio in causam ejusdem socie-
tatis, seu negotiationis appareat, et hoc priore casu societas,
et socii, obligati remaneant, *Rota in Romana pecuniaria
11. maii 1772. § 5. coram bon. mem. Muto, et in Civi-
tatis Vetulae concursus 27. junii 1785. § 4. cor. R. P.
D. de Strasoldo.* Ubi quod ad probandam versionem ad 71
conjecturas recurritur, at quod pro magna sit conjectura
versionis si pecunia adnotetur in libris socialibus, ut in ea-
dem *Civitatis Vetulae § 3. 4. et fere per totam.* Sin autem
primum desideratur requisitum, magisque secundum, et hoc
posteriore casu nomine proprio contractum censebitur, et
hac in re proficient admodum conjecturae, quae ad lancem
positae dubium in judice removeant, prout concludit *Mans.* 72
*consult for. 193. num. 22. et 23. tom. 2. cum concord.,
et Card. de Luc. de credit. disc. 87. n. 5. et 6. Rota de-
cis. 11. n. 7. cor. Celso, et in Romana pecuniaria 11.
maii 1772. § 2 et 3. cor. bon. mem. Muto.* Nam dubio
quovis in utramque partem concurrente, magis est ut pro-
prio socius nomine contraxisse dicatur, *Natta cons. 567.* 73
*n. 4. tom. 3. Rimin. jun. cons. 331. n. 6. tom. 3. Mantica
de tacit. et ambig lib. 6. tit. 22. n. 5. tom. 1. Gratian. de-
cis. March. 178. n. 13. Rota dec. 11. n. 6. cor. Celso, et
dec. 72. n. 10. tom. 1. in nuperrim.*
Neque refert inter socios fuisse in apocha sociali stipula-
tum, ut *comune sia tanto il credito, quanto il debito:* nam 74
talis praecedens conventio de necessitate non efficit, ut ap-
posito in singrapha obligationis simplici unius socii nomi-
ne, atque cognomine, sine ulla qualitatis socialis nota, prout
in superiore supposito, in eandem societatis contractum di- 75
catur, et perinde omnes socii obligati remaneant; nam ad
hoc, in proposita etiam facti specie, necesse est, ut vel con-
ceptis verbis sit nomine societatis contractum, vel saltem ut
res in contractum deducta versa fuerit in utilitatem, et
commodum societatis, ut bene per *Rot. in dec. 550. n. 9.* 76
*et 10. et ad fin. cor. Remboldo, et in civitatis vetulae con-
cursus 27. junii 1785. § 3. et 4. cor. R. P. D. de Strasol-
do.* Imo vero, haec posterior facti circumstantia, versio sci-
licet in causam societatis, probanda tamen concludentissi-
me, tanti est, ut citra quoque aliorum sociorum, vel socie-
tatis nominationem, socii in solidum teneantur omnes ad
debiti solutionem, *Rota in dec. 40. n. 46. ad seq. cor. Ot-* 77
*thobono, et in decis. 147. n. 4. cum duob. seq. et n. 16.
tom. 2. et in dec. 224. n. 14. tom. 5. part. 1., et in de-
cis. 54. n. 1., et dec. 195. n. 3. tom. 7. in nuperr. et in
Romana pecuniaria 11. maii 1772. § 6. cor. bon. mem.
Muto.* Eoque amplius, ut societati recta via credens non te-
neatur ostendere, versionem fuisse societati utilem *Rot. in
dec. 1314. n. 27. et 28. tom. 5. cor. Molines.*
Haec quidem versio in utilitatem societatis probanda, to-
ties necessaria est in creditore, quoties non sit expressum
societatis nomen, ex juribus dudum allegatis: talisque ver- 78
sionis probatio inesse tum dicitur, cum concurrit recognitio
bonae fidei factae in singrapha per socium administratorem,
seu illius confessio, seu testium depositio, late *Rot. in dec.* 79
195. n. 4. 10. et 17. tom. 7. in nuperr. multo vero magis
versio probatur, si societas debitum ejus causa contractum
agnovit in parte etiam, puta si fuerit fructiferum, et societas
usuras creditori persolverit, partem ejusdem sortis restitue-
rit, sociales item creditores cum pecuniis ab illo creditore
receptis, dimiserit, latissime *Rota in d. dec. 195. n. 5. 12.* 80
*et 13. tom. 7. in nuper., et in civitatis vetulae concursus
27. junii 1785. § 5. cor. R. P. D. de Strasoldo.* Quod,
si nomine societatis expresso, sit contractum, et tunc cessat
versionem probandi necessitas *Carol. Ant. de Luca de plu-* 81
ralit. homin. legal. cap. 42. n. 2. idque est in eo quoque re-
ceptum, qui eidem societati recta via credidit *Rot. in dec.* 82
*313. n. 23. cor. Ratto, et in dec. 1314. n. 27. et 28. tom. 5.
cor. Molin., et in Ariminen. praelationis super reservatis
20. junii 1738. § constabilito cor. b. m. Vicecomite,* nam
in his duobus casibus, nedum creditor non tenetur probare
versionem, sed insuper tutus est suo contra socios, et socie-
tatem credito, quamquam socius administrator in causam
societatis, res, merces, vel pecunias non verterit *Carol.* 83
*Ant. de Luc. de pluralit. hom. legal. cap. 42. n. 2. Mans.
consult. for. 193. post n. 23. tom. 2. Rot. decis. 11. n. 10.
cor. Celso.*

Tertius denique casus, vel obligandi modus est, eum so-
cius administrator se in apocha obligationis ita subscripsit,
84 vel alias ita contraxit: *io N. N. compogno:* vel: *io N. N com-*
pagno o nome etc. vel clarius etiam: *noi N. N. compagni*
promettiamo, e *ci obblighiamo* in *solidum*. In his obligatio-
num formulis tam clare conceptis, nulla esse dubitatio pot-
est, quominus omnes socii creditoribus teneantur in soli-
85 dum, juxta Pauli dictum in *leg. ille, aut ille* 25. *ff. de le-*
gat. 3. ibi » cum in verbis nulla est ambiguitas, non de-
86 » bet admitti voluntatis quaestio » atque in subjecta casus
quaestione, quod videlicet omnes socii in solidum obligati
remaneant, licet pecunia credita, vel res tradita non fuerit
in utilitatem societatis versa, de qua creditor non debet esse
87 in his circumstantiis sollicitus, latissime observant *Vincent.*
Curocc. dec. casuum, cas. 118. *sub n.* 14. *Mons. consult.*
for. 193. *n.* 24. *et* 25. *tom.* 2. Circumstantia haec deficien-
tiae versionis in causam societatis, efficiet solum, ut socii
inter se ipsos de bono, vel malo pecuniarum usu, ac ver-
sione contendant, sed haec inter socios contentio nihil detra-
hit creditori, qui res, merces, vel pecunias societati credi-
88 dit, aut sociali nomine consignavit, ut omnes socios in so-
lidum urgeat, veluti prosequitur *Mans. consul. for.* 193.
n. 25. *tom.* 2. cum aliis ibidem plena manu collectis.

Quin his refragetur absurdum forte opponendum, quod
si tanta fides debeatur uni socio, societatis nomine contra-
benti, ut caeteri socii in solidum obligati remaneant, posset
etiam ille socius contrahens, totam facile societatem evertere,
89 debita plura facere, sociosque ad inopiam redigere. Nam me-
lius est, ut fides publica servetur, ne contrahentes decepti
turpiter remaneant, quam ut socii indemnes abeant, qui de-
mum, siquod in his sinistri accidit, sibi magis, eorumque
facilitati imputare debent, cum minus diligentem, honora-
tumque negotio praeposuerint, quemadmodum late more suo
90 probat, concluditque *Monsius consult. for.* 193. *n.* 26. cum
duob. seq. tom. 2. Sociis tamen agentibus inter se pro re-
stitutione capitalis in societatem immissi, haec non datur soli-
dalis actio, sed quisque tenetur socius pro virili dumtaxat
91 *Rot. in dec.* 354. *num.* 2. *tom.* 6., *et decis.* 54. *n.* 5. et 8.
tom. 7. *in nuperr.*

Ex hactenus deductis, illud in jure certum est, explora-
tumque, ut solidalis actio creditoribus toties tribuatur, quo-
ties, vel sit contractum nomine sociali, vel sit creditum so-
92 cietati, vel in causam societatis versio probetur; quidquid
sit, quod eos inter socios pro rata, et virili parte repartiantur
postea socialia debita, ut alter nempe alterum relevet indem-
93 nem, quemadmodum observant promiscue *Ger. Spin. cons.*
10. *n.* 11. *Paris. cons.* 93. *n.* 4. *et* 6. *lib.* 1. *Costo de ratione*
ratoequ. 154. *n.* 10. *Cyriac. contr. fur.* 629. *n.* 1. *tom.* 4.
Contri discept. for. cons. 44. *n.* 6. *et* 17. *Panimoll. dec.* 152.
in annot. 1. *n.* 58. 59. 70. *et* 71. *Cacheron. dec.* 150. *n.* 6. *et*
7. *Graeven. ad Gail. lib.* 2. *conclus.* 24. *considerat.* 2. n. 1.
Politi dissert. select. de divers. contract. disp. 1. *n.* 5. *tom.*
4. *Roto dec.* 185. *n.* 18. *cor. Benincaso, et decis.* 606. *n.*
5. *curam Merlin., et decis* 413. *n.* 3. *tom.* 2. *corom Mo-*
lin. dec. 313. *n.* 23. *cor. Rotto, et in Fulginaten., seu*
civitatis Castelli pecuniaria 10. *martii* 1755. § 4. *cor. bon.*
mem. Canilhac, et in Romona, seu Antuerpien. pecuniaria
20. *junii* 1760. § 2. *cor. bon. mem. Ubaldo.*

Atque haec solidalis actio, uti supra, tribuitur quamvis
formula, seu clausula *in solidum* in socialibus deficiat con-
94 tractibus *Rota decis.* 2. n. 2. *cor. Celso, et dec.* 612. *n.* 22.
cor. Ansaldo, et dec. 54. *n.* 1. *et* 2. *tom.* 7. *in nuper.* Nam
95 socii censentur fidejussores inter sese *Ger. Spin. cons.* 10. *n.*
16. *de Mean. de observ. part.* 2. *observ.* 212. *n.* 2. *Maur.*
de fidejuss. part. 2. *princ. sect.* 8. *cap.* 23. *n.* 1. 2. 3. *et*
seq. Talisque solidalis actio adversus socios fundatur in uni-
versali observantia, et consuetudine mercatorum, ne scili-
96 cet ipsi creditores, agendo adversus plures, a negotiis distra-
hantur, *Rota Genuen. penes Bellon. dec.* 46. *n.* 5., *et dec.*
161. *num.* 8. *Graeven. ad Gaill. pratic. observat. lib.* 2.
concl. 24. *considerat.* 2. *n.* 6. atque in Urbe Roma inest,
proot alias adnotavi, Statutum Urbis *cap.* 39. actionem so-
lidalem creditoribus socialibus adversus socios. praescribens,
97 ut per *Rot. in dec.* 612. *n.* 27. *cor. Ansald.* Non est ta-
men a jure improbatum, ut socii omnes, vel eorum aliqui
conveniant, se non in solidum, sed pro rata, et virili parte
ad sociale aes alienum erga creditores teneri, nam contra-
ctus a conventione partium legem accipit, et servari conve-
98 nit *leg. de societate* 6. *c. pro socio, Roto in dec.* 298.
n. 5. *part.* 4. *tom.* 1. *rec.*, *et dec.* 619. *n.* 6. *cor. Merlin.*

Nec dissimilis est ab eo, qui societati recta vis credidit,
ut adversus socios solidaliter agat ille, qui suas merces ad
instruendam tabernam socialem uni socio vendidit, seu illas
in eamdem tabernam intulit, seu immisit *Roto in fulgina-* 99
ten., seu civitatis Castelli pecuniaria 10. *martii* 1755.
§ 4. *cor. bon. mem. de Canillioc*, nam societati creditum
censetur *Roto in civitatis Vetulae concursus* 27. *junii*
1785. § 4. *cor. R. P. D. de Strasoldo.* Quod si is, qui
pecunias, vel merces societati credidit, et consignavit, non
fuerit mercium, seu pecuniarum dominus. sed tertius qui-
dam sociis ignotus. hic adversus socios solidalem non habet
actionem, ut per *Rot. in dec.* 54. *n.* 14 *tom.* 7. *in nuperr.* 100
vel forte quia consensus non trahitur ad ignorata *Argum.*
leg. mater § *caeterum ff. de Inoffic. testam.*, *et leg. labeo* 101
§ *id ff. de supellectil. legata*, *Rota in d. dec.* 54. *n.* 14.
tom. 7. *in nuperrim.* vel etiam quia, licet quisque facile
liberetur, non tamen obligatur invitus *gloss. margin. in* 102
leg. solutionem 23. *ff. de solut. Sebast. Medic. de novat.*
quaest. 6. *num.* 9.

Quid si omnes socii promiscue negotientur, an creditori-
bus in solidum teneantur omnes? Sunt qui distinguunt, ita
demum teneri in solidum, si socii ipsorum unum negotia-
tioni praeposuerit, secus si iste deficiat praepositus, sed 103
omnes indistincte administrent, nam pro virili eos teneri
sustinent *Cacheran. dec. Pedemont.* 150. *num.* 6. *Magon.*
dec. Lucen. dec. 1. *n.* 28. Contrarium tamen verius, vide- 104
licet, ut omnes socii obligentur in solidum; illa ratione,
quia cum omnes socii negotientur, sint in eodem loco, sint
etiam in diversis locis negotiantes, censeri debent ad invi-
cem negotiationi praepositi, ac vice mutua sibi mandatum
ad contrahendum dedisse, ita tenent *Graeven. ad Gaill.* 105
pract. observat. lib. 2. *conclus.* 24. *considerat.* 2. *n.* 2. 3.
et seq. Panimol. dec. 152. *annot.* 1. *n.* 66. *et* 67. *tom.* 3.
Gratian. discept. for. cap. 967. *n.* 35. *ad fin. Merlin de*
pignor. lib. 2. *qu.* 76. *n.* 14. *et* 15. *Rota post Picum ad*
stat. urb. dec. 61. *n.* 5., *et cor. Ludovic. dec.* 302. *n.* 1., et
contrarii doctores ita conciliari debent, ut pro rata teneantur
inter se ipsos, prout alias demonstravi, vel catenus, quate-
nus ferat capitale immissum, prout infra proxime, secus
quoad creditores, ut per *Rot. in dec.* 606. *n.* 10. 11. *et* 12. 106
cor. Merlin. Et quae demum hactenus dixi, intelligi de-
bent de sociis particularibus, nam in sociis universorum bo-
norum, sine ullo tot circumstantiarum concursu, quilibet
sociorum tenetur, alterius socii debitum extra quoque so-
cietatis causam contractum, citra etiam versionis in causam
ejusdem societatis concursum, tenetur dicu, alterius socii 107
debitum in solidum persolvere *leg. ex parte* § *si filius ff.*
famil. ercisc. Casto de scient. et ignor. distinct. 14. *cent.*
1. *n.* 7. *Hevia de commerc. terrestr. cap.* 3. *n.* 8. *Pani-*
moll. dec. 152 *annot.* 1. *n.* 72., *et annot.* 2, *n.* 3. *Jov. de*
contract. min. gloss. 25. § 13. *n.* 174. *et* 275. *Rota dec.*
550. *n.* 3. *cor. Remboldo, dec.* 456. *n.* 1. *cor. Dunoz. jun.*
et decis. 503. *n.* 7. *et* 8. *cor. Caprara, et in dec* 77. *n.* 6.
tom. 3. *in nuper.*, *et dec.* 11. *n.* 2. *et* 3. *cor. Tanario, et*
dec. 144. *n.* 9. *cor: Ratto.*

. Atque eamdem prosequendo materiam; dixi superius,
socium administrantem, seu negotiationi praepositum, ta-
citum ab aliis habere mandatum ad ea gerenda, quae respi-
ciunt societatem suae administrationi concreditam, et ideo
debita eam ob causam contracta debere ab eisdem sociis o-
mnibus persolvi, veluti quoque fuit decisum *in senogallien.* 108
Salviani 2. *maii* 1760. § 3. *cor. R. R. D. Olivatio* nam
simulatque habetur debitum ex causa societatis contractum,
dicitur debitum sociale, repugnat autem, quod debitum sit
sociale, et aequaliter non solvatur a sociis *Rota in Romona* 109
societatis, et pecuniaria super creditis 12. *martii* 1759.
§ 7. *cor. cl. me. Card. Bussio* videndum modo est, quae
sint causae utiliter contrahendi, quae respiciunt societatem,
puta socius accepit depositum, quando societas ad hoc non
erat destinata; et patet, quod nisi probetur versio d. pecu-
niae depositae in causam. et utilitatem societatis, nec alii
socii obligati remanent. *Rota in dec.* 375. n. 1. *et fere per* 110
totum cor. Seraph. Periculosa porro est in socio admini-
strationi etiam praeposito effrena contrahendi facultas, qua-
tenus non habeatur conceptis verbis expressa, accipiendi
pecunias, vel depositas, vel mutuas, vel cambiales, vel cen-
suales, et hujusmodi, certis non concurrentibus requisitis, 111
nam facile possent societates in passum abire.

Quamobrem doctores cautius agentes, sex ad accipiendas
pecunias, citra expressam, effrenamque facultatem, societati

112 conferendas, praescripserunt requisita, ut societas, et socii
obligati remaneant. *Primum* est, quod socius exprimat, se
recipere pecuniam mutuo, aliove titulo, pro gubernio, et
113 utilitate societatis; *secundum* requisitum est, quod pro gu-
bernio, et utilitate societatis tunc temporis fuerit opportu-
114 num accipere pecunias; *tertium* requisitum est, quod cre-
ditor mutuans, vel pecunias quo alio titulo suppeditans,
sciat tunc adesse d. opportunitatem accipiendi pecunias in
115 utilitatem societatis; *quartum* requisitum est, quod dans
pecuniam sciat, socium recipientem haberi societati prae-
positum, et sic videatur animum habuisse obligandi sibi
116 societatem; *quintum* requisitum est, quod mutuans, non
majorem pecuniae quantitatem mutuetur, quam poscit ne-
cessitas, secus pro excessu non habebit actionem; *sextum*
denique requisitum est, quod mutuum factum sit in loco,
in quo possit adimpleri causa, propter quam mutuum factum
117 est, ita originaliter. *Alexander. cons. 44. n. 6. lib. 2.* qui
vero non sex, sed quinque, tertio, et quarto requisito in
unum complicato, dinumerat, eaque requisita deprompsisse
videtur ex celebri *texto in l. Lucius Titius 7. ff de exer-
cit. act.* ejusdemque Alexandri doctrinae communiter plau-
118 dunt. *Grotian. dec. Morchiae 178. n. 8. et 9. Michalor.
de fratrib. part. 2. cap. 48. n. 17. Capyc. Galeott. contr.
jur. lib. 2. contr. 70. num. 4. 5. 16. et 17. Hermosill. ad
Lopez. gl. 2. leg. 7. tit. 1. part. 5. n. 21. ad 33. tom. 1.
Constantin. vot. 291. num 15. et 16. tom. 2. Ansald. de
commerc. et mercat. disc. 45. n. 21. et disc. 46. n. 34. et
disc. 87. n. 16. Rota in dec. 64. n. 10. 11. et 12. part. 17.
rec., et in dec. 72. n. 11. tom 1. in nuperr. et in dec. 1.
n. 5. de societ. cor. Falconer. et in Ariminen. praelatio
nis super reservatis 20. junii 1738. §. fin. cor. bo. viceco
mite*, ubi de quinto requisito singillatim agitur, et de quarto
requisito agit *Rota in civitatis vetulae concursus 27. ju-
nii 1785. §. 7. cor. R. P. D. de Simsolda.*

Quod si talis facultas accipiendi pecunias ad cambium,
et hujusmodi fuerit expressa, ampla, atque illimitata,
nulli dubium quin socius praepositus, utens d. facultate
119 alios socios obliget, ex pluribus collectis per *Roccam disput.
jur. select. cap. 101. n. 8. tom. 2.* Sed si hujusmodi facultas
fuerit conditionalis, puta dummodo pecuniae sociales non
sufficiant ad gerenda socialia negotia; doctores disputant,
an hic deficientiae casus sit ad arbitrium d. socii remissus,
seu potius idem, adveniente casu insufficientiae, teneatur
alios socios interpellare; et necessariam esse interpellatio-
120 nem, multis argumentis, juribusque probat. *Rocca disput.
jur. select. cap. 101. n. 1. ad plur. seq. tom. 2.* qui *sub
n. 12.* tenet, socium interpellare, seu monere socios debere,
se pecuniam ad cambium accipere velle, etiamsi expressam
habuerit facultatem accipiendi pecunias ad cambium, forte
quia socii hac habita notitia, possunt sibi aliunde consulere
ad effugiendam usurarum cambialium solutionem, vel lon-
giorem, vel duriorem, prout antecedenter inquit idem.
121 *Rocca loco prox. cit. n. 11. et 13. et Rot. in Anconitana
societatis 2. junii 1783. §. 25. cor. R. P. D. Monnelli.*

Subnectit inde *Rocca d. cap. 101. n. 14.* aliam quaestio-
nem, videlicet, an in supposito, quod sociorum unus ha-
beat, ut supra, facultatem accipiendi pecuniam ad cambium,
et hanc necessitatem ad notitiam aliorum sociorum deduxe-
rit, et ipsi consenserint, an dico, ille socius administrator
possit cambiare cum *se ipso*; et optime resolvitur, ut non
possit, nisi in id facultas accipiendi pecunias ad cambium
122 a se ipso, literalis accesserit *Rocca disput. jur. select. d. c.
101. n. 14. ad plur. seq. tom. 2.* additur *Card. de Luca
de cambiis disc. 14 n. 7. Rota post Tor. de camb. dec. 31.
et 32 utrobique per totam, et dec. 1019. n. 5. et 6. cor.
Lancetta*, ubi quod hujusmodi facultas accipiendi pecunias
123 ad cambium a se ipso, debet esse expressa, et quod insuper
requiratur spacciorum transmissio, nam periculo plena res
est, ut socius administrator cambium contrahens cum sei-
pso, differre cambii restitutionem non incallide posset, uti-
litatis suae privatae causa, quod sane periculum abest in
124 tertio pecunias suas ad cambium dante *Rocca d. disp. jur.
d. cap. 101. n. 34. et 35. tom. 2. Rota post Torr. de camb.
d. d. c. 32 n. 3 et seq.* Quin dicatur, socium habere fa-
cultatem ab jure aere suo mutuandi societati, usurasque pe-
125 tendi, ut *in l. si unus 68. §. si unus ff. pro socio* Nam quoad
mutuum, ideo potest, quia rem utilem facit societati,
quoad usuras vero, excepto eo tantum; quod sua vere in-
126 tersit, usuras hodie penitus abrogatas non petit. *Leotard.
de usur quaest. 31. n. 44. Rocca disput. jur. d. cap. 101.*
Zancho

n. 28. ad seq. atque clarius *Rota in dec. 1019 n. 8. et 9.
cor. Lancetta.*

Quaeritur etiam, an socius administrationi praepositus,
pro aliis fidejubendo, alios socios, ipsamque societatem obli-
get? doctores tenent, fidejussionem, veluti actum per se lae-
sivum, et dilapidationi proximum, et per *Maur. de fide- 127
juss. part. 2. sect. 2. cap. 1. n. 9. 10. et 11. Mans. cons.
for. 194. n. 7. tom. 2. Rot. dec. 333. n. 1. cor. Ludovis,
et dec. 1. n. 9. part. 5. tom. 1., et dec. 497. n. 36. part. 5.
tom. 2. rec.* non esse actum societati utilem, et ideo extra
causam mercatoriae negotiationis, seu societatis haberi. *Man- 128
dell. Alba cons. 95. n. 11. tom. 1., et cons. 577. n. 12.
tom. 3. Hering. de fidejuss. cap. 17. n. 86., et 87. Torr.
de pact. futur. success. lib. 3. cap 10. n. 42.* proindeque
socius fidejubens pro aliis, societatis etiam nomine, alios
non obligat socios ad literalem *textum in l. in eum §. ser- 129
vus ff. de institor. act. Giurba ad consuet. Messan cap. 9.
gloss. 2. part. 1. n. 15. in fin., et gloss. 11. n. 1. Sabell.
var. resol. cap. 31. n. 44. Mans. consult. for. 194. n. 8.
tom. 2. Rota dec. 375. n. 13. part. 1., et dec. 132. n. 9.
part. 2. diversor.*

Haec tamen regula, aliarum instar, limitatur, quando
fidejussio vere cedit in utilitatem, et commodum societatis,
vel ratione emolumentorum, quae ex fidejussione retrahun-
tur. *Torr. de pact. futur. success. lib. 3. cap. 10. n. 59.* 130
puta pro assecuratione cum praemio *provisione* vulgo nun-
cupato *Mansius consult. for. 194. n. 26. 27. cum seq. t. 2.*,
vel si fidejussio realiter cedat in utilitatem societatis *Mans. 131
d. cons. 194. n. 9. tom. 2.* puta, stante statuto, aut consue-
tudine mercatorum illam praestandi, aut ratione faciliora 132
reddendi societatis negotia, aut ratione conservationis mu-
tuae amicitiae inter mercatores admodum necessariae, qui-
bus in casibus fidejussio non existimabitur extra causam so-
cietatis, ut per *Torr. de pact. futur. succ lib 3. cap. 10.* 133
n. 59. et 60. Mans. loco prox. cit. n. 10. vel demum ra-
tione consensus per alios socios expresse initio dati, aut fi-
dejussionis deinceps ratihabitae per eosdem socios, ut per
Mansium. d. consult. for. 194. post n. 10. ad seq. tom. 2. 134

Alia quaestio perelegans, an videlicet socii, qui erga suos
creditores in solidum tenentur, ad hoc adstringi possint ul-
tra quoque vires capitalium in societatem initio immisso-
rum; hanc quaestionem valde nodosam appellat, in eaque
se doctores involvere dicit *Rota in decis. 606 n. 20. et 21.* 135
coram Merlin., et non teneri, nisi usque ad metam capi-
talis immissi, tenent *Paris. cons. 93. n. 31. et 32. lib. 1.
Thesaur. quaest. for. lib. 4. quaest. 30. n. 2. 3. et 5. Pa- 136
cific. de Salvian. interdict. inspect. 3. cap. 2. n. 590. Ca-
cheran. dec. 150. n. 8. Grotian. discept. for. cap. 336. n.
39. et 40. Schrader de contract. tit. 26. de societ. n. 57.
Card. de Luca de credit. disc. 87. n. 12. Bolduc. ad An-
mon. dec. 60. n. 1. tom. 4. addito n. 4.* ubi quod tertius
societatis creditor imputare sibi debet, si vires societatis in-
vestigare praetermisit, et huic rationi plaudit. *Cacheran. d. 137
dec. 150. n. 8. his additur Rot. Rom. in dec. 132. n. 11.
part. 2. diversor, et in dec. 402. n. 9. 11. et 12. cor. De-
noz. Jun., et in dec. 222. n. 13. cor. Ratto.*

In contrarium vero urgent alii tenentes, socios teneri in
aliis etiam bonis propriis, et in societatem minime collatis
*Gor. spin. cons. 9. n. 10. Merlin. de pignor. et hypoth. 138
lib. 2 tit. 2. quaest. 76. n. 17. et 18. Rota dec. 246. n. 15.
part. 6. rec., et in dec. 606. n. 15. et 19. cor. Merlin.* A-
lii ex diverso hujusmodi contrarias opiniones ita conciliare
adnituntur, ut socii videlicet teneantur creditoribus in so-
lidum supra ratam quoque capitalium, inter se autem ipsos
pro virili parte *Gratian. discept. for. cap. 279. n. 8. et 9*, 139
*Carol. Anton. de Luca de pluralit. homin. legal. cap. 42.
n. 46. et per totum.* ubi concordantes, sed hanc opinionum
conciliationem respuit *Rot. in d. dec. 402. n. 10. cor. Du- 140
noz. Jun.*

In hoc opinionum conflictu, ex distinctione tota dirimi-
tur quaestio; aut initio societas coita demonstratur illimita-
te, ac indefinite, videlicet, nullo certo capitali praefinito, ac
seorsim indicato, puta si pactum sit, ut societas coadjuvetur
pecunia communiter conferenda toties, quoties opus fuerit;
vel si posita indefinita, atque illimitata qualitate contra-
ctae societatis, fuerit certum quid utrinque praefinitum, ad
eamdem societatem simpliciter initiandam, vel quo alio de-
mum modo simili, semper tamen illimitato, atque indefi- 141
nito, et hoc priore casu socii ad unum omnes in solidum te-
nentur creditoribus etiam ultra vires societatis, hoc est in

aliis quoque eorum bonis in societate minime collatis, veluti
142 magistraliter, eo more suo peritissime distinguit *Casareg.*
de commerc. disc. 144. *n.* 5. 41. *et* 42. *Rota in Mantissa*
Card. de Luca de credito. tom. 8. *dec.* 28. *n.* 16., *et in*
dec. 612. *n.* 23. 24. *cum seq. coram Ansaldo.* Aut ex di-
verso, initio societatis fuit praestitutum certum, ac limita-
tum capitale, animo illud exponendi dumtaxat incerto ne-
143 gotiationis eventui, ad instar participantium in accomandi-
ta, et hoc posteriore casu socii tenebuntur quidem in soli-
dum erga creditores, intra tamen capitalium in societatem
immissorum limites, atque cancellos, quin ultra illorum vi-
res, hoc est in aliis eorum bonis propriis adstringi valeant
144 *Casareg. de commerc. disc.* 144. *n.* 2. *Rot. dec.* 222. *n.* 13.
cor. Ratto.

Verum hoc autem magis erit, magisque, si in capitulis
socialibus fuerit expresse cautum, ut socii ultra capitale
145 non tenerentur. *Casareg. de commerc. d. disc.* 144. *n.* 3.
Est enim regula certa, ut socius ultra ea, quae sunt conten-
146 ta in apocha sociali, non teneatur. *Decian. respons.* 97. *n.*
13. *tom.* 2. Ad hoc tamen est apprime necessarium, ut mer-
catores cum societate contrahentes, per literas oblatorias an-
147 tea certiorentur de d. limitatione capitalium, ne alias contra
bonae fidei regulas illusi, atque decepti remaneant, nam
148 secus ultra capitalia quoque tenebuntur *Casareg. de com-*
merc. d. disc. 144. *n.* 41. *et* 42. certioratio haec autem mer-
catorum, quomodo sit facienda per literas oblatorias demon-
149 stratum est supra pluribus, *part.* 1. *cap.* 9. *num.* 93. *ad*
plur. seq.

Quod si agendo de capitali limitato, sub initium a sociis
collato, illud remaneat consumptum, et nihilominus socie-
tas, non dissolvatur, sed prosequatur, prosecutio haec prae-
sumitur facta cum novo simili capitali, prout antea limita-
150 to, in gratiam creditorum *Casareg. de commerc. disc.* 144.
n. 6. *et* 7. quod verum est, licet socii ignoraverint, capitale
151 primum consumptum extitisse, *Casareg. ibid. n.* 8. nam
socii simili excusari nequeunt ignorantia, cum negotia so-
152 cietatis, et statum illius scire debeant. *Fontanell. dec. ca-*
thalon. 504. *n.* 20. *tom.* 2. capitale igitur, vel consumpto,
vel societate per mortem unius, aut quocumque alio modo
intempestive soluta, socii tenentur certiorare mercatores,
nam secus, sit initio capitale limitatum, sit quoque illimi-
tatum, socii tenentur omnes dimittere creditores, quos de-
153 cipi jus, et bona fides non patitur *Casareg. de commerc.*
disc. 145. *n.* 13. 14. 15. 32. 34. *et* 44. *Rot. dec.* 151. n. 5. 12.
13. *et* 14. *part.* 10. *rec.*, *et in Romana pecuniaria* 8. *martii*
1751. *§.* 7. *cor. bon. mem. de Vais.* Ubi quod si creditores
154 fuerint certiorati, et societati credere continuaverint, im-
putare sibi debent.

Ad hanc denique quaestionem, et illud addi potest, ut si
tres fuerint socii, quorum unus nomen expendit suum, alii
vero duo sunt simplices socii, qui nomen non expendunt in
societate, sed simplicem initio, et coaequalem posuerunt in
eadem societate capitalium ratam; si plane ereuit, ut aes
alienum contractum supra sit capitalia, postremi duo socii
usque ad eorum capitale respectivum in societatem initio
155 immissum, in solidum quidem teneantur, ille vero, qui
nomen suum solus expendit, teneatur etiam solus ultra ca-
pitale creditoribus, forte quia consumptionem capitalium
explorare magis tenebatur, et alios consocios certiores red-
dere, et quia rursus mercatores nominis sui fidem secuti
156 sunt maxime *Carol. Anton. de Luca ad Gratian. discep.*
for. cap. 279. *n.* 17. *vers. rectius dicitur Casareg. de com-*
merc. disc. 155. *n.* 16. Forma autem servanda inter socios,
et mercatores circa respectivas obligationes exponendi capi-
tula socialia, et certiorandi per literas oblatorias plura supe-
157 rius dixi *part.* 1. *cap.* 9. circa vero edictum Urbani VIII.,
de quo ibidem, addo in subjecta societatis materia *Rot. dec.*
158 185. *n.* 17. *et* 18. *cor. Benincasa, et in Montiss. Card. de*
Luca tit. de credit. dec. 25. *n.* 6., *et dec.* 26. *n.* 6. 7. 8., *et*
dec. 27. *n.* 16. *ad plur. seq.*, *et in nuperr. tom.* 3. *dec.* 37. n.
9., *et tom.* 4. *dec.* 20. *n.* 7. atque de edicto Card. Honu-
159 phrii inter nummularios tantum recepto. *Rot. in dec.* 11. n.
6. *et* 7. *cor. Tanario.*

In casibus vero, in quibus sit societas illimitata contra-
cta, ita ut socii creditoribus teneantur ultra quoque capi-
talia initio in societatem immissa, iidem antea creditores,
quam ad bona sociorum extra societatem agant, tenentur
excutere bona socialia, necnon etiam nomina debitorum
similiter socialia, et in subsidium, hoc est in illorum defi-
cientia, adversus bona sociorum posita extra societatem a-
gere. *Thesaur. quaest. for. lib.* 4. *quaest.* 30 *n.* 6. *Bol-* 160
ducc. ad Ramon. tom. 4. *dec.* 60. *n.* 10., *et seq.*, *et Rota*
Romana in dec. 246. *n.* 17. *part.* 6. *recentior.* quae qui-
dem aequitas militat etiam in casu, quo creditores sociales
agant adversus socios, pro sui satisfactione; nam hic ser-
vatur ordo, ut prius excutiatur socius, qui administrarit
super bonis socialibus, quibus creditores primario credide-
runt, atque in subsidium, hoc est societate non solvendo
reperta socii conveniantur caeteri juxta doctrinam. *Voet.* 161
in Pandect. lib. 17. *tit.* 2. *sub num.* 13. *pro socio. Cuman*
cons. 8. *sub n.* 1. *Bellon. dec. Genuae* 46. *n.* 2. *Costa de*
ratione ratae quaest. 225. *n.* 7. *idem Costa de remed. sub-*
sid. remed. 62. *n.* 9. *Leotard. de usur. quaest.* 94. n. 72.
Jov. de contract. minor. gloss. 25. *§.* 13. *n.* 626. *vers. li-*
mita octavo. Rota dec. 593. *n.* 5. *cor. Seraphin. et dec.*
61. *n.* 14. *cor. Arguell.*

Illaque propterea legalis actio in solidum, quam jura, et
consuetudo dant creditoribus adversus socios, intelligi ita
debet, hoc est subsidiarie tantum, ac praevia excussione, ut
superius proxime: nam dictio, seu clausula haec *in solidum* 162
accipitur varie in jure, ut ait. *Cujac. in lib.* 5. *Codic. tit.*
18. *in fin. tom.* 9. *col.* 542. *lit. A.* hoc est, ut totum qui-
dem consequatur a sociis creditor, sed non ut eorum quisque
ab eodem creditore recta via conveniatur pro toto, sed in 163
subsidium, praemissa videlicet, bonorum socialium, uti
dicebam, quibus is maxime credidit, necnon aliorum so-
ciorum excussione, his autem non solvendo repertis, ab
idoneo, vel idoneis totum consequatur creditor, ita ad rem
Rota in dec. 246. *n.* 15. 16. *et* 17. *part.* 6. *recentior.* ad 164
differentiam illius clausulae *in solidum* conventionalis, de
qua exemplum praebet *Mansius in consult. for.* 193. *post* 165
n. 23. *tom.* 2. nam eo in casu, hujus clausulae appositio in-
ter socios, beneficium divisionis, seu excussionis excludit. 166
Barbas. tract. var. claus. 72. *n.* 2.

Socios debere summa cum bona fide rem socialem gerere
atque administrare, demonstratum est in superiore *part.* 1. 167
cap. 4. quid si unus socius pecuniis socialibus usus fuerit,
vel illas in proprium usum converterit? et furti eum primo
notari, non dubium *l. rei communis* 45., *et l. merito* 51. 168
ff. pro socio Caball. resol. crimin. cas. 136. *n.* 2. *tom.* 1.
Decian. respons. 11. *n.* 95. *et* 100. *vol.* 1. *Sabell. in sum-*
ma verbo societas n. 23. deinde vero tenetur socius admi-
nistrator societatem, vel socios indemnes reddere, non so-
lum de illa pecunia, qua usus fuit, *Rota in Romana so-* 169
cietatis 7. *maii* 1753. *§.* 5. *cor. bon. mem. Amadeo* rerum
etiam de utilibus, quae ex ea pecunia percipi poterant, at-
que solebant, *non quasi usuras, sed quod socii intersit*,
prout totidem verbis ait textus in *l. socium* 61. *sub princ.* 170
ff. pro socio atque latius *Leotard. de usur. quaest.* 31. *n.*
52., *et Rota dec.* 1019. n. 9. *coram Lancetto et in Ro-*
mana Thesaurariae Marchiae super utilibus, et damnis
12. *dec.* 1718 *§. disparem coram Crispo.* Et quod detur
aliis sociis facultas jurandi in litem pro utilibus, quae ex
illa pecunia extracta percipi poterant. tradunt *Leotard. de* 171
usur. d. quaest. 31. *n.* 53. *Felic. de societ. cap.* 20. *n.* 21.
et 22. idque intelligitur sine ulla etiam interpellatione, vel
mora *Rota in dec.* 201. n. 2. *cor. Remboldo*, *et in eadem* 172
Romana Thesaurariae Marchiae §. fin. cor. eodem Cri-
spo. ubi sub *§. progrediendo* ait, quod si pro gerendis ne-
gotiis socialibus versuram fecit socius ille, qui pecunia so-
ciali usus fuit, ad hujusmodi usuras ipse solus teneatur, sub- 173
mota in his terminis exceptione, quod d. socius administra-
tor, suorum utilium tantum partem extraxerit, eaque usus
fuerit, nam hujusmodi exceptionem, excludunt angustiae,
seu necessitas illa versuram faciendi, pro negotiis socialibus
gerendis, prout in *d. Romana Thesaurariae Marchiae* 174
confirmata *die* 22. *aprilis* 1722. *§. penult. cor. eodem Cri-*
spo. Indicium vero maximum, quod socius administrator
pecunia sociali sit usus, inter caetera illud est, si talis so-
cius initio erat pauper, et postea fuerit dives effectus, nam
ex pecuniis, bonisque socialibus, in suam utilitatem con-
versis, id evenisse praesumitur *Hevia de commerc. terrest.* 175
cap. 3. *n.* 47. *lib.* 1. *Ascan. Clem. Amerin. de patr. potest.*
cap. 2. *sub n.* 46. *tract. magn. t.* 8. *part.* 2. *pag.* 106. *n.* 46.

Compertissimi juris est, ut socius unus agens, atque a
debitoribus socialibus exigens teneatur de eo, quod exegit,
aliis consociis coaequam solvere partem, et hanc sententiam
habere aequitatem dicit *textus in l. verum* 64. *§. si cum tres* 176
ff. pro socio. Hartman. Pistor. q. jur. l. 3., *q.* 20. *n.* 8.
Rodriquez. de concurs. credit. part. 2 *artic.* 3. *n.* 20. *Ro-*

177 *tn in dec.* 221. *n.* 1. 11. 12. *et* 14 *port.* 12. *recent.* Nam
hac in re unus socius laborat pro alio *Franc. d. c.* 635. *n.* 5.
178 nec unus ab alio ad imparia debet judicari *Rota dec.* 289.
n. 30. *part.* 17. *rec.* quod si socius diligentior partem suam
dumtaxat exegerit a debitore sociali postea decocto, tenetur
nihilominus eam conferre, et aliis sociis aequaliter com-
179 municare, ad promiscue tradita per *Costa de remed. sub-
sid. remed.* 77. *n.* 8. *idem Costa de ratione ratae quaest.* 99.
n. 8. *et* 9. *Merenda contr. jur. lib.* 24. *cap.* 26. *n.* 21. *ad
fin. Molin. de just. et jur. tract.* 2. *disp.* 413. *n.* 13. *Ca-
rol. Anton. de Luca de pluralitate homin. legal. cap.* 49.
n. 5. *Pacion. de locato, et conduct. cap.* 36. *n.* 84. *Mans.
cons. for.* 548. *n.* 21. *tom.* 6. *Rota dec.* 1173. *n.* 1. *cor.
Coccino, et dec.* 210. *n.* 7. *cor. Celso, et dec.* 103. *n.* 6.
cor. Ratto. Imo hoc servatur, licet socialis debitor postea
180 non fuerit effectus non solvendo *Carol. Ant. de Luca de
plural. homin. legal. loc. prox. cit. n.* 6. *Pacion. de loc.
cap.* 36. *n.* 84. nisi tamen alii socii viderint, et sciverint,
unum ex eis portionem suam exegisse, ac deinceps diu ne-
181 gligenter tacuerint, et debitor decoxerit *Molin. de just. et
jur. tract.* 2. *d. disp.* 413. *n.* 13.

Idem juris est in socio, qui rei communis fructus ad al-
terum quoque socium pertinentes percipit, ut eidem illos
182 pro sua rata restituat *l. pro socio* 38. *ff. pro socio.* Quid ve-
ro, si ille socius, qui fructus ad alterum socium spectantes
percepit, atque consumpsit? et patet, ipsum teneri ad pre-
tium, quanti videlicet fructus percepti, et consumpti de
183 tempore consumptionis aestimabantur. *Kohl. exerc. legal.
exerc.* 16. *n.* 14. *circa fin.* nam consumptis fructibus, non
amplius crescit, sicuti nec decrescit illorum aestimatio, li-
cet ejusdem generis fructus deinceps pluris, minorisve ve-
nierint, sed ad eam debitor aestimationem condemnatur,
184 quae fuit consumptionis tempore *Kohl. d. exercit. legal.* 16.
n. 13. ubi hanc conclusionem latissime probat.

Pluries dictum est, per mortem unius socii societatem
dissolvi *l. societatem* 4. *ff. pro socio.* At negotia per defun- 185
ctum caepta, atque pendentia tenetur haeres perficere *l.
haeres* 40. *ff. eod. tit.* ibi » haeres socii, quamvis socius non
» est, tamen ea, quae per defunctum inchoata sunt, per
haeredem explicari debent ». Ait textus *debent*, hoc non 186
voluntatis, non potestatis, non arbitrii, verbum est, sed ne-
cessitatis *glossa in cap. proposuit. verbo non debet de ap- 187
pellat. Constant. vot.* 26. *n.* 15. *tom.* 1. *et vot.* 419. *n.* 8.
tom. 3. *et vot.* 496. *n.* 10. *tom.* 4. *Rota dec.* 703. *n.* 11. *cor.
Cerro.* Atque in subjecta quaestione animadvertunt *Ma- 188
gon. dec. Flor.* 57. *n.* 12. *et* 42. *Mons. cons. for.* 57. *n.* 17.
tom. 1. quod intelligitur, quamvis negotium per unum diem
ante mortem socii fuerit caeptum *Sperell. dec.* 91. *n.* 58. 189
tom. 1. nova tamen negotia post socii obitum inchoare hae-
res nequit *Rota in dec.* 50. *n.* 30., *et* 31. *cor. Ninotto.* 190

Superius denique, et alibi saepe dictum est, socium ta-
cite, vel expresse negotiationi praepositum, tacitum habere
mandatum ad negotia societatis utiliter gerenda: pone igi- 191
tur, quod talis socius domum socialem locaverit, juxta ter-
minos late explicatos in superiore *part.* 1. *cap.* 7. utrum al-
ter socius, finita societate teneatur stare locationi pro toto
tempore statuto? Si quidem domus erat solita indivisim lo- 192
cari, non utique dubium, quin cum initio socius rem uti-
liter gesserit locando domum communem locari assuetam,
et ad solitum tempus, alter socius debeat stare, finita etiam
societate, locationi, ex *Ancharan. jun. quaest. jur. lib.* 2. 193
quaest. 28. *n.* 4. *et* 5. *Costa de ratione ratae quaest.* 55.
n. 6. secus si communis domus fuerit divisibilis, et alia re-
quisita, de quibus in d. superiore *part.* 1. *cap.* 7. socius non 194
servaverit. Plura sunt alia, quae socii debent, vel non de-
bent, de quibus in aliis sparsim titulis pro re, et consilio,
sermo est.

CAPUT XI.

De institoribus, complentariis, aliisque societati praepositis.

SUMMARIUM

1. Quae de socio administrationi praeposito dicuntur, paraeque institoribus aptantur.
2. Licet idem jus sit in socio praeposito, atque in institore, complementario, aliove simili, aliqua tamen differentia est.
3. Complementarius, campsarius, institor, mandatarius, seu procurator, in nomine tantum differunt, non in substantia, quoad relationem ad dominum.
4. Declara hoc verum esse generaliter loquendo, secus eorum exploratis partibus, et officiis quandoque.
5. Complementarius dicitur, qui complementum, seu mandatum ad negotiandum habet.
6. Atque sic nuncupatur a plenitudine facultatum.
7. Complementarius hodie, institor promiscue appellatur.
8. Institor autem appellatur ex eo quod negotio gerendo instat.
9. Complementarius tamen vere est, qui vel sub unius socii, vel omnium sociorum nomine negotium gerit.
10. Praeponentium nominatio, seu expressio in contractibus necessaria est.
11. Complementarius debet se pro tali publice gerere, et qui pro tali ab omnibus reputatur, sciente, et patiente eo, qui praeposuit
12. Et liberam habet facultatem contrahendi non solum quaeris debile, et obligandi praeponentem quoque invitum.
13. Sed etiam quietandi, et generale mandatum dicitur habere.
14. Complementarius obligat praeponentem etiam post hujus mortem, per quam non expirat mandatum
15. Limita in simplici institore, qui non obligat praeponentis defuncti bona, seu haeredes.
16. Declara, ut institor debeat negotia defuncti caepta perficere.
17. Complementarius mensae nummulariae praepositus, accipiens pecunias, etiam sine necessitate, et requisitis, de quibus remissive obligat mensam, seu rationem bancheriam n. 18.
19. Amplia licet hujusmodi partitas in librum non retulisset, vel pecunias in utilitatem societatis non vertisset.
20. Institor vero non obligat societatem, nisi accipiendi pecuniam urgeret necessitas, et requisita de quibus supra servaverit.
21. Inde atque tamen differentiae non sistunt in nomine, cum quoad nomen pertinet quicumque est negotio praepositus, institor nuncupatur.
22. Sed sistunt in facultate majori, aut minori juxta praeponentium voluntatem, n. 27.
23. Et has facultates, cum institore, seu complementario contrahentes, ne decepti remaneant, tenentur investigare.
24. Complementarius mensae praepositus ex negotii indole debet ipse pecunias cambiandas accipere libere.
25. Institor autem simplex tabernae praepositus ex natura negotii potest merces emere et rendere, non pecunias cambiandas accipere.
26. Si propterea pecunia institor indiget, debet servare requisita, de quibus supra.
28. Complementarius praepositus cum libera obligat praeponentem etiam extra negotii causam, et datur ratio.
29. Amplia hoc, ex consuetudine urbis Romae.
30. Cessante tamen alibi hac consuetudine, necnon ampla contrahendi facultate, si complementarius, suo contrahit nomine, vel extra causam societatis, vel non probata versione, praeponentes absentes non obligat.
31. Non ergo fidendum in nomine complementarii, sed spectandae sunt facultates, quae eidem quoque complementario restringi possunt, atque limitari.
32. Secus omnes contractus, quos faceret in vita sua institor, seu complementarius, referri deberent ad societatem, quo nihil absurdius, et n. 33 et 34.
35. Sit ergo institor, sit complementarius, qui praeponitur, debet ipse probare se fuisse negotio praepositum.
36. Institoris dicitur praejudicialis, tamquam directa ad obligandum praeponentem.
37. Hanc probationem praepositus potest facere etiam sine scriptura.
38. Salarii constitutio indicat magis praepositi, quam socii praeponentis qualitatem.
39. Complementarii, et institoris constitutio fieri potest, tam expresse, quam tacite.
40. Expresse quidem, si de complemento, seu mandato expresse constet.
41. Tacite vero si praepositus se publice gerit pro complementario, seu institore, et talis ab omnibus reputetur, cum scientia, et patientia praeponentis.
42. Inter expressum, et tacitum institorium nulla differentia est.
43. Differentia solum in expressa est, quam sciens institor, pecunias accipit sine aliis requisitis, de quibus supra.
44. Extenditur facultas etiam non expresse ad alia negotia fieri solita.
45. Majorem habet facultatem socius complementarius, quam complementarius simplex
46. Institor autem tacite negotio praepositus pecunias non accipit, nisi servatis requisitis, de quibus supra pluries, et n. 47.
48. Institor proprie est, qui alieni negotiationi praeponitur.
49. Atque est, vel complementarius, vel habet rationem sub proprio nomine cantantem.
50. Institor gerere debet actus, qui citra titulum, et figuram institoris, expleri nequeunt.
51. Unde si actus potest referri ad titulum socialem institoria exclusa remanet.
52. Ut administrator socius ab institore, seu complementario distinguatur, haec in his spectanda sunt
53. Ut institor, seu complementarius sub expresso titulo institoris contrahat.
54. Ut creditores cum tali titulo cum eo contraxerint.
55. Et ut contractus publice, et palam gesti sint cum scientia, patientia, et approbatione praeponentis
56. Deficiente d. il requisitorum aliquo, neque nomen institoris ipsum sed administratoris tantum, tribuitur.
57. Officia vero institoris, seu complementarii sunt quinque, atque indicantur, n. 58.

59. Institor sit masculus, aut foemina, liber, aut servus, proprius, seu alienus, parvi refert.
Parvi item refert, quis praeposuit dummodo dominus ratum habeat ibidem.
60. Item pupillus institor esse potest, cum tabernae etiam pueri, et puellae praeponantur.
Quod si res male cedat, imputet sibi, qui eos, easve praeposuit ibidem.
61. Pupilli tamen, et tutores erga praeponentem ad nihilum tenentur, nisi tutoris initio accesserit auctoritas.
62. Pupillus tamen, si sine tutore praeposuerit aliquem societati, eatenus tenetur ex facto institoris, quatenus locupletior est factus.
63. Unus, vel plures institores possunt uni negotio praeponi, dummodo conditiones sibi praescriptas servent, ita ut secus non tenetur praeponens.
Sicuti societas potest etiam sine institore, consistere ibidem.
64 Ad institoris praepositi nomen, curam, et gubernium extat concredita societas.
65 Institor, seu complementarius societati, vel alteri negotio praeponitur.
66 Praeponens ex facto institoris obligatur.
67 A contrahentibus non convenitur institor, sed praeponens
68. Qui cum praeposito contrahit, bene, et rite contrahit.
69. Praepositus omnia tenetur fideliter in beneficium societatis agere.
70. Praepositus quidquid acquirit, sociis praeponentibus, et non negotiantibus acquirit.
71 Institor, et complementarius habent facultatem constituendi alios subalternos administros, juxta facti necessitatem.
72. Societati praepositus sociorum vicem obtinet, at tenetur in negotiis eam diligentiam adhibere, quam in rebus propriis adhibet.
73 Amplia ut habeat mandatum gerendi, et quae societati expediunt, et quae praeponentes facere consueverat.
74. Seu etiam quae pro ea tali negotiatione fieri ex stylo, et consuetudine assolent.
75. Salva semper forma capitulorum, extra quam cessat mandatum, et socii praeponentes non obligantur.
76. Institor, seu complementarius debet conficere librum socialem.
77. Si unus est praepositus, unus liber, si plures sint praepositi, totidem libri exarari debent, quot fuerint praepositi.
78. Alias tenentur de dolo, et remissive.
79. Hujusmodi libri ita probant adversus socios praeponentes, atque si ab eisdem fuerint conscripti.
80. Amplia ut eosdem libros praepositi teneantur exhibere, et in fine societatis ipsis praeponentibus, vel eorum haeredibus restituere
81. Praepositi libros sociales occultantes, praesumitur in esse capitalia utilia, et nomina debitorum.
82 Quaeritur an finita societate institor certiorare teneatur mercatores finem societatis, ne contrahendo decipiantur, seu potius teneantur socii? et n. 95.
83 Mercatores certiorari debere de medio sub initium societatis, et de fine societatis, juxta formam de qua remissive, non est dubium, et n. 84. et 85.
86 Nam secus certioratione non facta societas semper obligatur.
87 Et quae de initianda aut finienda societate dicuntur, societati etiam cum ampliis, seu limitatis facultatibus exercendae, aptantur.
88. Si durante societate facultates institori restringuntur, denunciandum est mercatoribus.
89 Amplia etiam si unus sociorum, durante societate ab ea recedat.
90 Amplia item si removeatur institor.
91 Circa denunciationes mercatoribus faciendas, latissime *Rota Romana*, et remissive.
92 Tritum est proverbium, ut spina ab eo extrahi debeat, cui dolet.
93. Praeponentes tenentur in solidum iis, qui contrahunt cum institore praeposito.
94. Nam quidquid gerit institor, ab eisdem praeponentibus gestum intelligitur.
95. Resolvitur quaestio, de qua supra n. 82. ut socii, et non institores teneantur mercatoribus denunciare.
96. Institores autem erga praeponentes, tenentur in solidum, pro iis quae gesserunt.
97. Institores itaque si proprio defuerunt officio, rationem reddent praeponentibus.
98 Creditoribus tamen, qui bona fide contraxerunt, satisfacere tenetur societas
99 Creditores possunt agere contra institorem uti retinentem bona socialia, post finitam societatem, salva semper actione agendi contra socios praeponentes.
100 Amplia ut durante societate creditores agant contra institorem, exequendo tamen mandatum contra bona socialia, non contra bona ipsius institoris
101. Secundum institoris, seu complementarii officium est, ut bonum societatis promoveat.
102. Institor in bonis socialibus eam debet adhibere diligentiam, quam bonus pater familias solet in rebus suis praestare.
103. Seu ad ea tenetur, quae homines diligentes ejusdem professionis faciunt.
104. Definitum non est, quando quis sit diligens, vel non, ideo recurritur ad arbitrium judicis.
105. Institor ad instar tutoris debet utilia facere, et inutilia praetermittere et n. 106.
107. Institor societati praepositus sectare debet, non quod privatim interest unius ex sociis, sed quod expedit societati, seu toti societati, et n. 111.
108. Si proinde unius socii interest, non toti societati, ut res socialis distrahatur, et datur exemplum n. 109.
110. Institor non distrahat, sed unice faciat quod toti societati prodest n. 111.
112 Amplia etiam ad casum, in quo omnium sociorum interest, illud fieri, vel non fieri, et datur exemplum n. 113.
114 Nihilominus si toti societati non prodesset debebit institor abstinere.
115. Alii enim sunt socii, alia, atque alia societas
116. Complementarius etiam mensae praepositus, si nolit aliquod negotium agere, et socii velint, ille auditur, et affertur ratio n. 117. 118 et 119.
120. Nam ejus officium est, facere quod toti societati prodest, atque expedit n. 121.
122. Institor potest impendere in honorem mercatorum, puta hospitando, decenterque illos tractando, quia conciliat societati negotia, et n. 123.
124. Institor sua industria infinitum quoque lucrum parare potest societati.
125. Institor sumptus, de quibus supra n. 122. imputat societati.
126. Institor debet ibi cautius agere, ubi sit majus periculum.
127. Institor ergo nundinas proficiscens, et viam breviorem, sed non solitam, non tutam faciens, damnum direptionis, aliudve simile obveniens tenetur sarcire.
128. Amplia si gabellam fraudandi causa iter mutaverit, et res ceciderit in commissum, et n. 129 et 130.
131. Socii non censentur mandasse, ut institor committeret dolum, et fraudem.
132. Limitatur tamen si institor mutando iter solitum, animum non habuerit fraudandi gabellam, ita ut avaritiae et fraudis absit suspicio.
133. Institor ad nundinas, vel terra, vel mari profectus, si in latrones, vel pyratas inciderit, vel naufragium sit passus, damnum in mercibus passum societati imputat, et n. 134. et 135.
136. Amplia in praeposito depraedato per mare, modo quaevis culpa ipsius absit.
137. Pactum ne institor se distrahat in aliis negotiis, cessat, si ad illa talia negotia mercantilia restringitur
138. Quod si hoc pacto non obstante, institor aliqua negotia suo fecit nomine, alio institore, aut complementarii suppresso, non sit ei invidendum, et remissive, et n. 139
140. Mixtum casum praebet *Card. de Luca* in quo institor gerit negotia mercantilia, cuinam acquisierit sibi, vel societati?
141. Ad conjecturas recurrendum, ut si merces illae versae fuerint in causam societatis huic acquisitae dicantur.
142. In dubio autem sibi institor acquisivisse dicendum est.
143. Fidejubere, est dilapidare, maxime si actus fiat extra causam societatis, ut haec non obligetur per institorem, et remissive
144. Amplia ut in hac fidejussione non sufficiat nomen institoris, et complementarii expressum nisi adsit societatis utilitas.
145. De hac materia fidejussoria ad societatem obligandam vel non, remissive.
146. Tertium officium institoris est quaerere occasiones lucrandi, nam finis societatis est quaestus.
147. Mercatores lucri amissionem damnum reputant.
148. Socius si quaedam negligenter agit, quaedam diligenter, et lucrosa, haec non compensat cum illis, et perelegantes afferuntur rationes per *Connanum*, et n. 149. et 150.
151. Institor, seu complementarius spectare debet occasionem lucrum faciendi, et damnum vitandi.
152. Quid si occasio lucri faciendi desit, an praepositus possit suo nomine foenerare pecuniam socialem?
153. Si societas est destinata ad foenerandum, praepositus, imputat lucrum societati, et non sibi, et n. 154.
155. Amplia ut praepositus in suum officium peccaret, et n. 156.
157. Si societas vero sit directa ad merces in nundinis comparandas, et ante nundinas praepositus suo foeneratur nomine, sibi acquirit.
158. Declara, si adveniente tempore nundinarum, pecunia praesto sit, secus praepositus tenebitur ad illius pecuniae usuras, seu ad id quod interest, et n. 159. 160. 161. 162. 163. et 164.
161. Inter moram, et culpam magna differentia est.
165. Damni occasionem debet vitare praepositus, datur exemplum, et affertur ratio.
166. Qui non prohibet, cum prohibere non possit, nullam criminis patitur.
167. Quod si prohibere eum posset, non prohibuit, culpae et damni reus est.
168. Praepositus cum sit in re sociali negligenter versatus; tenetur societati, et si fuerit servus, pro eo tenetur dominus, et n. 169.
170. Pactum standi lucro, non autem damno per institorem inferendo, est leoninum.
171. Institor tenetur pro hoc indemnes relevare socios praeponentes, n. 172. et 173.
174. Praepositus quoties delinquit in officio, creditoribus, qui cum eo contraxerant, tenetur praeponens.
175 Contrarium alii sentiunt, ut non teneatur praeponens
176. Concilia, ut hi loquantur de re criminali, illi autem in civilibus, et n. 177.
178. Declara etiam in re criminali, ut teneatur praeponens, si praepositus delinquat sciente, vel mandante domino, secus eo ignorante, et n. 179.
180. Amplia si praepositus delinquat in re institoria, secus si extra institoriam.
181. Hoc tamen intellige si praepositus deliquit in utilitatem praeponentis scientis, et tacentis; et datur exemplum n. 182.
183 Ampliatur principalis conclusio, si praeponens initio elegerit institorem vitiosum, ut de ejus delicto teneatur, secus e contra.
184. Damnum societati illatum ab inimico praepositi quemadmodum in conductore dicitur, praeponens, et locator relevandi sunt, ab institore, et conductore n. 185. et 186.
187. Officium institoris est voluntarium.
188. Limita si damnum societati obvenerit ex inimicitia publica.
189. Quartum officium institoris est ne arcana societatis revelet institor.
190. Arcana societatis circa plura versantur, hoc est ne status societatis forte debilis pandatur, et datur ratio.
191. Haeres quandoque idem prudenter omittit exarare inventarium ad eumdem effectum.

192. Ratio, quia cognita inopia patrimonii, vel societatis, creditores molestantes affluunt.
193. Plus valet bonum nomen, quam divitiae multae.
194. Versatur etiam in eo arcana societatis ne pandantur contractus faciendi, et correspondentes, et datur ratio.
195. Illicitum est prodere arcanum, etiam e privato creditum, et datur ratio.
196. Institor, seu complementarius an cogi possit remediis legalibus, puta juramento, ad revelanda secreta societatis
197. Affirmative resolvitur, et affertur ratio, ut n. 198. et 199.
200. Quaeritur etiam an praepositus coactus ad revelandum, et jurandum, possit uti restrictione mentali.
201. Negative resolvitur, et refertur propositio a Clemente XI. hoc desuper condamnata, et n. 202.
203. Amplia negativam, etiamsi agatur de honore, salute corporis, et bonis salvandis.
204. Naturaliter etiam loquendo hujusmodi amphybologiae revelationes, sunt deceptiones irrisione dignae, et affertur locus Ciceronis, n. 205.
206. Institor ergo debet custodire secreta societatis, quatenus non sit in judicio revelare coactus.
207. Postremum institoris officium traditur, et circa plura versatur, ejus prudentiae remissa, et n. 208.
209. Caveat institor, ne privatim aliter conveniat cum sociis, quam in capitulis socialibus publice juris factis, sit stabilitum.
210. Nam hujusmodi secreti actus creditoribus non notificatis non obessent.
211. Qui negotio institorem praeponit, animum habere dicitur praestandi factum illius.
212. Amplia si praeponens rem aliquam per institorem geri videt, et tacet, nam consentire videtur.
213. Si unus sociorum videt alium res malas inferri in societatem, et non protestetur in contrarium, consentire videtur.
214. Amplia ut praepositus de mala qualitate illius rei, rationem reddere non teneatur.
215. Declara, ut non semper consensus in praejudicialibus inducatur, puta si socius, qui res malas intulit, fuerit potentior.
216. Confessio institoris praepositi nocet regulariter praeponentibus.
217. Declara, hoc verum esse, si confessio institoris versetur circa res ad officium suum pertinentes, secus e contra.
218. Confessio, seu declaratio institoris, se contractum gessisse ex causa societatis, emissa post triennium a contractu, est suspecta.
219. Ratio, quia institor ibi agit de exonerando se ipsum, ideo aliae probationes exiguntur.
220. Officium institoris statim cessat, atque decoquit ipse, aut fugam arripit.
221. Secuta palam decoctione, aut fuga institoris, non est opus certiorari mercatores.
Ratio, quia per decoctionem ipso jure revocatur mandatum ibid.
222. Si tamen debitor, sub bona fide institori decocto solvit, vel mercator cum eo contrahit, validus est uterque actus.
223. Si unus sociorum decoxerit, aliis sociis nulla fraus appingitur.
224. Per decoctionem quoque praeponentium, ipso jure mandatum, quod institor habebat, dicitur revocatum, et n. 225.
226. Institor, decoctis praeponentibus, tenetur denunciare creditoribus hunc status mutationem, et se abstinere a contraendo, alias tenetur de proprio creditoribus, et n. 227.
228. Limita si creditores agunt pro creditis et contractibus ante d. decoctionem gestis.
229. Et de pluribus casibus in quibus institores remanent creditoribus obligati, et non negotium sociale, remissive.

Quae in superiore *cap.* 10. dicta sunt de sociis administrationi praepositis, eadem de institoribus quoque praedicari
vice mutua possunt, atque e converso *Mandell. alba cons.*
1 744. *n.* 3. *vol.* 4. Et quamvis propterea idem fere jus sit in
socio praeposito, atque in institore, complementario, aliove
simili mandatario, nihilominus expedit hujusmodi administros cominus cognoscere, nam non raro aliquid interesse
2 comperietur; complementarius quidem, campsarius, institor, ac mandatarius, seu procurator specialis ad certos actus
constitutus, differunt voce, seu nomine dumtaxat, cum in
substantia idem, et unum sint, quoad effectum relationis
3 ad dominum, seu mandantem, seu praeponentem *Mans. consult. for.* 11. *n.* 12. *tom* 1. *Constantin. vot.* 291. *n.* 13.
tom. 2. *Rota in Mantissa Card. de Luca de credit. decis.*
29. *n.* 5. *tom.* 8. Hoc tamen generaliter loquendo, nam cu-
4 jusque administri exploratis partibus, secundum aliquos,
nonnihil interesse quandoque apparebit.

Complementarius dicitur, qui complementum, seu man-
5 datum ad negotiandum habet; hujus vocis explicationem a
nemine datam vidi; commercii nomen esse, non inficior,
et si huic nomenclaturae, aliquam dari placet significationem, non dubitaverim dicere, esse complementum facultatum omnium cum libera a praeponente datarum; comple-
6 mentum dixi, hoc est plenitudinem facultatum ad administrandum; et quamvis complementarios hodie appellari,
7 institores, dicat *Michalor. de fratrib. part.* 2. *cap.* 48. *n.*
15. quemadmodum etiam institor appellatus est ex eo,
8 quod negotio gerendo insistat *l. institor.* 3. *ff. de instit. act.*
Attamen complementarius vere ille est, qui vel sub unius
socii, vel omnium sociorum nomine negotium explicat.
9 *Card. de Luca de camb. diss.* 29. *n.* 5. quae quidem praeponentium nominatio in contractibus, necessaria est adnotatum
10 *Rota in decis.* 328. *n.* 1. *tom.* 7. *in nuperr.* vel qui
pro complementario se publice gerit, et pro tali ab omni-
11 bus reputatur, sciente, et patiente eo, qui praeposuit *Rota in Mantissa Card. de Luca de credit. dec.* 28. *n.* 7. *tom.*
8. liberamque facultatem habet contrahendi, non solum
quaecumque debita, atque obligandi praeponentem etiam
12 inscium *Rota in dec.* 1. *n.* 4. *de societ. cor. Falconer.* Sed
ad quietandum etiam generale mandatum habet. *Rota in*
13 *dec.* 2. *n.* 6. *de societ. cor. eodem Falconer.*

Quamobrem generalis complementarius post quoque mortem praeponentis obligat ejus bona, nec per ejus mortem
14 mandatum expirat *l. quicumque* 5. *§. si ab alio*, et *l. siquis mancipiis* 17. *§. si impubes ff. de instit. act. Casareg. de commerc. disc.* 29. *n.* 11. *et* 12. *Rota dec.* 43. *n.* 12. *cor. Ansaldo*, et *dec.* 1. *n.* 3. *de societ. cor. Falconer.* Simplex
autem institor post praeponentis obitum, non obligat bona
15 haeredum. *Rota in Mantissa Card. de Luca de credito*
dec. 30. *n.* 3. *tom.* 8. nisi institor negotium a defuncto cae-
16 ptum explicare debuerit *Casareg. de commerc. d. disc.* 29.
n. 11. *et* 12. Complementarius item mensae nummulariae
praepositus, accipiendo pecunias etiam sine necessitate,
17 aliisque requisitis traditis, per *Alexandrum cons.* 44. *n.*
Zanchio

6. *lib.* 1. de quibus in superiore *cap.* 10. *n.* 112. *ad seq.*
obligat mensam, seu rationem bancharium *Rota in dec.* 37. 18
n. 1. 5. 6. *et* 7. *tom.* 3. *et dec.* 576. *n.* 3. *et* 4. *tom.* 5. *part.*
2. *in nuperr.* licet similes in libris socialibus non retulisset
partitas, vel pecunias etiam sibi creditas in utilitatem societatis non vertisset, seu illas ita versas, creditores non do-
cuissent. *Rota in Mantissa Card. de Luca de credit. dec.* 19
25. *n.* 1. 3. *et* 9. *tom.* 8., *et cor. Rezzonico dec.* 63. *n.* 16.
et 17. *tom.* 1. Simplex vero, e contra, institor tabernae
praepositus, pecunias, et ipse sine necessitate accipiens, a-
liisque, de quibus paulo ante, requisitis, minime servatis
negotium, seu societatem non obligat. *Rot. in d. dec.* 37. 20
n. 1. 5. 6. *et* 7. *tom.* 3., *et dec.* 576. *num.* 3. *et* 4. *tom.* 5.
part. 2. *in nuperr.*

Veruntamen si sit pro veritate loquendum, indicatae
differentiae unius officialis, ab altero, non sistunt in nomine, nam quoad nomen pertinet, quicumque negotio prae-
positus est, institor recte appellabitur *l. quicumque* 5. *ff. de* 21
instit. act. sed sistunt in qualitate facultatum, quae vel ab
homine, vel a lege tribuuntur, quaeque amplae, ac limitatae esse indubie possunt juxta negotii qualitatem, seu prae-
ponentium voluntatem *Ansald. de commerc. et mercat.* 22
disc. 46. *n.* 30. *ad plur. seq.* quas quidem facultates, contrahentes cum institoribus, seu complementariis, ne decepti
inutiliter conquerantur, investigare serio tenentur *Gratian* 23
dec. Marchiae 178. *n.* 9. *Casareg. de commerc. disc.* 144.
n. 16. *et* 21. *Rot. in dec.* 222. *n.* 14. *et* 15. *cor. Ratto.*

Sitque exemplo; complementarius mensae praepositus, ex
indole negotii nummularii, pecunias debet ipse cambiendas
accipere, ita ut eadem ipsa materia nummularia intrinsecus
habeat causam, seu necessitatem accipiendi pecunias cam-
biandas, cum in hoc principalis negotiatio sistat; ex diverso 24
autem simplex institor tabernae praepositus hanc non habet
necessitatem, cum ejus principale officium non dirigatur,
prout in nummulario, ad accipiendas pecunias creditas, illas-
que cambiandas, sed solum ad merces emendas, vendendasque: 25
quamobrem si hujusmodi institori necessitas accipiendi pecunias pro negotii utilitate oriatur, id praepositus, non alias,
citra expressam facultatem, facere potest, quam servatis re-
quisitis, de quibus superius proxime, in idque additur *Her-* 26
mosill. ad Lopez. Gloss. 2. *leg.* 7. *tit.* 1. *part.* 1. *n.* 20.,
et 21. *tom.* 1. *Rota in d. dec.* 37. *n.* 5. 6. *et* 7. *tom.* 3. *et*
dec. 576. *n.* 3. *et* 4. *tom.* 5. *part.* 2. *in nuperr.*

Dixi, differentiam, non in nomine aut complementarii,
aut institoris consistere, sed in facultatibus majoribus, vel
minoribus, per praeponentes utrique officiali concessis; qua 27
ex re complementarius negotio praepositus cum libera, hoc
est, ut ea omnia facere possit, quae ipse praeponens faceret, negotium quidem obligat, licet extra ejusdem negotii
causam contraxerit. *Rota in dec.* 322. *n.* 8. *cor. Ratto*, *et* 28
in nuperr. dec. 121. *n.* 14. *et* 15. *tom.* 3. ac de generali
consuetudine urbis Romae statim atque eligitur quis in alicujus negotii complementarium, amplam licet, non expressam habet facultatem contrahendi, et respective obligandi

33

consocios praeponentes, in rebus quoque, et negotiis, socie-
tatem, seu negotiationem ipsam cui praepositus est, non
29 concernentibus, ut per *Rotam in dec.* 350. *n.* 11. *cor. Du-
noz. jun. et in dec.* 285. *n.* 4. tom. 8. *in nuperr.*

Hac tamen consuetudine urbis alibi cessante, veluti quo-
que cessante tam ampla, liberaque facultate contrahendi in
complementario, idem, vel nomine proprio, vel non facta
societatis, aut negotii socialis mentione, contrahens, socie-
tatem absolute non obligat, nisi rem saltem, vel pecuniam
in causam societatis versam, cum qualitate etiam tituli lu-
crativi, et locupletationis, concludentissime doceat *Rota in*
30 *dec.* 426. *n.* 5. 8. *et fere per tot. tom.* 4. *in nuperrim.* In
his ergo, non fidendum simplici qualitati complementarii,
actus, et contractus gerentis, ut obligata dicatur societas,
sed complementum, seu facultas plurimum spectanda est,
nam complementario etiam restringi, atque limitari possunt
facultates, et infra illarum limites continere se cogi. *Rota*
31 *in Romana pecuniaria seu reintegrationis* 14. *maii* 1728.
§. *verum enim vero, et seq. cor. el. mem. Card. Aldovran-
do.* Item complementarii animus, quo fit contractus, etiam
spectandus, nam alias sequeretur, ut omnes contractus,
quos complementarius in vita sua gereret, adscribi societati
32 deberent, id quod repugnat dispositioni *textus in l. qui-
cumque* 5. §. *non tamen ff. de instit. act.* ibi » non tamen
» omne, quod cum institore geritur, obligat eum, qui prae-
» posuit, sed ita, si ejus rei gratia, cui praepositus fuerat,
» contractum est, id est, dumtaxat ad id, ad quod eum prae-
33 » posuit » addita *Rota in dec.* 244. *n.* 3. *tom.* 2. *cor. Bes-
zonicu, et dec.* 322. *n.* 4. *cor. Ratto* necnon intolerabile,
manifestumque saperet absurdum, ut per *Bellon. in Rota*
34 *genuen. dec.* 14. *n.* 95. *et* 125. *Rot. Romana in dec.* 426.
n. 15. *tom.* 4. *in nuperr.*

Sit ergo institor, sit complementarius, qui negotio prae-
ponitur, hoc interest ut praepositus concludentissime pro-
35 bet, se haberi negotio praepositum *Bellon. dec. Genuae* 14.
n. 36. *Mans. consult. for.* 438. *num.* 1. *et* 2. *tom.* 5. *Rota
dec.* 1. *n.* 4. *de societ. cor. Falconer. et in dec.* 11. *n.* 5.
cor. Tanar. quia praejudicialis est admodum institoria, tam-
36 quam directa ad obligandum praeponentem *Carol. Anton.
de Luca ad Gratian. dec. Marchiae* 178. *in fin. Rocca
disp. jur. select. cap.* 102. *n.* 1. *tom.* 2. quam de caetero
probationem, necesse non est, ut per scripturam faciat prae-
37 positus, nam sine scriptura etiam illam facere potest *Rota
in Mantissa Card. de Luca dec.* 7. *n.* 8. *de credit. tom.* 8.
magnoque argumento est constitutio salarii, sine qua socius
38 est potius, quam institor *Rota in Tibartina societatis, et
redditionis rationis* 8. *martii* 1750. §. 6. *cor. el. mem.
Card. Caprara.*

Institoris autem, seu complementarii institutionem, et
39 expresse, et tacite fieri posse, palam est *Copyc. latr. con-
sult.* 105. *n.* 21. *et* 22. *Michalor. de fratribus part.* 2. *cap.*
48. *n.* 13. *Anton. Bonfin. dec. Florent.* 55. *n.* 12. *Mans.
consult for.* 437. *n.* 1. *tom.* 5. Expresse quidem, si de
complemento, seu mandato praeponentis expresse constat.
40 *Rota Januen.* penes *Bellon. dec.* 14. *n.* 39. *vers. expresse
quidem Hermosill. ad Lopez gloss.* 2. *leg.* 7. *tit.* 1. *part.*
5. *n.* 2. *tom.* 1. *Constant. vot.* 291. *n.* 14. tom. 2. tacite ve-
ro, quando praepositus se publice gerit pro complementa-
rio, vel institore, et pro tali ab omnibus est habitus, sciente,
41 ac patiente eo, qui illum praeposuit *Michalor. de fratrib.
part.* 2. *cap* 48. *n.* 13. *Hermosill. ad Lopez. loco proxime
cit. n* 3. *Constant. vot.* 291. *n.* 15. *tom.* 2. *Rota in Man-
tissa Card. de Luca dec.* 28. *n.* 7. *et* 8. *de credit. tom.* 8.
et in Arimin proelationis super remrvutis 20. *junii* 1738.
§. *verum neque cor. bon. mem. Vicecomite,* et inter expres-
sam, atque tacitam institoriam, nullam esse differentiam
42 disere *Anton. Bonfin. dec. Flor.* 55. *n.* 12. *Rota dec.* 43.
n. 17. *et* 19. *cor. Ansaldo.*

Et siqua inter utramque expressam, vel tacitam instito-
riam differentia est, eadem in eo sedet unice, quod institor,
seu complementarius negotio expresse praepositus, sicut
ignorare non potest facultates sibi in complemento tributas,
ita pecunias accipere volens sine ullis requisitis, rite acci-
43 pit, et negotium obligat *Constantin. vot.* 291. *n.* 14. *et* 15.
tom. 2. quod ad ea quoque negotia, quae sunt fieri assueta, li-
44 cet in complemento nequaquam expressa, extenditur *Mans.
consult. for.* 437. *n.* 33. *cum seq. t.* 5. maxime si comple-
mentarius fuerit etiam socius, nam majorem habere praesu-
mitur socius facultatem, quam institor, seu complementa-
45 rius extraneus *Mans. ibidem n.* 25. *et* 26. Sin autem tacite
habeatur institor, seu complementarius eidem negotio prae-
positus, et pecunias accipere velit a tertio, hoc facere nequit
in negotii, vel societatis praejudicium, nisi illa quinque
requisita per *Alexandrum* praescripta *in cons.* 44. *num.* 6. 46
lib. 1. de quibus in superiore cap. 10. *n.* 112. *ad seq.* ser-
vaverit. Ita latissime distinguentes institoriam tacitam ab
expressa, animadvertunt *Genua de script. privata lib.* 4. 47
tit. de libr. ration. instit. n. 38. *ad* 48. *Constantin. vot.*
291. *n.* 14. 15. *et* 16. tom. 2.

Institor ergo vere, et proprie est ille, qui alieni negotia- 48
tioni praeponitur *l. institor.* 3. *ff. de inst. act. Rimin. Jun.
cons.* 52. *n.* 77. *tom.* 1. *Casareg. de commerc. disc.* 29.
n. 5. atque est, vel complementarii, vel habet rationem sub
proprio nomine cantantem *Bellon. dec. Genuae* 71. *n.* 4. 49
et 5. *Anton. Bonfin. dec. Florent.* 55. *n.* 11. *in fin.* et quos
institor gerit actus, eos tales esse oportet, ut citra titulum,
et figuram institoris expleri nequeant *Rocca disp. jur. se-* 50
lect. cap. 102. *n.* 1. *in fin. Rota in dec.* 1. *n.* 6. *de societ.
cor. Falconer.* si ergo actus referri potest ad titulum socia-
lem, puta quia tamquam socius, institoris titulo suppresso,
administravit, magis est, ut institoria exclusa dicatur *Rota
in dec.* 1. *n.* 9. *de societ. cor. Falcon.* et quo facilius ad- 51
ministrator socius ab institore, seu complementario secer-
natur, spectari hoc debet, *ut* institor, seu complementarius 52
sub expresso nomine, se titulo institoris contrahat, *ut* cre-
ditores cum tali titulo, cum eo contraxerint, *atque* contra- 53
ctus publice, et palam gesti fuerint, non tam cum scientia, 54
et patientia, quam cum approbatione etiam ipsius domini
praeponentis, et si aliquod ex relatis tribus requisitis, de- 55
fuerit, ne nomen quidem institoris, sed administratoris tan-
tum ei conveniet. *Rot. in dec.* 1. *n.* 11 *de societ. cor. Falcon.* 56

Et ut aliquo, hac in re procedam ordine: quinque sunt
officia institoris, complementarii, seu alicui negotio, aut 57
societati praepositi. *Primum* est, ut habeat inspectionem ad
rem societatis; *secundum* ut bonum societatis promoveat.
Tertium, ut occasiones lucri faciendi, et damni vitandi bene
attendat. *Quartum*, ut arcana societatis non revelet. *Quin-
tum* denique, ut qualitates bene ponderet, et alia diligenter
observet, quae nonnunquam societati magis condocunt,
quam pecuniae paratae; ita *Fachin. cons.* 38. *n.* 1. *lib.* 1. 58

Parvi quidem refert, ait Ulpianus, quis sit institor, ma-
sculus, an faemina, liber, an servus, proprius, an alienus;
item parvi refert, quis praeposuit, dummodo negotii domi-
nus ratum habuerit in *l. sed et siquis* 7. *ff. de instit. act.* 59
quin, et pupillus institor potest negotio praeponi, nam ple-
rique, et pueros, puellasque tabernis praeponunt, sibi ta-
men imputare debet qui tales praeposuit, cum res male ce-
dat *d. l.* 7 *in fin. et l.* 8. *ff. eod. tit.* et pupilli, aliquo ae- 60
tate minores ad nihilum tenentur erga praeponentes ex re
forte male gesta, nisi tutoris initio accesserit auctoritas *Ge-* 61
nua de script. privata lib. 4. *tit. de libr. ration. instit.
n.* 75. Si tamen pupillus sit, qui sine auctoritate tutoris
aliquem societati praeposuerit, eatenus ex facto institoris
tenebitur, quatenus ex ea re locupletior est factus *l. verum* 62
9. *et l. eatenus* 10. *ff. de instit. act.* parvi demum refert,
an unum, vel plures institores negotio praeponantur, dum-
modo conditiones, hi praepositionis servent, nam si con-
trahendi limites praefiniantur, de excessu non tenebitur
praeponens *l. sed si pupillus* 11. §. *conditio, et* §. *item si* 63
ff. eod. tit. imo et sine institore, seu praeposito societas
quandoque consistit *Horat. mandos. de privileg. ad instar.
gloss.* 5. *n.* 3. *in tract. magn. tom.* 18. *pag.* 130. *n.* 3.

His praejactis, quoad primum institoris officium perti-
net, hoc est ut institor, complementarius, aliusve societati
praepositus habeat inspectionem ad rem societatis; hoc ea-
tenus habetur receptum, quia ad ejusdem praepositi nomen,
curam, et gubernium extat concredita societas, ut per tex-
tum in cap. quamvis 9. *de verb. signific. Rota in dec.* 37. 64
ante n. 1. *tom.* 3. *in nuperr.* quamobrem ipse institor, seu
complementarius a sociis quidem societati, aliive negotia-
tioni praeponitur *Gratian. discept. for. cap.* 339. *n.* 19. uam 65
sicuti praeponens ex facto institoris obligatur *l.* 1. *ff. de in-
stitor. act.* illa eleganti ratione per Ulpianum ibi tradita 66
videlicet quia » Equum praetori visum est, sicut commoda
» sentimus ex contractu institorum ita etiam obligari nos
» ex contractibus ipsorum, et conveniri » neque a contra-
hentibus conveniri institor potest, prout rejecta contraria
sententia latissime advertit. *Genua de script. privata lib.* 4. 67
tit. de libr. ration. institor. num. 56 *ad* 73. quia qui cum
praeposito contrahit bene, et rite contrahit *l. quicumque* 68

5. § non tamen ff. eod. tit. Mandell. Alba cons. 744. n. 6.
7. et 8. vol. 4. ita praepositus omnis fideliter tenetur in be-
neficium societatis, et sociorum operari, suosque conatus im-
69 pendere Felic. de societ. cap. 14. n. 28. Mansius consult.
for. 548. n. 12. tom. 6. nam quidquid ex negotiatione acqui-
rit, ipsis sociis praeponentibus, etiam non negotiantibus
70 acquirit Gratian. discept. for. cap. 852. n. 5. ad quem ef-
fectum, ut ipse institor, seu complementarius praepositus,
rem utiliter possit, ac prudenter gerere, eidem datur facul-
tas, non solum administrandi per se ipsum, sed pro re, et
consilio etiam constituendi alios subalternos institores in
locis, et negotiis, quemadmodum necessitas, et negotii qua-
71 litas expostulat Rota Genuen. penes Bellon. dec. 71. n. 5.
Societati praepositus vicem sociorum obtinet; qua ex re,
eam adhibere diligentiam in utiliter administrandis rebus
72 societatis tenetur, qualem in rebus suis adhibere solet l. so-
cius socio 73. ff. pro socio Fachin. cons. 38. n. 18. lib. 1.
et hac de causa mandatum habet ad gerenda, nedum quae
societati expediunt, sed etiam quae praeponens facere con-
73 sueverat, ad textum in l. Titianus 8. ff. quod cum eo, qui
in aliena potest est negot. gest. esse dicitur, ubi Glosso
verbo dederat Costren ibid. n. 1. versic. et ego Mans.
consult. for. 437. n. 33. tom. 5. Rota in decis. 375. n. 13.
vers. secundo part. 1. diversor. seu quae pro ea tali ne-
gotiatione, cui praepositus est, fieri ex stylo, et consuetudi-
74 ne assolent Mansius consult. for. 437. n. 31., et consult.
438. n. 14. tom. 5. quod semper tamen intelligitur, nisi
forma capitulorum, seu complementi, aliud, atque aliud
praescribat, nam hoc casu, nec mandatum extra illam for-
mam praesumitur, nec socii praeponentes obligantur ad
75 text. in l. sed si pupillus 11. ff. de instit. act. Casareg.
de commerc. disc. 39. n. 10. Collegnin. ad mater. feudal.
observat. 18. n. 82. Rota dec. 146. n. 2. et 3. part. 18.
tom. 1. recentior.

Hoc etiam primum institorum, seu complementariorum
exigit officium, ut librum rationalem, ipsi teneant separa-
tim, in eoque rationes distinctas, atque separatas conscri-
76 bant. Genua de script. privata lib. 4. tit. de libr. ration.
instit. n. 95. ut si unus fuerit praepositus unum codicem
rationalem, si duo autem vel plures fuerint, totidem sepa-
77 ratos retineant, atque conscribant codices. Decian. respons.
11. n. 50. ad seq. vol. 1. secus de dolo notantur Mandell.
Alba cons. 302. n. 1. vol. 2. quemadmodum de sociis dixi
78 in superiore cap. 10. n. 29. Atque hujusmodi libri rationa-
les per institores conscripti, ita probant adversus consocios
et praeponentes, atque si ab his fuerint scripti. Rot. decis.
79 121. n. 5. tom. 3. et dec. 195. n. 6. tom. 7. in nuperr. et
in Romana Thesaurariae Marchiae super creditis Mar-
chionis Baldinucci 8. martii 1717. § minime refragante
objecto cor. Crispo. quos deinceps libros, institores tenen-
tur ad opportunitatem edere, et vel sociis in fine societatis,
vel ipsis vita functis eorum praeponentium haeredibus re-
80 stituere Genua de scriptur. privata lib. 4. tit. de lib. ra-
tion. instit. n. 96. Jov. de contract. min. gloss. 25. § 13.
n. 667. ad seq. quod si institor sociales libros occultaverit,
praesumuntur inesse capitalia societatis in pecunia, utilibus
et nominibus, et societas tenebitur creditoribus etiam pro
81 lucro, quod fieri poterat. Casareg. de commerc. disc. 144.
n. 61. ad 67.

Quaeritur item, utrum pertineat ad institoris, seu com-
plementarii inspectionem denunciatio finitae societatis mer-
catoribus facienda, ne ipsi cum institore contrahere bona fi-
de continuantes decepti, et consocii praejudicio affecti re-
82 maneant? jam alias dixi, quod societate quovis modo intem-
pestive soluta, mercatores certiores fieri debent per literas,
83 aut edicta, ut deinceps ex contractu institoria non tenea-
tur societas, qua denunciatione non facta iis modis, quibus
84 initiatur societas, et in superiore part. 1. cap. 9. n. 83. ad
plur. seq. insinuatis, et post solutam societatem in proximo
85 superiore cap. 10. n. 147. ad plur. seq. indicatis, mercato-
res cum institore contrahere continuantes, societatem obli-
86 gant. Carol. Ant. de Luca pluralit. homin. legal. 42. n.
3. Cardin. de Luca de cambiis disc. 29. n. 5. Casareg. de
commerc. disc. 144. n. 48. Rota post Salgad. in labyrint.
credit. decis. 30. n. 2. et per tot., et in dec. 2. n. 4. de so-
ciet. cor. Falconer. Et quae de initianda, aut finienda so-
cietate dicuntur, eadem pariaeque de societate cum amplis,
87 seu limitatis facultatibus exercenda intelligi debent Rota in
dec. 185. n. 17. 18. et 22. cor. Benincasa. Ampliatur hoc
si institori, seu complementario facultates, durante societa-
te restringantur, ut hujusmodi facultatum restrictio denun-
ciari debeat mercatoribus Casareg. de commerc. disc. 147.
n. 27. Ampliatur etiam, si unus tantum ex sociis, a societa- 88
te adhuc durante discedat, nam sunt certiorandi mercatores
Card. de Luca de credit. disc. 75. n. 9. et disc. 160. n. 3. 89
Rota post Salgad. labyrint. credit. dec. 30. n. 11. et 12.
Atque demum ampliatur si mandatum revocetur, hoc est si
removeatur institor. Rota in d. dec. 30. n. 11. post Salgad. 90
in labyrint. credit. quae decisio, hac in re magistralis est,
ubi plures d. denunciationis faciendae conclusiones diversi-
mode ampliantur, declarantur, atque limitantur, per totam. 91

Ad quaestionis solutionem itaque descendens; est porro
tritum sermone proverbium, ut spina ab eo, cui dolet, ex-
trahatur. Socii quidem praeponentes ii sunt, qui contrahen- 92
tibus cum institore praeposito tenentur in solidum l. 23.
ff. pro socio, Capyc. latr. dec. 189. n. 17. Cacheran. de- 93
cis. 150. n. 7. 8. et 9. Gratian. discept. for. cap. 967. n.
36. Posth. resol. 110. n. 4. Fontanell. dec. cathalon. 505.
n. 17. et 18. Merlin. de pignor. lib. 2. quaest. 76. n. 17.
et 18. Carol. Anton. de Luca de pluralit. homin. legal.
cap. 42. n. 4. ad 9. Hermosill. ad Lopez. leg. 7. gloss. 2.
tit. 1. part. 5. n. 15. tom. 1. Card. de Luca de credit. di-
sc. 87. n. 11., et disc. 160. per tot. Casareg. de commerc.
disc. 20. n. 8. Rot. dec. 67. n. 4. et 5. cor. Otthob., et de-
cis. 606. num. 8. et decis. 619. per totam coram Merlin.
et post Salgad. in labyrint. credit. dec. 30. n. 1., et cor.
Coccin. dec. 1665. n. 5., in et Mantissa Card. de Luca
dec. 25. n. 1. de credit. tom. 8., et decis. 313. n. 24. cor.
Ratto etenim quidquid institor, seu complementarius ge-
rit, ab eisdem sociis praeponentibus gestum dicitur, atque
intelligitur Peregrinus ad tit. cod. de institor., et exercit. 94
act. n. 2. Rota in dec. 67. n. 3. tom. 6. in nuperr. et in
civitatis vetulae concursus 27. junii 1785. § 2. cor. R. P.
D. de Strasoldo. Legitima ergo consequentia est, ut sit
onus, et officium sociorum praeponentium faciendi similes
denunciationes mercatoribus, non autem institoris, aut com-
plementarii. Salgad. labyrint. credit. part. 2. cap. 9. n. 147. 95
tametsi ipsi institores erga socios praeponentes pro iis, quae
gesserunt in solidum teneantur Rota in dec. 456. n. 2. co- 96
ram Dunoz. Jun.

Neque refert, institorem deliquisse, vel in non denun-
ciando finem societatis mercatoribus, si ita ei fuerit man-
datum, vel magis scienter contrahendo post finitum insti- 97
toris officium, nam id, hoc efficiet duntaxat, ut institor ra-
tionem de gestis reddat praeponenti, sed quoad contractus
cum mercatoribus non denunciatis, et in bona fide manen-
tibus, gestos pertinet, subeat ipse praeponens damnum, ne-
cesse est, cum imputare sibi debeat, si minus fidelem ne-
gotio praeposuerit. l. 1. § non autem ff. de exercit. act. Ca- 98
sareg. de commerc. disc. 144. n. 58. ad plur. seq. Rot. in
dec. 322. n. 4. cor. Ratto, et in dec. 63. n. 18. cor. Riz-
zonico et in Romana Thesaurariae Marchiae super cre-
ditis Marchionis Baldinucci 8. martii 1717. § prout nec tar-
dat cor. Crispo. Erit solum creditoribus facultas agendi ad-
versus talem institorem, quatenus finita societate penes se
socialia bona retineat, nullo eis tamen praejudicio agendi
adversus praeponentes illata. Merlin. Pignatell. controv. 99
for. centur. 2. cap. 51. n. 15. ad 18. Rot. in dec. 368. n.
60. cor. Durano. Atque durante etiam societate creditores
adversus institorem jure agunt, pro exequendo tamen man-
dato ab judice obtento, contra bona societatis, non ipsius
institoris, ad textum in l. 1. § est autem ff. de exercit. 100
act., et in l. 1. § si autem ff. de instit. act. Merlin. Pi-
gnatell. contr. for. d. cap. 51. n. 15. ad seq. cent. 2.

Ad secundum modo institoris, seu complementarii officium
descendens, hoc est, ut ipse bonum societatis promoveat.
Jam superius proxime dixi, institorem, seu complementa- 101
rium, eam debere ad instar socii administrantis diligentiam
in negotiis socialibus adhibere quam frugi, et bonus pater
familias assolet in rebus suis praestare l. socius 73. ff. pro 102
socio, vel ad ea teneri, quae homines diligentes ejusdem
professionis faciunt Fachin. cons. 38. n. 2. lib. 1. Verum 103
quia nusquam definitum est, quando diligens, vel negli-
gens quis dici possit, ideo hoc ad judicis arbitrium remis-
sum videtur pro factorum, et causarum circumstantiis inter-
ponendum, veluti probat. Fachin. d. cons. 38. n. 18. et 104
19. lib. 1.

Hoc igitur secundum institoris officium, alii tertio, de
quo infra adjectum, cohaeret alteri tutorum, et curatorum
faciendi utilia, et inutilia praetermittendi, de quo Rot. in 105

106 *dec.* 306. *n.* 4. *part.* 18. *tom.* 1. *rec.* et in subjects etism so-
cietatis materia, sdvertit *de Nigris de laudem. quaest.* 28.
artic. 1. *n.* 22. Praepositi ergo societati, hoc principio,
Proculi dictum, menti teneant » semper enim, non id,
» quod privatim interest unius ex sociis servari solet, sed
107 » quod societati expedit » sunt verba *textus in l. actione*
66. *§. labeo autem ff. pro socio*. Non raro contingere pot-
est, ut unius plurium sociorum praeponentium intersit
rem socialem distrahi, et e contra aliorum intersit non di-
108 strahi; puta unus socius habet horreum frumento plenum,
habet pari modo cellam oleariam, oleo refertam; institor
autem, et sociale oleum, vel frumentum distrahendum ha-
109 bet, iniquum tamen est pretium earum rerum; bonum uti-
que societatis promovebit institor, si oleum, vel frumentum
sociale, cui praepositus est, non distrahet, quamquam il-
lius unius socii distrahi intersit, quo hic pluris inde suum
110 vendat oleum, frumentumve; ad unius itaque socii inte-
resse non respiciet institor, seu complementarius, bene ve-
ro ad communem totius societatis utilitatem, veluti bene
concludit Paulus in *l. in re communi* 25. *in fin. ff. de ser-*
111 *vit. urban. praed.* ibi = *si modo toti societati prodest.* =

Quid quod! ne si omnium quoque sociorum praeponen-
tium intersit quidem, illud fieri, vel non fieri, spectabit
praepositus, sed illud dumtaxat, quod toti societati prode-
112 rit; sitque exemplo, si institor debuit proficisci ad illas
certas nundinas, idque sua interesse socii dixerint, non
tam ex communi societatis causa, quam ex alia eorum pe-
culiari, non tamen sociali causa, si nundinas non adeat in-
stitor, forte nundinarum, vel sublatarum, vel dilatarum
113 praescius, non reprehendendus, si nundinae nullae revera
fuerint, nam effecit institor ne esset damnosa societas, imo
ut esset, et sociis, et societati utilis, quia ipse supersedit
a labore, et sumpto itineris, qui de caetero sumptus, so-
114 cietatem alias gravassent *Connan. comment. jur. civ. lib.* 7.
cap. 13. *sub n.* 11. *Bellon. decis. Genuae* 170. *n.* 3. et
hinc illa conclusio, ut alii sint socii, et alia, atque alia socie-
115 tas de qua *Ger. spin. consil.* 9. *et* 10. *Bersan. de compen-*
sat. cap. 3. *quaest.* 9. *n.* 3. *Beltramin. in annot. ad dec.*
366. *n.* 7. *cor. Ludovis.*, *et Rota in dec.* 35. *n.* 3. *post*
Zacchia de obligat. cameral.

Requeapse, si fingatur casus, in quo complementarius
alicujus mensae nolit aliquod facere negotium, et e contra
socii velint omnes. Ego complementarii partes potiores cre-
derem, quia ipse facultates negotiandi habet, ipse utilis ge-
116 rendi negotia, et in utilia praetermittendi, ipse plenam re-
rum cognitionem, et correspondentium idoneitatem cognosce-
re censetur, quamobrem si illud tale negotium a sociis vo-
litum, complementarius respuat, praesumptio est, quod vel
117 minus utile, vel damnosum quoque futurum fuisset. Addi-
tur complementarium scire mensae suae vires, illiusque aes
alienum, bona fides etiam publica exquirit, ne contrahen-
118 tes, negotio forte decocto, decipiantur. Et hoc dico, non ut
e negotiando supersedeat, non ut negotium societatis debile
non augeat, sed ne per illum, vel illum contractum forte
119 inutilem, vel quoque damnosum, magis diminuat. Super
his itaque omnibus, ejusdem complementarii officium est,
invigilare, eaque de causa contrahendo, et negotiando spe-
ctabit solum, non quod privatim sociorum interest, sed quod
120 societati expedit, ut in *d. leg.* 66. *§. labeo autem ff. pro*
socio, hoc est, quod toti societati prodest, ut in alis *l.* 25.
121 *in fin. ff. de servit. urban. praed.* His nihilo secius obstan-
tibus, utiliter concludo, quod si socii ad unum omnes illud
tale negotium fieri omnino velint, institor, seu complemen-
tarius obediat, et partitam de mandato sociorum gestam in
libro conscribat.

Promovere etiam dicitur societatis bonum institor, cum
in honorem mercatorum, cum quibus contrahere assolet,
quid impendit, puta eos hospitando, decenter tractando,
122 aliaque ejusdem generis in eorum gratiam faciendo, hujus-
modi namque urbanitatis actus, negotia, et contractus quam
maxime conciliant, et ea hac institoris industria, non mo-
dicum obvenire quandoque potest societati compendium, et
123 huc pertinet illa conclusio, ut institores sua, infinitum quo-
que lucrum societati parare possint, industria *Fontanell.*
124 *dec. Cathalon.* 508. *n.* 21. *tom.* 2. id vero in causa est, ut
institor indicatos sumptus in gratiam, et honorem mercato-
125 rum factos, societati recte imputet, ex *Bartol. in l. filius*
familias n. 7. *ff. de donat. Felic. de societ. cap.* 27. *n.* 75.
Mantica de tac. et ambig. lib. 6. *tit.* 19. *num.* 38. *tom.* 1.
Petr. de Ubald. de duob fratrib. part. 11. *n* 89.

Est in materia societatis receptum, ut per institorem ibi
cautius agatur, ubi majus fit periculum *Alderis de symbo-* 126
lic. contract. tit. 3. *cap.* 7. *n.* 8. si proinde institor ad nun-
dinas abierit, et sive eundo, sive redeundo, diminuendi iti-
neris causa, non per assuetam, tutamque viam, quamvis
longiorem, transierit, et a latronibus direptus fuerit, non
dicetur institor promovisse societatis bonum, et ideo da-
mnum hoc sibi, non societati imputabit. *Mantica de tacit.* 127
et ambig. lib. 6. *tit.* 21. *n.* 15. *tom.* 1. Longe vero magis, si
gabellam fraudandi causa, iter mutaverit, et hac de causa,
aliave culpa sua merces in commissum inciderint, nam to-
tum damni onus ipse substinebit institor; et quoad socios 128
pertinet, si res dividua sit, vel eorum portio in commissum
incidisse non dicetur, vel si individua sit, ipsi ab institore
reintegrationem damni consequentur, *ad textum in l. si* 129
fratres 53. *§. fin. circa fin. ff. pro socio* ibi = *si ob male-*
ficium suum, ipsum tantum, damnum sentire debere = at-
que in subjecta quaestione concordant *Honded. cons.* 96. 130
n. 18. *et seq. tom.* 2. *Bertachin. de gabell. part.* 9. *n.* 35.
d'Argentré in consuet. Britann. artic. 263. *n.* 4. *pag.*
mihi 778. *Felic. de societ. cap.* 21. *sub n.* 70. Persuadet
ratio, quia dominus mandans sua negotia institori, non cen-
setur mandare, ut circa illa committat dolum, fraudem, vel
delictum. *Honded. cons.* 96. *n.* 18. et 19. *lib.* 2. *Genua de* 131
script. privat. lib. 4. *tit. de libr. rat. instit. n.* 81. dummodo
tamen socius iter assuetum non averterit fraudandi causa
vectigal illicitum, quia tunc excusatione dignus esset, nam
avaritiae, et fraudis ratio cessaret *Felic. de soc. c.* 21. *n.* 72. 132

Quod si institor ad nundinas terra, marive profectus,
suo malo fato, vel in latrones, vel in pyratas inciderit, vel
naufragium passus fuerit, omne damnum ex his fatalibus
casibus emergens, societati, et sociis, non sibi imputabit
institor, ex Ulpiani responso in *l. cum duobus* 52. *§. qui-* 133
dam sagariam ff. pro socio ibi » si quidam sagariam ne-
» gotiationem coierunt alter ex his ad merces comparandas
» profectus in latrones incidit, suamque pecuniam perdi-
» dit, dicit Julianus, damnum esse commune, ideoque pro
» socio actione damni partem dimidiam agnoscere debere,
» tam pecuniae, quam rerum caeterarum, quas secum non
» tulisset socius, nisi ad merces communi nomine comparan-
» das proficisceretur; proinde et si naufragio quid periit, 134
» cum non alias merces, quam navi solerent advehi, dam-
» num ambo sentient, nam sicuti lucrum, ita damnum quo-
» que commune esse oportet, quod non culpa socii contigit. »
Mantica de tacit., et ambig. lib. 6. *tit.* 21. *n.* 5. *vers. di-* 135
ctum est, et n. 8. *tom.* 1. idem juris est in praeposito de-
praedato per mare, ut non alias damnum ipse sentiat, nisi
culpa evenerit sua damnum depraedationis *Constantin. vot.* 136
291. *fere per tot. tom.* 2.

Quandoque bonum societatis ex providentia sociorum pro-
movetur, paciscendo cum institore, ne hic distrahatur se in-
gerendo in aliis negotiis; et hoc pactum valere, non dubium,
dummodo ad illa negotia mercantilia restringatur pactum,
quorum institor administrationem suscepit. *Rot. in dec.* 375. 137
n. 3. *cor. Saraphin.* quid vero, si hoc pacto minime ob-
stante institor in aliis se ingerat negotiis, et suo contrahit
nomine? Nonnulla hac in re dixi de socio operam praestante
in superiore *cap.* 7. *n.* 96. *et seq.* hujus secundae partis, 138
quae et in institore possunt procedere; quoad vero instito-
rem, seu complementarium, de quo in subjecta quaestione,
videtur posse dici, ipsum non solum societati non acquire-
re, si suo contraxit nomine, sed quod magis est, ad hoc re-
dundat, ut institor, seu complementarius, institoria, seu
complementarii titulum non adhibuerit in contractu, ad
textum in l. quicumque 5. *§. non tamen ff. de instit. act.* 139
Casareg. de commerc. disc. 78. *n.* 8. *et* 9. *Rot. in dec.*
426. *n.* 1. *tom* 4. *in nuperr.*

Casum ponit *Card. de Luca*, quem mixtum vocat, in
quo unus eodem tempore gerat negotia sua mercantilia, et
sit institor alicujus societatis; si simpliciter contrahit, nullo
sociali, aut institorio titulo expresso, cui negotia activa, et
passive contraxisse censetur, an proprio, seu magis sociali?
Ad facti circumstantias recurrit laudatus auctor, inter quas 140
illa magni fieri solet, in cujus negotii causam res illa empta,
vel quaesita, versa reperiatur, ut talis versio indicio sit ma-
ximo, contractum pro eo negotium, gestum haberi, in cujus
commodum cessit; quod si ne id quidem patet, tutius sit se- 141
qui regulam, ut institor, vel socius in causam propriam con-
traxisse in dubio censeatur, ita *Card. de Luca de credit.* 142
disc. 160. *n.* 5. *et* 6.

Fidejussio pariter, non promovet societatis bonum, tam-
quam directa ad damnum, ita ut sicuti socius fidejubendo
pro aliis simpliciter, et extra caussam, atque utilitatem so-
cietatis, eamdem societatem non obligat, veluti demonstravi
143 in superiore *cap.* 10. n. 127. *ad seq.* Ita pariter hoc ipsum
est in institore, seu complementario dicendum, eoque am-
plius, ut ne sufficiat quidem complementarii titulum ex-
pendisse in simili contractu fidejussorio, nisi utilitas, ac
versio in caussam societatis concurrat, prout late observant.
144 *Ansald. de commerc. et mercat. disc.* 98. n. 39. 48. *et* 49.
Torr. de pact. futur. success lib. 3. *cap.* 10. n. 42 43. 44.
ad plur. seq. et usque ad fin. ubi haec materia fidejussoria
145 ad societatem obligandam, vel non obligandam, late per-
tractatur.

Tertium institoris, seu complementarii officium est, ut
ipse occasiones lucri faciendi, et damni vitandi bene atten-
146 dat. Saepe alias dixi, finem societatis, quaestum esse *Leo-
tard. de usur. quaest.* 1. *n.* 22. atque eatenus cordi est iste
quaestus mercatoribus, ut hi lucri amissionem damnum re-
147 putent *Cujac. comment. jur. civ.* in *lib.* 26. *Pauli ad edi-
ctum tom.* 6. *col.* 374. *lit. E. et Rota in dec.* 46. n. 8. *cor.
Tanaria*, et hac de causa Ulpianus ita respondit ex Marcello
in l. et ideo 26. *ff pro socio* ibi » Et ideo si socius quae-
» dam negligenter in societate egisset, in plerisque autem
» societatem auxisset, non compensatur compendium cum
» negligentia ut Marcellus lib. 5. digestorum scibit » atque
148 elegantissimam reddit rationem *Connanus comment. jur.
civ. lib.* 7. *cap.* 13. *sub* n. 10. *vers. quidquid enim* ibi
» quidquid enim potest in causa societatis facere socius, id
» debet facere, quod quantocumque magnum sit, non potest
» esse majus officio debito, quo defungi videtur, non novo
» beneficio societatem augere » Unde ad rem bene concludit
149 idem *Connanus eodem loco sub* n. 11. *vers. quidquid* ibi »
» quidquid enim bene fit, debetur, nec in beneficii loco
150 » ponitur, sed in officii, et debiti. »

Occasionem ergo lucri faciendi, et damni vitandi specta-
151 bit institor, seu complementarius. Quid vero si occasio lucri
faciendi desit, puta quia si cum jaceret pecunia societatis,
needum venisset tempus, ut mercaturis occupari posset, suo
152 nomine foeneravit? Si porro societas ejus naturae est, ut
praepositus pecunias foenori daret, et in societatem compen-
dium referret, dubitari vix potest, quin praepositus erga
societatem teneatur, et ratio est evidens, quia agitur de
identifica negotiatione ad societatem, cui praepositus est,
pertinente, cujus naturam, atque substantiam, sicuti non
153 potest socius, eove minus institor pervertere, ita quidquid
gerit suo etiam nomine, dummodo ad societatem intrinsecus
pertineat, totum debet compendium ad eam societatem re-
ferre, secus ipse praepositus naturam, atque substantiam
coitae societatis destrueret, id quod nequit, quemadmodum
154 demonstravi in superiore *cap.* 5. *n.* 46. *ad* 55. *et cap.* 6.
n. 70. hujus secundae partis; et hoc priora casu, non suo
officio captandi occasionem lucri faciendi defungeretur in-
stitor, sed imo sibi camdem occasionem accomodaret, sibique
societatis lucrum adscriberet, et consequenter in officium
suum peccaret, et hanc prioram distinctionis partem mirum
155 comprobat in modum *Connan. comment. jur. civ. lib.* 7.
cap. 13. *sub* n. 10. *in fin.* ibi » Ergo de iis loquitur Labeo,
» qui certae negotiationis erant consortes, de qua negotia-
» tione, siquis eorum nummos ad suam utilitatem sumpse-
» rit privatam, eam conferre debet in commune, non tam-
» quam usuras, nec quia sibi hoc compendii ex societatis
» ratione fecerit, sed quia socii interest, eos nummos, qui
156 » communes erant, societati cessare, vacare socio ».

Quod si societatis indoles restricta dignoscitur ad illam
speciem negotiationis comparandi merces in nundinis, et
veluti paulo ante dixi, pecunia socialis jaceret otiosa, quia
nondum venisset tempus nundinarum, ut mercaturis occu-
157 pari posset, et hoc posteriora casu, si institor, seu comple-
mentarius pecuniam socialem suo foenerasset nomine, non
muneri suo defuisse dici posset, illa ratione, quia nihil de-
traxit de societatis emolumento, dummodo socialibus utendo
pecuniis, moram nullam faciat societati damnosam, hoc est si
data occasione nundinarum, paratam habeat, necnon occupet
158 pro societate pecuniam, ita doctissime *Connan. comm. jur.
civ. lib.* 7. *cap.* 13 *sub* n. 10. *vers. culpae vero*; qui hunc
sensum habere dicit illam Pomponii *legem socium* 61. *ff.
pro socio* ibi » socium, qui eo quod ex societate lucrifece-
» rit, reddendo moram adhibuit, cum ea pecunia ipse usus
» sit, usuras quoque praestare debere Labeo ait, sed non
Zanchio

» quasi usuras, sed quod socii intersit, moram eum non
» adhibuisse, sed si usus ea pecunia non sit, aut moram non 159
» fecerit, contra esse ».

Ergo, veluti opportune, ad rem resumit *Connanus loco
prox. cit.* » si cum tempus negotiationis, et conficiendae ex
» iis pecuniae venisset, a socio, seu praeposito sunt, inter-
» posita mora, sociales nummi retenti, necesse est, ut pro
» socio teneatur, et moram in restituendis pecuniis factam,
» et ex mora damnum venisse societati, alioquin non potest 160
» interesse, mora contracta fuerit, an non; nam inter mo-
» ram et culpam, magna differentia est, qui dicta die non
» solvit debitor, quia non haberet unde solveret, paupertas
» eum a culpa, et negligentia liberat, a mora non liberat; 161
» itaque morae non habetur ratio in societate, nisi quan-
» tum est affinis culpae, nec culpae, nisi quantum interest
» eam non admitti » ita *Connan. d. lib.* 7. *cap.* 13. *n.* 11. 162
sub princ. ad rem igitur id spectatur unum, videlicet, an
sociorum intersit, institoram moram fecisse, aut pecunia
usum fuisse, secus si non intersit, nam veluti concludit
idem *Connanus eod. loci* paulo post » sic evenit, ut si moram 163
» fecit solum, et usus non est (pecunia sociali) non tenetur
» ad usuras, sed nec ad id, quod interest; idemque si mo-
» ram non fecerit, licet usus sit (pecunia sociali), quia so- 164
» lius damni habetur ratio, non vel morae, vel utilitatis,
» quam (socius, vel institor) fecit ».

Praepositus societati debet, damni quoque vitare occasio-
nem, puta si eum audisset, villam flagrare, aut pecus mor-
bo affectum perire, aut a latronibus abactum, non advola-
rit, non succurrerit; non enim haec sciens, ac vitare valens 165
a culpa alienus erit institor; nam si verum est, quod pro-
hibere cum non possit, nullum crimen patitur, si non pro 166
hibet *l. nullum* 110. *ff. de regul. jur.* Erit quoque verissi-
mum, quod si prohibere cum posset, non prohibuit, culpae
et damni reus efficiatur *arg. textus in l. culpa* 51. *ff. eod.* 167
tit. et clarius in *l. scientiam* 46. *in princ. ff. ad leg. aquil.*

In hoc plerumque vitandi damni officium peccat institor,
per negligentiam: quamobrem Ulpianus ita docet, in *l. de* 168
illo 23. *ff. pro socio* ibi » nam et Marcellus lib. 6. digesto-
» rum scribit, si servus unius ex sociis societati a domino
» praepositus negligenter versatus sit, dominum, qui prae- 169
» posuerit eum, societati praestaturum ». Praestaturum
quidem dominum societati, aliisve, quorum intersit, atque
eatenus plane, ut tamquam leoninum respuatur pactum
standi lucro, per institorem inferendo, non autem damno
Fontonell. dec. cathalon. 508. n. 20. *tom.* 2. At praeposi- 170
tus indemnem relevare tenetur praeponentem, ut in *l. pla-
ne* 24. *ff. pro socio.* ibi » plane si ambo socii servum alte-
» rius praeposuerint, non tenebitur dominus ejus nomine
» nisi dumtaxat de peculio » de peculio scilicet servi prae- 171
positi, super quo relevatur praeponens, qui adversus prae-
positum habet pro damno ex negligentia sua illato, regres-
sum *Genua de script. lib.* 4. *tit. de libr. ration. instit.* n. 172
79. et si plures fuerint institores, pro male gestis tenentur
omnes erga praeponentes in solidum *Rota in dec.* 456. *n.* 2. 173
cor. Dunoz. Jun.

Atque generaliter, quovis modo praepositus in officio de-
linquit, pro eo dominus, seu praeponens principaliter te-
netur erga creditores sociales, aliosque cum praeposito con-
trahentes, ex *Genua de script. privata lib.* 4. *tit. de libr.* 174
ration. instit. n. 78. *Casareg. de commerc. disc.* 144. n. 58.
et 62. et quamvis in hac conclusione discordent aliqui tenen-
tes, praeponentem non teneri ex delicto praepositi, quia
praeponens non censetur mandasse, ut praepositus delin-
queret, ut per *Genuam loco proxime cit. a n.* 80. *ad plur.* 175
seq. equidem puto, hos intelligi doctores, per Genuam alle-
gatos, in criminalibus, quoad poenas delinquentibus ab ju-
re vel statuto inflictas, non autem in mere civilibus respi- 176
cientibus indemnitatem creditorum, aliorumque cum prae-
posito bona fide contrahentium, nam in his praepositus in-
dubiae praeponentes obligat, veluti est superius hic *n.* 93. 177
et 94. abunde demonstratum.

Retento autem supposito, quod contrarii doctores per *Ge-
nuam* indicati de satisfactione criminali loquantur, non im-
probandae videntur tres conciliationes, quas idem ibi af-
fert. Earum prima est, ut si praepositus delinquat sciente, 178
vel mandante domino, seu praeponente, hic criminaliter
etiam teneatur, secus si eodem ignorante, veluti praesumi
debet, deliquerit praepositus, idem *Genua de script. priv.* 179
lib. 4. *tit. de libr. ration. instit.* n. 87. 88. *Hermosill. ad
Lopez. gloss.* 2. *leg.* 7. *tit.* 1. *part.* 5. n. 11. *tom.* 1. Alte-
34

ra conciliatio est; aut praepositus deliquit extra institoris
officium, et tunc non teneatur dominus, aut circa officium,
180 et hoc posteriore casu teneatur *Genua ibid. n.* 89. *et* 90.
Gratian. dec. Marchiae 36. *n.* 18., *et* 19. *Hermosill. loco*
proxime cit. n. 11. *tom.* 1. Quod etiam intelligendum est,
ut praepositus delinquens circa officium praeponentem obli-
get, si utilitatem ejusdem praeponentis scientis, et tacentis
181 deliquerit *Genua loco supra prox. cit. n.* 93. *Casareg. de*
commerc. disc. 144. *n.* 59. *et* 67. Puta si institor pondere,
et mensura alterata, sciente, et patiente domino utatur, vel
si actus delinquendi non sit in praeposito momentaneus, sed
successivus, nam tunc domini consensus intervenisse prae-
182 sumitur *Gratian. dec. Marchiae* 36. *in addit. n.* 2. *et* 3.
Tertia demum conciliatio est, quod aut ipse dominus prae-
ponens potest de culpa malae electionis redargui, quod sci-
licet elegerit in institorem hominem, vel non idoneum, vel
multo magis vitiosum, quem diligens quisque, et bonus pa-
ter familias non praeposuisset, et tunc ex institoris delicto
teneatur, secus si de hac mala electione incusari non potest
183 *Genua de script. privat. lib.* 4. *tit. de lib. ration. instit.*
n. 91. *et* 92. *Hermosill. loc. cit. n.* 11.
Ad extremum, quid juris, si damnum sit rei sociali illa-
tum a tertio in odium praepositi, an hic teneatur reficere?
In terminis conductoris in re conducta, ab inimico suo da-
184 mnum patientis, ac reficere locatori debentis, est *text. in l.*
si merces 28. §. *culpae ff. locati* ibi » Culpae autem ipsius
» et illud adnumeratur, si propter inimicitias ejus, vicinus
» arbores exciderit, ipse quoque si exciderit, non solum
» ex locato tenetur, sed etiam lege aquilia » hunc legis
casum de locatione loquentem, societati quoque accomodant
185 *Bertazzol. cons.* 288. *in addit. lit. B. tom.* 2. *Felic. de so-*
ciet. cap. 21. *n.* 92. Ita quidem, ut si inimicitia, cujus cau-
sa damnum obvenit, fuerit particularis illius socii, instito-
ris, complementarii, alteriusve administrationi praepositi,
186 hic sarciat damnum societati illatum, necesse est; et ratio
est, quia tenebatur ipse, vel se inimico suo reconciliare,
vel officium non suscipere, voluntarium quippe est instito-
187 ris officium *Hermosill. ad Lopez. gloss.* 4. *leg.* 7. *tit.* 1.
part. 5. *n.* 4. *tom.* 1., secus vero si inimicitia fuerit publi-
ca, vel generalis, nam haec culposum non efficit hominem,
cum nullum inimicitiae publicae, aut generali remedium
188 queat industria sua praepositus suppeditare, ita *Bertuzzol.*
d. cons. 288. *n.* 17. *et per tot. lib.* 2.
Quartum institoris, seu complementarii officium est, ut
189 arcana, seu secreta societatis non revelet *Fachin. cons.* 38.
n. 1. *lib.* 1. *Jov. de contract. min. gloss.* 25. §. 13. *n.* 87.
Hujusmodi vero arcana societatis circa plura versantur; pri-
mo ne patrimonii socialis status quandoque debilis pandatur.
190 nam talis notitia contrahentes facile retraheret, et hac de
causa nonnunquam, vel etiam haeres prudenter potest in-
ventarium omittere, scilicet, ne secreta domus pandantur
191 *Card. de Luc. de tutor. disc.* 21. *n.* 6. Nam hujusmodi
patrimonii, vel haereditatis status notitia ad creditores
perventa, facile posset eosdem creditores excitare, et patri-
monii dominum in angustias conjicere, boni quippe nomi-
nis ratio habenda est, curanda, diligenterque servanda per
192 *Glossam in Clementina exivi* §. *caeterum, in verbo cae-*
terum de verbor. signific. juxta illud, plus valet bonum
193 nomen, quam divitiae multae *Prov. cap.* 22. *n.* 1.
Versatur secundo secreti utilitas, in celandis contracti-
bus, qui ineuntur, vel iniri exoptantur, ne in publicum
pandantur, item in correspondentiis, ne ab aliis haec om-
nia, aut praeveniantur, aut per invidiam exturbentur; ma-
gni momenti plane est, hoc institoris, seu complementarii
194 officium. et ita religiose custodiendum, unde *S. Thomas*
quaest. 70. *art.* 1. *ad* 2. sit illicitum esse prodere arcanum.
etiam a privato creditum, sine ejus consensu, quia serva-
195 ri fidem est de jure naturali, et comprobat *Antoine Theo-*
logia moral. in tract. de just. et jur. cap. 5. *quaest.* 22.
Sed quid juris, si institor, seu complementarius cogi ve-
lit legalibus remediis, puta per juramentum, per monito-
rium excommunicationis. aliumve modum similem, revela-
re secreta societatis forsan decoctae, ut creditores notitiam
habeant eorum, quae ad sui satisfactionem conducunt, u-
trum ipse institor, seu complementarius, secreta societatis
196 revelare teneatur? Occasionem hanc equidem in facto habui
interrogandi duos Theologos quos dissentientes inveni. Mi-
hi tamen placet opinio affirmativa superius proxime citati
197 *Antoine eodem loco.* Ita regulam in contrarium praejactam
limitantis ibi » Excipe nisi necessaria sit (revelatio) ad im-
» pediendum grave damnum, injustum, spirituale, vel
» temporale tertii, vel communitatis, quia charitas obligat
» ad impediendum damnum commune, et privatum inno-
» centis, etiam cum damno nocentis ». Non puto majus da- 198
ri posse damnum eo, quod justitiae adversatur, et injusti- 199
tiam favet.
Numquid praeterea licebit institori, seu complementario
amphybologicam edere revelationem, utendo restrictione
mentali, forsan directa ad salutem corporis, ad honorem,
ac res societatis tuendas, juxta illud Euripis dictum. 200
Juravit lingua, mentem injuratam gero.
Et non licere declaravit sa. me. Innocentius XI. solemni suo
decreto edito die 2. martii 1679. in quo fuit condemnata
inter alias, propositio 26. ad verbum relata per *d. Antoine* 201
in d. sua theolog. moral in appendic. tom. 2. *sub cap.* 20.
his verbis » siquis, vel solus, vel coram aliis, sive interro-
» gatus, sive propria sponte, sive recreationis causa, sive
» quocumque alio fine juret, se non fecisse aliquid, quod
» revera fecit, intelligendo intra se aliquid aliud. quod non
» fecit, vel etiam viam ab ea, in qua fecit, vel quodvis
» aliud additum verum, revera non mentitur, nec est per- 202
» jurus » et in sequenti *propositione* 27. ubi quod conde-
mnatio haec extenditur, quamvis restrictio mentalis diriga-
tur = *ad salutem corporis, honorem, et res familiares* 203
tuendas = sunt d. propositionis 27. identifica verba.
Reque vera, quis non percipit naturali suo etiam lumi-
ne, hujusmodi amphybologicas revelationes, aliamque rem
similem, veram deceptionem esse abhominatione, et insi-
mul irrisione dignam? Quo in genere illud est, quod refert 204
Cic. de offic. lib. 1. *cap.* 10. cujus haec verba sunt » ille
» qui, cum triginta dierum essent cum hoste induciae pactae
» noctu populabatur agros, quod dierum essent pactae, non 205
» noctium induciae », institor ergo, seu complementarius,
ut illuc revertar, unde egressus sum, custodire eatenus de-
bet arcana, vel societatis secreta, quatenus non sit judicio
lacessitus, vel quo alio remedio legali, ad perhibendum ve- 206
ritatis testimonium coactus.
Postremum denique officium institoris, seu complemen-
tarii est, ut ipse qualitates bene ponderet, et alia diligen-
ter observet, quae nonnunquam societati magis condu-
cunt, quam pecunia parata *Fachin. cons.* 38. *n.* 1. *lib.* 1. 207
circa plura hoc ultimum versari officium patet. quae illius
prudentiae, ac peritiae administrandi, et negotia socialia 208
gerendi conveniunt. Caveat vero institor, seu complemen-
tarius, ne privatim cum sociis praeponentibus aliter dein-
ceps agat, seu conveniat. quam in capitulis socialibus, pu-
blici juris factis, et per literas oblatorias notificatis. habetur 209
expositum, nam hujusmodi secreti actus mercatoribus non
significati, nihil sibi, ac societati proderunt. quemadmodum
etiam bona fide contrahentibus cum institore, seu comple-
mentario non oberunt, ut per *Rot. in Romana pecuniaria* 210
8. *martii* 1751. §. 7. *cor. bon. mem. de Vais.*
Qui porro institorem, seu complementarium alicui nego-
tio praeponit, eo videtur animo proponere, ut illius factum 211
praestare velit *Vinn. in* §. *eadem n.* 2. *instit. quod cum eo*
qui in alien. potest. est negot. gest. esse dicitur. Rot. in
dec. 39. *n.* 5. *cor. Clemente Arostegui.* Quamobrem si prae-
ponens rem qualemcumque per institorem, seu complemen-
tarium geri videns, et sine ulla in contrarium protestatione
tacet, hujusmodi actibus consentire, eisdemque obligari vi-
detur *Rot. in decis.* 2. *n.* 25. *in append. tom.* 8. *cor. An-* 212
soldo. Quid si unus ex sociis praeponentibus. et ipse quo-
que praepositus viderint per alium socium res malas, puta
merces corruptas, vel animalia morbosa, in societatem pro
parte sua inferri? Profecto si eorum alter non protestetur, 213
consensum praestare intelligitur, neque deinceps ad ratio-
nem reddendam cogi hujus rei causa, potest *Afflict. decis.* 214
Neapol. 58. *n.* 2. qui tamen subdit, non semper taciturni-
tatem inferre consensum in actibus praecipue praejudicialı-
bus, maxime vero si socius ille, qui res malas in societate
posuit, fuerit potentior, vel in eo metus reverentialis inserit 215
Afflict. d. dec. 58. *n.* 3. *ad seq. et in addit. ibid.*
Regula est, confessionem institoris, seu complementarii 216
nocere praeponentibus *Merlin. de pignor., et hypoth. lib.*
2. *tit.* 2. *qu.* 76. *n.* 5. *Rota decis.* 238. *n.* 1. *cor. Buratto.*
Regula tamen haec vera est, si confessio versatur in iis, quae
institoris, seu complementarii officium respiciunt, secus si
de re agitur ad d. officium non pertinente, atque extra ne-
gotiationis ei concreditae causam *Constantin. vot.* 291. *n.* 217
22. *et* 23 *tom* 2. *Rota in Mantissa Card. de Luc. dec.*

29. *n.* 16. *tit. de credit. tom.* 8. Imo vero declaratio, seu
confessio complementarii, se contractum gessisse in causam
societatis, emissa post triennium, ab expleto actu, seu con-
tractu, est suspecta, nisi in idem aliae probationes accedant,
218 et in hac proposita facti specie plurimum, quia complemen-
tarius ibi agit de exonerando se ipsum, ad cujus solius onus
219 pertinet debitum extra causam societatis contractum, optime
Rot. in dec. 486. *n.* 16. *ad seq. tom.* 4. *in nuperr.*
Institores item, seu complementarii, eo ipso, quod se fu-
gae dederint, seu decoxerint, revocati ab officio censentur
220 *Genua de script. privata lib.* 4. *tit. de libr. ration. instit.*
post fin. in notabil. circa fin. vers. praepositi nec merca-
torum, aliorumque contrahentium certioratio secutae deco-
ctionis, vel fugae jam palam factae, necessaria est, quia per
decoctionem, omne mandatum revocatum ipso ministerio ju-
ris censetur *Benvenut. Straccha de decoctor. part.* 3. *n.* 51.
221 Quod si nihilominus, vel debitor socialis, praeposito deco-
cto, ignorans solverit, vel quivis cum eo, ignorans pari mo-
do, ac bona fide contraxerit, in priore bene solvit, in poste-
222 riore bene contraxit casu *Straccha loc. proxime cit. n.* 52.
cum seq. si tamen sociorum unus decoxerit, nulla ex hoc
inuri fraus potest aliis sociis, qui suis non sunt facultatibus
lapsi *Stracca de decoctor. d. par.* 3. *n.* 49. *Fontanell. de-* 223
cis. Cathal. 508. *n.* 17. *tom.* 2.
Quid postremo si unus fuerit praepositus, et inops eva-
serit, vel si praeponentes plures fuerint, et facultatibus suis
lapsi extiterint? Et patet, per hujusmodi status mutatio- 224
nem, mandatum, et facultates institoris hoc scientis, ipso
ministerio juris extinctas, et respective revocatum extitisse
Salgad. in labyrint. credit. part. 1. *cap.* 27. *n.* 10. *vers.* 225
in tantum cum seq., et hoc quidem casu, praeponentibus
nempe ad inopiam redactis, seu decoctis, institoris erunt
partes certiorandi de hac status mutatione creditores, et sin-
gillatim se abstinendi ab aliis deinceps ineundis contracti-
bus, nam secus institores de proprio tenebuntur, quia se 226
exhibuit institorem, quando talis esse desiit, et quia nego-
tium obligavit, quod amplius non erat, vel obaeratum pa-
lam erat; dixi obligatum remanere institorem in proprio ex
contractu tali nomine gesto post mutationem status praepo- 227
nentium, quod si ante hanc status mutationem contraxerit,
ipse seclusa fraude obligatus non remansit *Hermosill. ad* 228
Lopez. gloss. 4. *l.* 7. *tit.* 1. *part.* 5. *n.* 8. et 22. *t.* 1. ubi per
totam plures referuntur casus, in quibus non sociale nego-
tium, sed institor ipse ex suis contractibus obligatus remanet. 229

CAPUT XII.

De continuatione, et renovatione societatis.

SUMMARIUM

1. Differentia est inter societatis continuationem, atque renovationem.
2. Actus continuationis, intermedium aliquod non habet momentum.
3. Verbum continuationis indicat initium actus debere habere uniformem progressum.
4. Contra vero, renovatio societatis contingit, quando intermedia ejusdem societatis solutio, et successiva prorogatio intervenit.
5. Si contractus, reformatur, quasi renovatus intelligitur.
6. Simplex quoque unius seu conditionis unius socii mutatio, inducit societatis renovationem.
7. Prior societas per renovationem in secundam, transfusa, dicitur fieri per novationem, ibid.
8. Multi doctores confundunt terminum continuationis, et renovationis: utraque ergo diversa est, et ideo distinguenda n. 9.
10. Si constat de initio societatis, haec regulariter praesumitur continuata usque ad tempus praefixum, nisi probetur intempestiva divisio.
11. Pactum inter plures, ut per mortem unius duret societas inter alios superstites, valet, et dicitur societatis continuatio, et affertur ratio n. 13.
12. Per mortem unius socii, tota solvitur societas, etiam quoad alios socios.
14. Atque ad haeredes ideo non transit, quia interveniunt novae personae, et novus requiritur consensus, unde renovatio solum est societatis, non continuatio.
15. Continuatio est societatis inter superstites, tantum ut supra, pacto, quia idem unus est consensus initio societatis appositus.
16. Deficiente autem dicto pacto, prorogatio fit non ex primo consensu, sed per novum, qui parit renovationem.
17. Limita in negotiis socialibus per defunctum coeptis, quae ejus haeres potest, imo debet sub titulo continuationis perficere.
18. Atque hujusmodi negotiorum a defuncto inchoatorum per haeredem explicatio, jussa ab eodem defuncto, nuncupatur *per modo di stralcio* a mercatoribus, et n. 19.
20. Amplia, ut ex hac negotiorum coeptorum explicatione, obligati remaneant creditoribus, defuncti haeredes, etiamsi minores, seu pupilli sint, denegata eis semper in integrum restitutione, et n. 21.
22. Si tres sint socii, unus moritur, ac superstites sibi scribit haeredes: quaeritur, an hi, deficiente dicto pacto dicantur societatem continuare.
23. Pro affirmativa facit ratio, quia illi duo haeredes superstites, non coguntur inviti, alios in socius admittere.
24. Alia ratio, quia defunctus socius extraneos non transmittit ad haeredem, quia ipsius defuncti industria electa initio fuerat, quae ratio non officit eisdem consociis, et instituti haeredibus et n. 25.
26. In contrarium tamen stat verior opinio, ex illo casu principio, quod per mortem socii tota solvitur societas, quae non potest prorogari, nisi per novum consensum, et n. 27.
28. Si filiusfamilias contraxit cum alio societatem et ea durante sit emancipatus, an si duret societas, haec dicatur continuata, et non renovata? Affirmat textus ibi allegatus.
29. Limita in servo durante societate per dominum alienato, et affertur ratio, n. 30. et 31.
32. Haeres quoque defuncti socii continuare dicitur in societate vectigalium, concurrentibus tamen requisitis, de quibus remissive, et n. 33. et 34.
35. Tribus initio sociis existentibus, si unus a societate discedat, et caeteri perseverent, an sit continuatio, seu renovatio societatis?
36. Renunciatione, ut hic, solvitur societas si omnes tamen consentiunt, quo in casu erit renovatio, et n. 37.
38. Quod si alii socii non consentiant renunciationi, erit continuatio, et affertur ratio, et n. 39.
40. Quod si reliqui duo socii, consenserunt, non dissolutioni totius societatis, sed limitate, dimissioni illius socii, qui a societate discessit, erit continuatio, et n. 41. et 42.
43. In dubio societas magis continuata, quam renovata praesumitur.
44. Societas ad septennium contracta, cum pacto, ut non facta in illius fine, disdicta, censeatur ad aliud septennium prorogata, si omittatur disdicta, et duret societas, haec erit continuatio, et affertur ratio, n. 45.
46. Amplia si pactum sit, ut non facta disdicta, societas censeatur continuata ad beneplacitum.
47. Declara, si dictum sit in eodem casu, ut censeatur continuata, ad unum annum, et postea de anno in annum, continuatio est, quousque interveniat disdicta, n. 48. et 49.
49. Disdicta tamen fieri debet cum consensu omnium sociorum, et legitime reproduci secus non afficit.
50. Nemo potest societatem haeredi suo sic parare, ut ipse haeres socius sit.
51. Testator jubens suos haeredes continuare in societate per ipsum cum alio contracta, valet praeceptum, et haeredes licet pupilli fuerint, et minores tenentur obedire, absque etiam ullis solemnitatibus.
52. Ratio differentiae est, quia pactum initio est voluntarium, praeceptum vero necessarium, n. 53.
54. Haec tamen in haeredes societatis transmissio erit renovatio, et non continuatio, et affirmatur ratio.
55. Poterit vero improprie continuatio appellari respectu habito ad hypothecam per defunctum contractam, tam ad favorem socii superstitis, quam creditorum socialium.
56. Ratio, quia si non est eadem persona defuncti socii, est tamen idem ipsum negotium.
57. Testator tamen jubens continuare, non extenditur praeceptum ad renovationem.
58. Quaeritur, an haeredes defuncti socii societatem continuare jussi, valeant praeceptum spernere?
59. Si testator contemplavit utilitatem, et favorem haeredum hi possunt praeceptum spernere, n. 60.
61. Si vero contemplavit utilitatem suae haereditatis, non possunt spernere.
62. In his voluntas testatoris spectanda est, nam si fideicommissum super omnibus suis bonis etiam socialibus instituerit, difficile probatu est, quod voluerit societatis continuationem.
63. Quod si fideicommissum fuerit ordinatum sub conditione, si capitalia a debitoribus socialibus fuerint restituta, tunc non secuta restitutione, et haeredes continuaverint, hi tenebuntur reintegrare fideicommissum, si in dolo fuerint damnati et versati.
64. In his improprius continuationis terminus, sicuti identificum ipsum negotium est, ideo hypothecae creditorum, sumunt originem ab initio societatis, et n. 65. et 66.
67. Fidejussor obligationi accedere potest, etiam in societate in gratiam contrahentium, et aliorum, quorum interest, n. 68.
69. Et fidejussor accedens ad totum id tenetur, ad quod socii obligantur, nisi fidejussor obligationem suam limitaverit.
70. Fidejussor itaque in casu continuationis, tenetur pro toto tempore, et affertur ratio.
71. Fidejussor in casu continuatae societatis ob non factam disdictam, tenetur pro toto tempore, et remissive, et n. 72. 73. et 74.
75. Fidejussor pariter tenetur pro toto tempore continuatae societatis ex praecepto testatoris, et n. 76. et 77.
78. Amplia si fidejussor continuari societatem scierit, et tacuerit.
79. Fortius si ii, quorum interest jure sibi, protestando, praecaverint.
80. Contrarium tamen verius est, ut fidejussor ex continuata, praecepto testatoris, societate, non teneatur, et affertur ratio, n. 81. ad 83.
84. Novata obligatione, fidejussor liberatur.
85. Amplia ut fidejussor liberetur, soluta societate per mortem, licet pro altero socio tantum superstite intercesserit.
86. Interpretatur textus *in leg.* si a *colono ff. de fidejuss.* supra in contrarium allegatus, n. 87.

88. Silentium fidejussoris ei non obest, quia sciebat jus suum esse salvum, per mortem unius socii.
89. Quando agitur de nostri juris imminutione silentium habetur pro dissensu.
90. Fidejussor cum ipso ministerio juris liberatur, non obest ei praeservatio jurium creditorum.
91. Concluditur fidejussorem in proposito casu non teneri, nisi pro continuatione societatis, novum dederit consensum.
92. Societatis renovatio, seu etiam continuatio supponit illius praeexistentiam.
93. Societas facilius renovatur, quam ex integro coitur.
94. Renovatio societatis, cum sit quid facti in dubio non praesumitur, nisi concludenter probetur, et n. 95.
96. Renovatio societatis probatur conjecturis, et actibus non aequivocis, sed qui non alio referri possint, quam ad titulum renovationis, et n. 97.
98. Consensus tamen partium requiritur principaliter ad renovandam societatem.
99. Nec propterea sufficit consensus unius, nisi etiam concurrat alterius socii.
100. Consensus hic utriusque socii potest intervenire tam tacite, quam expresse
101. Expresse renovatur societas, expressis verbis, vel per scripturam, aut publicam, aut privatam.
102. Tacite vero contrahitur per actus, qui non alio referri possunt de necessitate, quam ad societatis renovationem.
103. Amplia, ut tacitus consensus inducatur etiam ex non facto, puta ex non dissensu, scilicet patientia, et silentio.
104. Quemadmodum si unus socius patitur nomen suum in negotiis expendi.
105. Limita, si patitur nomen suum expendi honoris gratia.
106. Tacitus quoque inducitur pro renovatione societatis consensus, si capitalia repetere, rationes dispungere, et solidare praetermitto.
107. Item si bilancia pacto convento examare socii negligunt.
108. Vel si haeres socii defuncti videt alterum socium ire ad nundinas cum pecunia sociali, et non contradicat
109. Requisita ad renovandam societatem sunt quatuor, et indicantur, n. 110.
111. Renovatio fieri intelligitur eo modo, quo coepta fuit, sublata forma negotiandi.
112. Videlicet rebus in eodem statu, ac termino, quo prius, manentibus.
113. Item cum eodem capitali, veluti erat praecedens societas.
114. Item pro eodem tempore, necnon pro eisdem partibus antea constitutis, et n. 115.
116. Et uno verbo, cum eisdem pactis, formis, modis, et conditionibus, quibus praecedens societas coita reperiebatur.
117. Quod si innovatio fiet, vel ratione rei, aut loci, aut personarum, erit nova societas, non illius renovatio.
118. Si non quoad socius, saltem quoad creditores, eorumque hypothecam.
119. Ut forma negotiandi mutata non dicatur, requiritur etiam, quod libri sociales contineant veterum sociorum nomina.
120. Quod si libri diversa contineant nomina, non erit societatis renovatio.
121. Amplia si libri sub nomine socii tantum superstitis canent.
122. Ex hac enim librorum diversitate, seu difformitate, diversitas societatis arguitur, et excluditur renovatio, et n. 123
124. Uniformitas inscriptionis librorum magni fit, nam personae ibi adnotatae tenentur erga creditores in solidum.
125. Renovatio societatis dicitur inducta, si capitale retinetur in communi, et per eosdem institores administratur.
126. Amplia si continuatur solitum negotiationis genus, et non ab antiquo diversum.
127. Amplia etiam si socii non interpellaverint, non contradixerint, nihil in contrarium protestati fuerint: sed tacuerint.
128. Amplia quoque si de lucris socialibus participaverint.
129. Quod si capitalia inter socios fuerint divisa iterum tamen postea in unum collata, et penes administratorem societatis relicta, haec dicetur renovata.
130. Circa tempus: si societas erat duratura ad quinque annos, et soluta sit tertio anno, renovatio procedit pro reliquis duobus annis.
131. Si vero soluta sit in fine, et renovatio procedit ad alios quinque annos.
132. Sed contra primam partem distinctionis, quod societas non censeatur renovata pro reliquo tempore, sed ad totum quinquennium et affertur ratio.
133. Sunt, qui soluta societate in animalibus, eam tacite renovari non posse, tuentur
134. Sed contrarium verius est.
135. Secundum requisitum renovatae societatis est, ut ea fiat cum personis habilibus, secus si inhabiles fuerint, puta pupilli, et affertur ratio, n. 136.
137. Limita si auctoritas tutoris intervenerit.
138. Amplia ut sufficiat etiam patientia tutoris scientis, et tacentis.
139. Puta si tutor videat rem administrari per institorem, et taceat.
140. Quod si renovatio sit ex praecepto testatoris, tunc quaevis cessant juris, ac statuti solemnitates.
141. Minores pariter nequeunt sine statuti solemnitatibus renovare societatem.
142. Vel nisi post renovatam, majores facti eam ratificaverint
143. Caeterum si in minore, accesserit testatoris praeceptum, renovatio procedit procul ab omni juris, et statuti solemnitate.
144. Amplia fortius si societatis renovatio utilis appareerit.
145. Quando infantes, minores, ut pupilli renovant societatem, ex praecepto testatoris, afficiuntur omni societatis commodo, et incommodo.
146. Frater aetate major, si sit aliorum fratrum minorum tutor potest societatem renovare.
147. Et ideo debet utilia societatis suis fratribus minoribus communicare.
148. Limita si agatur de negotio, in quo industria filii, non est eadem cum industria patris defuncti.
149. Si duorum fratrum sociorum unus decedat, relictis pupillis, frater prosequens negotium debet communicare utilia suis nepotibus etiam inertibus, et affertur ratio.
150. Mulier est inhabilis ad tacite renovandam societatem.
151. Limita si mulier post obitum patris permisit exerceri negotium per virum suum.
152. Declara priorem conclusionem, ut mulier non possit renovare societatem sine solemnitatibus, secus his accedentibus.
153. Fortius si mulier fuerit aetate minor.
154. Personae autem, quae sunt habiles ad societatem contrahendam, sunt quoque tales ad illam renovandam, et remissive.
155. Tertium requisitum est, ut socius adimpleverit ea omnia pacta, quae adimpleri potuissent.
156. Societas coiri non potest sine aliquo capitali, quamvis minimo.
157. Nam capitale dicitur fundamentum societatis.
158. Ergo si aliqua partium promisit aliquid conferre in societate, et non contulit, aut renovatio non procedit, aut ad implementum cogitur.
159. Bona ipsa tamen finitae societatis una cum utilibus, non raro deserviunt pro capitali renovatae societatis.
160. Quod si pacto aliquid plus erat conferendum, qui repugnat, cogi potest.
161. Et quod dicitur, de capitali in bonis idem intelligitur de capitali in opere, et remissive.
162. Ad renovandam societatem cum absente, requiritur ejus mandatum procurae speciale.
163. Declara, nisi agatur de tacita renovatione, nam satis erit, ut actus alio referri non possint, quam ad titulum renovatae societatis
164. Puta si idem institor, soluta prima societate, perseverat in negotiando.
165. Tacita haec societatis renovatio facilius inducitur inter sanguine conjunctos.
166. Haeres defuncti socii jussus renovare societatem: praeceptum valet, et cogitur obedire.
167. Quod si testator addidit, ut haeres cohabitaret cum socio superstite, et cohabitavit, hoc ipso inducta dicitur societatis renovatio.
168. Amplia in filiis jussis habitare cum patruo, cum prohibitione dividendi: nam licet prohibitio non contineatur, attamen si obedierint, inducitur renovatio.
169. Haeres jussus renovare societatem quando cogi possit, vel non, remissive, et n. 170.
171. Et alibi data confirmatur distinctio, ut si jussus ad sui favorem haeres, cogi non possit, secus si ad favorem societatis, vel in gratiam socii quoque superstitis.
172. Generale enim est, ut nemo socius cogatur invitus ad renovandam societatem.
173. Limita tamen si testator, vel in gratiam suae haereditatis, vel socii superstitis renovare eam jusserit.
174. Talis testatoris jussio aequivalet praecepto non dividendi intra certum tempus.
175. Renovata societate, si unus sociorum moritur, solvitur societas.
176. Pactum conficiendi bilancium singulos in annos inter defuncti socii haeredem, et socium superstitem, inducit renovationem societatis
177. Et hoc tale pactum probatur ex confessione ejusdem socii superstitis emissa in actu proportionato
178. Quod si d. pactum conficiendi bilancia aderat in prima societate eaque finita non fuit executum, conticescit renovatio.
179. Postremum requisitum renovatae societatis est fere simile, si non fuerint adimpleta quae necessario adimplenda erant.
180. Renovata societate, socii debent in libris, et bilanciis conscribere omnes participes, quod si aliqui reticentur, quoad eos non procedit renovatio.
181. Amplia, si non descriptus in libris, seu bilanciis ne interfuit quidem institoris electioni.
182. Onera in societate coeunda, paria sunt in societate renovanda.
183. Ex tribus sociis, si unus decedit, alii duo continuant in societate, haec est vera renovatio.
184. Quod si haeres defuncti socii, relinquit penes socios superstites, capitalium, et utilium suorum partes haec omnia haeredi restitui debent.
Amplia, ut si inter utilia extiterint credita socialia, haec haeredi solvi debeant in pecunia, non in eisdem creditis per superstites, et affertur ratio, ibidem.
185. Fidejussores solutae societatis non tenentur pro debitis renovatae societatis, nisi denuo consenserint.
186. Amplia ut liberatio fidejussorum procedat, licet renovatio societatis fiat cum clausula *citra novationem, et liberationem fidejussorum*.
187. Poena in priore societate inter socios adjecta, non censetur in renovatione repetita.
188. Sed contrarium videtur verius, et affertur ratio, cum declaratione tamen, de qua ibid.
189. Prima societate nondum finita, si socii eam renovent, et penes unum socium, alter suam mercium portionem reliquit pro capitali secundae, fidejussor liberetur a prima, sive pro secunda fidejusserit, sive non
190. Quaeritur, an renovata societate, renoventur etiam hypothecae per socios contractae?
191. Si relatio habetur ad ipsos socios, et secum postea contrahentes, et hypothecae renovantur.
192. Si vero habetur relatio ad tertium, qui in bonis hypothecam contraxerat in figura fidejussoris pro priore societate, ut tunc non procedit renovatio, nisi denuo consentiat.
193. Renovatio hypothecae in primo casu procedit a die renovatae societatis.
194. Et siqui sunt creditores socii societatem renovantis, hi praeferuntur aliis cum renovata societate contrahentibus.
195. Declara procedere quoad bona praecedenter hypothecata, et in societatem, renovatam immissa.

196. Ratio, quia servus esset in potestate debitoris, praejudicare creditoribus prioribus.
197. Limitatur tamen conclusio, si posteriores creditores, renovatam societatem crediderint, nam super utilibus ab ea quaesitis, hi posteriores praeferuntur.
198 Atque ita conciliantur conclusiones, quae inter se contrariae videntur.
199 Renovata societate, quaeritur, an socii teneantur creditoribus ultra capitale in societate positum? Remissive.
Alias data resurgit distinctio; si capitale fuerit initio limitatum, et ultra illud socii non teneantur, ibidem.
200. Secus vero si capitale fuerit illimitatum, nam tunc socii in aliis bonis etiam propriis non socialibus, tenentur.
201. Casaregius tenet, socius renovantes, non cogi ad plus conferendum quam in priore societate collatum fuerat.
Creditores tamen experiri possunt, tam super primae societatis, quam renovatae capitalibus, ibidem.
202. Eisdem pactis, et conditionibus renovatio procedit, quibus praecedens reperiebatur contracta.
203. Ergo etiam, quoad capitale, in gratiam praecipue creditorum.
204 Nec pacta secreta inter socios renovantes, praejudicant creditoribus praesertim non certioratis.
205. Quaeritur tandem, an obligatio cameralis in priore societate apposita, censeatur in illius renovatione, repetita?
206. Ex generali conclusione, de qua supra n. 116 videbatur, affirmative respondendum.
207. Amplia praesertim si agatur de societate officii, in qua Pius IV tribuit viam executivam, citra quoque obligationem cameralis conventionem.
208. Sed quidquid sit in societate officii, in qua Zacchias consulit obligationem cameralem apponi ad cautelam.
209 Contrarium procedit in aliis societatibus renovatis, ut non intelligatur renovata obligatio cameralis, minusque via executiva.
210 Praerogativa tamen obligationis cameralis, novato contractu, non tollitur pro ejus executione, nisi in novatione intervenerit creditor.

Societatem, et continuari, pendentem, et renovari, absolutam posse, nulla dubitatio est. Interest vero plurimum
1 continuationem inter, atque renovationem societatis ex *Hodierna controv. for. cap.* 22. *n.* 35. Nam continuationis actus intermedium aliquod respuit momentum, quemadmo-
2 dum Venulejus docet in *leg. continuus* 137. *ff. de verb. oblig.* cum idem, et uniformitate unus debeat actus esse, juxta veriverbium continuationis, quae significat initium, et huic
3 uniformem progressum *Rot. dec.* 15. *n.* 12. *cor. Tanario.* In renovatione autem societatis contra est; nam si coita primo loco societas, vel unius socii morte, vel mutuo consensu, vel tempore, vel quo alio modo soluta extiterit, actus, vel in toto peremptus, vel in parte etiam reformatus quovis mo-
4 do habeatur, per negotii resumptionem deinceps factam, renovatio erit societatis, prout eleganter probat Ulpianus in *leg. jurisgentium* 7. ȝ. *adeo de pact.* ibi „ nam si potest tota » res tolli, cur et non reformari ut quodammodo quasi re-
5 » novatus contractus videatur, quod non insubtiliter dici » potest ». Et hoc verum, licet interponatur status, seu conditionis unius socii mutatio, ad textum in *leg. si id quod* 56. ȝ *fin. ff. pro socio.* ibi » si servus meus societatem cum » Titio coierit, et alienatus in eadem permanserit, potest
6 » dici alienatione servi, et priorem societatem finitam, et ex » integro alteram inchoatam ». Et haec societatis renovatio, quae a priore in sequentem transfunditur, dicitur fieri per
7 modum insitionis, ut per *Rotam in Anconitana pecuniaria* 2. *martii* 1761. ȝ. 4., *et in Anconitana societatis ead. die* 4. *martii ejusdem anni* ȝ. 7. *cor. cl. me. Card. Poracciano.*
Verum quia permulti sunt doctores, qui terminos continuationis, et renovationis in societate confundunt, veluti
8 observat *Hodierno contr. for. cap.* 22. *num.* 35. Praestat utramque societatem continuatam, atque renovatam cum suis diversis effectibus separatim dispungere, ut jus cuique
9 suum, quo magis fieri potest, sublata aequivocatione, tribuatur. Et quoad continuationem; est regula, ut constito ab initio de communione, seu societate, haec praesumatur ad tempus usque praefinitum continuata, quoadusque non
10 doceatur de intempestiva divisione *Rota in Faventina immissionis super reservatis quoad praedium la Torre di Mirone* 5. *maii* 1736. ȝ 10. *cor. bon. mem. Borrull.* Atque ad casus particulares descendens, extat casus legis, in quo per mortem unius ex pluribus sociis ante finem societatis, quoad omnes solvitur societas, nisi hanc continuari inter socios superstites debere pactum initio sit, nam hoc servari
11 pactum docet Paulus in *leg. actione* 66. ȝ. *morte ff. pro socio*, ibi » morte unius socii, societas dissolvitur, etsi con» sensu omnium coita sit, plures vero supersint, nisi in » coeunda societate, aliter convenerint, nec haeres socii suc» cedit » *et in* ȝ. *solvitur ad hoc inst. de societ.* ubi *Vinn.* n. 2. *Constantin. vol.* 123. *n.* 23. 24. *ad fin. Rot. dec.* 4. n. 7. *part.* 14. *rec.*, *et in nuperr. tom.* 9. *dec.* 87. n. 7.
Ergo per mortem unius ex sociis, tota solvitur societas,
12 etiam quoad alios socios superstites *De Ponte cons.* 90. *n.* 2. *lib.* 2. Eatenus vero in sociis superstitibus, stante d. pacto continuandi, est vera societatis continuatio usque ad praestitutum initio tempus, quia socii superstites ad manendum, seu perseverandum in societate, novo non indigent consensu, nam haec talis continuatio fit virtute illius unius consensus in primordio societatis cum indicato pacto contra-
13 ctae; in haerede autem defuncti socii, quia et in eo, et in sociis superstitibus requiritur novus consensus per adjectionem d. novae personae haeredis, ideo non continuatio sed renovatio, seu ex integro societatis coitio, intelligitur, ex
14 *Connan. comment. jur. civ. lib.* 7. *cap.* 13. *sub num.* 16. *Zanchio*

Montica de tacit., et ambig. lib. 6. *tit.* 26. *n.* 12. *tom.* 1. *Capon. discept. for. cap.* 361. *n.* 17. *tom.* 5. *Rot. in Romana pecuniaria, seu reintegrationis* 14. *maii* 1728. ȝ. *absque eo quod cor. cl. mem. Cardin. Aldovrando.*
Ex hoc autem clare intelligitur, suprascriptam societatis conventionem inter superstites, non ex voluntate eorum contingere, sed magis ex necessitate pacti totum tempus in apocha sociali initio praestitutum, non obstante praemorientis unius sociorum, complectentis; ita quidem ut si su- 15
prascriptum pactum continuandi societatem inter socios superstites defuerit, et hi nihilominus in societate permanserint, haec non erit ex antiqua, et primordiali societate continuatio, sed magis erit ex novo actu, novoque consensu, distincta, atque separata reintegratio, renovatio, seu nova societatis coitio, veluti observant *De Ponte d. cons.* 90. *n.* 16
4. *lib.* 1. *Rota in dec.* 169. *n.* 43. *part.* 17. *recentior.* Termini autem continuationis verificari ad summum poterunt in negotiis ante mortem unius ex sociis inchoatis, et post illius mortem pendentibus. nam in his, tam in superstitibus sociis, quam in defuncti etiam socii haeredibus, vera intervenit societatis continuatio, usquedum eadem negotia inchoata explicentur, non item, ut nova negotia incipian-
tur *Petr. de Ubald. de duob. fratrib. part.* 14. *n.* 9. *Rota* 17
in dec. 50. *n.* 30. *et* 32. *cor. Ninotto*, *et dec.* 909. *n.* 5. *ad fin. cor. Emerix. Jun.*, *et dec.* 224. *num.* 8. *et* 9. *tom.* 5. *par.* 1. *in nuper.*, *et in Romano pecuniaria* 12. *junii* 1778. ȝ. 6. *cor. R. P. D. Sentmanat.*
Assolet quandoque, talem societatis continuationem contingere quoad negotia inchoata dumtaxat, ex praecepto testatoris, jam socii defuncti, eaque vocatur a mercatoribus
continuatio societatis *per modo di stralcio*, estque vera con- 18
tinuatio, et alia in substantia non est, quam inchoatorum negotiorum absolutio, ac plenaria terminatio, per socii de-
functi haeredes explenda, ut per *Rotam in dec.* 1246. *n.* 3. 19
et 4., *et in dec.* 1284. *n.* 16. *cor. Lancetta*, *et in Ariminen. praelationis super reservatis* 16. *apr.* 1736. ȝ. *in nihilo obstante cor. bon. mem. Vicecomite.* Quo in casu, si idem instituatur negotia per patrem, aut testatorem taliter coepta continuando explicet, nulli dubium, quin haeres, etiamsi minor sit, atque pupillus valide obligetur creditoribus pro-
pter publicam commercii fidem *Rot. in dec.* 222. *n.* 20. *et* 20
21. *cor. Ratto.* eoque amplius, ut eisdem minoribus, atque
pupillis, quaevis in integrum denegetur restitutio *Rota ibi-* 21
dem n. 22. *ad seq. cor. eodem Ratto.*
Elegantissima quaestio; fingatur casus, societatem haberi contractam, inter tres pluresve personas ad decennium; unus eorum ante finem societati praestitutum moritur, ac reliquos socios ad unum omnes superstites sibi scribit hae-
redes. Quaeritur hinc, an deficiente pacto continuandi in 22
societate inter superstites, hi possint, citra ullam societatis renovationem, eamdem societatem continuare? Pro affirma-
tiva urgere illud videtur, quod ideo haeres defuncti socii 23
non succedit in societate, quia caeteri socii non coguntur inviti alios in socios admittere *leg. qui admittitur* 19. *ff. pro socio.* Alia ratio, quia in socio illo defuncto fuerat ele-
cta industria personae *leg. adeo* 60. *ff. eod. tit.* sed cum in 24
casu proposito iidem superstites socii sint haeredes defuncti, videbatur cessare ratio transmittendae societatis in haere-
des, ut per *De Ponte cons.* 90 *n.* 3. *lib.* 2. 25
Verum his, aliisque rationibus nequaquam obstantibus in contrariam abit sententiam, et recte laudatus *De Ponte.* Nam sint haeredes, socii superstites, sint haeredes etiam extranei defuncti socii, illud certum est sine ulla ambiguitate principium, quod morte unius socii, societas tota dis-

solvitur *leg. actione* 66. *§. morte ff pro socio*. Qoae socie-
tas reintegrari deinceps non potest, nisi per novum coosen-
sum inter superstites, qui propterea, non societatem conti-
uuare, sed eamdem renovare omnino, intelliguntur, que-
27 madmodum concludit *d. De Ponte d. cons.* 90. *n.* 4. 7. *ad
seq. lib.* 2.
Est et alter continuatae societatis casus a lege ipsa profici-
scens, videliret, » Si filius familias societatem coierit, de-
» inde emancipatus a patre fuerit, apud Julianum quaeri-
» tur, an eadem societas duret, au vero alia sit, si forte
28 » post emancipationem in societate duratum sit; Julianus
» scripsit lib. 14. digestorum, eamdem societatem durare,
» initium enim in his coutractibus inspiciendum » aunt
verba *textus in leg. si id quod* 59. *§. filiusfamilias ff. pro
socio*, additur *Decian. resp.* 11. *num.* 4. 5. *et* 6. *vol.* 1. In
servo autem per dominum durante societate, alienato, con-
tra est, ut non continuata, sed ex integro renovata dicatur
29 societas, ut idem prosequitur *text. §. si servus ff. eod.* ibi
» Si servus meus societatem eum Titio coierit, et alieoatus
» in eadem permanserit, potest dici alienatione servi, et
» priorem societatem finitam. et ex integro alteram inchoa-
» tam, atqno imo, et mihi, et emptori actiouem pro socio
30 » competere » perelegantem utriusque casus differentiam
iudicat *Connon. comment. jur. civ. lib.* 7. *cap.* 13. *n.* 15.
ubi quod filius familias societatis contrahendae pro se habet
potestatem, licet ea de causa quaesitum patri debeatur; ser-
vus autem non habet, nisi ex persona domini, per cujus
mutatiooem potest sequenti domiuo emptori inferri prae-
31 judicium, ita eleganter, et una subtiliter *Connon. loc.
prox. cit.*
Sequitur alter casus legis, in quo mortuo uno sociorum,
societate durante, ejus haeredes in societate usque ad tem-
pus praefinitum continuare teuentur; isque casus est in so-
32 cietate vectigalium, ad textum *in leg. adeo* 60. *ff. pro so-
cio*, ibi » Adeo morte socii solvitur societas, ut nec ab initio
» pacisci possimus, ut haeres etiam succedat societati, haec
» ita in privatis societatibus; at in societate vectigalium ni-
33 » hilominus manet societas, etiam post mortem alicujus »
et cohaerenter ad hunc textum tradit *Munoz. de Escobar.
de ratiocin. cap.* 6. *n.* 67. Verumtamen hujus societatis ve-
ctigalium transitus ad haeredes per modum verae continoa-
tionis, ita demum recipitur, si quatuor illa requisita con-
currant, de quibus egi in superiore *cap.* 2. *n.* 70. *et* 71.
34 Primae partis, ad quae, ne rem actam agere videar, me
refero.
Dubitari potest, an tribos initio unius negotii sociis exi-
stentibus, si eorum unus a societate discedat, perseveranti-
bus aliis duobus, in his pro reliquo tempore continuatio,
35 seu potius renovatio societatis interveniat? Ut renovata, non
autem continuata dicatur societas, hoc spectatur, si prior
societas extincta remanserit, vel renunciatione, vel morte,
36 vel maxima capitis diminutione, vel egestate *leg. societatem*
4. *ff. pro socio.* In hac proposita facti specie, sola renun-
ciatio intervenit, quae tamen dissociandi vim habet, si in
continuanda societate, socii ad unum omnes dissentiant, ut
37 in *leg. actione* 66. *§. diximus ff. eodem tit.* Hoc est si omnes
super totali recessu ita consentiant, ut nolla sit deinceps fu-
tura societas veluti ad non esse redacta, nam si una renun-
ciat societati, Cassius scribit, eum qui renunciaverit societati
38 a se quidem liberare socios suos, se autem ab illis non libe-
rare *d. leg.* 66. *§. diximus ff. eod. tit.* ita quidem, ut qua-
39 libet cessante societatis innovatione, eadem continuata ma-
gis dicatur.
Sed rursus interest videre, an duo illi socii in societate
permanentes recessui tertii socii consensum praestiterint, ut
per hoc inter ipsos duos, renovata magis, quam continuata
40 dicatur societas. Profecto jam dixi per renunciationem solvi
societatem, si omnes ita consentiant, ut societas tota dissol-
vatur, et sic si consensus cadit in dissolutione societatis. ut
41 ipsam consensus societatem destruendam respiciat, noo uti-
que si cadit consensus in dimissione, seu exclusione unius
socii, nam hoc posteriore casu, firma manet societas, quae
perinde in duobus illis reliquis sociis, non reoovari, sed
cessante pactorum, seu conditioonum alteratione, continuare
42 societas, seu perseverare, intelligitur *Rota in dec.* 574. *n.* 4.
cor. Ansaldo. Militante praesertim regula, ut in dubio so-
43 cietas magis continuata, quam renovata praesumatur *De-
cian. respons.* 11. *n.* 34. *vol.* 1.
Ad societatis continuatae classem etiam pertinet illa con-
ventio, ut inita ad septennium societate, haec propter non

interpositam disdictam ad aliud septennium prorogata cen-
seatur; si porro disdicta intra tempus statutum non inter-
venerit, magis est, ut societas juxta conventionem proro-
gata, seu continuata, non autem reoovata intelligatur *Rota* 44
in dec. 16. *n.* 1. *cor. Emerix Sen.* Quia illud unum, et
primordiale societatis pactum, totum tempus, etiam proro-
gatum societatis complectitur. Idem juris est, si non facta 45
disdicta. societas intelligatur continuata ad beneplacitum,
ut per *Rot. in Romana societatis nundinarum* 18. *febr.* 46
1754. *§.* 5. *cor. cl. mem. Card. Elephantutio.* Nisi proro-
gatio, pacto habeatur volita, non ad totum initio praestitu-
tum, sed ad unum puta, annum, nam hoc casu, illa clau-
sula *ad beneplacitum*, apposita ante prorogationem, oxpleto
illo primo anno, solvitur inde societas; sin autem post pro- 47
rogationem, puta *per un anno*, e *poi a beneplacito*; et tunc
non statim perimitur societas, sed continuata censetur, quo-
usque interveniat disdicta, de anno in annum, ut in *d. Ro-* 48
mana societatis §. 6. 7. *et* 8. *cor. eod. Elephantutio.* Di-
sdicta tamen pro termino societatis in pactum deducta, de-
bet fieri cum consensu omnium sociorum, non unius, vel
alterius tantum socii *Rota in dec.* 417. *n.* 13. *tom.* 4. *cor. Oli-
vatio*, debet insuper non solum exequi, sed, etiam legitime
reproduci, secus non afficit *Rot. in dec.* 2. *n.* 9. *cor. Celso*, 49
et dec. 417. *n.* 12. *tom.* 4. *cor. Olivatio*, *et in d. Romana
societatis nundinarum §.* 5. *cor. eod. Cardin. Elephantutio.*
Certissimi juris est, neminem posse societatem haeredi
suo sic parare, ut ipse haeres socius sit, *leg. nemo* 35., *et
leg. adeo* 60. *ff. pro socio* Nihilominus si socius moriens 50
testamentum faciat, jubeatque in eo, ut ejus haeredes in
societate per ipsum, et alium inita continuent, tenet prae-
ceptum, et quidem rateuos tenet. ut nec si haeredes mino-
res fuerint, aut pupilli, nullam juris, aut statuti solemnita-
tem servare obstringantur, nam omnia supplet ejusdem te-
statoris voluntas, atque consensus *Michalor. de fratrib.* 51
part. 2. *cap.* 42. *n.* 42. *Jov. de contract. min. gloss.* 16.
§. 7. *n.* 243. *et gloss.* 25. *§.* 13. *n.* 155. *et* 156. *Casareg. de
commerc. disc.* 136. *n.* 11. *et* 12. *Rot. dec.* 284. *n.* 26. *par.*
9. *tom.* 1., *et dec.* 212. *n.* 1. 2. *et* 9., *et dec.* 303. *n.* 2. *par.*
18. *tom.* 1. *rec.*, *et dec.* 61. *n.* 10. *tom.* 7. *in nuperrim.*
Et ratio distinctionis est, quia pactum transmittendi socie-
tatem ad haeredem initio conventum est voluntarium, et 52
contra principia societatis insertum; praeceptum vero testa-
toris haeredibus datum continuandi in societate, efficit ipsam
societatem, seu societatis continuationem quodammodo ne-
cessariam forte propter explicanda omnia totius societatis
durantis negotia adhuc pendentia, veluti probe distinguit
Rot. in dec. 212. *n.* 1. 2. 3. *et* 4., *et dec.* 303. *n.* 6. *ad seq.* 53
part. 18. *tom.* 1. *recentior.*
Dubitatur tamen, an hujusmodi haeredum in societate
perseveratio, sit societatis continuatio, vel potius renovatio;
soot qui renovationem esse, non continuationem prolo su-
stinent, illa ratione, quia nova intervenit persona. post so-
lutam per mortem socii testatoris societatem; additur re-
quiri consensum, si non haeredis ita perseverare jussi, sal-
tem alterius socii, qui nullum invitus cogitur in socium ad-
mittere, ita tenent *Capyc. latr. dec.* 189. *n.* 20. 21. *et* 23. 54
Torr. de pact. futur. success. lib. 3. *cap.* 10. *n.* 14. *Casa-
reg. de commerc. disc.* 146. *n.* 5. quibus equidem assen-
tior. Nihilosecius tamen non dubitaverim hanc in societate
perseverantiam, licet improprie, continuationem appellare,
propter illum peculiarem effectum continuationis bonorum
testatoris sub nexu hypothecae in gratiam cum alterius so-
cii superstitis, tum creditorum socialium usque ad finem
societatis, perinde quasi testator ipse viveret, atque in so-
cietate permaneret, ut per *Torr. de pact. futur. success.* 55
lib. 3. *cap.* 10. *n.* 13. *Rota post eumdem Torr. eod. tract.
dec.* 67. *n.* 3. *et* 4., *et in dec.* 169. *n.* 31. *part.* 17. *rec.*
idque ex illa causa necessariae societatis, de qua paulo an-
te, et propterea etiam quod licet non sit eadem persona de-
functi socii, est tamen idem ipsum, atque individuum ne-
gotium, continuationem hypothecae, seu pignoris retinens 56
Rot. in dec. 212. *n.* 8. *part.* 18. *tom.* 1. *recentior.* Est ta-
men observatu dignum, quod si testator jusserit. societatem
continuari per haeredes, tale praeceptum, non extenditur
ad renovationem illius, *Rot. in dec.* 169. *n.* 33. *part.* 17. 57
recentior.
Alia hinc dubitatio, an haeredes defuncti socii societatem
continuare jussi, valeant praeceptum spernere, et societa-
tem non continuare? Atque ita distinguitur; aut testator 58
ita jubens contemplavit utilitatem suae haereditatis, vel po-

tius haeredum; si contemplavit simpliciter utilitatem hae-
redum, hi possunt juri ad ipsorum favorem introducto re-
59 nunciare *cap. ad apostolicam* 16. *de regul. jur. et in leg.*
siquis in conscribendo 29. *c. de pact.* et consequenter pos-
60 sunt societatem non continuare, ex *Casoreg. de commer.*
disc. 146. *n.* 8. Aut vero testator contemplavit primario
utilitatem suae haereditatis, ut ipsa sic forte augeretur, et
hoc posteriore casu, haeredes nequeunt continuationem so-
61 cietatis respuere *Capyc. latr. dec.* 189. *n.* 21. *lib.* 2. *Casa-*
reg. loc. proxim. cit., *Rot. in dec.* 212. *n.* 5. *et* 6 *part.* 18.
tom. 1. *rec.* Hoc tamen spectandum serio est, in hac quae-
stione, qualis nempe fuerit testatoris voluntas, quia si te-
statur super omnibus bonis suis, etiam socialibus fideicom-
missum, vel primogenituram instituerit, nisi ejus voluntas
pro continuanda societate fuerit verbis conceptis expressa,
difficillima probatio erit, quod voluerit demandare ejusdem
societatis continuationem, propter dispersionis periculum,
62 cui bona sua forent obnoxia, ut per *Rot. in dec.* 1246. *n.* 28.
cum duob. seq., *cor. Lancet. tom.* 1. et *in Roman. pecu-*
niar. 8. *mar.* 1551. § 3. *cor. bon. mem de Vais.* Quod ta-
men intelligitur, nisi fideicommissum fuerit ea conditione
ordinatum, si a debitoribus socialibus capitalis fideicommis-
so subjiganda restituerentur, nam non secuta capitalium
restitutione, continuatio, ac renovatio etiam societatis sub-
sistet, et haeres, qui continuavit, aut renovavit, tenebitur
reintegrare fideicommissum, quatenus cum dolo dumtaxat
63 fuerit in ea versatus *Rota decis.* 31. *n.* 11. 12. *cum duob.*
seq. cor. Crescent Jun.

In relatis, aliisque casibus, siqui sunt similes continua-
tae societatis, sicuti idem ipsum negotium est ab initio coi-
64 tum, *Rota in dec.* 212. *n.* 8. *part.* 18. *tom.* 1. *rec* ita hy-
pothecae omnium creditorum, qui tam ante, quam post
continuatam societatem contraxerunt, privilegium eorum
anterioritatis hypothecae mutuantur ab ipso contractae so-
65 cietatis initio, ex Ulpiani doctrina in *leg. si id quod* 59. §.
filiusfamilias ff. pro socio, ibi » Julianus scripsit in libro
» 14. digestorum, eamdem societatem durare, initium enim
» in his contractibus inspiciendum » et cohaerenter obser-
66 vant, *Decian. respons.* 11. *n.* 4. *vol.* 1. *Torr. de pact. fu-*
tur success. lib. 3. *cap.* 10. *n.* 13. *Rota in dec.* 23. *n.* 2.
cor. Emerix sen., *et in rec. part.* 17. *dec.* 169. *n.* 31. *et*
in part. 18. *tom.* 1. *decis.* 212. *n.* 8.

Quid vero de sociorum, seu societatis fidejussoribus di-
cendum, utrum et ipsi pro iis, quae post continuatam so-
cietatem gesta sunt, teneantur? Non utique dubium, quin
67 obligationi fidejussor accedere possit *leg.* 1. *ff. de fidejuss.*
et consequenter posse per socios fidejussorem in gratiam
contrahentium, aliorumque, quorum interest, praestari,
68 docet *textus in leg. verum* 64. *sub princ. ff. pro socio. Petr.*
de Ubald. de duob. fratrib. part. 15. *n.* 8. *Hering. de fi-*
dejuss. cap. 10. *n.* 90., *et* 217. Non dubium pariter, quin
fidejussor ad id obstringatur totum, ad quod socii tenentur
nisi quatenus, et in quantum teneri voluerit fidejussor, hic
69 expresse caverit *Hering. de fidejuss. d. cap.* 10. *n.* 217.
Qua ex re fit, ut continuata ad praestitutum tempus socie-
tate, fidejussor totum, quod initio cavit, omnino debeat,
tum quia ab hoc initio vigorem hypothecae creditorum, ut
vidimus accipiunt, tum magis quia unum semper est nego-
70 tium eademque una societas, ut hic in superiore *n.* 56. *et* 64.

Dubium vero versatur maximum in duobus supra hic re-
latis continuatae societatis casibus, altero continuationis,
propter non factam disdictam, et altero continuationis ex
unius defuncti socii, ac testatoris praecepto: quoad priorem
sane casum, videntur hic ea congruere, quae in superiore
71 *cap.* 3. *n.* 33. *ad seq.* hujus secundae partis de renovata
locatione propter non factam disdictam, dicta sunt; ut vide-
licet hypothecae primae locationis resurgant omnes in secun-
da, ob praetermissam disdictam, renovata, quia eadem, at-
72 que prior, non nova locatio est; quod ipsum procedere in
societate etiam, eamdem ob causam renovata, demonstravi
in *cod. cap.* 3. *n.* 34. *ad seq.*, atque multo magis in fide-
73 jussoribus, veluti *ib. n.* 41. *et* 42. Dixi multo magis, quia si
ex allegatis ibi juribus fidejussores tenentur ex causa reno-
vationis societatis propter non factam disdictam, fortius ex
causa continuationis, per quam non ficte, sed vere eadem
74 una, prout antea societas est, prout in superiore *n.* 69. *et*
70. hujus capitis.

De altero verba faciam casu, seu dubio restat, in quo so-
cietatis continuatio ex praecepto testatoris contingat; et quod
teneatur fidejussor etiam pro gestis post continuatam ex prae-
cepto socii defuncti testatoris societatem, facere videtur il-
lud Pauli dictum *in leg. si a colono* 59. §. *cum facto ff. de*
fidejussor. ibi » Cum facto suo reus principalis obligationem 75
» perpetuat, etiam fidejussoris durat obligatio » hunc te-
xtum proposito casui accommodari posse videtur, nam socius 76
interveniens ejus morte, societatem, non perpetuans, sed pro-
rogans suo facto, vel praecepto, videtur quoque factum hoc
fidejussorem adstringere; plurimum vero si fidejussor sciens 77
prudens tacuerit *Hering. de fidejuss. cap.* 7. *n.* 32. *ad seq.*
longe vero plurimum, si ex parte eorum, quorum interest 78
praeservativa jurium primaevae hypothecae protestatio in-
tervenerit *Iranc. de protest. considerat.* 42. *n.* 5. 79

Verius tamen dixerim, hisce nequaquam obstantibus, fi-
dejussores pro gestis post continuatam ex praecepto testato-
ris societatem, non teneri; ratio est, quia per mortem socii,
ipso ministerio juris solvitur societas *leg.* 4. *et* 35. *ff. pro* 80
socio. Atque adeo morte socii solvitur societas, ut nec ab
initio pacisci possimus, ut haeres etiam succedat societati,
sunt verba textus *in leg. adeo* 60. *ff. eod. tit.* Tum igitur, 81
cum socius moriens jubet societatem continuari per haere-
dem, fidejussoris onus prorogat, et quoad eumdem fidejusso-
rem rem quodammodo novam, eique graviorem facit, po-
stquam praecipue per mortem socii, eidem fidejussori fuit
jus pro liberatione quaesitum, quia fidejussor cavit pro so- 82
cio, cujus habuit industriam cognitam, et hac de causa so-
cietas mortuo uno socio in haeredem jure non transit, quod
si socius curat, ut transeat, rem novam, ac juri invisam
facit, id quod efficit, ut liberetur fidejussor, ex *leg. ubi-* 83
cumque 61. *ff. de fidejuss.* ibi » cum vero genere novationis
» obligatio transeat, fidejussorem, aut jure, aut exceptio-
» ne liberandum ». Idque commode posse in eo etiam casu 84
admitti, in quo fidejussor caverit pro socio superstite tan-
tum, nam eadem solutae societatis causa est, eademque
propterea dispositio, *leg. illud* 32. *ff. ad leg. aquil.* 85

Neque textus, *in leg. si a colono* 59. *ff. de fidejuss.* in
contrarium supra allegatus huic refragatur sententiae, quia 86
ibi de perpetuanda obligatione ex culpa rei principalis non
solventis agitur, id quod exemplum in calce ejusdem legis
relatum, his verbis ostendit ibi = *veluti si moram fecerit*
in sticho solvendo, et is decesserit = hanc enim rei princi-
palis moram initio jam suscepit fidejussor. Taciturnitas ve- 87
ro fidejussoris minus obest eidem, quia inducta solutione
societatis, per socii mortem ex providentia legis, potuit fi-
dejussor jus suum salvum esse sciens, non reclamare; ur- 88
gentius quia quoties agitur de juris nostri imminutione, si-
lentium habetur pro dissensu, et tacens imo habetur pro
invito, et contradicente, ita ad rem satis opportune *He-* 89
ring. de fidejuss. cap. 7. *n.* 39. *ad plur. seq.* Eoque etiam
amplius, ut contingente liberatione fidejussoris ex ipso ju-
ris ministerio, non solum ipse protestari, opus non habeat
fidejussor, sed ne ei quidem praeservativa jurium creditorum
obsit *Ironch. de protestat. considerat.* 42. *n.* 7. 8. et 9. 90
Haec igitur, de qua supra societatis continuatio, cum in
substantia, nova res sit, societas, novo etiam, claro, verbis-
que conceptis indiget, ad perseverandum in obligatione, fi-
dejussoris consensu *Hering. de fidejuss. loco prox. cit.* 91
n. 43.

Ad alteram modo renovatae societatis partem, quae fre-
quentior est, descendo: societatis quidem renovatio, seu
etiam continuatio, supponit praeexistentiam illius *Rot. in* 92
Romano societatis, et pecuniaria 25. *jan.* 1751. §. 9. *cor.*
cl. mem Card. Molino; eaque de causa, hoc in ea pecu-
liare est, ut facilius renovetur, quam ex integro coeatur so-
cietas *Cephal. cons.* 483. *n.* 9. *tom.* 4. *Jov. de contract.* 93
min. gloss. 25. § 13. *n.* 152. *Rota in dec.* 23. *n.* 18. *part.*
13. *rec.* Renovatio tamen societatis cum sit quid facti de
jure non praesumitur in dubio, *Cephal. cons.* 248. *n.* 23. 94
tom. 2. *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 26. *n.* 7.
Moscard. de probat. conclus. 1310. *n.* 9. *vol.* 3. *Felic. de*
societ. cap. 41. *n.* 1. *Michalor. de fratrib. part.* 2. *cap.* 41.
n. 1. *Rot. in dec.* 118. *n.* 12. *cor. Benincasa*, ita ut con-
cludenter probari debeat *Corpon. ad stat. Mediol. cap.* 95
483. *n.* 69. *tom.* 2. *Giurba ad consuet. Messan. cap.* 1.
gloss. 6. *part.* 1. *n.* 42. *Rot. dec.* 347. n. 3. tom. 2. *coram*
Molin., et *in Romana societatis super pertinentia capita-*
lium 21. *junii* 1784. §. 15. *cor. R. P. D. Soderino.* Probatur
autem conjecturis societatis renovatio *Cephal. cons.* 475. *n.* 96
28. *tom.* 4. *Mantica de tacit.* et *ambig. lib.* 6. *tit.* 26. *n.* 4.
tom. 1. *Rota dec.* 351. *n.* 3. *tom.* 6. *in nuperr.* Aliisque
probatur actibus non dubiis, non vagis, non aequivocis,

sed illam de necessitate coarctantibus, talibus nempe, ut
ipsi, et ipsae non alio referri valeant, quam ad titulum re-
97 novationis societatis Vermigliol. cons. 229. n. 4. Felic. de
societ. cap. 41. n. 3., et 4. Tartoglia de reservat. statutar.
art. 59. n. 127. Rota dec. 345. n. 10. cor. Celso. et dec.
151. n. 9. et 10. cor. Merlin., et dec. 347. n. 12. tom. 2.
cor. Molin., et dec. 602. n. 24. part. 19. tom. 2. rec., et in
dec. 224 n. 11. et 12. tom. 5. part. 1. in nuperr.
Principaliter autem ad renovandam societatem, utrius-
98 que partis, vel socii requiritur consensus leg. plane 37. ff.
pro socio, Michalor. de fratrib. part. 2. cap. 41. num. 4.
Mantica de tacit., et ambig. lib. 6. tit. 26. num. 1. tom. 1.
Rota dec. 224. n. 5. tom. 5. part. 1. in nuperrim. ita ut
unius socii consensus non sufficiat, nisi et alterius quoque
99 socii accedat voluntas. et placitum Decian. respons. 60. n.
35. et 41. vol. 2. Carpon. ad stat. Mediolan. cap. 483. n.
67. tom. 2. Mantica de tacit. et ambig. lib. 6. tit. 26. n. 6.
tom. 1. Et hunc utriusque socii consensum aeque tacitum,
100 atque expressum intervenire redundat, Crott. cons. 15. n.
1. tom. 1. Mantica de tacit., et ambig. lib. 6. tit. 26. n. 2.
tom. 1. Giurba ad consuet. Messan. cap. 7. gloss. 19. par.
1. n. 7. Tartagl. de reservat. statutar. art. 59. n. 126. ad
seq. Jov. de contract. min. gl. 25. §. 13. n. 153. Michalor
de fratrib. part. 2. cap. 41. n. 3. et 6. Rota dec. 31. n. 2.
cor. Crescent. jun.
Expresse quidem renovatur societas, puta verbis mani-
festis, vel per scripturam, quae ea sit, publica, aut privata.
101 quo desuper nulla esse dubitatio potest Carpon. ad stat.
Mediol. cap 483. num. 66. 67. et 68. tom. 2. Felic. de so-
ciet. cap. 41. n. 2. Mantica de tacit. et ambig. lib. 6. tit.
26. n. 2. tom. 1. Tacite vero per actus, et conjecturas alio
non referibiles, et d. renovationem de necessitate inducentes
102 Decius cons. 547. n. 5. vol. 2. Mantica de tacit., et ambig.
lib. 6. tit. 26. n. 4. Capyc. latr. decis. 189. n. 26. Marin.
resol. Jur. lib. 2. cap. 207. n. 10. in fin. Giurba ad con-
suet. Messan. cap. 1. gloss. 6. part. 1. n. 42. Rota dec.
351. n. 6. tom. 6., et dec. 61. n. 1. tom. 7. in nuperrim.
Qui tacitus pro renovanda societate consensus redundat e-
tiam, si ex non facto, seu ex non dissensu, seu ex patien-
103 tia, ac silentio resultet Crott. cons. 15. n. 12. 13. ad seq.
tom. 1. Mantica de tacit., et ombig. lib. 6. tit. 26. n. 5.
Escobar. de ratiocin. cap. 6. n. 65. in fin. puta si socii eo-
104 rum nomen expendi simpliciter patiantur Marin. resol.
jur. lib. 2. cap. 207. n. 10. et 12. Casareg. de commerc.
disc. 145. n. 30. nisi sociorum aliquis nomen suum expendi
105 honoris causa permittat Capon. discept. for. 361. num. 9
tom. 5. vel si capitalia repetere, rationes dispungere, easque
106 solidare praetermittunt Rot. dec. 61. n. 2. tom. 7. in nu-
107 perr. vel si bilancia pacto consenta exarare negligunt, Rota
dec. 169. n. 21. et 22. cor. Tanar. vel si haeres denique
socii defuncti videns socium superstitem ad nundinas cum
108 pecunia sociali proficisci, tacuerit, et non contradixerit Jov.
de contract. min. gloss. 25. §. 13. n. 340.
Difficultas tamen probandi renovationem societatis consi-
stit, non in expressa, ut dixi, sed in tacita illius renovatio-
ne: praestat igitur dispungere ejusdem tacitae renovationis
109 requisita; horum quatuor indigitat Capon. discept. for.
cap. 114. num. 10. tom. 2. primum est, ut non sit mutata
forma negotiandi; secundum est, ut cum personis habilibus
fiat renovatio; tertium est, ut adimpleverit socius ea omnia
pacto, et conventiones, quae adimpleri potuissent; quartum
denique requisitum est, ut si aliqua requisita sint necessa-
ria, in renovatione, societas non intelligatur renovata, nisi
110 illis adimpletis, ita Capon. loc. prox. cit. sub n. 10. adde
Felic. de societ. cap. 41. fere per tot.
Ut singula requisita ex ordine percurram; dixi. primum
tacitae renovationis societatis requisitum esse, ut non sit
mutata forma negotiandi; nam renovatio fieri intelligitur
111 eo modo, quo coepta fuit. Rota dec. 74 n. 6. part. 10. rec.
hoc est rebus in eodem statu, ac termino; quo erat praece-
112 dens extincta societas, permanentibus Casareg. de commerc.
disc. 188. n. 2. videlicet cum eodem capitali veluti praece-
113 dens erat instructa societas Casareg. de commerc. disc. 144.
n. 7. Item pro eodem tempore, quo societas antecedens erat
114 concepta Mantica de tacit. et ambig. lib. 6. tit. 26. n. 22
tom. 1. Rota in dec. 16. n. 1. cor. Emerix. Sen. Item pro
eisdem partibus, quae in eadem praecedenti societate con-
115 stitutae reperiebantur Mantica de tacit., et ombig. lib. 6.
tit. 14. n. 45. tom. 1. Petr. de Ubald. de duob. fratrib.
part. 5. n. fin. unoque verbo societas tacite renovata cense-
tur cum eisdem pactis, formis, modis, et conditionibus,
quibus praecedens aderat concepta Decius cons. 548. n. 4. 116
vol. 2. Bellon. dec. Genuae 71. n. 2. de Marin resol. jur.
lib. 2. cap. 207. n. 6. Mascard. de probat. conclus. 1350.
num. 18. vol. 3. Felic. de societ. cap. 41. n. 28. Hevia de
commerc. terrestr. cap. 3 n. 44. Capon. discept. for. 394.
n. 29. tom. 5. Casareg. de commerc. disc. 144. n. 28. Rota
dec. 1. n. 10. de societ. cor. Falconer, et dec. 203. n. 6.
cor. Tanar., et in Romano societatis Affictuum 7. maii
1745. §. 6. cor. cl. mem. Card. Molina. Nam secus si societas
aliquo modo augeatur, aut minuatur, seu innovetur, ut-
cumque hoc contingat, ratione vel rei, vel loci, vel perso-
narum, tunc non erit societatis renovatio, sed magis nova
illius coitio a priore societate omnino independens Felic. 117
de societ. cap. 41. n. 17. Casareg. de commerc. disc. 188.
n. 3. Rota in dec. 169. n. 13. cor. Tanario. si non quoad
socios, saltem quoad creditores, eorumque hypothecam Ca-
sareg. ibid. n. 6. Rot. dec. 18. n. 7. de Salvian. interdict. 118
cor. Falconer.
Ad hoc etiam primum requisitum non mutatae formae
negotiandi pertinet uniformitas inscriptionis librorum prae-
cedentis societatis, cum illis societatis renovatae, puta si li-
brorum socialium praefatio, seu inscriptio eorumdem vete-
rum sociorum nomine se habeat. Munoz. de Escobar. de 119
ratiocin. cap. 6. n. 63. Rot. dec. 224. n. 1. tom. 5 part. 1.,
et in dec. 351. n. 13. tom. 6. in nuperr., et in dec. 1246.
n. 25. cum duob. seq. cor. Loncetta. Nam secus renovata non
dicetur societas, si praecedentes libri sociales sub uno canta-
bant nomine, et sub alio reliqui Alexand. cons. 132. n. 9. 120
lib. 5. Decius cons. 21. n. 6. lib. 1. Felic. de societ. cap. 41.
n. 18. Menoch. de praesumpt. lib. 3. praesumpt. 57. n. 13.
Capon. discept. for. 114. n. 10. tom. 2. vel si libri sub socii
tantum superstitis nomine cantent Rot. dec. 1246. n. 24. 121
et 25. cor. Loncetta cum talis difformitas, vel diversitatem
societatis arguet. Decian. respons. 11. n. 49. vol. 1. Guttier. 122
de jurament. confirm. part. 1. cap. 48. n. 3. vel omnino
illius renovationem excludet Mascard. de probat. concl. 123
1310. n. 6. vol. 3. Rot. in Romana societatis nundinarum
18. febr. 1754. §. 9. cor. cl. mem. Card. Elephantutio haec
enim in libris socialibus prosecuta uniformis inscriptio, fieri
magni solet, propterea quod nomen ibi appositum efficit. ut
personae adnotatae in solidum creditoribus teneantur. Rot. 124
in dec. 755. n. 8. cor. Cerro.
Ex eo similiter, quod finita societate sinunt socii, capitale
retineri in commune, et per eosdem institores. prout antea
administrari, forma praecedentis societatis mutata non in-
telligitur, atque perinde societas renovata existimatur. De- 125
cius cons. 547. n. 2. vol. 2. Cephal. cons. 483. n. 11. tom. 4.
Corneus. cons. 61. in princ. vers. septimo vol. 1. Mantica
de tacit., et ambig. lib. 6. tit. 26. n. 8. Capyc. latr. dec.
189. n. 19. lib. 2. Mascard. de probat conclus. 1310. n. 10.
et 18. vol. 3. Escobar de ratiocin. cap. 6. n. 61. Felic. de
societ. cap. 41. n. 5. Rot. dec. 351. n. 7. tom. 6. in nuperr.
plurimum vero, si idipsum negotiationis genus, et non di-
versum prosecuti fuerint Alexand. cons. 132. n. 2. in fin. et 126
n. 3. lib. 5. Mantica de tacit. et ambig. lib. 6. tit. 26. n. 9.
et 13. tom. 1. Felic. de societ. cap. 41. num. 19. si pariter
nullo interveniente in contrarium actu. puta interpellatio-
nis, aut protestationis, partes diu tacuerint. Munoz. de 127
Escobar. de ratiocin. cap. 6. n. 62. Rot. in dec. 224. n. 2.
et 3. tom. 6. part. 1. in nuperrim. ac de socialibus lucris
participaverint. Michalor de fratrib. par. 2. cap. 42. n. 11. 128
et 36. Felic. de societ. cap. 41. n. 11. Rot. in dec. 23. n. 9.
et 10. part. 13. rec. et dec. 31. n. 3. cor. Crescent. Jun.
Imo vero renovata societas citra quoque ullam formae mu-
tationem existimatur, licet finita priore societate fuerint ca-
pitalia divisa, deinceps tamen, vel iterum collata, vel penes
administratorem societatis relicta. Mantica de tacit., et 129
ambig. lib. 6. tit. 26. n. 8. 9. et 14. tom. 1. Michalor. de
fratrib. part. 2. cap. 42. n. 38. et 39. Mascard. de pro-
bat. conclus. 1310. n. 12. vol. 3. Felic. de societ. cap. 41.
n. 7. et 35. Circa vero tempus renovatae societatis, aut in-
terruptio illius, non expleto tempore, intervenit, et reno-
vatio sub continuationis nomine improprie comprehensa, in-
telligitur usquedum expleatur tempus reliquum ab initio
praestitutum; aut societas finem habet, expleto tempore antea 130
praefinito, et tunc renovatio intelligitur ad aliud simile tem-
pus; dummodo hoc societati expediat, secus si non expediat
Mantica de tacit., et ambig. lib. 6. tit. 26. n. 22. Petr. de 131
Ubald. de duob. fratrib. part. 5. n. 39. et part. 11. sub

n. 102. *circa fin. Michalor. de fratrib. part.* 2. *cap.* 45.
n. 11. *ad fin. Felic. de societ. cap.* 41. *n.* 29. *et* 30. qui ta-
men doctor *sub n.* 31. ut 32. recedit ab opinione illorum,
qui tenent, societatem, durante tempore intercisam proro-
gari ad reliquum tempus, nam cum sit actus novus proro-
gatio videtur, procedere, pro dato tempore ab initio prae-
132 stituto, puta ad aliud quinquennium, cui equidem libenter
adhaereo, admissa conditione, si ita societati expediat. Et
quamvis finita aliquo modo in animalibus societas, tacite
133 renovata nullatenus intelligatur, ex sententia *Cyriac. contr.
for.* 123. *n.* 7. *tom.* 1. Attamen ego idem juris esse in ani-
malibus, etiam quoad tempus renovatae, seu tacito consensu
prorogatae societatis, quemadmodum in re quaque alia af-
134 firmo cum *Petr. de Ubald. de duob. fratrib. part.* 5. *sub
num.* 39.

Secundum requisitum renovatae societatis est, ut reno-
vatio fiat cum personis habilibus, secus si personae fuerint
135 inhabiles, puta pupilli *Felic. de societ. cap.* 41. *n.* 14. *et*
15. *Capon. discept. for.* 114. *sub n.* 10. *tom.* 2. si porro so-
ciorum alter, durante societate decedat, filiosque in pupil-
lari aetate relinquat haeredes, hi propterea quod velle, ac
nolle non habent, et consequenter sunt ad praestandum con-
sensum in renovatione necessarium, inhabiles, eamdem so-
cietatem, neque tacite, neque expresse prorogare, seu re-
136 novare possunt, veluti post texturam *in l. pupillus ff. de reg
jur.* in subjecta questione observant *Cephal. cons.* 483 n.
14., *et* 15. *tom.* 4. *Pasetb. cons.* 74. *n.* 19. *Magon dec.
Florent.* 1. *n.* 3. *Felic. de societ. d. cap.* 41. *n.* 14. *et* 15.
Tartaglia de reservat. statutar. artic. 59. *n.* 128. *Rot in
dec.* 61. *n.* 9. *tom.* 7. *in nuperrim.* Sed haec conclusio com-
137 muniter limitatur quando tutoris accedit auctoritas *Paris.
cons.* 86. *n.* 3. *et* 4. *lib.* 1. *Vermigliol. cons.* 463. *n.* 3.
Carpan. ad statut. mediolan cap. 483. *num.* 68. *tom.* 2.
Cacheran. dec. 150. *n.* 5. *Hodierna contr. for. cap.* 22.
n. 7. *Roto dec.* 16. *n.* 6. *cor. Emerix. sen.* Imo vero tu-
toris, et curatoris etiam scientia, ac tacentis ad hoc redun-
138 dare patientiam, sustinent *Aloys. de Leo in l. petens* 27.
a. 18. *c. de pact. Cephal. cons.* 248 *n.* 19., *ut* 24. *tom.* 2.
Decius cons. 548. *n.* 2. *tom.* 2. *Lopez. de donat. inter vir.
et uxor.* § 68. *n.* 24. *Monton. de tutor., et curat. cap.* 30.
n. 141. *Rot. dec.* 118. *n.* 12. *et* 13. *cor. Cerro*, *et dec.* 61.
n. 11. *tom.* 7. *in nuperrim.* Puta si idem institor, seu com-
plementarius defuncti socii continuat administrare negotium
139 cum patientia tutoris. *Tartaglia de reservat. statutar. artic.*
59. *n.* 130. *Adden. ad Pamphil. dec.* 135. *n.* 9. Quod si
ex praecepto testatoris, renovatio, et respectiva prorogatio
societatis fieri contingat, tunc cessantibus quoque juris, ut
statuti solemnitatibus, renovatio firma consistit, illa ratio-
ne, quia omnem pupillorum consensum testator ipse jubens
140 supplevit. *Magon. dec. Florent.* 1. *n.* 4. *Rot. post Gales.
de restit. in integr. dec.* 14. *n.* 1. 2. *et* 7., *ut dec.* 61. *n.* 10.
tom 7. *in nuperrim.*

Idem juris est in aetate minoribus, ut hi videlicet sint
ad societatem renovandam inhabiles, propter lubricum ae-
141 tatis consilium, nisi statutariae solemnitates accesserint *Ja-
son. in l. item acquirimus n.* 16. *ff. de acquir. possess.
Carpan. ad statut. mediol. cap.* 483. *n.* 68. *tom.* 2. *Rot.
dec.* 345. *n.* 1. *cor. Celso*, vel nisi post majorem aetatum
142 societatis renovationem ratam habuerint. *Rot. in dec.* 2. *n.*
5. *et* 6. *tom.* 8. *in appendic. cor. Ansaldo.* Quod si mi-
nor societatem jussu testatoris renovaverit, quia necessarius
magis, quam voluntarius est actus, idcirco in eo cessabit so-
143 lemnitatum juris, aut statuti necessitas, *ex Tartaglia de
reservat. statutor. artic.* 59. *n.* 133. *Mans. consult. for.*
439. *n.* 31.. *et consult.* 441. *n.* 4. *tom.* 5. *Jov. de contract.
min. gloss.* 16. § 7. *n.* 243. *Rot. dec.* 118. *n.* 14. *cor.
Benincosa*, *et dec.* 351. *n.* 19. *tom.* 6. *in nuperrim.* prae-
144 cipuae si utilis appareat societas *Vermigliol. cons.* 463. *n.*
4. *Rot. dec.* 61. *n.* 12. *et* 13. *tom.* 7. *in nuperrim.* Verum-
tamen quando renovatio societatis fieri contingit ex praecepto
testatoris, rationi congruum est, ut infantes, pupilli, et mi-
nores aeque afficiantur omni societatis commodo, atque in-
145 commodo, *Mons. consult. for.* 39. *n.* 31. *tom.* 5. *Rot. in
dec.* 2. *n.* 19. *in appendice tom.* 8. *cor. Ansaldo.*

Frater quoque major, si tutor sit fiduciarius aliorum fra-
trum aetate minorum, mortuo communi patre, societatem
mortu patris solutam cum altero patris defuncti socio jure
146 renovat *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 13. *n.* 12. *cum
duobus seq. tom.* 1. *Hodierna controv. for. cap.* 22. *n.* 4.
Et frater major ita cum bonis, ut pecuniis paternis nego-
Zonchio

tiationem continuans a communi patre, dum vivebat exer-
citam, quod teneatur communicare lucrum fratribus mino-
ribus sustinent *Tartaglia de reservat. statutar. artic.* 59. 147
n. 131. *cum seq. Rot. dec.* 135. *num* 1. *et per totam cor.
Pamphil.* quod est intelligendum, si pater negotii alicujus,
puta artis saponariae apothecam cum suis instrumentis in
haereditate reliquit, eamdemque artem frater aetate major
prosecutus fuit, secus si pater in negotio simili, operam
suam cum alio sociatus praestabat, nam alia est industria
patris, alia, atque alia industria filii *Tortoglia loc. prox.* 148
cit. n. 132. *Rot. dec.* 529. *n.* 4. *cor. Coccino*, *ut dec.* 61.
n. 6. *tom.* 7. *in nuperrim.* Quod si duo fratres societatem
contraxerint, et communi industria illam exercuerint, atque
altero cum filiis minoribus mortuo, alter frater superstes,
eadem industria sua tantum continuando societatem ditio-
rem effecerit, atque meliorem, tenetur iste patruus commu-
nicare lucra aliis suis nepotibus, etiam inertibus, sibique
imputet, si mortuo fratu bilancium non confecit, rationes
non dispunxit, atque utilia cum capitalibus non divisit.
Rot. dec. 61. *n.* 6. *et* 7. *tom.* 7. *in nuperr.* 149

Mulier etiam inhabilis persona est, sicuti expresse ad
contrahendam, ita quoque ad tacite renovandam societatem
Felic. de societ. c. 41. *n.* 14. *Tartaglia de reservat. sta-* 150
tutar. artic. 59. *n.* 127. *vers follit. Rot. dec.* 224. *n.* 6. *et*
7. *tom.* 5. *part.* 1. *in nuperrim.* Nisi mulier, mortuo patre,
negotium exerceri per virum suum permiserit, ne secus de-
cipiantur contrahentes, et fides publica laedatur *Tartaglia
loc. prox. cit. n.* 129. Verum regula prior generalis est, et 151
ideo intelligitur, ut mulier sine solemnitatibus nequeat re-
novare societatem, secus vero solemnitatibus intervenienti-
bus *Rot. dec.* 347. *n.* 4. *tom.* 2. *cor. Molin.*, *et dec.* 224. 152
n. 6. *et* 7. *tom.* 5. *part.* 1. *in nuperr.* praecipue si mulier
fuerit aetate minor. *Rot. dec.* 345. *n.* 11. *et* 12. *cor. Celso.* 153
Uno que verbo, quae personae sunt habiles ad contrahen-
dam, tales sunt quoque ad renovandam societatem; quae
autem personae, et qualiter societatem contrahere possint,
exuberanter indicavi in *cap.* 1. hujus secundae partis. 154

Ad tertium requisitum renovandae societatis descendo,
quod in eo versatur, ut socius adimpleverit ea omnia pacta,
et conventiones, quae adimpleri potuissent *Felic. de societ.* 155
cap. 41. n. 22. *Capon. discept. for.* 114. *sub n.* 10. *tom.* 2.
Certum porro est societatem contrahi non posse sine aliquo
capitali ex *Paris. cons.* 82. *n.* 2. *et* 11. *lib.* 1. *Casareg.
de commerc. disc.* 144. *n.* 27. saltem minimo *Mansius con-* 156
sult. for. 53. *n.* 33. *tom.* 1. Capitale enim fundamentum
est societatis. *Rot. dec.* 240. *n.* 11. *cor. Kounitz.* Quamo- 157
brem, si partium aliqua in causam renovandae societatis
conferre quidquam promiserit, placitisque non steterit, vel
renovatio non procedat, vel qui non adimplevit, ad id quod
interest compellatur, quemadmodum ostendi in superiore
cap. 7. hujus secundae partis. Verum tamen est, quod loco 158
capitalium in renovatione societatis, illamet non raro bona
initio collata cum utilibus usque ad diem intereisse socie-
tatis, factis, inservire commodo possunt, ut per *Rot. in
dec.* 61. *n.* 6. *et* 7. *tom.* 7. *in nuperrim.* Sed hoc redundat, 159
ut renovatio procedat; quod si pacta amplius quidquam con-
tinent, et his pactis renovatio fiat, aequum est, ut rite
adimpleantur *l. de societate* 6. *c. pro socio*, et quod di- 160
ctum est de capitalis collatione, idem intelligitur ipsum de
opera, seu industria, quae confuratur ab altero, ut in in-
dicato *cap.* 7. *n.* 93. hujus secundae partis. 161

Similiter ad renovandam societatem cum alio socio post
illius dissolutionem, absente, cum de voluntate illius aga- 162
tur explicanda, requiritur speciale mandatum procurae,
neque secus partes implevisse suas, socius dicetur. *Gratian.* 163
discept. for. cap. 699. *n.* 4. *et cap.* 710. *n.* 1. *tom.* 4. Ve-
rumtamen si de tacita renovatione agitur, tunc redundat, 164
ut actus tales sint, qui citra jus, et nomen societatis fieri
nequeunt, ut supra *hic n.* 102. puta, si institor idem seu
complementarius post dissolutam societatem, negotiationem
prosequitur *Felic. de societ. cap.* 41. *num.* 5. *Tartaglia de
reservat. statutor. art.* 59. *n.* 130. *Rot. post Salgad. in
labyrint. credit. dec.* 30. *n.* 3. *et post Torr. de pact. futur.
success. dec.* 66. *n.* 14. et haec praeterea tacita societatis
renovatio longe facilius inducitur, si inter sanguine con-
junctos agitur *de Marin. resol. jur. lib.* 2. *cap.* 207. *sub n.* 11. 165

Regula est communiter recepta, ut contracta societate in-
ter duos, si eorum alter jubeat haeredi in testamento, ut
renovet cum socio superstite societatem, praeceptum va-
leat, et renovatio procedat. *De Ponte cons.* 90. *n.* 11. *tom.* 166

2. *Mugon. dec. florent.* 1. *n.* 1. *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 24. *n.* 29. *tom.* 1. *Thesaur. dec.* 242. n. 5.
Capyo. latr. dec. 189. n. 11. 20. *et* 23. *lib.* 2. *Jov. de contract.* min. *gloss.* 25. § 13. *n.* 295. *cum seq.* Quod si rursus testator jusserit continuari, seu renovari per suos haeredes societatem cum socio superstite, eosque cum eo cohabitare, et haeredes praeceptum testatoris implererint, et
eum socio superstite cohabitarerint, ex hoc intelligitur ip-
167 so, renovata societas *Rot. dec.* 351. *n.* 4. 5. *et* 14. *tom.* 6.
in nuperr. Idem juris est, si pater testamento suo jusserit,
ejus filios, et haeredes habitare cum patruo socio superstite, et divisionem bonorum prohibuerit, nam licet haec divisionis prohibitio a jure reprobetur, si tamen filii, atque
haeredes praecepto defuncti patris paruerint, et praemissa
168 adimplererint, societas intelligitur renovata *Rota in senogallien. Salviani* 2. *maii* 1760. § 5. *cor. R. P. D. Olivatio.*

Dubitatur tamen, an haeres ita, uti supra, jussus obtemperare praecepto testatoris, altero forsan instante socio
169 superstite, obstringatur ad parendum: superius hic *n.* 58.
ad seq. dixi non obstringi, si in ipsius gratiam dumtaxat,
testator jusserit, ut quodammodo in ejus libertate sit reno-
170 vatio, aut non renovatio societatis, id quod confirmo: sed si
non in gratiam haeredis, sed vel in gratiam socii superstitis
vel etiam in utilitatem haereditatis suae, ita testator jusserit, haeres jussus adimplere omnino praeceptum tenetur
171 *Paul. de Castr. in l. si quis ita* 4. *n.* 3. *ff. de condit. institution. Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 24. *n.* 29.
tom. 1. quia licet generaliter verum sit, socium nequaquam
172 posse ad societatem renovandam compelli *Rot. in dec.* 317.
n. 6. *tom.* 9. *in nuperr.* hoc tamen cessat in defuncti socii
haerede societatem renovare jusso, forte quia interest alte-
173 rius socii superstitis renovari societatem, idque non secus
jubere testator potest, atque si ne intra certum tempus di-
174 vidatur, demandaverit, ad *textum in l. in hoc* 14 § *si conveniat. ff. communi dividun. ubi glossa*, et hujusmodi sic
renovata societas durat quousque haeredum unus etiam mo-
175 riatur *de Ponte cons.* 90. *n.* 11. et 12. *tom.* 2.

Si quidem uno sociorum mortuo, cum defuncti haeredibus alter superstes societatem renovet, pacto inito conficiendi bilancium, singulos in annos, hoc ipso intelligitur
176 renovata societas, atque ita pactum est. *Rot. dec.* 351. *n.*
12. *tom.* 6., *et dec.* 61. *n.* 4. *tom.* 7. *in nuperr.* et hoc tale
pactum ex ipsius quoque socii confessione, ad instantiam haeredum defuncti socii, in actu proportionato emissa, probari
177 satis redundat *Rot. d. dec.* 351. *n.* 10. *tom.* 6., *et decis.* 61.
n. 4. *tom.* 7. *in nuperrim.* Quod si d. conventio conficiendi
bilancium in singulos annos fuerit in priore societate, pacta, et finita eadem priore societate non fuerit per bilancii
confectionem, deinceps executa, seu adimpleta, renovatio-
178 nem societatis conticescere dixit *Rot. in dec.* 86. *n.* 3. *cor. Millino.*

Quartum denique, atque postremum renovatae societatis
requisitum est, ut si aliqua requisita sint necessaria in renovatione, societas non intelligatur renovata, nisi illis adim-
179 pletis *Capon. discept. for. cap.* 114. *sub num.* 10. *tom.* 2.
Onus est quidem sociorum post renovationem societatis, in
bilanciis, ac socialibus libris nominare, et conscribere socios comparticipes, quod si nominatio alicujus praetermit-
180 tatur, quoad eum non procedat societatis renovatio *Contri discept. for. causs.* 25. *n.* 6. *Mans. consult. for.* 601. *n.* 35.
tom. 6. *Rot. in dec.* 347. *n.* 8. *tom.* 2. *cor. Molin.*, id quod
extendi, seu ampliari ad eum quoque potest, qui occasione
deputandi complementarium, seu institorem, huic non in-
181 tervenit actui *Rota in decis.* 347. *num.* 11. *tom.* 2. *coram Molin.*

Complura sunt alia onera per unum, vel alterum socium
in renovatione societatis adimplenda, quae regulariter a
182 pari procedunt cum illis, quae ad coeundam societatem,
servantur; id quod ex aliis hujus tractatus capitibus intelligi potest. Adnotare interea expedit, quod si tres fuerint
socii, unus decedat, et alii duo continuent, profecto conti-
183 nuatio haec est vera renovatio *Gratian. discept. for. cap.*
852. *n.* 16. 17. *et* 18. Sed si haeredes defuncti socii suorum
utiliorum, et capitalium partem penes illos duos socios superstites continuantes reliquerint, hi erga defuncti socii
184 haeredes tenentur in solidum pro d. d. utilium, et capitalium in renovata societate retentorum, restitutione; et siquae inter utilia sint credita, haeredes, non haec, sed pecuniam seu illorum pretium debent recipere, quia retinendo, et incorporando in societate renovata, utilia defuncti
socii, effecti sunt debitores pretii, non speciei, ita subtiliter
Rot. in dec. 406. *n.* 5. *ad fin. tom.* 4. *in nuperrim.* 185

Adnotare etiam expedit, quod si in priore societate fuerint fidejussores adhibiti, hi pro debitis renovatae societatis minime tenentur, non accedente novo eorumdem fidejussorum consensu, ad *textum in l. sicam Hermes* 0. *locati* 186
Petr. de Ubald. de duob. fratrib. part. 15. *n.* 7. *Gratian. discept. for. cap.* 962. *n.* 1. *et* 2. *Carol. Anton. de Luca ibidem n* 5. *Felic. de societ. cap.* 41. *n.* 34. *Michalor. de fratrib. part.* 2. *cap.* 45. n. 4. *Rot. in dec.* 169. *n.* 42. *part.* 17., *et dec.* 313. *n.* 4. 5. *et* 6. *part.* 18. *tom.* 1. *recentior.*
Istaque a priore societate fidejussoris liberatio contingit,
tametsi renovatio societatis procedat cum illa clausula prae-
servativa *Citra novationem*, *et liberationem primorum fi-* 187
dejussorum veluti materia late discussa tuetur *Carol. Anton. de Luca ad Gratian. discept. for. cap.* 962. *n.* 1. *ad*
7. et quod de fidejussoria obligatione dictum est, videbatur
procedere etiam in poena initio societatis adjecta, ut videlicet, non censeatur in renovatione; repetita *Felic. de societ. cap.* 41. *n.* 37. qui tamen postea ab hac opinione recedit, quia, ut opinor, poena non respicit tertium, sed eosdem ipsos socios, atque utilius societatis gubernium, prout
arguit *Gabriel. commun. conclus. lib.* 2. *de dilation. con-* 188
cl. 2. *n.* 24. nisi poena fuerit in priore societate ad certum
tempus stipolata *Michalor. de fratrib. part.* 2. *cap.* 45. *n.*
5. *et* 6.

Et quoad societatis fidejussores denique, illud etiam est
observatione dignum, quod si fidejussor pro uno socio intervenit in priore societate, qua nondum finita socii concorditer aliam deinde renovaverint, simulque facto bilancio convenerint; ut idem socius, merces alteri socio pertinentes retineret pro capitali renovatae societatis, fidejussor pro mercibus penes eum, pro quo fidejussit ex causa d. renovatae
societatis, relictis, non tenetur amplius, nisi novum praebuerit fidejussioni suae consensum, quia cum sit nova societas, praesumitur alterum socium suam mercium partem
accepisse, debitum prioris societatis solidasse, atque iterum
ex integro illas merces consocio consignasse, et in secundam
societatem transfudisse; quod si idem fidejussor pro secunda
societate consensum dedit, ac denuo intercessit, erit quidem
obligatus pro debitis secundae, seu renovatae societatis, non
pro debitis primae jam extinctae, et per novum actum consignationis d. d. mercium solidatae, quemadmodum fuit
plene decisum per *Rot. in Romana fidejussionum* 27. *mar-* 189
tii 1743. *fere per tot. cor. bon. mem. de Vais.*

Quoad vero hypothecam per socios contractam erga contrahentes, an per renovationem societatis renovetur et ipsa?
Recte distinguitur per *Michalor. de fratrib.* Aut agitur de 190
renovatione hypothecae super bonis sociorum in gratiam alterius ipsorum, necnon contrahentium ut haec censeatur
renovata, ut per eumdem *Michalor. de fratrib. par.* 2. *cap.* 191
45. *n.* 3. Aut igitur de hypotheca per tertium in bonis suis
contrahen. in figura fidejussoria, et illa renovata citra novum ipsius tertii consensum, non praesumatur *Michalor.*
ibid. n. 3. Renovatio tamen hypothecae juxta priorem ca- 192
sum inchoare intelligitur a die renovatae societatis *Casareg.*
de commerc. disc. 146. *n.* 7. 29. *et* 47. ita ut siqui sunt 193
creditores hypothecarii socii renovantis societatem, illi dubio procul praeferri debent creditoribus renovatae rationis,
seu societatis. *Rot. in dec.* 1284. *n.* 15. *cor. Lancetta* quod 194
est intelligendum quoad bona praecedenter hypothecata, et
successive in novam societatem immissa *Merlin. de pign.* 195
et hypoth. lib. 4. *tit.* 1. *quaest.* 41. *n.* 29. *Card. de Luca de credit. disc.* 11. *n.* 9. *Rot. dec.* 719. *n.* 1. *et* 2. *cor. Baratto*, *et in Romana avocationis pecuniarum* 28. *martii*
1727. § *quandoquidem*, *et* § *seq. cor. cl. mem. Card. Aldrovando*, *et in Romana pecuniaria*, *seu reintegrationis*
14. *maii* 1728. § *in hac tamen cor. Eodem.* Nam alias in
potestate socii debitoris esset per immissionem rei etiam alteri, hypothecatae in societatem, praejudicandi suis creditoribus anterioribus, et hypothecariis, quod jure non licet
Rot. in Romana pecuniaria, *seu reintegrationis* 1. *junii* 196
1731. § 4. et 6. *cor. eod. Card. Aldrovando.* Secus vero
si posteriores creditores eidem novae, seu renovatae societati recta crediderint, nam super quaesitis in hac nova societate, hi anterioribus praeferuntur, propter specialem,
privilegiatamque hypothecam super illis quaesitam *Fonta-* 197
nell. de pact. nuptial. claus. 4. *gloss.* 9. *part.* 2. *n.* 52. 53.
ad plur. seq. Salgad. labyrint. creditor. part. 1. *cap.* 9.
n. 57. *Rot. dec.* 11. *n.* 3. *tom.* 5. *part.* 1. *in nuperr.*, *et in*

Romana Avocationis pecuniarum 28. *martii* 1727. §. *parum officiente cor. cl. mem. Card. Aldrovando.* Disi super utilibus quaesitis cum pecunia societati deinceps credita, ab hac immediate proficiscentibus, secus super capitalibus praecedenter hypothecatis, quae in societate cum onere suo transierunt, ut bene conciliat *Rot. in Rom. pecuniar., seu reintegrationis* 14 *maii* 1728. §. *atque hinc cor. cl.*
198 *mem. Card. Aldrovando*, atque iterum infra *part.* 4. *cap.* 12. *n.* 118. *ad* 121.

Supposita renovatione societatis; quaeritur, an socii renovantes illam, teneantur creditoribus ultra capitale initio collatum? Super hac quaestione plura dixi in superiore
199 *cap.* 10. *n.* 135. *ad seq.* hujus secundae partis, ubi ea distinctione quaestionem absolvi, videlicet, ut si capitale fuerit initio limitatum, et hoc mercatores contrahentes sciverint, socii non teneantur ultra capitale positum, atque limitatum, siu autem capitale initio positum fuerit illimitatum, et hoc posteriore casu teneantur. In his autem reno-
200 vatae societatis terminis, idem juris esse affirmat *Fontanell. dec. Cathalon.* 508. *n.* 13. *cum seq. tom.* 2. Sed meliusmea sententia distinguit *Casaregius* ut unus sociorum ab altero nequeat, renovata societate, ad plus conferendum cogi, quam fuerat primo in societate limitato positum, a creditoribus tamen urgeri tam super primo, quam super secundo
201 capitali valeat, ita *Casareg. de commerc. disc.* 144. *n.* 24. 25. *ad* 32. Nam si iisdem pactis, et conditionibus renovatio facta intelligitur, quibus prior erat coita societas, ut hic in
202 superiore *n.* 116. necessarium videtur consequens ut idem quoad creditores debeat etiam esse capitale *Casareg. eod.* 203
tract. c. 144. *n.* 7. adeo quidem, ut secreta pacta inter socios renovantes stipulata sine creditorum, seu contrahentium certioratione, nullo penitus sit eisdem creditoribus praejudicio *Rot. in dec.* 115. *n.* 3. 4. 5. *et* 6. *t.* 4. *in nup.* 204

Dubitatur denique, an renovata societate, in hac, eadem tribuatur via executiva, quae in priore competebat, puta quia in illa intervenerat guarantigia, seu obligatio camera- 205
lis? Secundum regulam superius jactam, quod societas renovata censeatur eisdem pactis, modis, et conditionibus, quibus erat praecedens coita: videbatur affirmative respon- 206
dendum, praesertim si agatur de societate officii, quae ex constitutione Pii IV., viam paratam, atque executivam, citra quoque guarantigiae, seu obligationis cameralis conventionem, habet *Zacchia de obligat. cameral. in prooem.* 207
n. 5. verum quidquid sit de societate officii, in qua etiam subdit idem *Zacchia loc. cit.* obligationem cameralem de- 208
bere ad effugiendas difficultates apponi. In reliquis societatibus receptum est, eamdem guarentigiam, seu cameralem obligationem, et consequenter viam executivam, non intelligi repetitam, nisi denuo exprimatur ex *Tartaglia de* 209
reservat. statutar. artic. 59. *n.* 126. *Hevia de commerc. terrestr. cap.* 3. *n.* 44. Praerogativa tamen hujus guarantigiae, seu obligationis cameralis appositae in priore contractu, per hujus innovationem, non imminuitur, pro illius executione, seu consummatione, nisi creditor ipse intervenerit, atque novaverit *Zacchia eod. tract. quaest.* 17. 210
n. 65. *et* 66.

PARS TERTIA.

CAPUT PRIMUM

In quibus rebus contrahitur societas.

SUMMARIUM

1. Omnes res, quae dominio nostro subjiciuntur, sive mobiles, sive stabiles, sive etiam possibiles, in stipulationem deduci possunt, et n. 2.
3. Ergo quae in dominio nostro non sunt, puta res sanctae, sacrae, religiosae, publicae, homo liber, inutiliter in stipulatum deducuntur, et n. 8. et 9.
4. Et quod de stipulatione dicitur, in societate etiam servetur, et n. 7.
5. Obligationes inventae sunt, ad hoc ut unusquisque sibi acquirat.
6. Societates autem, ut quisque quaestum faciat.
10. An societas consistat in rebus quasi spiritualibus, puta in confraternitatibus ad lucrum spirituale directis, affirmant doctores.
11. Amplia ad pias societates pro liberatione terrae sanctae.
12. Amplia ad jus nominandi beneficia ecclesiastica, ut compatroni dicantur socii, ut per mortem unius, jus consolidetur in altero.
13. Amplia ut socius compatronus, facto suo nequeat alteri compatrono praejudicare.
14. De his tamen societatibus spiritualibus, vel quasi, remissive.
15. In re, quae non extat, aut quomodolibet perempta est, non datur societas n. 16.
17. Limita si plures fuerint res sociales, quarum pars perierit, nam in superextantibus consistit societas.
18. In rebus, quae futurae sperantur, coitur societas, puta in fructibus nascituris, in partibus animalium, et n. 19.
20. Amplia in alea captus piscium, avium, et missilium.
21. Super bonis etiam futurae successionis societas contrahitur, consentiente tamen eo, de cujus haereditate agitur.
22. Amplia in haereditate futura, atque incerta.
23. Amplia haec fortius in societate universali, in qua bona praesentia, et futura continentur.
24. Res aliena distrahi potest, et ideo emi, atque vendi.
25. In re etiam aliena contrahi potest societas, et n. 27.
26. Amplia ut licet reprobetur societas in re furtiva, attamen si in medium collata sit, commune erit lucrum.
28. Res tamen aliena auferri potest emptori per dominum, et venditor de evictione tenetur, et n. 29.
30. Amplia hoc in socio rem alienam in societatem immittente.
    Identitas rationis jus sibi idem adstruit, ibid.
31. Rei appellatione continentur, res soli, res mobiles, et jura.
32. Jura tertiam rerum, seu bonorum speciem constituunt, et n. 97.
33. Divisio hujus capitis in tres partes, atque indicantur.
34. In re soli, seu in stabilibus rite contrahitur societas, et datur exemplum n. 35.
36. Textus in *l. cum duobus ff. pro socio*, dupliciter intelligitur, atque exponitur, et n. 38.
    Colonus partiarius diligenter colere agrum debet, licet deficiat pactum, ibidem.
37. Colonus tamen partiarius improprie socius dicitur.
38. Conductores ejusdem rei, seu tenutae, socii dicuntur, improprie tamen et n. 39.
40. Declara si principaliter sit contracta locatio, et conductio, secus si principaliter sit coita societas, n. 41. et 42.
43. Societas etiam cadit in fundi emptione facta communi duorum, vel plurium nomine.
44. In sylvis pariter, ad parendum carbonem, vel ad pascendum pecus, n. 45.
46. Loca montium sub stabilium nomine comprehenduntur.
47. Non tamen societas super locis montium rite contrahitur.
48. In officiis Romanae Curiae contrahitur societas, et remissive.
49. Societas rite contrahitur non solum super proprietate rei, sed etiam super fructibus illius.
50. Dubitatur, quando sit coita societas super proprietate, vel super fructibus.
    Super utroque procedit societas, quando est universalis ibidem et n. 51.
52. In generali, autem seu particulari societate dominium non communicatur, nisi interveniat pactum, et remissive.
53. Intellige nisi de animo communicandi dominium liqueat, nam secus soli fructus communicati dicuntur.
54. Societas facilius, et frequentius contrahitur super mobilibus, quam super stabilibus.
55. In mercatura, seu negotiatione principaliter contrahitur societas.
    Veluti quoque in negotio rationis bancariae, ibidem.
56. Quavis sit societas, vel super una re, vel super una negotiatione, aut artificio, de quibus remissive, n. 57. et 58.
59. Societas contrahitur super aromataria, ejusque exercitio.
    Amplia super negotio cereriae, et expurgationis sacchari, ibid.
60. Amplia super negotio artis sericae.
61. Amplia super negotio artis stamneariae, necnon vitrariae.
62. Amplia super negotio artis ferrariae.
63. Amplia super negotio artis pistoriae, seu exercitio furni.
64. Amplia super negotio artis saponariae.
65. Amplia super negotio hospitii cauponae.
66. Amplia super negotio artis figulinae.
67. Amplia super negotio artis pilarum.
68. Amplia super negotio lanienae.
69. Amplia super negotio operis scenici.
70. Amplia super mineralibus cujusque generis.
    Ut puta super fodina sulphuris, ibidem.
71. Amplia demum super conductione vectigalium de qua remissive.
72. Societas quoque contrahitur super semoventibus, puta ad animalia pascenda, et foetus inde, aliosque fructus percipiendos, et simul communicandos.
73. Amplia super aucupio, seu volatilibus capiendis.
74. Amplia super jure piscandi in mari, lacubus, stagnis, fluminibus etc ad pisces capiendos.
75. Societas tamen contracta super jure piscandi in stagno, inter hujus

dominum, et alium; dominus in fine jure petit separatim affi- clum, tamquam dominus, et dater ratio, et n. 76.
77. Super aquis pariter ad irrigandos hortos per plures coemptis, societas rite contrahitur.
78. An vero unus socius possit aquae suae portionem vendere, seu mutare formam aquae ducendae, seu dividere, remissive.
79. Super navigatione etiam contrahitur societas, quae unque sit, vel hominum, et animalium trajectitia, vel ad negotiandum.
80. Amplia ad praedam contra pyratas, faciendas, quae coursa militae nuncupatur.
81. Amplia etiam super praediis hostilibus inter commilitones repartiendis, et remissive.
82 Super stipendiis, seu salariis rite contrahitur societas.
83. Amplia super proxenetico.
84 Amplia super quavis arte, tam liberali, quam mechanica.
85 Puta in duobus docentibus grammaticam, seu dialecticam, ut merces communicetur, et n. 86.
87. Ac summatim coitur societas super omnibus rebus promercalibus, quae *mancipi* nuncupantur, dummodo licitis.
88 Rerum inhonestarum, nulla est societas.
89. Ergo in re flagitiosa, puta senena malo, improbatur societas, et n. 90
91. In ludo eatenus jure contrahitur societas, dummodo, et a lege, seu statuto sit permissus; puta in ludo *Lotta* nuncupato n. 92.
93 Socii in ludo illicito, poenam in id statutam tenere luentur, et remissive n. 94.
95. Coitur societas in re, seu pecunia unius, et opera, seu industria alterius.
96. Intellige semper de rebus, et operis licitis, atque honestis.
97. Contrahitur demum societas super juribus incorporalibus, puta juribus, actionibus, et debitorum nominibus, quae constituunt tertiam speciem bonorum.
98 Super nominibus ergo jure coitur societas; necessaria tamen est jurium cessio, et remissive. n. 99.
100 Dubitatur an societas contrahi possit super regno, seu regni jurisdictione.
101. Rem pessimi exitus esse hujusmodi societatem, docent historiae.
102. Remus, et Romulus, exemplo fratricidii rem demonstrant.
103. Spectaculum est admiratione dignum, quando regni societas, aut cum fide coepit, aut sine errore desiit.
104. Societas in feudo per duos coempto, vel aliter quaesito, admittitur.
105. Et alter socius pro altero possidere dicitur.
106. Nec alter sine altero potest super communi feudo jurisdictionem exercere.
107. Intellige si hujusmodi socii sint in investitura comprehensi, secus jurisdictio non communicatur.
108. Super fructibus tamen feudi jure coitur societas et fructus communicantur.
109. In actibus jurisdictionalibus ad plures ex investitura pertinentibus, difficile est servare concordiam.
110. Doctores aliqui censent, dividi inter hanc hujusmodi sociis jurisdictionem.
111. Puta ut unus praesit jurisdictioni civili, alter criminali.
112. Seu ut iidem socii consentiant, in electione officialium justitiam administrantium.
113. Amplia, ut ad hoc compelli etiam possint a domino investiente.
114. Alii doctores tradunt aliud temperamentum, hoc est, ut alternis annis hujusmodi socii jurisdictionem exerceant.
115. Relati tamen modi exercendi jurisdictionem non sunt tuti, et singillatim postremus, et affertur ratio, n. 116.
117. Modus etiam exercendi jurisdictionem, ut supra n. 110. et 113. rejicitur.
118. Opinio *Fontanell.* hac in re refertur.
119. Hoc est ut unus socius eligat officiales ad triennium, communi nomine exerceat jurisdictionem, et emolumenta cuique dividat.
120. Transacto triennio alter socius idipsum faciat, et hunc modum laudavit etiam *Faber*
121. Circa modum vero dividendi emolumenta jurisdictioni feudi inter socios, remissive.
122. Quaeritur etiam, an socii jurisdictionis, alternis annis eam exercentes, possit socius exercens, punire alterum socium forte delinquentem.
123. Sunt doctores, qui quaestionem excitant, sed non resolvunt.
124 *Bartolus* negative resolvit, quia par in parem non datur jurisdictio n. 125.
126. Partes ergo erunt principis investientis socium delinquentem punire, et n. 127.

Justinianus Imperator ait *in* § 1. *et* 2. *inst. de inutil. stipulat.* omnis res, quae dominio nostro subjicitur, in stipulationem deduci potest, sive mobilis sit, sive soli, modo hujusmodi res sint natura possibiles, unde Paulus probe
1 ait in *l. inter stipulantem* 83. § *sacrum ff. de verb. oblig.* ibi » Ea dumtaxat, quae natura sui possibilia sunt, dedu-
2 » cuntur in obligationem » Ergo res omnes, mobiles sint, sive soli, quae tales non sunt, hoc est, quae dominio nostro non subjiciuntur, puta res sanctae, sacrae, religiosae, publicae, homo liber, et hujusmodi eum extra nostrum sint patrimonium, atque commercium, in stipulationem deduci
3 non possunt, et si deducantur, inutilis stipulatio sit, *Toto fere tit. instit. de inutil. stipulat., et in d. l. inter stipulantem* 83. § *sacrum ff. de verb. obligat.*
4 Quod autem de stipulatione dicitur, in societate quoque servatur. *Felic. de sociat. cap.* 9. *n.* 3. nam sicuti inventae sunt hujusmodi obligationes ad hoc, ut unusquisque sibi
5 acquirat, quod sua interest, ut *in l. stipulatio ista* 38. § *alteri stipulori ff. de verb. oblig.* ita propterea etiam, quod hunc ipsum quaestus finem habet societas, ut in superiore
6 *cap.* 9. secundae partis, satis commode principia juris dudum jacta societati conveniunt, hoc est, ut ipsa societas, cum in re soli, tum in re mobili, quae in commercio sit
7 hominis, jure coëatur *Goit. de credit. cap.* 2. *tit.* 7. *quaest.* 5. *n.* 1928. *Felic. de societ. cap.* 9. *per tot. Giurba ad consuet. Messan. cap.* 16. *gloss.* 1. *part.* 1. *n.* 1. quod si res sit extra patrimonium nostrum, veluti ut jam supra dixi, est res sacra, sancta, religiosa, et usui publico destina-
8 ta, patet in his societatem coiri, nullo jure posse *l. verum* 64. *in fin. ff. pro socio* ibi » neque enim ejus rei, quae jam » nulla sit, quisquam socius est, neque ejus, quae conse-
9 » crata, publicatave sit » Ubi *Faber. vers. non quaelibet mutatio*, *Connan. comment. jur. civ. lib.* 7. *cap.* 13. *sub n.* 14. *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 25. *n.* 1. *Petr. de Ubald. de duob. fratrib. part.* 11. *n.* 3.
Quid vero in rebus spiritualibus, vel quasi spiritualibus, an detur societas? De societatibus, seu sodalitiis, confraternitatis nomine distinctis, et ad lucrum spirituale directis,
10 loquitur *Aloys de Leo in l.* 1. *n.* 14. *c. pro socio.* De piis pari modo societatibus pro liberatione terrae sanctae, ad
11 eumdem assequendum finem factis loquitur *Soccin. in decretal. in cap. ad liberandam n.* 74. *et* 75. *lib.* 5. *de Judaeis.* Huc etiam referri potest simultanea alicujus beneficii ecclesiastici nominatio duobus, vel pluribus patronis competens, ut hi quodammodo, in hoc jure quasi spirituali nominandi, seu praesentandi, dicantur consocii, ut per mortem unius in superstite consolidetur nominatio, seu jus
12 praesentandi, ex *Piton discept. eccles. tom.* 1. *discept.* 12. *n.* 17. et in his compatronis quasi consociis juxta regulas societatis, receptum est, ut ex facto unius compatroni, deterior fieri nequeat alterius socii compatroni conditio *Rota* 13
in vicen rectoratus 16. *februarii* 1756. § 8. *cor. cl. mem. Card. Bussio.* De his societatibus spiritualibus, vel quasi, nonnulla adnotavi in utroque *cap.* 1. tam primae, quam 14
secundae partis.
Ex textu, dudum antea recitato *in l. verum* 64. *in fin. ff. pro socio* ita habetur = *Neque enim ejus rei, quae jam nulla sit, quisquam socius est* = Ergo in re non exstante, 15
aut quomodolibet perempta, non datur societas *Connan.* 16
comment. jur. civ. lib. 7. *cap.* 13. *n.* 14. *Crott. cons.* 308. *n.* 24. *tom.* 3. *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 25. *n.* 1. *t.* 1. *Giurba ad consuet. Messan. cap.* 16. *gloss.* 1. *part.* 1. *n.* 6. *Felic. de societ. cap.* 9. *n.* 19. *Rot. dec.* 439. *n.* 4. *cor. Ludov. et in Romana fidejussionum* 27. *martii* 1743. § 9. *cor. bon. mem. de Vais.* Nisi ex pluribus rebus socialibus, aliquae perierint, et aliquae salvae remanserint, nam in super extantibus manet societas *d. l. verum* 64. § *socie-* 17
tas ff. pro socio. Petr. de Ubald. de duob. fratrib. part. 8. *n.* 22. *Felic. de sociat. cap.* 34. *n.* 3. *Michalor. de fratrib. cap.* 38. *n.* 4. *part.* 2. *Rota in dec.* 224. *n.* 6. *cor. Bichio.*
Numquid etiam super rebus, quae actu quidem non extant, sed futurae sperantur, coiri potest societas? Affirmat *textus in l. nec emptio* 8. *ff. de contrah. empt.* ubi de em- 18
ptione valida super fructibus, et partubus animalium futuris ibi = *Et tamen fructus, et partus futuri recte emun-* 19
tur = et paulo post ibi » veluti cum quasi alea emitur, quod » fit cum captus piscium, vel avium, vel missilium emi- » tur, emptio enim contrahitur, etsi nihil inciderit, quia » spei emptio est » quem textum ad contractum societatis accommodant *Giurba ad consuet. Messan. cap.* 16 *gloss.* 1. 20
par. 1. *n.* 5. *Felic. de societ. cap.* 9. *n.* 18. Quamobrem super bonis quoque futurae successionis societas recte contrahitur, consentiente, multo vero magis jubente eo, de cujus haereditate agitur; ita *Baldus in l.* 4. *n.* 1. 2. *et seq. ff. de* 21
condit. instit. Felic. de societ. cap. 12. *n.* 50. Idem juris esse in haereditate futura, atque incerta, docet *textus in* 22
l. sed vero 3. § *de illo ff. pro socio Bart. in l. is potest* 18. *n.* 5. *ff. de acquir. haeredit. Giurba ad consuet. Messan. cap.* 16. *gloss.* 1. *part.* 1. *n.* 3 *in fin.* Longe denique fortius si de universali societate agitur, in qua receptum est, ut coiri societas valeat super omnibus bonis, tam praesentibus, quam futuris *l.* 3. *ff. pro socio Ayllon. ad Gomez.* 23
tom. 2. *cap.* 5. *de societ. n.* 3.
Ulpianus ait, rem alienam distrahere quem posse, nulla dubitatio est, nam emptio est, et venditio, *in l. rem alienam* 28. *ff. de contrah. empt.* Utrum in societate etiam hoc 24

sit receptum, ut jure coeatur in re aliene societas, quaeri-
tus? Papinianus affirmaro videtur in l. quad autem 54. ff.
25 pro socio, ubi collationem eorum, quae sint ee furto quae-
sita reprobat quidem, ettamen subdit its = plane si medium
26 collata sint, commune erit lucrum = et boc, quamvis col-
late, siut furtiva, et consequenter aliene; et quod elarius
27 iuita super re aliena societas, viribus consistat, disit Rota
in dec. 59 n. 3. post Cenc. de censib. Verum quie res elie-
28 oa, emptori auferri potest, ut in d. l. 28. ff. de controh.
empt. ita sicuti venditor tenetur de evictiona, et ad id quod
29 interest, Rota decis. 245. n. 4. part. 3. rec., et dec. 4. n.
6 de societ. cor. Falconer. tantumdam dici posse de tali
socio rem alienem conferente videtur, propter indeutitatem
30 rationis, jus idem sibi edstruentis l. illud 32. ff. ad leg.
aquil.

Sed quie rei eppellatio, non rem soli tantum, aut mobi-
31 lem, sed jura etiam complectitur l. rei appellatione 23. ff.
de verb. oblig. quae tertiem rerum, seu booorum speciem
32 constituunt Vinn. ad instit. de rer. divis. et acquir. ipsar.
domin. sub princ. hinc equidem, ut commodiorem teneam
ordioem, hunc titulum in tres partes divido, in societate
contrahende. Primo videlicet in re soli; secundo in re mo-
bili; ac postremo in re, seu jure incorporali, cum in his
33 tribus rerum, seu bonorum speciebue tantum, nostrum li-
ceat augere patrimonium, quo contractus societatis unice
spectat.

In re quidem soli societas rite contrahitur, illudque exhi-
34 bet Ulpianus exemplum, in l cum duobus 52. §. si in coeunda
ff. pro socio ibi » si in coeunda societate, artem, operamve
» pollicitue est, veluti agrum pollicitatori colendum damus
35 » in commune quaerendis fructibus ». Dupliciter hic textus
intelligi potest, primo si e fundi domino colendus tradatur
ager colono, qui industriam in eo, et operam impendit
suam, ut fructum ratam vel ex pacto, vel ex consuetudine
partiri debeat, eaque de causa partiarius nuncupatur colo-
nus, qui et agrum polire, ac diligenter colera, tametsi de-
36 sideretur pactum, tenetur Carocc. de locat. et conduct. tit.
de socio personam exercente quaest. 2. n. 1. ad 5. hic ta-
37 men colonus partiarius improprie socius dicitur post resol.
70. n. 1. Mantica de tacit., et ambig. lib. 6. tit. 11. n. 4.
5. 9. et 12. tom. 1. Rot. dec. 3. n. 35. cor. Ubago.

Secundo autem, quando duo, vel plures rem aliquam,
seu tenutam conducunt, ut in ea; et lucri, et damni parti-
cipes fiant. societatem quippe ea in re contrahere intelligun-
38 tur Bald. in l. 1. n. 33. c. pro socio Alexand. cons. 133.
n. 1. lib. 2. Pacion. de locato, et conduct. cap. 61. n. 13.
et quamvis incidentem, et ideo impropriam societatem hanc
39 esse dixerint Gratian. discept. for. cap. 320. n. 16. Pa-
cion. de locato cap. 61. n. 14. Rot. dec. 1621. n. 3. cor.
Penia. hoc, verum dixerim, quando partes de locatione
ineunda principaliter cogitaverint, non utique si societatem
40 coire primario voluerint, ex Carol. Ant. de Luca ad Gra-
tian. discept. for. d. cap. 320. n. 1. 2. et 3. Secus societas in
41 re conducenda non daretur, contra literam textus in leg.
coire 7 ff. pro socio ibi » coire societatem, et simpliciter li-
» cet, et videtur coita universorum, quae ex quaestu ve-
42 » niunt, hoc est siquod ex emptione, venditione, locatione,
» condutione descendit ».

In fundi emptione pariter communi duorum, vel plurium
nomine facta procedit societas l. cum proponas 2. c. pro so-
43 cio. In sylvis etiam coiri potest societas, puta ad parandum
carbonem Rot. in dec. 1055. per tot. cor. Emerix. jun.
44 vel ad pascendum pecus l cum duobus 52. §. si in coeunda
45 ff. pro socio Otter. de pascuis cap. 16. et cap. 26. utrobi-
que fere per totum ubi plures quaestiones excitantur, et
quamvis praeterea loca montium sub stabilibus comprehen-
46 dantur, secundum aliquos Card. de Luca de regal. disc.
43. n. 2 et idem de censib. disc. 17. n. 6. Rot. in dec. 474.
n. 1. et dec. 913. num. 10. cor. Buratto, et dec. 66. n. 10.
cor. Roxas. Nihilominus soper locis montium societas non
47 contrahitur. Spado cons. 214. n. 7. lib. 3. In officiis tamen
Romanae curiae vecabilibus societas recte contrahitur, de
48 hac societate actum est latissime in superiore cap. 12. pri-
mae partis.

Societatem coiri posse tam super proprietate, quam super
fructibus rei, non dubitatur, veluti singillatim de societate
49 super fructibus tradunt Decius cons. 21. n. 5. vol. 1. Giurba
ad consuet. Messan. cap. 16. gloss. 1. part. 1. n. 4. Felic.
de societ. cap. 9. n. 17. Capon. discept. for. 394. n. 59.
tom. 5. Jov. de contract. min. gloss. 25. §. 13. n. 145. Du-
Zanchio

bitatur solum, quando societas sit super proprietate, vel su-
per fructibus; in societate quidem omnium bonorum, omnes
res, quae coeuntium sunt continuo communicantur, sit te- 50
xtus in l. 1. ff. pro socio, hoc est quoad proprietatem, seu
dominium etiam sine traditione, exceptis debitorum nomi-
nibus, quemadmodum supra est actum in cap. 4. secundae 51
partis. In reliquis autem societatibus generali, aut particu-
lari, hoc est receptum, ut dominium, seu proprietas rerum
socialium eatenus communicatum, seu communicata intel-
ligatur, si pactum hoc expresse sit, intervenistque traditio,
ut in superiore cap. 5. et 6. ejusdem secundae partis, vel 52
alias de animo tacite communicendi proprietatem liqueat,
nam secus fructus tantum communicati dicentur Costa de 53
portione rotae quaest. 116. n. 10. ad fin. Mascord. de
probat. conclus. 328. n. 7. vol. 1. Felic. de societ. cap. 9.
n. 52. Mantica de tacit., et ambig. lib. 6. tit. 3. n. 8. Car-
pan. ad statut. Mediolan. cap. 483. n. 123. ad seq. Petr.
de Ubald. de duob. fratrib. part. 3. n. 31. et 32. ubi late.

Verum quia societas facilius, atque frequentius contrahi-
tur super mobilibus, quam super stabilibus, ut dixit Rota 54
in dec. 637. n. 2. part. 3. diversor., et quia rursus mer-
cando, atque negotiendo, merces, aliaeque res mobiles con-
trectantur, ita transeundo ad secundam hujus tituli partem;
principaliter in mercatura, seu negotiatione recte contrahi-
tur societas Andreol contr. for. 83. n. 2. Giurba ad con- 55
suet. Messen. cap. 16. gloss. 1. part. 1. sub n. 3. Veluti
etiam super negotio rationis banchariae Rot. in dec. 326. cor.
Crispo. quae quae sit societas, vel super una re, ut in l. so- 56
cietas 5. ff pro socio Mantica de tacit., et ambig. lib. 6.
tit. 3. n. 1. Giurba ad consuet. Messan. cap. 16. gl. 1.
part. 1. n. 3. Schrader. de contract. tit. 26. de societ. n. 4.
vel super una negotiatione, seu artificio d. l. societas 5. et 57
l. coire 7. ff. pro socio Gabriel. cons. 157. num 5. lib. 2
Giurba ad consuet. Messan. loc. prox. cit. n. 3. Felic. de
societ cap. 9. n. 9. Schrader. loco pariter. cit. n. 4. de his
societatibus separatim egi superius cap. 5. et 6. secundae 58
partis.

Ergo societas jure contrahitur super aromataria, ejusque
exercitio Rota in dec. 201. n. 2. et per totam cor. Milli- 59
no, et in dec. 106. tom. 5. part. 1. nuperrim. Item super
negotio cerariae, et expurgationis sacchari Rot. dec. 247.
cor. Crispo et in Romana pecuniaria 6. junii 1710. cor.
bon. mem. Caffarello. Item super negotio artis serici. Rot. 60
d. dec. 106. per tot. d. tom. 5. part. 1. nuperr. Item super
negotio artis lanae. Rot. decis. 426. n. 12. tom. 4. in nu-
perrim. Item super negotio artis stamnariae, necnon vitra-
riae. Rota in Albanen. communionis universalis 20. febr. 61
1780. §. 6. cor. R. P. D. Sentmonat. Item super negotio
artis ferrariae. Rota dec. 401. n. 3. et 4. cor. Coccin. Item 62
super negotio artis pistoriae ibidem seu etiam super nego- 63
tio, atque exercitio furni. Rot dec. 147. n. 9. tom. 2. in
nuperr., In et interamnen societatis 6. maii 1719. cor. bo.
mem. Foscaro. Item seu per negotio artis saponariae Rot. 64
dec. 135. cor Pamphil. Item super negotio hospitii Cau-
ponae Rot. dec. 248. cor. Cavaler. Item super negotio artis 65
figulinae Rot. dec. 2. cor. Celso necnon super negotio et 66
arte pilarum Rot. in dec. 23. part. 13. rec. atque demum 67
ut alia plura hujus generis negotia praetermittam, contra-
hitur societas super negotio etiam laniena Petr. de Ubold. 68
de duob. fratrib. part. 9. n. 5. Carocc. de locato et con-
duct. tit. de socio personam exercente qu. 2. sub princ.

Speciali etiam mentione digna sunt haec, ut videlicet,
societas recte contrahatur super negotio operis scaenici in
theatro recitari assueti cum proportionata lucri, et damni
participatione, inde provenientis Rot. in dec. 10. et 11. 69
utrobique per totam cor. Tanar. et in Romano pecuniaria
18. febr. 1707. cor. cl. mem. Card. Scotto. Veluti quoque
super mineralibus cujusque generis coiri societas potest,
prout de fodina sulphuris egit Rota in montis falisci so- 70
cietatis 28. apr. 1758. cor. bo. mem. Ratta. Dubio vero
procul societas super conductione vectigalium contrahitur
ad literales textus in l. societas. 5, et l. a deo 60. ff. pro
socio Giurba ad consuet. Messan. cap. 16. gloss. 1 part. 71
1. sub n. 3. de qua late part. 1. c. 2.

Super semoventibus quoque initur societas, puta ad ani-
malia pascenda, et inde foetus, aliosque fructus quomodo-
cumque, juxta illorum destinationem, percipiendos l. cum 72
duobus §. si in coeundo ff. pro socio et in l. si pascenda
c. de pact. Giurba ad consuet. Messan. cap. 16. gloss. 1.
part. 1. sub n. 3. Thomat. dec. 269. n. 3. Capon. de pact.
37

et stipulat. quaest. 18. n. 18., et 19. Rot. in dec. 676. n.
73 10. cor. Carro. Super aucupio similiter, seu volatilibus
capiendis Rot. dec. 166. tom. 4. in superr. et super jure
piscandi in mari, lacubus, stagnis, fluminibus, aliisque
74 locis ad pisces capiendos aptis Carocc. de locat., et conduct.
tit. de socio personam exercente quaest. 2. ante n. 1. ubi
citat. Petr. de Ubald. de duob. fratrib. Bonaccina opera
moral. disput. 3. qu. 6. punct. 5. n. 10. Rot. lucen. penes
Ramon. cum Balducc. tom. 4. dec. 63. n. 11. et 33. Rot.
Romana in dec. 136. tom. 1. in superr. ubi de societate
agitur contracta super piscatione in stagno ad unum ex so-
75 ciis pertinente, hic petebat in fine societatis stagni affictus,
tamquam ipsius societatis debitum, et fuit decisum, affi-
ctum deberi, et stagni dominum hac in re geminare perso-
nam suam, alteram domini locantis, socii alteram, secus al-
ter socius simplex non esset unquam in damno, puta si pi-
76 sces non caperentur, ad pretium affictui respondentes ut in
d. decis. 136. per tot. tom. 1. in superr.

Elegantissima quaestio societatis initae super aquis, a
tribus, vel pluribus sociis, coemptis, ut sua quisque aqua-
rum rata ad irrigandos hortos uteretur; qua re desuper so-
77 cietatem coiri posse, nulla dubitatio est: quaestiones vero,
quae inde excitantur, plures sunt, videlicet, an sociorum
unus possit portionem aquae suam vendere, et an aliis con-
sociis praelatio debeatur; an similiter possit mutare locum,
et formam ducendi aquam, inauditis aliis consociis; et an
denique divisionem portionis suae aquae petere possit; ad
indicatas quaestiones extricandas multipliciter distinguitur,
et non indocte eaedem quaestiones ad unam omnes absolvun-
78 tur, per Pecch. de aquaeduct. lib. 1. cap. 3. quaest. 17. per
totam visa dignam addito Felic. de societ. cap. 27. n. 34.

Societas etiam rite coitur super navigatione, quae quae
navigatio sit, vel per cymbas hominum et animalium traje-
ctitias, vel per alias naves pro rebus promercalibus quomo-
79 dolibet, aut transvehendis, aut negotiandis, exercita ad te-
xtum in l. nec quidquam 3. ff. de exercit. act. Ferret. de
re navali lib. 3. n. 81. Giurba ad consuet. Messan. cap.
16. gloss. 1. part. 1. sub n. 3. Casareg. de commerc. disc.
115. n. 22. Rota dec. 493. n. 1. part. 1. rec. et dec. 79.
n. 3. et per tot. cor. Buratto, et decis. 3. de societ. cor.
Falconer., et dec. 574. cor. Ansald. et dec. 308. n. 1. et
per tot. tom. 2. in superr. ubi quod societas etiam in navi-
gatione contrahitur, ad praedas adversus pyratas mare infe-
stantes, faciendas, et proportionabiliter dividendas, et talis
80 societas conservo melitae nuncupatur Rota d. dec. 308.
tom. 2. in superr. additur dec. 38. per totam cor. Clemente
Arostegni. Huic proxima est altera societas commilitonum
81 super praedis in hostes faciendis contracta Petr. Bellin. de
re militar. part. 4. tit. 8. n. 13. Gratian. discept. for. cap.
86. n. 6. Rot. dec. 493. n. 1. penes Farinacc. tom. 1., et
in dec. 79. n. 4. et 5. cor. Buratto de hac societate praedae
hostilis egi superius part. 1. cap. 2. n. 18. ad seq.

82 Super stipendiis etiam, seu salarjis societas recte contra-
hitur l. si fratres 53. §. idem Papinianus ff. pro socio
Zacchia de salar. quaest. 31. n. 6. ad seq. Rot. in dec.
83 320. n. 7. cor. Benincasa. Item super proxenetico Francis.
Anton. Bonfin. decis. florent. 79. per totam. quemadmo-
dum etiam contrahitur societas super quavis arte, tam libe-
84 rali, quam mechanica Azon. in summa in lib. 4. codic. tit.
pro socio sub n. 25. et de duobus docentibus grammaticam,
85 et mercedem sociali jure communicantibus est textus in l.
duo societatem 72. ff. pro socio et de docentibus dialecti-
86 cam agit Azon. loc. prox. cit. Unoque ut expediam verbo
societas super rebus ubique omnibus promercalibus quae
mancipi nuncupantur, et in hominum commercio existen-
tibus coitur, dummodo licitae sint, et a juribus non impro-
87 batae; generaliter enim traditur, rerum inhonestarum, nul-
lam esse societatem, ut ait Ulpianus in l. nec permittendum
88 58. ff. pro socio Connan. comment. jur. civ. lib. 7. cap. 13.
n. 8. Giurba ad consuet. Messan. cap. 16. gloss. 1. part.
1. n. 1. Ergo in re flagitiosa, puta in veneno malo impro-
89 batur societas l. quod saepe 35. §. veneni mali ff. de contr.
empt. ibi » Veneni mali quidam putant emptionem non con-
» trahi, quia nec societas, aut mandatum flagitiosae rei ullas
90 » vires habet » ubi Cujacius tom. 7. col. 706. lit. E. Alciat.
in lib. 1. de verb. signific. n. 20. pag. 33.

In ludo tamen societas recepta est, dummodo ludus sit li-
91 citus, et nulla lege, vel statuto improbetur Paris de Puteo
de ludo n. 65. puta in ludo communiter, et publice recepto,
92 et lotto nuncupato, ut per Rot. in dec. 254. n. 1. et per tot.
tom. 2. et dec. 299. per tot. tom. 3. in superr., et in Roma-
na societatis 5. jul. 1751. cor. cl. m. Card. Bussio. Nam
secus socii, ac participes etiam in ludo per legem, seu sta-
tutum improbato, poenas in id statutas luunt Roger. de sum- 93
mo bono in cap. incip. tractemus de virtute n. 27. extat in
tract. magn. to. 3. par. 2. fol. 12. terg. Verum de his omni-
bus late superius egi part. 1. cap. 3. n. 42. et 43. Quemad- 94
modum etiam initur societas super re unius, et opera, seu
industria alterius leg. 1. c. pro socio, Rota in nullius. seu 95
farfen. divisionis 17. junii 1757. §. 14. et 16. cor. R. P.
D. Olivatio, dummodo res semper, et operae licitae sint,
atque honestae Wesembec. in pandect. lib. 17. tit. 2. n. 5. 96
pro socio.

Sequitur tertia, atque postrema hujus tituli pars in incor-
poralibus juribus superius locata, puta super juribus, actio-
nibus, debitorum nominibus, quae tertiam rerum, seu bo- 97
norum speciem constituunt Card. de Luca de feud. disc. 92.
n. 4. Lopus allegat. 91. n. 9. in addit. lit. N. Rota decis.
140. n. 5. part. 6. rec. Patet igitur super nominibus coiri
societatem posse Cujac. ad lib. 4. cod. tit. 39. col. 999. lit. 98
C. tom. 10. Berous cons. 161. n. 20. vol. 1. Giurba ad con-
suet. Messan. cap. 16. gloss. 1. part. 1. n. 3. necessariam
in his vero esse traditionem, seu jurium cessionem demon-
stravi jam superius cap. 4. n. 93. et 94. secundae partis. 99

Quid in regno; seu in regni jurisdictione, et gubernio
dicendum, an non societas duorum, seu plurium collegarum
unio, vel consortium, admittatur? Rem plane pessimi exi- 100
tus esse, complura exempla memoriae consignata satis edo-
cent; hinc Romae conditores ipsi Remus, et Romulus, tale 101
hoc consortium non sunt diutius passi, nam eorum alter fuit
fratricidio peremptus; quamobrem spectaculum esse admira- 102
tione dignum, quando regni societas, aut cum fide coepit,
aut sine cruore desiit, dicit Michael. de Anin. de unitate 103
ovil. pastor. cap. 12. n. 14. extat in tract. magn. tom. 13.
part. 2. fol. 3. t.

In feudo autem seu castro communiter empto, aut qua
alia ex causa quaesito datur quidem societas ex Gothofred. 104
in prax. civil. lib. 2. tit. 4. de pignorat. in loc. commun.
fact. vers. hinc quoque est pag. mihi 820. sub litt. B. tom.
2. Capon. discept. for. 394. n. 7. tom. 5., et alter socius pro
altero possidere dicitur Jo. Bapt. Pontan. de spolio lib. 2. 105
cap. 16. n. 175. Nec consequenter alter sine altero potest su-
per communi feudo jurisdictionem exercere Nigris de lau- 106
dem. qu. 28. artic. 2. n. 18. Gail. liber. singul. de pigno-
ration. observat. 20. n. 4. quae sane intelliguntur, si omnes
socii sint in investiture comprehensi, secus si unus tantum
ex pluribus fratrum, nam non sine praejudicio investientis
potest communicare jurisdictionem; bene tamen verum est, 107
quod super fructibus feudi, societatem coire possunt Capon.
discept. for. 394. n. 7. ad seq. tom. 5. De Rosis observ. 108
jur. part. 1. cap. 24. n. 17. ad seq.

Verum quia difficile est in his actibus jurisdictionalibus
ad plures ex investiture pertinentibus servari posse concor-
diam, hinc doctores ab usu rerum edocti consuluerunt, debe- 109
re hujusmodi socios, aut inter se jurisdictionem dividere per
loca distincta, et separata, si commode fieri potest. Alexan. 110
cons. 18. n. 6. lib. 2. seu, ut unus, praesit jurisdictioni ci-
vili, et alter criminali, ut per Fontanel. de pact. nupt. claus. 111
4. gloss. 9. par. 2. sub n. 22. seu ut jurisdictionis, socii omnes
communi consensu, officiales pro administratione actuum ju- 112
risdictionalium eligant, Fontanel. loc. cit. sub eod. n. 22.
ubi quod ad hoc compelli etiam possunt ab investiente, di-
scordias vitandi causa Fontanell. ibid. n. 24. Aut secus de- 113
nique iidem socii teneantur exercitium jurisditionis per tem-
pore dividere, ut hoc anno sociorum alter, et posteriore an-
no alter alternative jurisdictionem exerceat ita prudenter
Gothofred. in d. prax. civil. lib. 2. tit. 4. de pignorat. in 114
loc. comun. fact. vers. hinc quoque est pag. mihi 820. sub
lit. B. tom. 2. de Nigris de laudem. qu. 28. art. 2. n. 18.
Fontonell. de pact. nupt. claus. 4. gloss. 9. part. 2. n. 18.
ad 22.

Modos tamen exercendi jurisdictionem in feudo communi
hactenus traditos, non tutos asseverat Fontanell. loc. prox. 115
cit. Et quoad exercitium illius, alternis vicibus, hoc inde
erumpere ait frequenter absurdum, ut is, qui est mox dimis-
surus officium, atque exercitium, praecipitem administret
justitiam, ut expeditionum causarum, quanta potest majo-
ra emolumenta percipiat, in tribunalis dedecus, ac justitiae
praejudicium, ita Fontonell. de pact. nupt. d. claus. 4. 116
gloss. 9 part. 2. n. 25. et seq. Quoad vero electionem offi-

cialium concorditer a sociis faciendam, perraro aderit socio-
rum concordia, ita ut continuo princeps, qui investivit, tali
debuerit fastidio affici, et in jurisdictione socios, ad eligen-
117 dos certos officiales compellere, ut penes eumdem. *Fontanell.*
loc. prox. citat. n. 26. *vers. secundus.*

Quamobrem melius, tutiusque laudatus *Fontanell.* rem
118 hanc in modum sequentem composuit; hoc est, ut unus so-
ciorum ad triennium debeat officiales eligere; hi nomen om-
nium, sociorum tenebuntur in actibus jurisdictionalibus ap-
ponere, et emolumenta aequis ex partibus, geometrica ta-
119 men proportione servata, inter eosdem socios dividere. Tran-
sacto primo triennio, succedat alter socius, in eligendo offi-
ciales, qui modum, de quo in antecedenti triennio servatum
120 fideliter adimpleat, ita *Fontanell. de pact. nupt. d. claus.*
4. *gloss.* 9. *part.* 2. *n.* 26. *vers. melior. igitur.* Et hunc
modum laudavit maxime *Faber. in cod. lib.* 3. *tit.* 26. *de*
commun. divid. defin. 5. *per totam.* Ubi modum quoque
121 dividendi emolumenta prudenter, et juste innuit; atque his
equidem libenter assentior.

Eleganter hinc quaeritur, an in supposito, quod sociis
in jurisdictione placeat alternis vicibus, et annis jurisdictio-
nem exercere in feudo communi; ille socius, qui actu exer-
cet, in alterum socium forte delinquentem, valeat suam ju-
risdictionem exercere, et consequenter mulctare, punire, et 122
prout de jure in eum animadvertere? Hanc excitant, sed
non resolvunt quaestionem *Alexand. in leg. servi electione* 123
§. labeo n. 10. *ff. de legat. primo. Aloys. de Leo in lib.*
8. *cod. leg.* 4. *n.* 21. *de aedific. privat.* Bartolus tamen eam-
dem resumens quaestionem, juribusque in utramque par-
tem relatis, negative resolvit, ita *Bartol. in leg.* 11. *fin. n.* 124
3. *ff. de rerum divis., et qualit.* principalissima vero ratio
est, quia par in parem non habet imperium, seu jurisdictio-
nem *leg. ille a quo* 13. *§. tempestivum ff. ad senat. con-* 125
sult. Trebellian. et leg. nam magistratus 4. *ff. de recept.*
arbitr. Ita ut concludat Bartolus loco proxime cit. recursum
haberi ad principem debere, qui sontem compescat, et ju-
stitiam faciat, juxta etiam postrema verba *d. leg.* 13. *§. tem-* 126
pestivum. ff. ad Trebell. ibi » Sed in his omnibus casibus,
» atque similibus, principale auxilium implorandum est. 127

CAPUT II.

De societate rei emendae, et vendendae.

SUMMARIUM

1. Caput hoc non est inutile, et affertur ratio, n. 2. et 3.
4. Societas jure coitur in re emenda, et vendenda.
5. Consideratio hujus tituli in tres partes.
6. In universali societate, quidquid unus socius emendo, et venden-
do, quocumque modo acquirit, societati acquirit.
7. Amplia etiamsi proprio suo nomine acquisierit, et affertur ratio,
num. 8.
9. Amplia etiam ad res futures.
10. Principalis finis societatis est quaestus in emendo, vendendo, et
negotiando.
11. De universali societate, remissive.
12. Altera consideratio hujus tituli, est societas generalis in univer-
so quaestu, qui ex emptione, et venditione descendit.
13. Hoc est, quod sociorum opere, et artificio quaeritur.
14. Amplia si id quod emitur negotiando communi, et sociali nomi-
ne acquiritur.
15. Quod si proprio ementis nomine acquiritur, tunc spectatur, an
quaestus causa, hoc est, ut revendendo lucrifaciat socius. Nam
tunc societati acquirit.
16. Ex diverso si suo emens nomine, hoc faciat ut apud se retineat,
non ut revendat quaestus, causa tunc sibi acquirit, n. 19.
17. Societas generalis tunc dicitur, quando sit universorum, quae ex
quaestu veniunt.
18. Nec socius potest naturam societatis alterare.
20. Quod si socius animalia equina emens meliorem equum elegerit,
suo nomine emerit, sibique retinuerit, tunc res erit non sine
fraude, et remissive, n. 21.
22. Tertius hujus capitis aspectus est societas particularis, seu nego-
tiationis alicujus, n. 22.
23. Puta in emptione, aut venditione olei, vini, frumenti.
24. Amplia ad duos socios docentes grammaticam, ut ex hoc artificio
quaesitum, commune sit.
25. Quidquid igitur ex illa designata negotiatione acquiritur, societati
acquiritur, licet solo ementis nomine acquiratur.
26. Sin est socius quidquam suo emerit nomine extra illam designatam
negotiationis causam, sibi certe acquirit.
27. De hac societate unius negotiationis remissive.
28. Est et altera societas unius rei, strictior haec est; et datur exem-
plum, n. 29.
30. Si socius mandatarius illam rem unam certam non emerit, aut si
sibi soli emerit, tenetur alteri socio ad id, quod interest, et dan-
tur exemple, n. 31 et 32.
33. Quomodo intelligitur illud, *ad id quod interest*, exponitur, et re-
missive.
34. Ementes aliquam rem communi pecunia, socii quidem sunt, inci-
denter tamen, atque improprie, et n. 35.
36. Non raro dubitatur, an res empta, sit titulo sociali vero, aut im-
proprio quaesita, et n. 37.
38. Uterque casus valde differt: et datur ratio.
39. Ad conjecturas itaque recurrendum.
40. Regulam vero dignoscendi, an sit societas vera, an impropria, dat
Zasius relatus sub n. 41. ad 46.
46. In dubio autem cognoscitur ex eo, quod si res empta statim divi-
ditur, est societas incidens, secus e contra.
47. De societate impropria, atque incidenti, seu ex eventu, remissive.
48. Conclusio tamen *Zasii* de qua proxime n. 46 non est tuta, et datur
ratio, n. 49
50. Ad conjecturae igitur, ut supra n. 39. recurrendum.
51. Pro vera societate, conjecturae tales sint oportet, ut evidenter so-
cietatis animum non dubie demonstrent.
52. Perseverantia in communione rei emptae post factam emptionem,
veram in dubio indicat societatem.
53. Emptio rei facta nomine unius cum pecunia etiam communi, ex-
stuliti veram societatem.
54. Limita si res taliter empta fuerit stabilis, et communi nomine in
censuales codices descripta.
55. Conjectura major est, si res empta fuerit promercalis, et quaestus
faciendi causa acquisita
56. Amplia si circumstantiae, et actus tales fuerint, ut citra jus, et no-
men societatis fieri nequiverint.
57. Res autem quaesita sit in societate propria, sive impropria, semper
competit actio communi dividundo, n. 58. et 59.
60. Si in fundo communiter empto detegatur fodina auri, argenti, me-
talli, fit divisio proportione servata.
61. Dominus fundi, illum vendidit, et sibi reservavit lapidicinas, si
hae detegantur in fundo, an sint vendenti reservatae?
62. Inter dissidentes praevaluit distinctio, ut si initio aliquae apparue-
rint lapidicinae, hae tantum reservatae intelligerentur.
63. Quod si nullae initio apparebant, et postea detectae sunt, reserva-
tio inutilis dicatur. et affertur ratio, n. 64. 65. et 66.
67. Lapis, seu arbor in confinio positus, seu in communi fundo exi-
stens, communis est, n. 68.
69. Arbor tamen, aut lapis, quamdiu solo cohaeret non venit in com-
muni dividundo judicium, sed postquam lapis fuerit exemptus,
succisaque arbor, n. 70. 71. et 72.
73. Exempto autem lapide, succisaque arbore tantem utriusque partem
quisque habet, quantum terrae in communi fundo habebat, et
n. 74. et 75.
76. Succisa communi arbore, eaque ad usum trabis indivisibilis reda-
cta, cui sociorum pretii ratam alteri solvere volenti, addicen-
da sit?
77. Resolvitur ei addicendam esse, qui majorem in trabe partem ha-
buerit.
78. Quod si uterque socius aequalem in ea habuerit partem, ei addica-
tur, cui sors arriserit in urna.
79. Limita si uni socio trabes illa fuerit admodum necessaria, ut ei ju-
dex illam adjudicet.
80. Quaeritur an socius rem socialem, seu communem vendere possit?
81. Si res quidem venalis fuerit, puta merx in apotheca existens, et
quisque sociorum libere potest eam vendere.
82. Et si contentio sit inter socios circa plus vel minus pretii ex ven-
ditione redacti, deficiente utrinque probatione, datur juramen-
tum venditori.
83. Aut res venalis non est, et tunc nemo sociorum potest illam vende-
re, cessante praesumptione mandati.
84. Maxime si adsit statutum interdicens venditionem, altero irrequi-
sito, vel hic majorem in re partem habeat.
85. Ratio, quia socius volens rem vendere habet remedium veniendi
ad divisionem.
86. Quid si unus socius de facto rem communem vendiderit.
87. Regula est, ut nemo ex sociis plus parte sua possit vendere, qui-
cumque sit socius, vel particularis, vel etiam universalis.
88. Si propterea res dividua est, et solam partem suam socius distraxit;
tenet distractio, et alter socius potest cum emptore eam divide-
re, et n. 89.
90. Quod si res non est divisibilis, alter socius ab emptore petit, vel
suam pretii partem, vel ei solutum pretium restituit, totamque
rem avocet.
91. Amplia regulam ad hypothecam, quae per unum socium in re com-
muni contrahatur
92. In venditione rei communis, si plerique socii consentiant, unus
contradicat, hic debeat praevalere, ne vendatur, n. 93.
94. Nemo in societate manere cogitur invitus.
95. Aut proinde res est divisibilis, et fit divisio.
96. Aut non est divisibilis, et est locus licitationi, seu plus offerenti.
97. Et in paritate ie praefertur, qui in re majorem partem habet.
98. In casu de quo supra n. 90. si nolit pretium solutum recipere; quid
juris?
99. Socius in venditione rei communis praefertur extraneo.
100. In contrarium stat textus *in leg.* 1. *c. commun. divid.* et n. 101.
102. Unusquisque rei suae est moderator, et arbiter.
103. Conclusio de qua proxime n. 99. procedit in casu, quo statutum
edsit, seu consuetudo socio praelationem tribuens, secus e con-
tra, et remissive, n. 104.

105. Fiscus habens in re communi partem etiam minimam, potest ex privilegio totam vendere, et alteri socio suam pretii partem tradere.
106. Fiscus tamen debet interpellare socium, an velit pro eodem pretio extraneo praeferri.
107. Si uni socio tradita sint animalia vendenda ad usum gregis, aut bigae, aut quadrigae, aut merces ad usum tabernae, quid juris si solam suam partem vendat?
108. Videtur debere partem pretii rei venditae aliis sociis communicare pro rata.
109. Amplia licet, non appareat res fuisse uni socio traditas ad usum corporis, vel gregis, vel tabernae, et datur ratio, n. 110. et 111.

Inutilem forte, ideo quis dixerit hunc titulum de societate
rei emendae, et vendendae futurum, quia in eo percurren-
1 do, nihil fere, de quo jam in aliis supra sparsim titulis di-
ctum sit, intactum reperiet: sed hoc non mihi vitio dandum
forte ut millesima surgat pagina, sed cum in ipsis nostro-
rum digestorum titulis, non raro extranea intexantur, ne-
cessitate repetendi certa juris principia, urgente, catenae
2 instar, cujus postremus anulus dumtaxat motus, caeteros
movet, et colligatos indicat. Praeterea principalior contra-
ctus, super quo societas tota fere vertitur emptio est, atque
venditio, nam minoris emendo, ac pluris vendendo, ma-
gnus quaestus, qui finis societatis est, oritur: praestat igi-
3 tur summatim indicare modum societatis contrahendae, at-
que exercendae per contractum emptionis, et venditionis,
quo plenior sit hujus materiae socialis cognitio.
In re emenda, ac vendenda societatem coiri, nulla dubi-
4 tatio est, *leg. coire 7. ff. pro socio*. Et hic titulus in tripli-
ci consideratur aspectu, videlicet primo societatis universa-
lis, secundo societatis generalis, ac tertio societatis particularis.
5 Et quoad primum societatis universalis aspectum; regula ge-
neralis est, ut quidquid per unum socium acquiritur, quaqua
sit ratione, vel causa, etiam emptionis, et venditionis ac-
6 quisitum, communioni, vel societati dubio procul acquiri-
tur *leg. ea vero 3. ff. pro socio.* Etiamsi quod socius eme-
rit, nomine suo quaesierit, nam societatis judicio cogitur
7 rem communicare *leg. si quis societatem 75. ff. pro socio.*
Manifestaque ratio est, quia si in societate omnium bono-
rum, omnes res, quae coeuntium sunt, actuque extant con-
8 tinuo communicantur, ut in *leg. 1. ff. pro socio*. Multo sane
magis res futurae per emptionem, ac venditionem quaesitae
9 *Schrader. de contract. tit. 26. de soc. n.* 38. quia princi-
palis, quin etiam unicus cujusque societatis praecipue uni-
versalis, finis eo spectat, ut socii, negotiando, emendo,
10 vendendoque, quaestum faciant *Tholosan. Syntagm. uni-*
versi jur. part. 3. lib. 27. cap. 4. n. 16. Leotard. de usur.
11 *qu. 1. n. 22.* In hac autem universali societate, plurimus
fui in superiore *part. 2. cap. 4*.
Alter hujus tituli aspectus respicit societatem generalem,
universorum scilicet, quae ex quaestu veniunt, hoc est si
12 quod lucrum, inter caetera, *ex emptione*, ac venditione de-
scendit *leg. coire 7. ff. pro socio.* In hac illud societate spe-
13 ctandum, quod unice ad quaestum pertinet, hoc est quod
sociorum opera, et artificio quaeritur *Connan. comment.*
jur. civ. lib. 7. cap. 13. sub num. 5., et singillatim, ut id
quod quaeritur ad quaestum faciendum, negotiando quae-
ratur. Exemplo res sese magis aperiet, si sociorum aliquis
rem communi, aut sociali nomine emit, non dubium, eam
14 rem societati acquiri *Mantica de tacit. et ambig. lib. 6.*
tit. 16. n. 17. tom. 1. Sin autem suo peculiari acquirat no-
mine, hoc spectandum, an eadem res sit ea causa quaestus
empta, puta si ut lucrandi causa sequenti venderetur em-
ptori, permutaretur, aut quo alio modo ad quaestum facien-
dum distraheretur; nam sicuti hujusmodi actus ad unicum
finem quaestus dirigitur, ita res similiter empta, quamvis
unius socii nomine quaesita comperiatur, nihilominus so-
15 cietati acquiritur *Connan. comment. jur. civ. lib. 7. cap.*
13. n. 10. in fin. Quod si ex diverso socius acquirens rem
emptam sibi addicit, puta equum, ut eo fruatur ipse, do-
mum, ut eam inhabitet, praedium, ut, alteri suo conter-
minum adjiciat, et hujusmodi, res similis proprio unius so-
cii nomine empta, societati non acquiritur, quia non ut,
quaestus causa revenderetur, quaesita comperitur, sed ut
16 eam retineret, necnon uti, fruique ea posset *Mantic. de tacit.*
et ambig. lib. 6. tit. 16. n. 23. tom. 1.
Ratio autem praemissorum est, quia cum primum haec
generalis societas = *videtur coita esse universorum, quae*
17 *ex quaestu veniunt* = ut in *d. leg. coire 7. ff. pro socio*.
non potest sociorum unus naturam hujus societatis alterare,
hoc est rem emendo minoris, et in sequentem vendendo
pluris suo tantum nomine, illum sibi quaestum addicere,
18 qui ex indole societatis debet communis esse, sed res ita
quaesita in commune redigenda sit; quod si e contrario hic
quaestuarius pervertatur finis, hoc est rem suo emat socius
nomine, ut eam apud se retineat, quamvis eam pecunia so-
ciali hoc faciat, in commune ille non redigitur; verum quis 19
non sine fraude hoc potest quandoque fieri, puta quis cum
ad animalia equina emenda nundinas adierit, et optimum
sibi equum ex illis addixerit, aut quodcumque aliud simile
negotium lucrosum suo fecerit nomine et postea retinuerit,
jus non patitur, ut hac detecta socii acquirentis fraude,
suum faciat communi pecunia quaesitum, sed in commune
conferre illud obstringitur *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 20
6. tit. 16. n. 27. tom. 1. Casus caeteri, qui plures sunt ad
hanc generalem societatem pertinentes, prostant in superiore 21
part. 2. cap. 5.
Tertius denique hujus tituli aspectus respicit societatem
particularem in una negotiatione, unave re versantem *leg.*
societas 5. ff pro socio ibi = *sive negotiationis alicujus*, 22
sive etiam rei unius = Negotiationis quidem alicujus, puta
mancipiorum vendendorum, emendorumque, similiter olei
aut vini, aut frumenti emendi, vendendique, ita Impera-
tor *instit. de societ. sub princ.* quo etiam pertinet ille ca- 23
sus *legis duo 72. ff. pro socio*, ibi « Duo societatem coie-
» runt, ut grammaticam docerent, et quod ex eo artificio
» quaestu fecissent, commune eorum esset ». Substantiale 24
igitur in hac alicujus negotiationis societate est, ut quidquid
in illa designata negotiatione suscepta, emendo, vendendo-
que, proprio etiam unius socii nomine acquiritur, societati
acquiratur *Connan. comment. jur. civ. lib. 7. cap. 13. n.* 25
10. in fin. Mantica de tacit. et ambig. lib. 6. tit. 16. n.43.
tom. 1. Rot. in Romana pecuniaria 11. *maij* 1772. §. 4. *cor.*
bo. me. Muto. Quod si ex diverso sociorum unus suo quid-
quid extra designatae. susceptaeque negotiationis causam,
quaesivit nomine, sibi prorsus, non societati acquiret, ju- 26
xta casus *leg. si fratres 53. sub princ., et leg. cum duobus*
52. ff. pro socio. Complures alias haec habet qualitates, et
praerogativas unius negotiationis societas, quae intelligi pos-
sunt ex iis, quae in superiore *cap. 6. par. 2.* latius adnotavi. 27
Quoad alteram vero seu postremam unius rei societatem
se se strictius habentem, et sub hac particulari societate com-
prehensam, Paulus sequens praebet exemplum in *l. action.* 28
66 in princ. ff. pro socio, ibi » Si in rem certam emendam
» etc. coita sit societas, tunc etiam post alicujus mortem,
» quidquid lucri, detrimentive factum sit, commune esse
» Labeo ait ». Substantiale igitur hujus societatis objectum 29
est illa res certa emenda, vendendaque, puta domus, fun-
dus, equus, et hujusmodi, quem, seu quam, si sociorum
alter mandatarius non emerit, cum emere potuerit, aut sibi
soli emerit, utroque enim casu, ad id, quod interest alte-
rius socii tenetur, ut de priore casu est *textus in leg. si* 30
fratres 53. §. idem respondit l. 2. ff. pro socio, ibi: » Si
» quis societatem ad emendum coierit, deinde res alterius
» dolo, vel culpa empta non sit, pro socio esse actionem
» constat » ac de posteriore pariter est textus in *leg. actio-* 31
ne 66. §. item si ff. pro socio, ibi » Item si societatem in-
» eamus ad aliquam rem emendam, deinde cum solus vo-
» lueris eam emere, imo renunciaveris societati, ut solus e-
» meres, teneberis quanti mea interest ». Teneberis, ait 32
textus, quanti mea interest, ut si mea intersit, rem em-
ptam, salva substantia societatis, communem habere, ad
communicandum adigatur emptor, sin autem tantumdem
in pretio, hoc sit servandum; alias hujus restrictae societa-
tis qualitates habes in superiore *cap. 6. part. 2. a num.* 98. 33
ad fin.
Saepe tamen saepius, qui hanc unius rei ineunt societa-
tem, rem aliquam communi pecunia ementes, socii quidem
sunt *Salycet. in leg. 2. et 4. utrobiq. n. 1. c. pro socio.* 34
Aloys. de Leo in ead. leg. 2. n. 1. ad seq. c. eod. tit.,
Bald. in leg. cum proponas n. 1. c. eod. tit., *ibiq. Bru-*
neman. n. 1., *Mantica de tacit. et ambig. lib. 6: tit. 1. n. 1.*
tom. 1., *Gratian. discept. for. cap.* 3au. *n. 1. ad plur.*
seq. Rota dec. 416. *n. 11. cor. Durano.* Attamen illam im-
proprie, atque incidenter contrahunt, puta si rem aliquam
communi pecunia emunt, eamque pro indiviso possident,
ut per *Crott. cons. 15. n. 2. tom. 1. Botta cons. 8. n. 6. et* 35
7. Peregrin. dec. Patavin. 58. n. 16. et 17. Nec semper
illucet, quo res illa sit animo quaesita, an vere sociali, seu
potius improprie, ut simpliciter pro indiviso possideant, cle-

35 gantissimusque est ille casus *leg. si margarito* 44. *ff. pro so-*
cio. » Si margarita tibi vendenda dedero, ut si ea decem
» vendidisses, redderes mihi decem, si pluris, quod exce-
» dit, ut haberes; mihi videtur si animo contrahendae so-
» cietatis id actum sit, pro socio esse actionem, sin minus,
37 » praescriptis verbis. Interest sane plurimum, an judicio so-
cietatis, an potius praescriptis verbis ex innominato agatur
contractu, cum ille bonae fidei sit contractus, pluribusque
38 praerogativis effulgeat, ut in superiore *cap.* 4. *cap.* 1. hic
autem stricti juris habeatur *Vinn. in* §. *actionum* 28. *n.* 3.
instit. de action.

Ad conjecturas ideo est provocandum ut per *Rot. in dec.*
39 91. *n.* 18. 19. *ad plur. seq. part.* 12. *recentior.* quae pro-
pterea quod dubiae sunt, et sub obscurae nonnunquam;
hinc ut commodiorem, et jam alibi datam, opportune hic
40 repetam ex *Zasio* regulam *in* §. *quaedam* n. 19. *instit. de*
action., eam accipe lector, ibi » Quid ergo si tu, et ego e-
» mamus aliquem fundum, domum aliquam, an dicamur
» socii in ista empta domo? An dicamur contraxisse societa-
» tem ex proposito, vel eventu? Sunt textus, qui videntur
41 » diffidere etc. Ista dissidentia pulchre concordat *Raphael*
» *etc.* quia. aut duo, vel plures emunt aliquam rem simpli-
» citer, sine aliqua conventione, et tunc dicuntur socii ex
42 » eventu; aut emunt aliquam rem conventione societatis ine-
» undae, et tunc dicuntur socii ex proposito; effectus est
43 » magnus, quia si sunt socii ex eventu, tunc mox inconti-
» nenti possunt dividere, dirimere hanc societatem, ut quae
44 » non sit vera societas, sed quidam concursus; sin vero con-
» venissent societatem, tunc non possunt incontinenti divi-
45 » dere, quia hoc esset contra jus societatis, et fraternitatis
» etc. Unde in dubio cum quaeritur, an sint socii ex eventu,
» vel ex proposito, advertendum est, an statim dividant, vel
46 » non dividant ». Adduntur *Zasio* etiam *Alexand. cons.*
38. *n.* 1. *lib.* 5. *Gratian. discept. for. cap.* 320. n. 3. *et* 5.
Felic. de societ. cap. 11. n. 29 de incidenti, atque impro-
47 pria, seu ex eventu societate, compluva superius adnotavi
cap. 7. *part.* 1.

Dubium hoc sane, an ex eventu, vel ex proposito, secun-
dum distinctionem *Zasii* sit contracta societas, non plene,
mea sententia solvitur ex illa circumstantia tantum, an rem
48 emptam statim dividant, vel non dividant coementes, quia
non raro uni sociorum expedit a societate discedere, tametsi
societati non expediat, ita ut manente societate, non id quod
privatim interest unius ex sociis, servari soleat, sed quod
49 societati expedit *leg. actione* 65. §. *diximus ff. pro socio.*
Praestat igitur nonnullas debere coitae societatis ex proposi-
to, conjecturas concurrere, ut emptio rei alicujus communi
nomine facta, sit quandoque vera societas; incidens e con-
tra sit, impropria, et hoc ex eventu aliquando, quemadmo-
50 dum conjecturae in id concurrentes judici suadebunt *Gra-*
tian. discept. for. cap. 320. *n.* 4. *Rota in decis.* 91. n. 20.
et 21. *part.* 12. *recentior.*, et hujusmodi conjecturae tales
esse debent, ut ineundae societatis animum non dubie de-
51 monstrent *Petr. de Ubald. de duob. fratrib. part.* 1. *n.* 2.
Gratian. d. cap. 320. *n.* 3. Quamquam vero illa circumstan-
tia perseverentiae in communi possessione post emptionem
communiter factam induceret societatem ex proposito in dubio
52 nisi aliter sit a partibus declaratum, vel probatum *Gratian.*
discept. for. d. cap. 320. n. 6

Erit quidem conjectura verae societatis exclusiva, si res
empta sit ab uno sociorum, communi quidem pecunia, ejus-
dem tamen socii solius ementis nomine, cui onus dumtaxat
53 pecuniae ratam restituendi alteri socio supererit *Surd. dec.*
304. *n.* 3. *Antonell. de loco legal. lib.* 2. *cap.* 9. *qu.* 16. *n.*
222. *et* 226. *Panimoll. dec.* 152. *annot.* 1. *num.* 48. *et* 49.
tom. 3. *Tortaglia de reservat. statutar. art.* 59. *num.* 86.
Quod si is, qui rem taliter nomine suo emit, eamdem in
censuales codices, communi nomine referri curat, res tali-
ter etiam empta socialis erit, nam haec in aestimo facta de-
scriptio, ementis pandit animum communi, ac sociali no-
54 mine emisse *Roman. cons.* 291. n. 7. *Decius cons.* 21. *n.*
10. *vers. secundo alio medio tom.* 1. *Pacific. de Salvian.*
interdict. inspect. 3. *cap.* 2. n. 597.

Conjectura tamen, mea sententia, nobilior fortiorque,
illa est, si quaestus faciendi causa, res illa empta initio sit,
plurimum vero si promercalis indole sua fuerit, videlicet,
ut revenderetur, nam quae quae ea res sit, stabilis, aut mo-
bilis, ea desuper vera societas coita intelligitur, quamtum-
55 vis per unum socium suo sit nomine quaesita, ex principiis
dudum proxime jactis; quod si aliae circumstantiae deinceps
Zanchio

concurrant, quae citra jus et nomen societatis haberi ne-
queant, quemadmodum illae sunt, quas in sua facti specie
recenset *Rota in dec.* 91. *n.* 22. *ad seq. part.* 12. *recentior.* 56
res non conjecturis, sed demonstrationibus constabit.

Sit praeterea vera societas, sit incidens ex eventu, et
consequenter impropria, quae in re aliqua coempta per duos
pluresve socios habeatur, communi semper dividundo tri-
buitur actio, per *text. in leg. nihil autem* 2. *ff. communi* 57
dividundo, ibi » Nihil autem interest, cum societate, an
» sine societate, ea res inter aliquos communis sit, nam u-
» troque casu locus est communi dividundo judicio; cum 58
» societate res communis est, veluti inter eos, qui pariter
» eamdem rem emerunt; sine societate communis est, veluti
» inter eos, quibus eadem res testamento legata est » ita 59
quidem, ut si in fundo empto detegatur auri, argenti, me-
talli, lapidis, arenae, alteriusve rei quaestuariae, fodina,
haec proportione servata, dividi inter hujusmodi socios, vel
consortes debet, veluti alias, adnotavi in superiore *cap.* 6. 60
n. 125. *ad seq. part.* 2.

Numquid fundi venditor, si in venditione illius excepit
lapidicinas, ubicumque essent, si eaedem postea detegantur
eidem potius venditori, tamquam exceptae, quam emptori-
bus sociis debeantur? Tubero tamquam exceptas deberi ven- 61
ditori respondit, contra autem Labeo ita distinguit, aut ven-
ditionis tempore in aliqua fundi parte apparebant lapidici-
nae, atque eas tantum exceptas intelligi, aut non apparebant
atque inutilis evasit exceptio, nam secus, si in toto fundo 62
essent lapidicinae, venditor, deceptis emptoribus, rem, et
pretium virtute d. reservationis haberet, ut *in leg.* in *lege*
77. *ff. de contrah. empt.* ibi » In lege fundi vendendi la- 63
» pidicinae in eo fundo, ubicumque essent, exceptae erant
» et post multum temporis in eo fundo repertae erant lapi-
» dicinae, eas quoque venditoris esse Tubero respondit: La- 64
» beo referre quid actum sit, si non appareant, non videri
» ese lapidicinas esse exceptas, neminem enim, nec vendere,
» nec excipere, quod non sit, et lapidicinas nullas esse, nisi
» quae appareant, et caedantur; aliter interpretantibus, to- 65
» tum fundum lapidicinarum fore, si forte in toto eo sub
» terra esset lapis, et hoc probo ». 66

Manet ergo, lapidem, seu quoque arborem, si in com-
muni fundo, vel in confinio illius pro indiviso possessi, na-
scantur, communes esse *leg. pro regione* 8. *ff. de acquir.* 67
rer. domin. ibi » Sed et si in confinio lapis nascatur, et sint
» pro indiviso communia praedia, tunc erit lapis pro indi- 68
» viso communis, si terra extrahatur ». Numquid autem ta-
lis lapis, vel arbor, quamdiu solo, vel fundo cohaeret in
communi dividundo venit judicium? Et non venire respon-
dit Paulus, nisi quatenus succisa sit arbor, vel exemptus
lapis, *in leg. arbor.* 19. *ff. communi dividundo*, ibi » Ar- 69
» bor, quae in confinio nata est, item lapis, qui per utrum-
» que fundum extenditur, quamdiu cohaeret fundo, e re-
» gione cujusque finium, utriusque sunt, nec in communi
» dividundo judicium veniunt; sed cum, aut lapis exem- 70
» ptus, aut arbor eruta, vel succisa est, communis pro di-
» viso fit, et venit in communi dividundo judicium, nam
» quod erat finitis partibus, rursus confunditur; quare sicut 71
» duabus massis duorum dominorum conflatis, tota massa
» communis est, etiamsi aliquid ex prima specie separatum
» maneat, ita arbor, et lapis separatus a fundo confundit 72
» jus dominii ».

Atque hinc subsumit idem Paulus, lapide exempto, suc-
cisaque arbore, sociorum, vel consortium quisque tantum
lapidis, vel arboris partem habet, quantum terrae et in
fundo communi habebat *in leg. illud* 84. *ff. pro socio*, 73
ibi » Illud quaerendum est, arbor, quae in confinio na-
» ta est, item lapis, qui per utrumque fundum exten-
» ditur, an cum succisa arbor est, vel lapis exemptus
» ejus sit, cujus fundus, an pro ea quoque parte sin-
» gulorum esse debeat, pro qua parte in fundo fuerat; an 74
» qua ratione duabus massis duorum dominorum conflatis,
» tota massa communis est; ita arbor, hoc ipso, quod sepa-
» ratur a solo, propriamque substantiam in unum corpus re-
» dactam accipit, multo magis pro indiviso communis sit,
» quam massa, sed naturali convenit rationi, et postea tan-
» tam partem utrumque habere, tam in lapide, quam in
» arbore, quantam et in terra habebat ». 75

Dubitari potest, an succisa arbore ex communi fundo,
eaque ad unum trabis indivisibilis redacta, si uterque socius
eam sibi adscribere pretiique ratam alter alteri solvere con- 76
tendit, uter sit audiendus? Videtur cum principiis locatio-

nis rei communis, in hac quaestione procedi posse, ot si so-
ciorum, vel consortium unus duas habeat in fundo partes,
unam alter qui duas, et consequenter majorem fundi par-
77 tem, habet, praeferri debeat; quod si ambo consocii, vel
consortes aequales babuerint in fundo partes, non erit foven-
da aemulatio alicujus, forte ut pro dimidia secetur parte arte
arbor inutilis inde futura, voleutis, sed stet sortibus urna,
ut videlicet, cui sors arriserit lignum, parte pretii alteri so-
78 luta tradatur, ut in superiore *cap. 7.* n. 64. *primae partis.*
additur *Constontin. ad statut. urb. annot.* 21. *art.* 2. *n.* 99.
109. 123. *et* 124. atque latius infra *part.* 4. *cap.* 10. nisi so-
ciorum uni illam trabem maxime necessariam, judex arbi-
79 trio suo judicaverit, veluti ad rem proxime advertit *Costan-
tin. od statut. urb. d. onnot.* 21. *ort.* 2. *n.* 88. 96. 98. 104
cum seq.

Hactenus de re communiter empta; de re modo vendita
80 similiter communi breviter Generaliter quaeritur, an so-
cius possit rem socialem, seu communem vendere? Distin-
guitur, aut res venalis per se est, puta merces in apotheca
existentes. ac venditioni expositae, et quisque sociorum eas
81 potest vendere, ex presumpto in id aliorum sociorum man-
dato *Zosius in leg. si socius n.* 5. *vers.* 2. *ff. si cert. pe-
tut. Ripa in leg. conventio* n. 17. *et* 18. *ff. de pig. et hyp.
Bertazzol. cons.* 224. *n.* 8., *et cons.* 278. *n* 18. *Aoyro de
portition. port.* 2. *qu.* 41. *n.* 47. *Mart. medic. dec. Senen*
58. *n.* 24. *Giurba ad consuet. Messan. cap.* 1. *gloss.* 6. *part*
1. *n.* 50. Quod si socius, qui res promercales vendidit asserat,
se minoris vendidisse, pluris autem res easdem venditas fuis-
se, alter socius contendat, suam quisque intentionem proba-
re debet, qua probatione non apparente, est juramento
venditoris deferendum, dummodo bonae conditionis, et fa-
82 mae homo fuerit *Petr. de Ubald. de duobus frotribus
part.* 11. *n.* 84. *et* 85.

Aut res communis, promercalis non est, seu venditioni
non exposita et hoc posteriore casu sociorum unus vendere
non potest, quia ibi non praesumitur mandatum, nisi pro-
83 betur *Ripa in d. leg. conventio n.* 17. *et* 18. *in addit. ff.
de pign. et hypoth. Petr. de Ubold. de duob. fratrib. part*
11. *n.* 84. *Michalor. de fratribus part.* 2. *cap.* 34. *n.* 11.
et 12. Maxime, si vel statutum socio alienationem, irrequi-
sito altero, interdicat, vel alter socius irrequisitus majorem
84 partem eadem in re habeat *Brunemon. in leg.* 1 *n.* 9. *et* 10.
c. commun. dividun. et ratio est, quia unus socius partem
suam vendere cupiens, ordinarium habet remedium provo-
85 caodi ad divisionem, ut per *Bruneman. loc. prox. cit. n.* 4.
et 5. *c. eod.*

Sed si unus socius rem communem reapse vendiderit, ir-
86 requisito, et non consentiente altero socio, quid juris? Pa-
tet sane, quod » Nemo ex sociis plus parte sua potest alie-
» nare, etsi totorum honorum socii sint, sunt verba *textus*
87 *in leg. nemo* 69. *ff. pro socio.* quamobrem, aut res commo-
de potest dividi, et partem suam dumtaxat socius distraxit
et hoc priore casu non revocatur venditio, sed cum emptore.
88 communi dividundo agit alter socius *ad text. in leg.* 1. *c.
commun. divid.* ibi » Frater tuus, si solam portionem prae-
» dii ad se pertinentem distraxit, venditionem revocari non
» oportet, sed adversus eum cum quo tibi idem praedium
» commune esse coepit, communi dividundo judicio consi-
89 » stet » Aut res dividi commode nequit, et hoc posteriore
casu alter socius suam sibi portionem ab emptore restitui in
pecunia juste petit, aut si malit ipse emptori pretium partis
90 socii venditoris restituit, totamque sibi rem addicit *leg. a
probatum* 2. *commun. dividundo, Bruneman. in leg.* 1. *n*
14. *od seq. c. eod. tit.* et quod de re communi per unum
socium distracta dictum est, idem quoque ipsum in re obli-
91 gata, seu hypothecis subjugata intelligitur *d. leg. si probo
tum* 2. *cod. commun. dividund.*

Quid praeterea si res communis a plerisque vendatur so-
92 ciis, an hi uni socio contradicenti praejudicent? Negat Pa-
pinianus ex illa generali regula tradita, *in leg. Sabinus* 28.
ff. communi dividundo, ibi » Sabinus ait, in re communi
» neminem dominorum jure facere quidquam, invito altero
» posse, unde manifestum est, prohibendi jus esse; in re
» enim pari potiorem causam esse prohibentis constat et in
93 » subjecta venditionis quaestione tradunt *Gratian. decis.
Morch.* 169. *n.* 1. 2. *et per tot. ibique Adden. n.* 8., *et*
Carol. Ant. de Luc. ad eumdem Gratian. decis. 169. *n.* 3.
Verum quia in societate manere nemo cogitur invitus *leg.
fin. c. commun. dividund.* Ideo, vel res divisibilis est, et 94
suam quisque ratam per communi dividundo judicium, con-
sequitur; vel dividi commode nequit, et hoc posteriore ca- 95
so, cum socius venditioni dissentiens nequeat cogi partem
suam in pecunia recipere, fit locus licitationi, ut plus pretii
offerens rem habeat, et si in licitatione pares sint socii, is 96
praeferatur, qui in re communi majorem partem habet *Bru-
neman. in leg.* 1. *n.* 14. *cod. commun. divid. Valusc. de* 97
partition. cap. 22. *ubi lote Grotian. decis. Marchiae* 169.
n. 24. 25. *cum seq., ubi etiam Carol. Ant. de Luca sub n.*
5. *Rot. decis.* 438. *n.* 11. *cor. Olivatio.*

Dubitari etiam potest, juxta superiorem casum, quo res
sit commode divisibilis, et nihilominus velit socius irrequi-
situs ab altero venditore, soluta emptori pecunia pro portio-
ne socii venditoris debita, totam rem, et suam, et consortis
revocare, nolit autem emptor, uter sit audiendus? Doctores 98
pro certo jure tenent, socium praeferri, in venditione rei
communis per alterum socium extraneo facta *Joannes de* 99
Platea in rubrica cod. de vendit. rer. fisc. n. 1. *lib.* 10.
Amat. resol. 54. *n.* 9. *et* 11. *Capyc. latr. dec.* 168. *n.* 9.
58. *et* 59. *lib.* 2. *Fontonell. de past. nupt. claus.* 4. *gloss.*
9. *part.* 1. *n.* 12. 15. 81. 82. *et* 96. *Jov. de contract. min.
gloss.* 25. ⸹. 13. *n.* 195. *Mans. consult. for.* 336. *n.* 21. *tom.*
4. *Constantin. vot.* 446. *n.* 7. *tom.* 3. Verum quia hujusmo-
di conclusio est contra apertam literam textus superius pro-
xime recitati in *leg.* 1. *c. commun. divid.* ibi » Frater 100
» tuus si solam portionem praedii ad se pertinentem distra-
» xit, venditionem revocari non oportet » Addita *l. dudum*
14. *c. de controh. empt.*, et *l. portionem* 12 *c. de donat.* 101
nam rei quisque suae est moderator, et arbiter *l. in re mon-
data* 21. *c. mandati, vel contra.* Ita superior conclusio re- 102
cipi posse videtur, cum consuetudo sit, vel statutum socio
praelationem attribuens, et alteri socio venditionem, altero
irrequisito prohibens, secus eo, eam non existentibus, ut
per *Grotian. dec. March.* 169. *n.* 7. *ad* 11. *Rot. dec.* 2229. 103
per totam. coram Coccino, verum de hoc latius infra iterum 104
in hac tertia parte.

Quae de requirendo socio, seu consorte in re communi
vendenda dixi; excipiendus plane fiscus est, qui privile-
gium habet vendendi totam rem communem, licet mini-
mam in ea partem habuerit, soluto tamen alteri socio in-
vito etiam, suae partis pretio *l. multum interest c. de* 105
commun. rer. alien., et *l. unica c. de vendit. rer. fiscal.
lib.* 10. *Joonnes de Platea in rubr. codic. de vendit. rer.
fiscal, n.* 1. *lib.* 10. *Soccin. sen. in cap. in quibusdam n.*
17. *de poenis. Grotion. decis. Morch.* 169. n. 7. *ibiq. in
addit. n.* 1. Tenetur tamen fiscus in simili rei communis
venditione interpellare socium, vel socios, aut consortes. si
plures fuerint, an ipsi velint emere. ut pro eodem pretio
praeferantur extraneo, quod summam habet aequitatem *Gra-* 106
tian. decis. Marchiae 169. *n.* 8. ubi plures concordantes.

Ad extremum, discussione dignum est, an si duo, vel
plures socii portionem quique suam rei vendendae uni so-
cio dederint, puta animalium ad usum gregis, vel ad usum
bigae, aut quadrigae, seu mercium ad usum tabernae in-
struendae, et hic nundinas adierit, suaque rei tantum por-
tionem vendiderit, aliorumque sociorum portiones invendi-
tas domum retulerit, utrum ipse aliis teneatur sociis, pecu-
niam ex portione rei suae venditae acceptam communicare? 107
Nec otique dubitarem, quia ex plurium sociorum portio-
nibus, unum quasi corpus commixtum effectum est, quo
facilius, utiliusque posset venumdari, argumento *textus* 108
in l. si id quod 59. *ff. pro socio.* Quod si non appareat
portiones omnium sociorum traditas socio mandatario fuisse
ad efficiendum unum corpus, et hoc posteriore casu, quia,
explorata hujus societatis indole, eadem ad quaestum ex
d. rerum venditione faciendum directa dubio procul digno-
scitur, communicationi locum esse diserim, justa principia 109
superius jacta. Nam sicuti in re simili socius in emenda re
suo nomine tantum nequit alterum socium excludere, juxta
l. octione 66. ⸹. *item si ff. pro socio*, Ita pari ratione in 110
vendendo; cum vera aeque societas sit quae coitur super lu-
cro, quod ex emptione non solum, sed etiam ex venditione
descendit. *l. coire* 7. *ff. pro socio.* 111

CAPUT III.

De Societate rei locandae, et conducendae.

SUMMARIUM

1. Quae supra dicta sunt de societate rei emendae, et vendendae, huic titulo applicantur, ut similiter in locatione, et conductione quaestus communicetur.
2. Societas haec rei locandae, seu conducendae admittitur, tam in rusticis puta agro colendo, et tenimento conducendo, seu locando, n. 3.
4. Quam in Urbanis, puta in domo, fondaco apotheca et hujusmodi.
5. Amplia, ut haec admittatur societas in vectigalibus, puta in appaltibus cameralibus, fodinarum, mineralium etc.
6. De societate in locatione venae vitrioli agit *Constantin*.
7. Res autem quae locatur, aut conducitur, libera, si aut emphyteutica, nihil refert
8. Admittitur etiam societas in locatione, et conductione animalium, et remissive, n. 9.
10. Dubitatur, quando sit societas, seu locatio, et sequens datur distinctio.
11. Aut principalis contractus est societatis, et tunc locatio erit accessoria.
12. Aut est locatio, et tunc accessoria erit societas.
13. Si autem ita sit complicatus contractus, ut dignosci non valeat, an sit societas, vel locatio, ad conjecturas recorrendum; et remissive n. 14.
15. Dubitatur quando in locatione, et conductione contrahitur societas vera, aut magis impropria.
16. Vera erit societas, si praecessit tractatus inter partes n. 17
18. Id quod fieri potest, tum expresse, tum tacite, nempe ex actibus, qui non fiunt citra jus, et nomine societatis, atque remissive, num. 19.
20. Locatio autem, seu conductio facta citra animum contrahendae societatis, erit incidens, atque impropria societas.
21. Unus socius, durante societate locationis, et conductionis, si aliam suo nomine conduxit tenutam, an sibi, vel societati conduxisse dicatur
22. Regula est ut sibi conduxerit, licet cum socialii pecunia ea desuper negotiaverit.
23 Limitatur tamen, concurrentibus in contrarium conjecturis, et remissive, n. 24
25. Societas rite contrahitur super agro colendo, duobus modis
26. Si ambo socii agrum alienum colendum conduxerint, vel si unus agrum suum subministraverit, alter operam praestiterit.
27. Priore casu commune est opera, sumptus, diligentia, et ideo commune lucrum.
28 Nam si unus socius lucrum sentit in hoc et non dispendium, leoninae societatis erit species.
29. Amplia, ut si unus socius seorsum ab alio vivens, foeminas habuerit, et ad laborandum traduxerit, dignae erunt aliqua portione mulierum, et affertur ratio n. 30.
31. Contrarium verius est, nisi vera appareat coita societas, ut hac cessante, foeminae, aliqua mercede dignae sint arbitrio judicis, num 32.
33. Quod si foeminae insimul cum sociis vixerint, earum operae censentur compensatae cum alimentis.
34 Posteriore autem casu, quo unus ponat agrum, alter operam, hic omnem profecto culpam praestat, sed non alter relevatus ob opem ferendo, et datur exemplum n. 35.
36. Aliae hujus conclusionis rationes afferuntur.
37 Pecunia unius tegit, et occultat, non tollit operam, et hac de causa dicitur velamentum operae, n. 38.
39 Colonia partiaria ad hanc societatis classem refertur, et datur ratio sub n 44.
40 Colonus partiarius est, qui colit agrum pro certa fructuum quantitate, et cuius improprie nuncupatur, n. 41 et 42.
43 Dictio *quasi*, indicat similitudinem, et improprietatem.
44. Inter colonum partiarium, et fundi dominum non consistit vera negotiationis societas, sed magis fructuum percipiendorum communicatio.
45 Qui nummis colit dicitur conductor, non colonus partiarius, licet pro premiis fructus tradat.
46. Magna est differentia inter eum, qui nummis colit, et colonum partiarium.
47. Colonia etiam partiaria procedit cum regulis societatis, in iis, quae in jure expressa sunt
48 Nam colonus partiarius damnum, et lucrum cum domino fundi partitur.
49. Hoc est si plus, vel minus colligit, plus, vel minus partitur.
50. Possidentes communem fundum pro indiviso, improprie socii sunt.
51. Et fructus ex eo percepti, pro rata eos inter communicantur ad invicem, et remissive.
52. Communis fundus, si per unum socium extraneo locetur, praefertur alter socius.
53. Declara nisi huic juri renunciaverit, puta, si hic nulliter etiam extraneo locaverit.
54. Sociorum alter pro indiviso possidens communem fundum jure locat extraneo, altero etiam socio invito, eoque ignorante.
55. Declara, si communis fundus non sit commode divisibilis
56. Praedia rustica semper dividi possunt materialiter, non tamen civiliter, et datur exemplum, n. 57.
58. Nemo ex sociis plus parte sua potest alienare, in supposito tamen, quod res sit divisibilis, et remissive
59. Communis fundus, stante solito locandi, potest locari per unum socium, si alter non contradicat.
60. Quod si unus socius locari communem fundum, peculiariter contradicat, si alter locat, aut seminat ipse, non tenetur tradere contradicenti partem suam fructuum, et n. 61.
62. Limita circa traditionem partis fructuum in foro conscientiae.
63. Patre, qui fundum, aut tenutam conduxit, mortuo, filii sunt improprie socii, et tenentur perseverare in locatione usque ad tempus praefinitum
64. Si pater tamen cum alio contraxerit societatem super eo fundo, per ejus mortem soluta dicitur societas.
65. Amplia ad colonum partiarium, nisi coepta fuerint negotia, nam tunc per haeredem explicantur, n 66.
67. Amplia etiam si is, qui decessit, solam pecuniam conferebat, et remissive n. 68.
69. Societas solvitur per mortem unius socii quoque civilem, puta per decoctionem, aut per oeconomi appositionem, n. 72.
70 Si tenuta a duobus pro indiviso possessa, fuerit locata utrum haec ab eorum altero expleta, per mortem unius solvatur?
71. Si extiterint creditores, hi contra possent communi dividendo experiri judicium
72. Cessante enim hoc creditorum praejudicio locatio firma manet n. 73. et remissive n. 74.
75. Unus socius in appaltu, aut tenuta conducta, potest, altero etiam invito, et ignorante tertium sibi in participem assumere.
76. Sed an hic assumptus sit simplex particeps, vel habeat jus formale societatis, et conductionis ad plures effectus, remissive, num 77.
78 Dominus fundaci, aut apothecae locatae duobus sociis, pro negotiatione mercium, habet super invectis, et illatis tacitam hypothecam propensionibus.
79. Amplia, ut habeat etiam praelationem, ex causa conservationis mercium.
80. Amplia ut habeat etiam personalem contra socios, et datur ratio, num. 81.
82 Contra socios tamen agit locator pro rata cujusque portionis mercium.
83. Scholares eam domum simul habitantes, sunt contubernales, atque improprie socii dicuntur.
84. Si eorum aliquis ante finem locationis e domo recedat, tenetur suae pensionis ratam solvere.
85. Quod si d. d. contubernales se obligaverint in solidum erga dominum domum ei restituere liberam, et incendio consumpta sit, damnum sarcire tenetur etiam is, qui non habitavit.
86. Si obligatio contubernalium fuerit solidalis, in solidum simpliciter pro indemnitate domus, pro sirili penestat domino illius, actionem.
87. Unus contubernalium volens a domo recedere, non potest tertio portionem suam sublocare, et datur ratio n 88.
89. Contubernalis tamen si consenserit, tertium ad habitandum admitti, tenentur omnes erga dominum, si hic etiam consenserit.
90. Si locator vero dominus non consenserit, non potest contra tertium admissum agere.
91. Domini plures domum pro indiviso possidentes, socii sunt, improprie tamen.
92. Et si eorum unus communem domum, solus inhabitat, non tenetur aliis consortibus pensionis ratam solvere
93. Eorum tamen aliquis colens domum locare, locari solitam, potest, invito etiam altero, et n. 94.
95. Quod si unus condominorum, velit domum habitare, praeferri debet extraneo, et rata pensionis aliis solvet, et remissive, n. 96.

Quae de societate rei emendae, et vendendae in superiore
cap. 2. dixi quoad societatem universalem, generalem, et
particularem, fere in hoc procedunt omnia, rei locandae,
et conducendae societate, quam in re locanda, conducendave coiri legitime posse, ut eorum, quae ex quaestu veniunt
1 communia sint, ad literam docet. *textus in l. coire 7. ff.*
pro socio, et l. actione 66. *in princ. ff. eod. tit. Gratian.*
discept for. cap. 874. *n.* 1. Et haec quidem societas datur,
2 seu admittitur, tam in rusticis, puta in agro colendo *l. cum*
duobus 52. *§. si in coeunda societate ff. pro socio* similiter
3 in territorio, seu tenimento locando, conducendove *Thomat. dec. Macerat* 132. *n. 7. tom.* 2. quam in Urbanis, puta
4 in domo, fundaco, apotheca, atque hujusmodi *Petr. de U-*
bald. de duob. fratrib. part. 6. *n.* 4. Datur similiter socie-
tas in locatione, et conductione vectigalium *l. societas* 5. *ff.* 5
pro socio Gratian. discept. for. cap. 276. *num.* 28. puta in
appaltibus camerae apostolicae, veluti in Dohania, in fodi-
nis, mineralibus et hujusmodi, quemadmodum de societate
in locatione venae vitrioli agit *Constantin. vot.* 525. *tom.*
4. Res vero, quae conducitur, aut locatur libera sit, aut em- 6
phyteutica, nihil refert *Gratian. discept. for. cap.* 320. *n.* 7
15. prout societas quoque in locatione, et conductione ani-
malium cadit, ex *Capon. de pact. et stipulat. quaest.* 18. 8
per tot. de hac vero animalium societate, separatim infra la-
tissime in hoc eodem 3. parte. 9

Subdifficilis quaestio est, quando sit societas, seu potius

10 locatio. Communiter ita distinguitur; aut contractus prin-
cipaliter initus est societatis, et ex causa quaestuum facien-
dorum, vel ab usum exercendae utilius societatis conduci-
tur, et respective locatur ager, tenuta, domus, fundacum,
apotheca, et hujusmodi, et hoc priore casu, quia dictarum
rerum locatio est commodo societatis inserviens, et consequen-
ter accessoria, societas erit, tamquam principaliter contra-
11 cta; contra vero, si res, vel domus, ager, et hujusmodi con-
ducatur, et postea superveniat societas, et hoc posteriore ca-
su, principalis contractus erit locatio, accessoria autem so-
12 cietas Carocc. de locato et conduct. tit. de sublocatione
quaest. 6. n. 2. Pacion. eod. tract. cap. 61. num. 12. 13.
cum duob. seq. Carol. Anton. de Luca ad Gration. disce-
pt. for. cap. 320. n. 8. 4. et 5. Rot. in dec. 87. n. 6. 7. et
8 part. 4. t. 2. recent. Quod si ita complicatus sit uterque
contractus societatis, et locationis, in eadem forte scriptura
eodemque instrumento stipulatus ut dignosci non facile pos-
sit, et hoc posteriore casu, est ad conjecturas recurrendum,
ut, qui d. d. duorum contractuum principalior illucet, is
principaliter intelligatur initus, ad plures effectus, singilla-
13 tim transmittendi negotium ad haeredes Constantin. vot.
525. n. 16. 17. et 18. t. 4. hac in re autem complura adno-
14 tavi in superiore part. 1. cap. 8. a n. 56. ad plur. seq.
Alia quaestio; quando in locatione, et conductione vera
15 contrahatur societas ex proposito, seu magis impropria, in-
cidens, atque ex eventu. Vera quidem societas erit, si eadem
16 ex tractatu praecedenter habito coeatur, ad literam textus
in l. nam 32. ff. pro socio ibi » Nam cum tractatu habito,
17 » societas coita est, pro socio actio est » et hoc praecipue con-
tingit in societate expressa, quin vero excludatur tacita, si
actus, qui deinceps fiunt citra jus, ut nomen societatis fieri
18 nequeunt, late de utraque societate expressa, et tacita actum
est supra part. 2. cap. 3. Quod si duo rem aliquam simpli-
19 citer conducunt, iudicatis requisitis nequaquam concurren-
tibus, et sic citra animum, seu verbis, seu factis penditum
coeundi societatem, dicuntur quidem illam contrahere, im-
proprie tamen, incidenter, et ex quodam eventu Gration.
20 discep. for. cap. 320. n. 4. Pacion. de locato, et conduct.
cap. 61. n. 13 et 14. Rota in dec. 1621. n. 3. cor. Penia.
Dubitatur etiam aliquando, an si sociorum unus, aliam
proprio suo nomine tenutam conducit, ac socialibus etiam
pecuniis ea desuper negotiatur, intelligatur tenutam condu-
xisse suo magis, quam sociali nomine, et perinde suo ipsius
21 lucro, atque damno: regula est, tenutam conductam intelligi
solius socii conducentis nomine, et suo consequenter lucro, at-
22 que damno Rot. in dec. 2212. n. 1. et 2. cor. Coccino. Verum
haec moderatur regula ex conjecturis in contrarium concur-
rentibus, quarum nonnullae recensentur per Rot. in d. dec.
23 2212. an. 3. ad fin. cor. eodem Coccino de hac similiter
controversia superius egi part. 2. cap. 5. n. 83. ad seq.
24 De rebus tamen rusticis, atque urbanis conducendis, lo-
candisque in societate cadentibus, separatim loquar, ut si
quid inter utramque rem interest, dignoscatur. De societa-
te super agro colendo coita, est textus in l. cum duobus 52.
25 § si in coeunda societate ff. pro socio ex quo textu dupli-
citer argui potest; primo, quando duo, pluresve alienum
agrum, seu tenimentum colendum conducunt; secundo quan-
do sociorum alter suum ponit agrum, alter vero operam con-
26 fert; priore quidem casu communiter opera, sumptus, ac
diligentia utrinque impenditur, prout utilia quoque com-
muniter conferuntur, et in hoc planus res est, secundum te-
27 xtum in l. actione 66. sub princ. ff. pro socio. Rot. dec.
475. n. 1. et 2. post Posth. de manuten. nam secus leo-
ninae societatis erit species, si sociorum unus lucrum conse-
qui, non damnum pati in hac societate locationis convenerit
28 Larrea allegat. fiscal. 33. n. 17.
Quod si in terminis hujus primi casus sociorum alter foe-
minas habeat, secumque in agrum socialem ad laborandum
traducat, quae operas in eo praestent rusticas, si quidem
ambo principales socii seorsim vivant, non dubium, quin
sit aliqua utilium portio indicatis foeminis assignanda, nam
29 quia alter socius sciens, et prudens passus est, illas in so-
ciali agro laborare; et cum principale societatis negotium in
operibus rusticis consistat, videtur foeminas in socias admi-
30 sisse, juxta terminos l. qui admittitur 19. ff. pro socio.
Equidem vero, nisi hoc manifeste illuceat, in consocias ad-
missas foeminas non dixerim, ut paris consequantur utilis,
31 sed bene, ob praestitas operas rusticas, aliqua, uti dicebam,
parte, dignas esse putaverim, non quasi mercede conductas,
sed in meliore conditione ex circumstantiis arbitrio judicis

considerandis Jason. in l. 1. n. 20. c. qui testam fac. post
Michalor. de fratrib. part. 2. cap. 30. n. 61. Panimoll. 32
dec. 152. n. 40. tom. 3. Quod si dicti socii cum foeminis uti
supra laborantibus una vivunt, et tunc earum laboreria cum
alimentis compensantur, Michalor. de fratrib. d. part. 2. 33
cap. 35. n. 57. ad seq.
Posteriore autem casu, qui ponit operam, omnem profe-
cto culpam praestat, sed ne is quidem qui pecuniam con-
fert, a coadjuvando relevatur, si cum potest industria, ac 34
diligentia non coadjuvet sua, puta si socio illo absente, vel
aegrotante cum audisset maturam segetem flagare, non advo-
larit, non succurrerit, vel alteri socio etiam praesenti opem
non tulerit, etenim a culpa immunis non erit Connan. com- 35
ment. jur. civ. lib. 7. cap. 13. n. 9. post princ. Nam li-
cet pecuniam conferens ad aliud quidquam de rigore non
teneatur, nihilominus consociationis religio, et sanctitas aliud
exposcit, ut videlicet, si non totam suam operam in com-
munem utilitatem impendat, saltem ut pro re, et consilio
opem ferat, suasque manus admoveat, cum id praecipue com-
mode possit, etenim pecunia per unum collata non tollit 36
ejus operam, et artem siquam habet negotio opportunam,
sed eam tegit atque occultat dumtaxat; unde Ulpianus recte. 37
= Pretium enim operae, artis est velamentum = ut in l.
cum duobus §. si in coeunda ff. pro socio. Velamentum
ideo pecunia dicitur, quia operam velat, non excludit, prout
subtiliter. Connan. comment. jur. civ. lib. 7 cap. 13. n. 9. 38
Ad hanc unius socii operam, et alterius, loco pecuniae,
fundum conferentis classem refertur colonia partiaria Petr. 39
de Ubold. de duobus fratrib. part. 11. n. 37. Nec propterea
dubium, quin colonus partiarius qui colit agrum pro certa
fructuum quantitate, juxta pactum, seu loci consuetudinem 40
praestituta, ex Pacion. de loc. et conduct. c. 5. n. 1. 6. et 11.
sit cum domino fundi socius, vel sociis ambo minus proprie
aequiparentur Barbosa in l. 2. n. 317. c. de praescr. 30. vel 41
40. an. Carocc. de loc., et conduct. tit. de socio personam
exercente quaest. 2. n. 2. Mantica de tacit. et ambig. lib.
5. tit. 11. n. 4. tom. 1. Alderis. de simbolic. contract. tit.
3. cap. 2. n. 20. Nisi minus proprie, seu per quamdam si-
militudinem ut in l. si merces 28. §. vis major ff. locati 42
ibi » Partiarius colonus quasi jure societatis, et damnum,
» ut lucrum cum domino fundi partitur » verbum plane il-
lud quasi improprietatem indigitat Pacion. de locato et 43
conduct. d. cap. 5. n. 18 Alderis. loc. prox. cit. n. 20. con-
stantin. vol. 201. n. 6. 7. et 8. tom. 2. Illa ratione, quia
inter fundi dominum, et colonum partiarium non consistit
vera societas negotiationis, sed magis fructuum ex fundo,
labore, et industria coloni percipiendorum communicatio
Mant. de tac. et ambig. lib. 5. tit. 11. n. 6. Pacion. de lo- 44
cato, et conduct. c. 5. n. 11. 17. 18. et 19. Sperell. dec.
41. n. 21. 76. et 78. Constantin. d. vol. 201. n. 11 tom. 2.
quasi fundi dominus coloni partiarii industriam majorum
fructuum productivam, contemplaverit, nam huc spectant
illa verba textus = quasi jure societatis = in d. l. si merces
28. §. vis major ff. locati. Is autem, qui nummis agrum
colit conductor dicitur, non colonus partiarius, quamvis
pro pecunia fructus tradat Petr. de Ubald. de duob. fra- 45
trib. part. 11. n. 31. Pacion. de locato, et conduct. cap. 5.
n. 4. ex quo magna est inter colonum partiarium, et eum,
qui nummis colit differentia Mantica de tacit. et ambig. 46
lib. 5. tit. 11. n. 21. tom. 1. licet colonia etiam partiaria
cum regulis societatis procedat in iis praesertim, quae repe-
riuntur in jure expressa Petr. de Ubald. de duob. fratrib. 47
part. 11. n. 33. Pacion. de locato, et conduct. cap. 5. n.
25. illa ratione textus superius recitati, quia videlicet colo-
nus partiarius damnum, et lucrum cum domino fundi par-
titur in l. si merces 28. §. vis major ff. locati, hoc est si 48
plus colonus colligit, plus partitur, si vero minus vel nihil
colligit, juxta societatis imaginem, atque naturam, minus,
vel nihil dividit Petr. de Ubald. de duob. fratrib. part. 49
11. n. 35.
Duo etiam, vel plures communem fundum pro indiviso
possidentes improprie socii sunt. Rot. dec. 154. n. 2. tom.
8. in nuperr. et eorum alter fructus ex eo percipiens ratam 50
illorum alteri, vel aliis sociis tradere compellitur, ad textum
in l. si quis putans 6. §. sive autem ff. de commun. divi- 51
dundo adnotavi etiam in superiore cap. 7. n. 56. part. 1.
In locatione tamen fundi communis, si sociorum unus eisdem
conditionibus, quibus extraneo, sibi locari, et praeferri pe-
tit in locatione, juste petit Surd. consil. 43. n. 12. tom. 1. 52
nisi huic juri praelationis quoquo modo renunciaverit, puta

quis eadem occasione nulliter extraneo locaverit, nam hoc
53 actu licet nullo, suum satis pandidit animum nolle pro se
retinere *Rot. in dec. 154. n. 19. tom. 8. in nuperrim.*

Caeterum horum sociorum alter pro indiviso possidens,
altero socio etiam invito, et ignorante locare communem fun-
54 dum extraneo potest *Rot. in d. dec. 154. n. 3. tom. 8. in nu-
perr.* hoc tamen accipe verum, si fundus sit non commode
55 divisibilis, ita ut aptentur illa verba *textus in leg. si quis
putans 6. §. sine autem ff. commun. divid.* ibi = *sine quo
partem suam recte administrare non potuit* = et quamvis
praedia rustica materialiter omnia dividi possint, civiliter
56 tamen non semper, puta cum de tenimento agitur pro ani-
malium pastu locari assueto, vel cum multiplicem ferat fru-
ctum per modum unius, commodius, utiliusque locetur,
nam quoad priorem casum, non in quaque tenimenti parte
eadem herbarum bonitas, et quantitas nascitur, et quoad
secundam, una tenimenti pars alteri inservit, ut secus, vel
57 difficilius, vel cum minore pensione locetur, optime *Rot.
in d. dec. 154. n. 15. 16. et 17. tom. 8. in nuperr.*

Quod si communis fundus sit commode divisibilis, vige-
bit Gaii responsum *in l. nemo 69. ff. pro socio* ibi = *nemo
58 ex sociis plus parte sua potest alienare* = hac de re qui-
dem plura dixi in superiore *cap. 7. part. 1.* neque adnota-
ta praetermitto, quod stante solito locandi totum fundum
communem, necnon locationis utilitate concurrente, locatio
per unum socium facta sine contradictione suis viribus pro
59 ea saltem vice consistat *Rot. in d. dec. 154. n. 7. tom. 8.
in nuperr.* cum deinceps communi dividundo ordinarium
praestat remedium; caeterum si sociorum unus adeo sit per-
vicax, ut communis fundus, nec per extraneum coli, ac se-
minari velit, si consocius, vel locet, id quod jure potest
60 *Surd. cons. 43. n. 11. tom. 1.* vel seminet ipse, non tenea-
tur illi suorum fructuum partem tradere, *ex Jasone in l.
61 servi electione §. labeo n. 19. ff. de legat. 1. Aloys de Leo
in l. 4. n. 18. c. de aedific. privat. Surd. d. cons. 43. n. 18.
tom. 1.* Sed hanc in foro conscientiae opinionem rigori juri
62 subnixam, moderatur per *Pacion. de locato, et conduct.
cap. 9. n. 21.*

Pater plurium filiorum, si fundum, vel tenimentum con-
duxerit, et durante locatione decesserit, ejus filii socii sunt
quidem, ex eventu tamen, atque improprie, sed tenentur
usque ad finem locationi praefinitum in ea perseverare
63 *Tartaglia de reservat. statutar. artic. 59. n. 133.* sed si
talis pater cum alio societatem super eodem affictu contra-
xerit, per ejus mortem, aut decoctionem remanet dissoluta
64 societas *Cocheran. dec. 76. n. 10. Rot. in dec. 316. n. 6. t.
1. in nuperr.* quod aeque intelligitur de colono partiario,
qui non nummis, sed portione fructuum pollicita agrum
colit, nam colonus partiarius in his suam ponit operam,
65 quae per haeredem non facile suppletur *Petrus de Ubald.
de duob. fratrib. part. 11. num. 33.* nisi tamen de negotiis
socialibus campestribus jam caeptis agatur, nam ea defun-
cti, seu decocti socii haeres illa continuando jure explicat
66 *Rot. dec. 166. n. 31. et dec. 218. n. 10. et 11. tom. 4. in
nuperr.* vel nisi is socius, qui decessit, non operam non in-
dustriam, sed pecuniam contulerit, et continuando tantom-
67 dem facere possit haeres *Rot. dec. 557. n. 4. part. 3. recent.*
de hac autem postrema conclusione moderanda infra latior
68 in hac tertia parte *cap. 11.* redibit sermo.

Dixi per mortem quoque socii civilem, puta per decoctio-
69 nem solvi societatem; quid si de consortibus agatur tenutam
pro indiviso possidentibus, utrum per mortem civilem, ex
appositione oeconomi uni sociorum, inductam solvatur so-
cietas, et insimul tenutae communis locatio per alterum so-
70 cium expleta? Praemittendum, ideo morte etiam unius so-
cii societatem dissolvi, quia praejudicium evenire potest ex
71 parte socialium creditorum; hoc autem cessante praejudicio,
non est regula societatis in suo rigore accipienda; quamo-
brem si apposito uni sociorum oeconomo civilem mortem in-
ducente, jus quidem sit alteri socio, seu consorti, vel ejus-
dem quoque socii decocti creditoribus communi dividundo
72 experiundi judicium; cum primum tamen partium altera
sinit, tenutam communem locari, hujusmodi locatio ex d.
ratione mortis civilis rescindi non debet, quia hic ad extre-
mum actus in suis terminis gestus, hoc est si concurrant so-
litum locandi, locationis utilitas, et rei locatae incommoda
73 divisio, praejudicialis non est, sed potius utilis *Rot. in dec.
154. n. 5. 6. et 7. tom. 8. in nuperr.*, ubi fere per totam
indicata tria requisita explicantur, latiusque etiam egi in
74 superiore *cap. 7. n. 49. ad seq. primae partis.*

Zanchio

Multipliciter quoque dubitare contingit in tenutis, et
appaltibus per socios conductis, quando videlicet extranei
in participes ab uno socio admittuntur, etiam inscio, atque
invito locatore, vel consocio, id quod fieri posse non dubi-
tatur, ut per *Rot. in dec. 40. n. 32. cor. Ottobono, et in* 75
dec. 147. n. 10. tom. 2. in nuperr. An et ipsi participes in
societatem, vel in simplicem participationem admissi intel-
ligantur, atque deinceps, an in eosdem participes dicatur
translatum jus conductionis formale, ad plures effectus, vel
potius cum sola facultate participandi de lucris seu utilibus
rei locatae ad socium admittentem pertinentibus, ut per Ro-
tam post *Zacchiam de obligat. cameral. dec. 264. n. 27.* 76
hujusmodi difficultates, et controversiae sufficienter discu-
tiuntur in superiore *cap. 8.* primae partis ad quod me re- 77
fero.

In urbanis autem, duo socii, puta pannorum, aliarumve
mercium cujusque generis conduxerunt domum, fundacum,
seu apothecam ad usum societatis: quoad dominos quidem,
seu locatores pertinet, hi praeterquod habent super invectis
et illatis mercibus hypothecam tacitam pro pensionibus. *L.* 78
*certi juris 5. §. quando c. locati Montica de tacit., et
ambig. lib. 11. tit. 15. n. 1. et fere per tot. Merlin. de hy-
poth. et pign. lib. 2. quaest. 67. n. 1. Pacion. de locato, et
conduct. cap. 40. n. 1. Constantin. ad stat. urb. annot. 30.
n. 257. Rot. dec. 726. n. 4. part. 18. tom. 2. recentior.*
Imo etiam praelationem habent quoad caeteros, ex causa
conservationis illarum *l. interdum 5., et l. hujus ff. qui po-* 79
*tior. in pign. sub Acosta de privileg. credit. reg. 3. ampl.
3. num. 30. ad seq. Merlin. de pign. et hypoth. lib. 2. d.
quaest. 67. n. 46. Rot. in dec. 91. n. 20. part. 19. tom. 1.
recentior.* habent etiam pro integra pensione actionem ad- 80
versus sociorum personas, ad *textum in l. cum apparebit
50. ff. locati Ferret. de re navali lib. 3. n. 78.* quia repu-
tatur debitum ex causa societatis contractum, quod socios
tangit omnes *Mans. consult. for. 737. n. 6. et 14. tom. 8.* 81
Quoad ipsos vero socios pertinet, hi pro rata portionis,
quam in societate habent, pensionem locatori solvere ob-
stringuntur *Ferret. de re navali d. lib. 3. n. 78.* 82

Contingit quandoque plures scholares studiorum causa,
Romae, aut in alia quavis civitate commorantes contuber-
nales esse in aliqua domo communiter conducta; hi impro-
prie socii sunt quidem, ita ut si aliquis ab eadem domo an- 63
te praefinitum tempus recedat, suam nihilominus pensionis
partem solvere teneatur *Alexand. in l. servi electione §.* 84
*labeo n. 11. ff. de legat. 1. Jason. in l. quamquam n.
28. c. qui testam. fac. poss. Caroc. de locato, et conduct.
tit. de sublocat. quaest. 6. n. 10. 11. ad seq.* Quod si hujus-
modi socii, seu contubernales, se erga domus locatorem,
et dominum in solidum obligaverint eamdem domum resti-
tuere in fine locationis liberam, expeditamque, an qui du-
rante locatione recessit a domo interim incendio consumpta
damnum sarcire debeat locatori etiamsi non habitaverit? 85
Illa solidalis huc spectat obligatio, ut teneatur in solidum;
pro virili autem, si domus indemnitas fuerit simpliciter pro-
missa *Petr. de Ubald. de duob. fratrib. part. 8. n. 18.* 86

Quid si in proposito plurium contubernalium, aliquis
recedere volens a domo cupiat partem suam domus alii per-
sonae sublocare, utrum possit? Negative resolvit *Caroc. de* 87
*locato, et conduct. tit. de sublocat. quaest. 6. num. 1. ad
seq.* Illa ratione, quia consocii, seu contubernales initio spe-
ctarunt personam recedere volentis, nec extraneam perso-
nam sibi forte invisam ad consortium admittere coguntur;
quod si contubernales ad habitationem domus sibi condu- 88
ctae alium, vel alios admittunt, in idque locator consentiat,
tenentur omnes locatori mercedem, seu pensionem solvere
Cacheran. dec. 76. n. 1. secus si non consenserit locator, 89
nam hic contubernalem admissum convenire non poterit
Rot. post Zacchiam de obligat. cameral. dec. 264. n. 32. 90

Quod si postremo sint domini, qui domum pro indiviso
possident, hi etiam ex eventu quidem sunt socii, seu in-
cidenter, atque improprie nec si eorum alter totam domum 91
communem inhabitat pensionem alteri socio non cohabitanti
solvere tenetur *Jason. in l. servi electione §. labeo n. 17.* 92
*ff. de legat. 1. idem in l. quamquam n. 27. l. qui testam.
fac. poss. Surd. cons. 260. n. 2. t. 2. Caroc. de locato, et
conduct. tit. de sublocatione qu. 6. n. 17. 18. et 19. Mart.
medic. dec. senen. 98. n. 1. Franch. dec. 160 per tot. Fon-
tanell. de pact. nupt. claus. 4. gloss. 9. part. 2. n. 7. Ci-
rocc. discept. for. 65. n. 25. ad seq. Antonell. de loco le-
gal. lib. 23. quaest. 3. n. 37.* Quod si sociorum alter com-

munem domum locare velit invito etiam altero potest, si
93 adsit consuetudo *Bald. in cap. cum omnes n. 20. de constit. Aloys. de Leo in l. 2. n. 16. c. pro socio, Alexand. in l. servi electione §. labeo n. 3. ff. de legat. 1. Antonell. de loco legal. lib. 2. cap. 23. quaest. 3. n. 43.* et locet do-
94 mum, aliudve urbanum praedium ad usum destinatum *Jason. in d. l. servi electione §. labeo n. 16. ff. de legat. 1.* nisi alter socius invitus vellet per se domum communem habitare, nam praeferri deberet *Petr. de Ubald. de duob. fratrib. part. 5. n. 12.* has, et complures alias hujus generis 95
quaestiones tetigi in superiore parte prima *cap. 7.* 96

CAPUT IV.

De Societate in mercibus.

SUMMARIUM.

1. Mercis appellatio ad res mobiles tantum pertinet, et n. 56.
2. Nempe ad res promercales, puta pannos, equos, boves, lapides pretiosos, et hujusmodi.
3. Appellatio mercis est angustior altera peculii.
4. Nec mercium appellatione homines continentur.
5. Amplia ut nec servi voluntarii, mangones, fullones, et hujusmodi contineantur et n. 6.
7. Servi tamen, qui ad instar animalium emuntur, et venduntur, si non veniunt nomine mercium, in earum tamen loco sunt.
8. Societas in mercibus consideratur, ut in aliis rebus, prae oculis tantum habita qualitate societatis.
9. Ut puta, si societas fuerit universalis, parvi refert, ut uno, vel altero emantur, et vendantur nomine sociorum.
10. Item parvi refert, uter compendium, vel damnum attulerit, nam communia sunt omnia et remissive.
11. Si societas vero fuerit generalis, omnia ea, quae ex quaestu veniunt complectens.
12. Id unum spectatur, an merces ab uno ita emantur, ut revendantur, non ut apud se retineantur, nam quia apparet causa quaestus, ita acquisitum commune est, et remissive.
13. Circa vero societatis particularis in mercibus probationem, plure remissive.
14. Haec societas particularis, sit unius negotiationis, sit etiam unius rei, procedit cum regulis ejusdem societatis, de qua remissive.
15. Unus nundinas adire jussus emendi causa, et cessante impedimento, non adierit, non emerit, tenetur aliis sociis pro socio.
16. Hoc est tenetur ad quanti interest, etiam pro lucro cessante, pro quo alii socii possunt etiam contra eum in litem jurare.
17. Quod si socius ad nundinas iverit cum pecunia sociali, et merces emerit, omne acquisitum praesumitur pro societate.
18. Amplia si merces quaesitae pertineant ad illarum mercium classem, super qua fuit initio coita societas, nam tunc non spectatur an suo, vel sociali nomine quaesitae fuerint.
19. Quod si socius jussus sit emere tales merces puta pannos, et alias emerit, puta animalia: quid juris?
20. Si de socio universali res sit, societati semper acquiritur.
21. Sin autem de societate particulari, distingue vel illae tales merces in nundinis aderant bonae conditionis, et si socius illas, remoto impedimento, non emerit, tenetur.
22. Quod si illae tales merces non aderant, vel erant malae conditionis, vel denum extabat aliquod impedimentum, non tenetur.
23. Socius jussus vendere in nundinis communes merces, vendidit, et cum pretio suae partis alias merces comparavit, an sibi, vel societati comparasse dicatur.
24. Affirmative resolvit *Gamma* hoc est, socium societati comparasse.
25. Sed melius distingue, aut agitur de societate generali, in omni quaestu, reposita, et tunc affirmative procedit, n. 27.
26. Aut agitur de societate particulari, unius negotiationis, vel unius rei et tunc negativa est verior.
Declara nisi initio id fuerit actum, ut cum pretio mercium venditarum, aliae emerentur, ibidem.
28. Socius emens in nundinis merces extrahi prohibitas, si in commissum incidant damnum erit commune, si alii socii consenserint.
29. Dolus cuique suus lucrum afferre non debet.
30. Damnum culpa illatum suum tenet auctorem.
31. Si vero alii socii non consenserint, socius, qui emit solus damnum proscriptionis mercium sentit.
32. In actibus illicitis non praesumitur mandatum.
33. Fatale damnum, puta naufragii, direptionis in mercibus contingens, commune est et n. 34.
35. Limita si ille socius, cum terra iter facere potuit, navigavit, vel solitum, tutumque iter forte longius, reliquit, nam tunc damnum ejus erit totum.
36. Quid si pecunia communis destinata ad merces comparandas perierit?
37. Si ante collationem pecunia periit, periculum erit domini illius: si vero periit post collationem, damnum erit societatis, seu commune, n. 38. et 39.
40. Declara etiam, ut si pecunia post collationem perierit culpa socii, hujus erit damnum, non commune, seu societatis.
41. Assecuratio in mercibus licita est, atque servanda, dummodo capitula circa modum, et quantitatem custodiantur et n. 42. et remissive n. 43.
44. Declara quando fit a societate assecuratio, vel ab extraneo.
45. Quid si per unum socium fiat alteri socio assecuratio, salvi capitis qualitatem redolens?
Et licitam esse, dummodo quantitas stipulata sit proportionata ad dubium lucri eventum, ibid.
46. Quaestio haec salebrosa est, quam *Rota* antiqua coram Millino sonata est sustinere distinguendo duos casus.
47. Aut assecuratio redolens caput salvum continetur in ipso contractu societatis, et usuraria est, aut ex intervallo supravenit, et licita est.
48. Hanc distinctionem respuit *Rota* modernior coram *Tanar.*
49. Rota antiqua coram Millino, sine ulla necessitate fecit distinctionem, de qua supra.
50. Ratio, quia ibi capitalis restitutio reducitur ad illud quod superest tantum capitalis, et non ultra, quod verum est
51. Caeterum salvi capitis qualitas in societate eamdem societatem destruit tamquam legibus contraria, et remissive.
52. Socii solvunt pro virili pensionem apothecae, vel fundaci, et pro rata portionis mercium, ad quamquemque eorum spectantium.
53. Et hujusmodi pensiones detrahuntur primo loco a rebus socialibus, cum praelatione etiam locatoris quoad alios creditores.
54. Unus apothecam conduxit, postea societatem contraxit, et merces in ea reposuit, an jus inquilinatus communicatum censeatur alteri socio; negative resolvitur n. 55. 56. et 57.
57. Mercium nomine non veniunt stabilia.
58. Societas quandoque lucrosa, quandoque sterilis, et quandoque damnosa est.
59. De jure societas, semper lucrosa praesumitur, quousque contrarium probetur.
60. Sed ad hunc effectum, societatis finis expectandus est, ut dispunctis rationibus, lucrum sive damnum appareat, n. 61.
62. Praesumptio lucri in societate mercium semper praesumitur, cum haec negotiatio se 18. aut se. 20. rependat in singula centum et n. 63.
64. Merces venales possunt libere distrahi ab unoquoque socio, altero ignorante, vel etiam invito.
65. Intellige si omnes socii insimul, et promiscue administrent, secus si unus tantum fuerit administrationi praepositus, et affertur ratio, n. 66. 67. et 68.
69. Mercatores pro mercibus creditis fundaco per omnes socios administrato, agunt contra ipsos in solidum.
70. Amplia etiamsi unus aes alienum ex causa societatis necessario contraxerit, quia in his praesumitur mandatum aliorum n. 71.
72. Amplia fortius si alii socii vident merces in apothecam inferri, atque tacent.
73. Institor tamen non tenetur ad debita per ipsum contracta ex causa societatis.
74. Socii in solidum obligati pro debito societatis, an ultra capitale in societate illatum teneantur.
75. Distinctio capitalis limitati, seu illimitati alias data, retinenda est, et remissive.
76. Creditor recipiens ab uno socio, ejus partem debiti dimidiam, censetur contra ipsum remisisse actionem pro reliquo, si forte alter sit non solvendo n. 77.
78. Aliud est pactum de non petendo, et aliud actionis remissio.
79. Creditor recipiens ab uno socio suam debiti portionem, ut eum liberet pro reliquo, satis est, si dicat, esse pro sua portione, et vere suam debiti portionem pertingat.
80. Institor aes alienum ex causa societatis contrahens, obliget omnes socios in solidum, dubitatur an etiam realiter?
81. *Alexander* tenet personaliter tantum, non realiter; contra *Surdus* tenet etiam realiter.
82. Amplia, ut etiamsi in instrumento sociali non adsit hypotheca, haec per notarium possit addi, tamquam apponi solita n. 83.
84. Contrarium videtur verius, etenim non est bona illatio, debitor quia est ex instrumento, ergo inest hypotheca.
85. Hypotheca expressa non contracta non potest suppleri per vagas inductiones, atque illationes.
86. Datur quidem tacita hypotheca, quae a lege inducitur, sed quae expromissione hominis repetitur, debet ea expresse contrahi, nec sensus inducitur, in dubio praesertim n. 87.
88. Doctores non habent auctoritatem inducendi tacitam hypothecam ibi, ubi lex non inducit.
89. Societas mercatorum per unius socii mortem solvitur.
90. Nec societas defectis caeteris sociis, potest in uno subsistere.
91. Finita societate: penes quem debet sociale signum remanere.
92. Aut agitur de illo signo, quod ad indicandam artem, tabernae appenditur, vel tabernae ipsi relinquit, vel cui socio placet assignatur.
93. Aut agitur de illo signo peritiae quo signantur literae, quae ad mercatore scribuntur, vel sarcinae, quae transmittuntur; et hoc finita societate, evanescit, et datur ratio n. 94.
95. De hac materie signi, remissive.

De societate in mercibus, quae frequens est admodum, hic separatim acturus, principio, ut videamus praestat, quid mercium nomine comprehendatur. Ulpianus ait in *l. mer-*
1 *cis 66. ff. de verb. significat.* ibi = *Mercis appellatio ad res mobiles tantum pertinet* = hoc est ad res promercales quae mercimonii causa retinentur ut venduntur, quemadmodum sunt panni lanei, sericei, equi, boves, lapides pretiosi, aliaeque res similes, quibus utimur, *Soccin. sen. in* 2

rubrica de usur quaest. 6. *n.* 73. *lib.* 5. *decretal.* Et mer-
cis appellationem, angustiorem esse altera peculii, con-
stat, ita ut ea sub non comprehendantur homines, ut in
3 alia *l. mercis* 207. *ff. de verb. signific.* ibi = *Mercis appel-*
latione, homines non contineri, mela ait = Ergo neque
servi venalitiarii, mangones, multo vero minus servi fullo-
4 nes, et alii hujusmodi, de quibus in recitatis supra legibus,
ac praecipue *in l.* 1. *vers. licet. ff. de tributor. act.* ibi » Li-
5 » cet mercis appellatio angustior sit, ut nec ad servos fullo-
» nes, vel sarcinatores, vel textores, vel venalitiarios perti-
» neat » servi tamen, qui animalium instar ideo emuntur,
6 ut distrahantur, si non mercis nomine continentur, mercis
tamen sunt loco, ut *in l. servos* 71. *circa fin. ff. de legat*
7 3., *et glossa in l. mercis* 207. *verbo mangones ff. de ver-*
bor. signific.

Societas haec igitur in mercibus eodem consideratur modo
quo in caeteris rebus, et contractibus, spectata societatis
8 qualitate, ut si haec fuerit universalis omnium bonorum,
modice sit adlaborandum, circa emptionem, ac venditionem
an solius ementis nomine, seu sociali potius quaesitae ha-
9 beantur; item circa utilia, damna, et partitionem, nam
omnia communia sunt, quo quo sint nomine gesta, juxta
10 regulas jam plene traditas in superiore *cap.* 4. *part.* 2. Non-
nunquam dubitare contingit in societate generali, in omni-
11 bus iis, quae ex quaestu veniunt, locata, ut similiter, sive
mercium emptio, sive venditio ad quaestum habendum sit
per unum socium, suo etiam nomine peculiari facto, exce-
pto semper casu, quo eam rem quaesitam, velit apud se reti-
nere, ut commune sit lucrum, itemque damnum juxta regu-
12 las pari modo traditas in *cap.* 5. d. partis secundae. Frequen-
tior itaque cadit dubitandi ratio in societate mercium parti-
culari, ad cujus plenam probationem, plura congerit *Rot.*
13 *in decis.* 504. *per totam cor. Caprara* haec ideo societas,
quaecumque sit, vel unius negotiationis, vel unius etiam
rei, eisdem procedit regulis, atque principiis traditis in su-
14 periore *part.* 2. *cap.* 6.

Et ad hanc pertinet societatem casus ille, in quo sociorum
unus nundinas adire jussus mercandi, seu merces communi
pecunia emendi causa, et remoto impedimento, non adierit,
non emerit, non negotiatus fuerit, culpa quippe non caret
hujusmodi socius, qui aliis proinde sociis, actione pro socio
15 tenetur *l. si fratres* 53. § *idem respondit. il* 2. *ff pro so-*
cio tenetur scilicet ad id quod alterius socii interest, pro lu-
cro etiam cessante, ita ut alii socii adversus eum possint
16 etiam in litem jurare *Bertazzol. cons.* 527. *in addit. sub*
lit. A lib. 2. *Rot. in dec.* 177. *n.* 3. *cor. Bichio.* Quod si
socius iis, uti supra jussus, mandato paruit, et merces emit,
hae praesumi debent pecunia communi, seu sociali, ad hoc
destinata, quaesitae, nisi liquido contrarium appareat *Gra-*
17 *tian. discept. for. cap.* 632. *n.* 16. *Surd. dec.* 55. *n.* 6.
Rot. dec. 177. *n.* 6. *et* 17. *cor. Bichio.*

Postrema haec conclusio robur accipit, si merces per u-
num socium, uti supra coemptae pertineant ad illam mer-
cium classem, qua desuper coita habetur societas, tametsi
18 merces proprio illius nomine quaesitae reperiantur. *Petr.*
de Ubald de duob. fratrib. part. 5. *sub n.* 3. *vers. si non*
constat. Rot. post Salgad. labyrint. creditor. dec. 102. *n.*
8. *repetita in dec.* 2. n. 8. *cor. Celso.* Quod si sociorum
unus jussus tales designatas merces ad commune negotium
pertinentes emere, et hic res alias, atque alias, diversas
19 nempe emerit, puta loco pannorum, animalia comparaverit
si quidem de universali societate agitur, communia illa esse
20 non dubium, si de particulari vero, secus *Ferret. de re*
navali lib. 3. *n.* 59. An vero iste socius erga alium, ad id
quod intersit, teneatur, si de particulari societate res sit?
Distinguendum est, aut merces ad commune exercitium,
venum expositae in nundinis extabant bonae qualitatis, nul-
21 lumque aderat impedimentum, propter quod illae displice-
rent, et ideo minus emeret, et tenetur; aut non extabant,
sive malae conditionis aderant, impedimentumve interces-
serat, ut culpa argui socius minime posset, et non tenetur,
22 quemadmodum clare satis in *l. si fratres* 53. § *idem respon-*
dit, socius ff. pro socio.

Non absimilis casus est; si socius omnium communibus mercibus
nundinas profectus sit, easque vendiderit, et cum sua tan-
tum pecuniarum portione alias sibi merces comparaverit,
23 oneraverit, domumque retulerit; an alter socius, et lucri,
et sumptus partem mercium secundo emptarum, juste pe-
24 tat? Affirmat *Gammo dec. Lusitan.* 253. *per totam.* Equi-
dem vero distinctione quaestionem dirimendam puto: aut
generalis est societas, quae indole sua, omnia, quae ex
quaestu veniunt complectitur, ut in *l. coire* 7. *ff. pro socio* 25
et per senatum Lusitanum bene ibi judicatum dicerem;
aut e contra societas est particularis, puta unius negotiatio-
nis; vel unius rei; et nisi id actum appareat; ut socius nun-
dinas profectus, cum pretio mercium, duplicando negotium
alias merces secundo emptas per socium cum sua dumtaxat 26
pecuniarum ex primis mercibus venditis habitarum parte,
communes non esse, sed illius socii dumtaxat, qui suo illas
emit nomine, juxta principia tradita in superiore *part.* 2. 27
cap 6.

Dubitari etiam potest, si juxta praemissa, sociorum unus
merces ad communis quidem negotii exercitium pertinentes
emerit, de illis tamen fuerint mercibus illicitis, seu extrahi
prohibitis, an communi, ac sociali nomine comparatae prae-
sumantur, ut commune sit proscriptionis damnum, si quod 28
forte contingat? Non dubito commune damnum esse, si ambo
socii, majori lucro cupidi, in id praeventive consenserint,
nam sicuti jus non patitur, ut dolus cuique suus lucrum af-
ferat *l. si ab hostibus* § *fin. ff. soluto matrim.*, et *l. itaque* 29
Fullo 12. *in princ. ff. de furt.* ita pariter ut damnum sua
culpa illatum sentiat juste praescribit *l. quod quis* 204. *ff.* 30
de reg. jur., *et in cap. damnum* 86. *eod. tit.* in 6. Quod si
consensum in id alii socii initio non praestiterint, videba-
tur, totum damnum illius socii esse, cujus causa, et cul-
pa, in commissum merces incidisse apparet ad *textum in l.*
si fratres 53. § *fin. ff pro socio* ibi = *si ob maleficium*
suum tantum, damnum sentire debere = Nam circa rem, 31
vel actum illicitum, illicitamve, non praesumitur alterius
socii intervenisse mandatum. *Hondrd. cons* 96. *n.* 21. *et* 32
22. *tom.* 2. *Gamma dec. Lusitan.* 239. n. 2.

Quod si fatale contingat in mercibus damnum, puta nau-
fragium, aut latronum incursio, ac direptio, commune il-
lud esse debere, nulla dubitatio est ad *textum in l. cum* 33
duobus 52. § *quidam auguriam ff. pro socio* ibi » Alter ex
» his ad merces comparandas profectus in latrones incidit,
» suamque pecuniam perdidit etc. dicit Julianus, damnum
» esse commune » *Gammu dec. Lusitan.* 239. *n.* 1. hoc est 34
autem intelligendum, si ille socius, non devium, sed solitum,
magisque tutum tenuit iter, secus e contra, puta si cum terra
iter facere posset per mare cum mercibus navigando, profe-
ctus sit, nam hoc posteriore casu culpa non caret, propter
quam ipse solus tota damni accepti gravatur sarcina *Benve-* 35
nut. Stracchu de navigat. n. 4. *Ayora de partition. part.*
1. *cap.* 8. *n.* 11. *Felic. de societ. cap.* 21. *n.* 70.

An non tandumdem sit de pecunia sociorum ad comparan-
das merces destinata, atque deperdita dicendum? Distinguit 36
textus, aut pecunia ante collationem periit, et damnum do-
mini illius, totum est; aut post collationem periit, et com-
mune damnum esse, recte definit in *l. si id quod* 59. *sub*
princ. ff. pro socio ibi » item Celsus tractat, si pecuniam con- 37
» tulissemus ad merces emendas, et mea pecunia periisset,
» cui perierit ea? et ait, si post collationem evenit, ut pecu-
» nia perierit, quod non fieret, nisi societas coita esset, utri-
» que perire, ut puta si pecunia cum peregre portaretur ad 38
» mercem emendam, periit, si vero ante collationem, postea
» quam eam destinasses, tunc perierit, nihil eo nomine con-
» sequeris, inquit, quia non societati periit ». Quod si post 39
collationem quoque pecunia socialis perierit; culpa tamen
ejus qui ad nundinas proficisceretur, tunc principia nuper
jacta resurgunt, ut non commune sit damnum, sed illius
dumtaxat, cujus culpa periit, additur *Connan. comment.* 40
jur. civ. lib 7. *cap.* 13. *n.* 16. *in fin.*

Assecurationem in mercibus licitam esse, non dubium ex
Gamma dec. Lusitan. 253. *n.* 1. dummodo leges, et pacta 41
in capitulis socialibus, tam circa modum, quam circa quan-
titatem assecurandam religiose serventur *Rota in Anconi-* 42
tana societatis 2. *junii* 1783. § 19. *ad seq. cor. R. P. D.*
Mannelli, separatum hoc desuper extat *cap.* 11. in supe-
riore parte prima; sed hoc verum est in assecuratione, quae 43
fieri contingit per societatem assecurationum, vel alium
quemvis extraneum. Quid si per unum socium alteri fiat so- 44
cio assecuratio salvi capitis qualitatem redolens? Licitam
hanc quoque assecurationem esse sustinent a nonnulli, dum-
modo quantitas ex causa assecurationis praestituta sit pro-
portionabilis ad dubium eventum lucri, secus e contra, ut
per *Rot. in decis.* 186. *et decis.* 201. *n.* 2. *cor. Millino*, 45
quas decisiones ambas late exornat *Spada cons.* 296. *per*
tot. lib. 2.

Verum quia salebrosa quaestio haec semper fuit, quemad-

46 modum ego pluries in hoc tractatu demonstravi, ideo *Rota*
eodem loci, duos distinguit casus, aut mercium assecuratio,
et perinde caput salvum in eodem coitae societatis con-
tractu convenitur, et conventio de usuraria labe suspecta
admittitur; aut ex intervallo supervenit assecurationis, seu
salvi capitis stipulatio, et hoc posteriore casu licitam hanc
47 esse conventionem definitur in *d. dec.* 201. *n.* 4. *et* 5. *cor.*
Millino. Praeter quod enim in hujusmodi assecurationibus,
illud prius, aut posterius nihil facit, ut dixit *Rot. in dec.*
48 46. n. 11. *cor. Tanario Rot. in d. dec.* 201. *cor. Millino*,
academice tantum, et citra ullam necessitatem ad definitio-
nem quaestionis d. capitis salvi, interposita d. distinctione,
descendit, quia ibi vere aberat salvi capitis conventio, cum
49 pollicita ibidem capitalis restitutio, ad id, quod finita so-
cietate reliquum esset, reduceretur, ita ut si nihil capitalis
50 remaneret, nihil restituendum esset, ut *in d. dec.* 186. *n.*
3. et 4. *et dec.* 201. *n.* 2. *vers. fuit cor. d. Millino*. Caete-
rum totum hujusce quaestionis pondus in eo sedet, quod
salvi capitis qualitas in societate, eamdem societatem destruit,
tamquam legibus ubique omnibus contrariam, et non dubie
inimicam; et ne rem jam plene actam agere videar, sunt
51 quae plenius *in cap.* 6. *part.* 1. scripsi videnda.

Mercium socii dubio procul tenentur solvere apothecae,
aut fundaci, aut promptuarii pensiones locatori pro rata
52 portionis, quam in societate mercium habent, ex *Farrett.*
de re navali lib. 3. *n.* 78. atque hujusmodi pensio detrabi-
tur primo a capitalibus, et utilibus societatis cum praelatio-
53 ne etiam locatoria, quoad alios creditores *Rot. in dec.* 136.
n. 5. *tom.* 1 in *nuperr*. Dubitatur solum, an sociorum unus
si apothecam, seu promptuarium conductum ante coitam
societatem habebat, eamque, illudque pro asservandis com-
munibus mercibus destinavit, utrum alter socius dici possit
eo, eave desuper acquisivisse jus inquilinatus, ita ut hoc sit
54 inter eosdem socios communicandum? Non videtur, quis so-
cietas non habetur contracta, seu non coita supponitur su-
per fundaco, vel promptuario, vel apotheca materialiter,
55 sed super mercibus in eo, eave asservandis ut per *Rot.* in
dec. 115. *per totam coram Ludovis*. persuadet etiam al-
tera ratio, quia appellatione mercium veniunt res mobiles
56 dumtaxat, *l. mercis* 66. *ff. de verb. signific.* non utique
stabilia, prout in casu est locus, in quo merces asservantur
57 *Rot.* in *d. dec.* 115. *n.* 5. *cor. Ludovis.*

Societas generaliter quaevis potest esse quandoque lucro-
58 sa, quandoque sterilis, et quandoque damnosa, *Mantica de*
tac., et ambig. lib. 6. *tit.* 8. *num.* 4. *tom.* 1. *Rot. in dec.*
763. *n.* 19. *part.* 1. *diversor.* De jure tamen societas semper
lucrosa praesumitur, quousque non probetur contrarium
59 *Rot. in dec.* 1730. *n.* 7. *et* 8 *cor. Coccino, et dec.* 7. *n.* 4
de societ. cor. Falconer. Finis tamen societatis expectandus
est, ut lucrosa, seu sterilis, seu damnosa, eadem dignosca-
60 tur societas *Caball. cons.* 121. *n.* 8. *Decian. respons.* 97. *n.*
45. *tom.* 2. *Fontanell. dec. Cathalon.* 209. *n.* 5. *tom.* 1.
Maos. consult. for. 57. *n.* 37. *tom.* 1. hoc est, ut dispun-
ctis rationibus, quae sit circa lucrum vel damnum ipsa ap-
61 pareat societas *Carleval. de judic. tit.* 3. *disput.* 7. *n.* 4.
Thomat. dec. 232. n. 44. *Capon. discept. for.* 114 *n.* 7.
tom. 2. *Rot. dec.* 1730. *n.* 7. *cor. Coccino et dec.* 276. *n.*
13. t. 9. *in nuperr.* Praesumptio vero lucri in societate mer-
62 cium praecipue, semper militat *Magon. dec. Lucen.* 1. n.
36. et quod negotiatio pannorum, aliarumque mercium si-
63 milium 18. aut 20. in singula centum rependat dixit *De-*
cian. respons. 60. *n.* 3. *vol.* 2. *Rot. in Romana societatis* 7.
junii 1743. *cor. cl. mem. Card. Molino, confirmata die* 26.
junii 1744. *cor. bon. mem. Peralta.*

Merces autem venales, seu publice, ut vendantur, expo-
sitae, hoc praecipui habent, ut a quolibet valeant sociorum
distrahi praeter etiam portionem suam, nedum altero socio
64 invito, sed multo quoque magis ignaro *Zasius in l. si so-*
cius n. 5. *ff. si certum petat Bertazzol. cons.* 224. *n.* 8., *et*
cons. 278. n. 18. *et* 40., *et cons.* 558. *n.* 14. *lib.* 2. *Mart.*
medic. dec. Senen. 58. *n.* 24. *Ayora de partition. part.* 2.
quaest. 41. n. 47. *Alvar. valasc consul.* 143. *n.* 15. *Vin-*
cent. Carocc. dec. cas. 2. *n.* 10. *Giurba ad consuet. Mes-*
san. cap. 1. *gloss.* 6. *part.* 1. *n.* 50. videtur hoc tamen in-
65 telligendum si omnes promiscue socii administrent, nam
si sociorum unus sit in administratorem ex pacto, aut illo-
rum voluntate deputatus, seu socialis negotii administratio-
ni praepositus, caeteri non debent socii se in venditione
66 mercium minutatim praecipue facienda ingerere; persuadet
ratio, quia sicuti socius administrator tenetur libros confice-
re, in eisque partitas omnes distincte adnotare, eum secus
de possibili etiam lucro, ex alio simili negotio percipi assue-
to, tenebitur aliis sociis rationem reddere, ut per *Rot. in* 67
Tiburtina societatis, et redditionis rationis 8. *maii* 1750.
§. 20. *cor. cl. mem. Card. Caprara.* Ita si solus subest dam-
no redditionis rationis, solus quoque in gerendo, vendendo 68
administrandoque esse debet.

Si plures sint, qui in fundaco, vel apotheca mercium
promiscue negotiantur, emendo, vendendoque, tenentur o-
mnes in solidum erga mercatores, qui merces in eamdem apo-
thecam, seu fundacum invectas suppeditarunt. *Cyriac. contr.* 69
for. 478. *n.* 5. *tom.* 3. *Surd. dec.* 213. *n.* 2. *Rot. dec.* 302.
ad seq. cor. Ludovis., et hoc verum, licet unus socius aes
alienum ex causa tamen societatis necessaria contraxerit, quia
in solidum tenentur omnes *Rot.* in *Romana, seu Antuer-* 70
pien. pecuniaria 16. *febr.* 1759. §. 3. *cor. bon. mem. Ubul-*
do, nam cum ex causa societatis aes alienum contrahitur,
praesumptum aliorum sociorum intervenit mandatum *Surd.* 71
dec. 213. *n.* 2. maxime vero, si socii videntes merces in a-
pothecam invehi, sine ulla in contrarium protestatione ta-
cuerint, ne secus cum creditorum jactura socii locupletentur
Rot. in dec. 146. *n.* 20. *et* 21. *part.* 18. *tom.* 1. *rec.* Ad- 72
ministrans tamen, seu contrahens tunc non tenetur ad de-
bita per ipsum ex causa societatis contracta, quando in figu-
ra non socii, sed institoris contraxerit. *Cyriac. contr. for.* 73
478. *n.* 15. *tom.* 3.

Potest dubitari etiam, an socii in solidum obligati ultra
quoque capitale mercium in apotheca existens, et in aliisco-
rum bonis propriis extra societatem positis, teneantur? *Al-* 74
var. valasc. consul. 143. *n.* 4. negative indistincte resolvit,
sed ego distinctionem supra datam *part.* 2. *cap.* 10. *n.* 135.
ad seq. capitalis limitati, seu illimitati sub initium collati,
firmam teneo, eamque hic etiam confirmo. Quid praeterea 75
juris, si creditor recipiens ab uno socio suam partem debiti
dimidiam, an censeatur remisisse actionem solidalem, pro
reliquo, si alter forte socius fiat non solvendo? et remitti hanc 76
actionem affirmat textus, si eadem verbis conceptis fiat uni
plurium debitorum remissio in *l. creditori tuo* 5. *c. de pact.*
ibi » Creditori tuo, si partem pecuniae exsolvisti, de parte
» vero non petenda inter se, et ipsum convenit, ob caosas
» etc. liberatus es » Verum quia in hac recitata lege vere 77
agitur de remissione, seu melius de condonatione partis de-
biti per de non petendo pactum inducta, cum in proposito
nostri facti specie de simplici actionis divisione agatur; re- 78
citatum legis pactum, necessarium non est, sed redundat, ut
id, quod creditor ab uno sociorum recipiens partem suam
debiti, dicat pecuniam esse pro sua rata, et portione, praeci-
pue vero si pecunia ab uno socio per creditorem recepta to-
tius debiti dimidiam, neque plus, neque minus punctim at- 79
tingat *Rot. in dec.* 302. *n.* 7. *et* 8. *cor. Ludovis.*

Alia dubitatio; socios, vel institor debita contrahens ex
causa societatis, omnes obligat socios etiam in solidum; de
hoc principio juris, minime dubitatur: sed quaeritur an
personaliter tantum, seu etiam realiter? *Alexander* citatus 80
per *Surdum in dec.* 213. *n.* 3. ait personaliter tantum, non
realiter; sed postea idem *Surdus loc. cit.* utroque modo so-
cios, hoc est, et personaliter, et realiter obligari sustinet,
ut *ibid. sub n.* 4. ubi etiam subdit, quod si non sit hypo- 81
theca pacto expresso conventa, possit illa per notarium ad-
di instrumento, tamquam de re conveniri, et apponi solita,
qua in re concordant etiam *Menoch. de praesumpt. lib.* 3. 82
praesumpt. 43. *n.* 5. *Negusant. de pignor. part.* 3. *memb*
1. n. 24. *et* 25. *Cancer. var. resol. part.* 1. *cap.* 14. n. 41. *in*
fin. 42. *cum seq.* in quibus etiam juribus firmatur hypothe-
cam ibi contractam intelligi, ubi est apponi solita; idque
magni interest in proposita juris quaestione, ut possit cre-
ditor adversus tertios bonorum quoque possessores, virtute 83
hypothecae ex Salviano agere.

Equidem vero satis dubito, an propterea quod in aliquo
actu, vel contractu hypotheca sit apponi solita, si non ap-
ponatur, intelligatur inducta; nam si aliquis sit actus, in
quo hypotheca apponi assolet, instrumentum publicum pro-
fecto est, et tamen doctores male inferri dicunt, debitor est
aliquis ex instrumento, ergo inest hypotheca *Bald. cons.* 84
485. *n.* 4. *lib.* 1. *Merlin. Pignattell. contror.* 36. *num.* 1.
Merlin. de pygnor. et hypoth. lib. 1. *quaest.* 33. *n.* 2. *in*
fine. Melius itaque dixerim, nisi hypotheca per socium, vel
institorem super sociorum bonis, fuerit expresse contracta,
eam non posse per vagas inductiones, illationesque supple-
ri, cum illa stricti juris sit *Merlin. de pignor. et hypoth.* 85

ib. 4. *tit.* 5. *quaest.* 145. *n.* 1. *Mans. cons. for.* 57. *n.* 45. *om.* 1. *Rot. in dec.* 57. *sub num.* 1. *de fideicommiss. cor. Falconer.* et quamvis tacita etiam detur hypotheca, hoc intelligitur de tacita legali ministerio juris inducta, non quae ex provisione hominis, seu ex conventione in stipulatum deducitur, nam nisi hypotheca conceptis verbis fuerit con-
86 tracta, nunquam censetur inducta, *Negusant. de pignor. part.* 2. *memb,* 4. *n.* 1. *Merlin. Pignattell. cap.* 36. *n.* 1. *ibique Scoppa ad eumdem n.* 1. *Salgad. labyrint. credit. part.* 3. *c.* 13. *§. unico n.* 50. *ad seq. Rot. dec.* 547. *n.* 22. *post Cenc. de censibus, et dec.* 658. *n.* 1. *cor. Caprara*
87 in quovis dubio praesertim *Merlin. de pignor. et hypoth. lib.* 2. *tit.* 3. *quaest.* 95. *n.* 4. nec doctores vim habent ibi
88 hypothecam tacitam inducendi, ubi jus illam non indixit *Noguerol. allegat.* 1. *n.* 5. *Vivius decis.* 45. *n.* 6. *lib.* 3. *Salgad. in labyrint. credit. part.* 1. *cap.* 10. *n.* 39. *Con-*
89 *stant. ad stat. urb. annot.* 30. *n.* 285.

Societas tamdem mercatorum, per unius socii mortem sol-
90 vitur *l. societatem* 4. *ff. pro socio*, minusque eam, caeteris sociis defectis, in uno subsistit mercatorum societas. *Bald. in cap. imperatorum* 4. *n.* 3. *de juram. calumn. Minsinger. lib.* 3. *tit.* 26. *n.* 2. *instit. de societ.* sed si, vel per temporis lapsum, aliove modo solvatur mercatorum societas et supersint socii, quaeritur penes quem debeat, signum societatis, quo durante societate, uti assueverant socii, rema-
nere? Aut agitur de illo signo, quod aedificio, seu apothecae 91
appenditur, et illud quia modici momenti est, veluti artem seu artificis apothecam simpliciter indigitans, vel aedificio,
vel cui plerique socii voluerint, adjudicatur; aut e contra 92
agitur de signo peritiae, quo literae, mercium sarcinae, et hujusmodi signantur, et hoc tale signum siculi est societati accessorium, soluta societate, et ipsum evanescit signum, nec
unus, et alter superstitum sociorum potest illo uti, quia 93
periculum est, ne contrahentes forte ignari solutae societatis sub consueti signi pallio decipiantur, nisi nova ineatur societas, novumque ineatur negotium, et quod magni interest, hoc notum fiat omnibus mercatoribus, ne turpiter illu-
dantur, ita *Felic. de societ. cap.* 40. *n.* 46. *ad seq. Petr.* 94
de Ubald. de duob. fratrib. part. 11. *n.* 70. 71. *et* 72. ubi complura ad rem alia; materiam hanc resumit late *Straccha de mercatura part.* 2. *n.* 97. *ad fin.* videndus, ubi
hac in re tasat *Petr. de Ubald.* de confusione; verum de hoc 95
iterum infra *part.* 4. *cap.* 10. *circa fin.*

CAPUT V.

De societate animalium in genere.

SUMMARIUM

1. Societas animalium, est in praxi frequentior, et in illius quae stionibus implicatior.
2. In ea se exercent rustici, ignari quidem, sed in malitia lucrandi, solertissimi.
3. Divisio societatis animalium in tres partes, hoc est animalium in genere, ut hic majorum, et minorum, ut infra.
4. Societas haec animalium, se ad aliarum societatum instar habet et consideratur uti universalis, generalis, et particularis, et eum eisdem regulis procedit, de quibus remissive.
5. De societate horum negotii, seu negotiationis animalium loquitur *Gabriel*, et dat exemplum, n. 6. et 7.
8. Modi contrahendi societatem in animalibus sunt septem, et indicantur, n. 9. 10. 11. 12. 13. et 14.
14. Societas animalium ad caput salvum ducit homines ad inferos, num. 93.
15. Primus modus est, quando socius major nullum trasfert dominium animalium in socium minorem.
16. *Alciatus* tenet non posse dari societatem in animalibus, nisi illorum transferatur dominium.
17. Nam contractus induit potius naturam locationis.
18. Locatio non transfert dominium.
19. Et qui in locatione operam suam confert mercenarii loco est.
20. Dominium animalis in socium, nonnisi pacto expresso transfertur, eoque pereunte, perit domino, qui illud contulit.
21. Saepe confunditur locatio cum societate, puta cum is, qui pe est operam animalia pascenda suscipit, et certam fructuum quotam domino rependit.
22. Qui animalia suscipit cum suo augumento in fine partienda, necnon certa stipulata fructuum quota ea durante societatem inier dicitur.
23. Locationem vero contrahit lato saltem modo, si certam fructuum quotam stipulatur titolo mercedis
24. Animalium aestimatio, et respectiva dominii translatio, plus convenit societati, quam locationi.
25. In his spectanda sunt in primis pacta an societati, seu locationi conveniant.
26. Societas in animalibus expresse contracta sine translatione dominii, ea intelligitur super illorum fructibus contracta, atque erit improprie societas, n. 27. et 30.
28. Colonus partiarius, quasi socius, cum domino fundi, lucrum, et damnum partitur, n. 29
31. Sed varius est in fructibus quoque animalium verum contrahi societatem
32. Pactum ut in fine societatis fiat socialium animalium venditio, et pretii partitio, indicat initio fuisse translatum dominium, et n. 33.
34. Quod si partitio, seu communicatio fuerit restricta ad fructus dumtaxat, tunc animalium dominium translatum non dicitur.
35. Et socius minor, non de alio participat quam de fructibus animalium
36. Pactum, ut fructus animalium inaequaliter dividantur, an valeat?
37. Resolvitur valere, et datur exemplum et affertur ratio. n. 38
39. Aequalitas partium in societate est de natura, non de substantia illius, et ideo potest alterari.
40. Alter contrahendae societatis modus est, si per socium majorem pars dominii animalium retinetur, pars transfertur
41. Et hoc casu omnia, scilicet damna, lucra, capita, et fructus sunt communia.
42. Ecitque argumento, si animalia tradita initio fuerint aestimata.
43. An vero socius minor teneatur solvere pretium animalium in se translatorum? Ad consuetudinem primo et pacta recurritur.
44. Alii tenent, aestimandam esse operam socii minoris, an aequivaleat vrens ad aequalitatem fit reductio.
45. Alii demum tenent operam socii minoris respondere magis fructibus, quam pretio.
46. Difficilis est operae aestimatio, ideo spectantur pacta, et consuetudo.
47. His cessantibus, stante pacto, quod sint omnia communia, opera censetur aequalis capitali, ex ipso partium animo.
48. Fortius quia socius minor, praeter operam complures etiam subit expensas.
Et ideo socius minor pretium animalium solvere non tenetur, ibid.
49. Hic secundus societatis modus, de quo hactenus, habet verum specimen societatis.
50. Doctores distinguunt societatem animalium majorum, quorum fructus in uno anno non aequat pretium illorum, et societatem animalium minorum.
51. Quoad priorem si nihil dictum sit, socius minor debet continuare ad quinque annos, de fructibus aequaliter participare, et capitale integrum restituere.
52. Declara nisi aliquid initio solverit, nam tunc etiam de capitali aequaliter participabit.
53. Quoad vero alteram animalium minorum, socius minor illa tenet ad tres annos, et quotannis dat socio majori, 12 caseos pro capella, 6. caseos pro ove, in fine animalia, et fructus aequaliter dividit.
54. Doctores tamen ita sentientes, loquuntur juxta quamdam extravagantem relatam post libros feudorum, non alias servandam quam ubi sit usu recepta.
55. Secus spectari debent pacta, consuetudines locales, item statuta localia.
56. Tertius modus est quando socius major transfert in minorem totum dominium animalium ad meliorandum, et dicitur magis contractus innominatus.
57. Natura hujus contractus est, ut animalia pinguescant, meliora fiant, et in fine vendantur, et de pretio aequalis fiat divisio.
58. Declara nisi partes voluerint ut de melioratione tantum, seu augumento fieret aequalis divisio.
59. Periculum animalium in hoc tertio modo est socii minoris, juxta notam regulam.
60. Sed contrarium verius, ut damnum sit commune, remota culpa.
61. Contractus ut socius major sit immunis e periculo, est injustus et datur exemplum, n. 62.
63. Hic tamen contrahendi modus, non solet sine fraude, nempe ut socius minor habens totum dominium animalium gratis pascera in suo territorio posset, et n. 64. et 65.
66. Haec tamen fraus fuit detecta, simulque sublata, ut socius major forensis solvat fidam communitati, n. 67.
68. Ampliatur hoc ad socium minorem ecclesiasticorum, et remissive n. 69.
70. Quartus modus est, si tradatur equus, vel asinus, ut equa, vel asina concipiat, et pariat.
71. Innominatus hic dicitur contractus, in quo pulli illo anno nati sunt communes, et dominus equae, et asinae partitur, et dominus equi, et asini eligit, n. 72.
73. Sed cessante pacto, spectatur consuetudo, et arbitrio boni viri, debita assignatur merces ad instar locationis, n. 74.
75. Contra *Textus*, si equus tuus reddidit praegnantem equam meam, meum est quod natum est.
76. Ratio, quia partus sequitur ventrem.
77. Quae ratio procedit aeque in rationabili, atque in irrationabili n. 78.
79. Extat aliquo in loco consuetudo, ut dominus equi, vel asini lucretur unum pedem pulli nati.
80. Sed prior sententia de qua n. 74. verior est, et affertur ratio.
81. Quintus modus est, si socius major, dat minori animalia aestimata cum pacto, ut omne damnum, et lucrum sit socii minoris, est haec vera emptio, et venditio.
82. Et socius major est creditor pretii, absque usuris, nisi animalia fuerint fructifera, et socius minor fuerit in mora solvendi

83. Declara si socias major abiit io creditum, secus si in recompensationem fructuum usuras convenit, etiam sine mora, o 84. et 85
86. Amplia, ut usurae debeantur etiam jure canonum.
87. Amplia etiam io contractu emptionis, et venditionis.
88. Fructus recompensativi debentur ex stabilibus, mobilibus, et se moventibus fructiferis.
89. Sextus modus est, quando non apparet, an sit societas, vel locatio.
90. Si actus non sint tales, ut fieri nequiverint citra jus societatis, spectatur consuetudo, et tandem erit contractus innominatus.
91. Si est societas, per mortem socii, non transit ad haeredes, si vero simplex soccita, o colonia partiaria, seu e locatione non absimilis, transit.
92. Septimus modus est, si traducuntur animalia ad caput salvum, quod plures ducit ad inferos, et ideo illicitum, n. 93. 94. 95. 96. et affertur ratio, ibid.
97. Amplia licet dominium animalium fuerit translatum in sociem minorem.
98. Limita, si caput salvum restringatur ad restitutionem animalium quatenus extent salva.
99. Doctores sustinentes caput salvum in animalium societate, indicantur.
100. Et licet ratio sit, ut socius minor frenum habeat, ne excoriet animalia, n. 101.
102. Ratio haec tamen rejicitur, et quare, n. 103.
104. Alia ratio, quia caput salvum destruit substantiam societatis.
105. Conductor animalium potest pacisci gregem salvum per subrogationem foetus in locum demortuorum capitum.
106. Pactum hoc, est in societate iniquissimum.
107. Alii doctores dividunt societatem animalium in alios quatuor modos frequentiores usuque magis receptos, atque indicantur, n. 108. 109. 110. et 111
112. Primus modus est, quando unus animalia, alter operam confert, aequaliter, vel inaequaliter.
113 Et haec est vera societas, et datur exemplum, o. 114. et 115
116. Sub hac prima specie praeter fructus, capita quoque animalium venire possunt in divisionem.
117. Quod si non apparet societas coita super fructibus, et capitalibus, recurrendum est ad distinctionem, de qua remissive.
118. Hoc est si opera respondet capitali, omnia in fine aequaliter dividuntur, o. 119.
120. Secus si opera respondet solis fructibus, tunc tunc soli fructus in fine partiuntur, n. 101.
122. Opera in rusticis reducitur ad vigilantiam, et peritiam, et haec non ingenii est, unde minus pretiosa existimatur; ad differentiam operae puri ingenii, et remissive, o. 123.
124 In rusticis opera non est difficilis aestimationis, cum capitali, vel fructibus respondent, et indicatur modus aestimandi, o. 125. et 126.
127. Statutum agriculturae urbis sep. 86 tradit societatem animalium fieri ad usum et consuetudinem bonae societatis, licet in instrumento nihil fuerit expressum, o. 128.
129. Quis sit autem ille usus, quae ista consuetudo bonae societatis, tam quoad damnum, quam quoad lucrum, exponitur, o. 130. 131. et 132.
133. Secundus modus est, si ambo socii parem animalium quantitatem conferunt, et tertium in custodem inducunt.
134. In hac simplicissima societatis specie, aequalis est damni, et lucri partitio.
135. Quod si eorum alter damnum societati intulerit, ipse tenetur sarcire, et si sarcire non poterit ad discretionem consulum tenebitur, o. 137.
138. Quod si per animalia socialia sit illatum damnum tertio, hoc, cum poena solvetur ab eisdem duobus sociis.
139. Sin autem aderit socius minor, ad hunc solum, damnum, et poena pertinebit, n. 140.
141. Creditoribus vero socialibus, item mercenariis, et pastoribus, ambo socii major, et minor in solidum tenentur.
142. Pastor mercede conductus tenetur de periculo animalium et o. 143.
144. Tenetur etiam de culpa levissima, si sit peculiariter suscepta, secus de culpa levi tantum, n. 145.
146. Triplex animalium periculum, ex natura, ex fortuna, et ex culpa
147. Periculum, seu damnum ex natura, et fortuna, ad dominum animalis, ex culpa vero ad pastorem pertinet.
148. Pastor, seu custos suscipiens animalis periculum, intelligitur de periculo ex fortuna, et culpa, non ex natura.
149. Si non apparet cujus culpa sit peremptum animal, pastor non tenetur.
150. Pastor tamen probare debet, animal culpa sua non periisse.
151. Nec sufficit pastorem exhibere pellem, nisi morbum similem, quo animal periit, communem esse ostendat.
152. Amplia si vis morbi, puta *bisciola* vitari poterat.
153. Amplia fortius, si pastor omisit denunciare morbum domino infra duos, aut tres dies.
154. Animal e lupo raptum, perisse dicitur damno pastoris, qui non excusatur, o. 155.
156. Amplia ad animalia furto subtracta.
157. Consuetudine extante immittendi animalia in certa pascua sine custodis praesentia, huic damnum non imputatur.
158. Amplia juxta morem localem, si damnum nocte acciderit, dummodo custos, de lupis, et furibus nihil audierit
159. Tertius modus est, si uterque socius conferat capitale animalium inaequaliter, ut is qui minus contulit, suppleat industriam.
160. Regula est in societate, ut qui in ea plus confert, plus participet, et e contra.
161. In hoc tertio modo, videndum primo, quid partes sanxerint circa utilia, et illud est servandum.
162. Amplia licet, aequalitas capitalium utriusque deficiet, dummodo tamen laesio absit.
163. His cessantibus, ad actus contrahentium, qui eorum aperiunt animum recurrendum est.
164. Quod si, ne ex his quidem actibus aliquid ergoi potest, judex eam tenebit regulam, de qua remissive.
165. Quartus, et ultimus modus est, quando in solis animalibus coitur societas, uno operam, altero animalia conferente, hoc dominio illorum reservato.
166. Et huic modo applicatur regula, de qua remissive.
167. Societas animalium contrahi potest, tam expresse, quam tacite.
168. Et si non apparet, quid partes agere voluerint servanda erit consuetudo localis, dummodo non sit vitiosa.
169. Animalium societas, circa partes utilium, potest ad tertii arbitrium remitti, et remissive.
170. Amplia circa partes locu capitalis conferendas.
171. Intellige dummodo arbitrium sit justum, et ille designatus arbiter, de facto arbitretur, o. 172
173. Unus socius immittens in societatem res malas vel arbiter immitti patiens, alter socius debet in contrarium protestari; ne sibi praejudicet, et n. 174.
175. Amplia hoc, in omnibus actibus socialibus, si forte morbosum animal ematur, seu vendatur; ne alias ad damna teneatur.
176. Peremptis omnibus animalibus societas solvitur.
177. Nulla enim est societas ejus rei, quae non extat.
178. Re perempta, ne ex pacto quidem fieri potest, ut societas perseveret.
179. Socius minor, soluta intempestive societate, pro rata temporis participat de utilibus, et capitali.
180. Declara, ut omnibus animalibus peremptis, solvatur societas, secus si aliqua supersint, nam in his perseverat.

1 Non est societas in jure elegantior, non in commercio fre-
quentior, nec in suis quaestionibus implicatior illa anima-
lium, in qua rustici, ignari quidem, sed in lucris sibi jure,
vel injuria parandis, prae eorum subtilitate, ac malitia
etiam, solertissimi, se exercent, quemadmodum adnotarunt
2 *Cassaneus ad consuet. Burgund. rubr.* 4. §. 23. *n.* 54. *pag.*
mihi 774. *Angel. de perigl. de societ. part.* 2. *in princ.*
Praestat itaque, ut de hac animalium societate plenius, ac
magis distincte agatur; et hac de causa materiam trifariam
divido; hoc est in societatem animalium in genere, de qua
hic nunc primo, in societatem animalium majorum, atque
in aliam societatem animalium minorum, de quibus in pro-
3 ximis, quae sequuntur, capitibus. Ea hac divisione, for-
non dubito; quin materia haec fiat, quo latior, eo vel faci-
lior, atque explicatior.
In hac animalium societate idem fere novenit, quod in
aliis rebus, quae in societatem conferuntur; hoc est ut iis
desuper animalibus, societas, tum universalis, tum genera-
lis, tum quoque particularis recte coeatur, ita ut eisdem
regulis in unaquaque animalium societate procedatur, qui-
4 bus habetur in *cap.* 4. 5. *et* 6. secundae partis, expositum;
quemadmodum de societate unius etiam negotii, seu negotia-
tionis animalium ad quam societates fere omnes hujus generis
5 reducuntur, agitur per *Gabriel. cons.* 157. *per tot. lib.* 2. ubi
quod certas coemere pecudes negotiationis causa duo con-
venerunt, inaequaliter tamen, hoc est, ut alter duas pretii
partes solveret, et perinde duae pecudum partes ad eum spe-
ctarent; alter vero tertiam pretii partem solveret, et reli- 6
quam portionem pecudum haberet tertiam? eodemque mo-
do, ac proportione servatis, lucra, et damna uterque socius
participaret; hanc uti dixi, unius negotiationis societatem,
merito appellat *Gabriel. d. cons.* 157. *n.* 5. *lib.* 2. Huic 7
autem societati consimiles erunt pene, tamquam usu rece-
ptiores, illae, de quibus in hoc, et in sequentibus duobus
loquar titulis breviter, distincte, et quoad licebit clare.
Pluribus modis particularem contrahi posse societatem in
animalibus, palam est. Sunt porro doctores, qui in septem
modos animalium coire societatem, defendunt. *Primo*, quan-
do dominium animalium, per unum socium illa conferentem 8
non transfertur ullo modo in alium socium. *Secundo* quan-
do hoc tale dominium transfertur in parte, et in alia parte
per conferentem retinetur. *Tertio* quando dominium eo- 9
rumdem animalium transfertur in totum per conferentem,
seu socium majorem, in alterum socium minorem. *Quarto* 10
quando animalia ad meliorandum traduntur, puta si equa,
vel asina, ut concipiat, seu praegnans fiat, consignatur. *Quin-* 11
to quando animalia aestimata traduntur, ut ita commodum,
atque incommodum sit recipientis, seu socii minoris. *Sexto* 12
autem quando non apparet quomodo sint rustico animalia
consignata, an ex causa societatis, vel soccitae vel locationis, 13
ita *Angel. de perigl. de societ. par.* 2. *in princ.* concordat
Cassanaeus ad consuet. Burgund. rubr. 4. §. 23. *n.* 55. *ad*
seq. pag. mihi 774. *ad seq.* qui addit septimum contrahen-
dae societatis modum, nempe ad caput salvum, hic tamen

14 modus, ait, contrahendae societatis ille est, qui multos du-
cit ad inferos *Cassanaeus loco proxime cit. n.* 69. *vers.*
alium septimum pag. mihi 780.
De his ergo septem loquar modis ex ordine: et quoad
primum modum in eo positum, ut dominium animalium
15 per socium majorem illa conferentem, non transferatur,
ullo modo in alterum socium minorem. *Alciatus* docet
nullam esse posse societatem animalium: quando illo-
16 rum dominium retinetur, et non transfertur, *in suis*
comment. jur.civ. in leg. si pascenda n. 6. *c. de pact. lib.* 3.
17 Sed quod hoc res ad terminos locationis magis accedat, ita
Alciat. loco prox. cit. Cassanneus ad consuet. Burgund.
rub. 4. §. 23. *n.* 55. *ad seq. Perigl. de societ. part.* 2. in
princ. Molin. de just., *et jur. tract.* 2. *disput.* 420. n. 4.
in fin. illa ratione elegantissima per Ulpianum tradita in *leg.*
18 *non solet* 42. *ff. locati*, ibi = *non solet locatio dominium*
mutare = ita ut ille, qui custodiam, seu operam confert
19 mercenarii loco sit magis *leg. seq.* 43. *ff. eod. tit.* Imo quod,
ut in socium minorem animalis dominium translatum dica-
tur expressum requiratur pactum, quo cessante, et animali
sine culpa custodia pereunte, domino, qui illud contulit,
20 pereat *Tartaglio de reservat. statutar. art.* 59. n. 89. *et* 90
Nec raro quidem confunditur cum societate locatio: non
utique dubium, quin licita sit locatio ex parte ejus, qui po-
nit operam, et animalia pascenda, et custodienda sub certa
fructuum quota domino animalium solvenda, seu apud se
21 retinenda accipit *Capon. de pact. et stipulat. qu.* 18. n. 4
Pacion. de locato, et conduct. cap. 12. n. 21 Societas ta-
men erit, et non locatio si is, qui animalia accipit, non so-
lum in hoc societatis, et capita, et angumenta animalium
dividere, sed etiam si certam sibi fructuum quotam, seu
portionem, quae societati, se magis accomodat, paciscitur
22 *Molin. de just. et jur. tract.* 2. *disp.* 411. *n.* 3. *Capon. de*
pact. et stipulat. qu. 18. *n.* 5. *Pacion. de locato, et con-*
ducto cap. 12. n. 24. *ad seq.* Locatio autem erit lato saltem
modo, si titulo mercedis, seu stipendii expresso, d. quotam
23 seu partem fructuum stipulatam consequitur *Molin. d. disp*
411. *n.* 3. *Capon. pariter d. qu.* 18. n. 5. Quod si animalia
sint praevia aestimatione tradita, nisi aestimatio facta digno-
scatur, ad sciendum illorum valorem, magis censenda sit
societas, quam locatio, quia translatio dominii plus societa-
24 ti, quam locationi convenit *Pacion. de locato, et conduct.*
cap. 12. *n.* 34. *ad* 39. Summatim vero, pacta in primis spe-
ctanda sunt, an locationi magis, quam societati conveniant,
25 ut rectum procedat in hac quaestione judicium *Pacion. loc.*
prox. cit. n. 41. *et fere per tot.* ubi est in hac quaestione
latissimus; consule etiam *Merill. var. exposit. ex Cajacio*
part. 2. *lib.* 1. *cap.* 24. *per tot.*
Quod si nihilominus, ut illuc revertar, societas in anima-
libus contracta expresse dicatur, licet translatio dominii defi-
ciat, illa in foetibus, et fructibus non in animalium capitibus
26 coita intelligetur *leg. si pascenda c. de pact.* ib. « Si pascenda
» pecora partiaria, id est, ut foetus eorum portionibus, qui-
» bus placuit, inter dominum, et pastorem dividantur, ubi
27 *Alciat. ibid. sub* n. 6. *Connan. comment. jur. civ. lib.* 7.
cap. 13. *n.* 9. ad instar ferme coloni partiarii, qui cum do-
mino fundi lucrum, et damnum aequaliter in fructibus par-
titur, ut in *leg si merces* 28. §. *vis major. ff. loca-*
28 *ti*, ibi » Alioquin partiarius colonus, quasi jure societatis,
» et damnum, et lucrum cum domino fundi partitur » et
29 hoc posteriore casu impropria erit societas, quia futurum il-
lud lucrum in foetibus, et fructibus, mercedis loco erit, ju-
30 xta *Alciat. in d. leg. si pascenda* n. 4. *c. de pact.*, quam-
vis equidem, non invitus aliis adhaereo, qui duce *text. in d.*
leg. si pascenda c. de pact. veram societatem in fructibus,
31 et foetibus animalium contrahi posse jure sustinent: ut infe-
rius loco suo.
Ad dignoscendum vero, an sit translatum initio dominium
animalium capitum, seu eorum foetuum dumtaxat nascitu-
rorum, cum caeteris animalium fructibus, indicio erit pa-
ctum, si forte ineatur, ut in fine societatis fiat animalium
32 divisio, ad literam textus *in leg. si tibi* 14. *vers. sed si pae-*
ram ff. de praescript. verb. ibi » Sed si pecus pascendum
» tibi dedero, ita ut si post certos annos venisset, pretium
» inter nos communicaretur etc. eo quod hic Dominus esse
33 » non desinit, qui prius fuit, competit igitur pro socio actio »
Alciat. in comment. jur. civ. in leg. si pascen. n. 6. *c. de*
pact. Gabriel. cons. 62. *n.* 2. *lib.* 1. *Pacion. de locato, et*
conduct. cap. 12. *n.* 21. 22. *et* 39. Quod si pactum e con-
tra ad dividendos fructus, seu foetus animalium restringa-
tur dumtaxat, et hoc posteriore casu dominium capitalis ani-
malium translatum in socium minorem nequaquam cense-
bitur, ut *in l. cum duobus* 52. §. *si in coeunda ff. pro so-* 34
cio, *Alciat.* in *leg. si pascenda n.* 8. *c. de pact.*, *ibique*
etiam, *Alexand. n.* 3. *c. eod. Pacion. de locat.*, *et con-*
duct. d. cap. 12. n. 40. ita quidem, ut socius minor, qui
ponit operam nihil aliud quidquam praeter utilium, seu
fructuum, aut foetuum participationem petere possit, *Roto* 35
in decis. 59. *n.* 7. *par.* 12. *recen.*
Quid si in supposito coitae societatis in foetibus animalium
apponatur pactum, ut fructuum, seu foetuum divisio inae-
qualis sit, utrum hoc tale pactum valeat? Sit exemplo do- 36
minus animalium, qui socius major dicitur, tradit ea pa-
scenda socio minori, operam suam, suamque custodiam con-
ferenti; cum pacto, ut hic duas partes, ille unam ex foetibus
consequatur; et pactum licitum esse, ac sustineri affirmant
Coppin de privil. rustic. lib. 1. *par.* 1. *cap.* 2. *in princ. Ca-* 37
pon. de pact. et stipulat. q. 18. n. 1. *et* 3. cum quia custo-
dia, seu socii minoris industria potest capitali ipso potior
esse, atque pretiosior *leg. societas ff. pro socio et in* §. *de*
illa sane conventione instit. de societ. Indicata partium 38
inaequalium conventio incivilis non est; additur aequalita-
tem partium in societat. non esse de ejusdem societatis sub-
stantia, sed potius de natura, quae per pactum alterari non-
dedecet *Capon. de pact. et stipulat. qu.* 18. n. 3. 39
Alter contrahendae societatis modus in animalibus est
quando illorum dominium transfertur in parte, et in alia
parte per conferentem animalia retinetur; iste tunc illucet
contrahendae societatis modus, quando socius major, alteri
socio minori, ita animalia tradit, ut communia sint omnia, 40
in fine societatis aequaliter partienda, cum illorum domi-
nium in socium minorem pro dimidia transfertur parte, et
pro altera dimidia remanet penes socium majorem *Cassa-*
naeus ad consuet. Burgund. rubr. 4. §. 23. n. 62. *pag. mi-*
hi 776. *Costa de ratione ratae qu.* 118. n. 3. *De Graffis* 41
dec. cas. conscient. cap. 120. *n.* 19. *Angel. Perigl. de so-*
ciet. part. 2. *in prooem.*, *et n.* 2. *Tartagl. de reservat. sta-*
tutar. art. 59. n. 99. eritque certo argumento, si animalia
tradita fuerint initio aestimata *Costa de ratione ratae d.*
qu. 118 *n.* 2. *Sabell. var. resol. cap.* 17. n. 13. *Pacion. de*
locato, et conduct. cap. 12. *n.* 34. *Tartaglia de reservat.* 42
statut. art. 59. *n.* 100. *Rot. in dec.* 57. *cor. Manzanedo*
impresso apud Marcheson. de commiss. part. 1. *pag.* 881.
sub n. 1. nec non *apud Michalor. de fratrib. part.* 3. *post*
cap. 59.
Multiplex tamen hoc in re difficultas est, an socius minor
teneatur solvere socio majori, pretium illius dimidiae partis
animalium sibi traditorum? Ad consuetudinem, et pacta
esse primo recurrendum, dicunt *Angel. de perigl. de so-* 43
ciet. part. 2. *n.* 2. *ad seq. Sambonet. de animalib.*, *curru.*
et plaustr. cap. 27. *n.* 14. *Tartagl. de reservat. statutar.*
art. 59. *n.* 97. Alii autem tenent, aestimandam esse operam
socii minoris, an ipsa capitali aequalis dignoscatur, ita ut
statuta disparitate, ad aequalitatem sit redigendus contractus,
et eorum alter qui minus contulisse reperiatur, quod reli-
quum est in pretio suppleat, vel tantum minorem utilium
partem accipiat *Tartaglia de reservat. statutar. art.* 59. *n.* 44
95. *de Graffis dec. cas. conscient. cap.* 120. *n.* 5. *Capon.*
de pact., *et stipulat. qu.* 18. n. 2. Alii demum illi regulae
incumbunt, ut opera usui magis, et animalium utilibus,
quam capitali respondere censeatur *Bald. in leg.* 1. *n.* 14. 45
c. pro socio. Michalor. de fratrib. par. 3. *cap.* 59. n. 23.
Capon. de pact. et stipulat. q. 18. *n.* 18. *in fin.* Equidem
vero, quia difficile est admodum aestimationem operae, seu
industriae haberi posse perfectam; id primo spectandum pu-
tarem, quid consenserint partes; quidve consuetudo localis 46
ferat, ex *Aloys. de Leo in leg. si pascenda n.* 11. *c. de*
pact. His vero cessantibus, cum partes communia esse
omnia initio pepigerint, aestimationem operae capitali aequa-
lem ab se datam et constitutam dicerem, ita ut opera, et
animalia unum capitale integrum effecisse dici debeant 47
Molin. de just., *et jur. tract.* 2. *disp.* 420. *sub* n. 4. idque
etiam quia socius minor praeter suam operam, et custodiam,
tot alios subit sumptus in eamdem societatis causam *Costa* 48
de ratione ratae qu. 118. n. 2. *et* 3. quo in casu nullam
pretii socius minor solvit partem, quia pretium animalium
supplet industria, vel opera *leg. si societas* 5. *leg. si non*
fuerint 29. et *leg. cum duobus* 52. *ff. pro socio.*
Doctores latius in hoc secundo societatis contrahendae modo
super animalibus, tamquam verae societatis specimen habente

49 subsistnut binosquedistinguunt casus; alter est quando socie-
tas in animalibusmajoris speciei, coitur, puta iu bohus, vaccis,
equis jumentis, bubalis, et hujusmodi, quorum fructus, veluti
usus rerum edocet, nunquam solet eo in anno ad valorem
animalis ascendere; alter vero est, quando societas contrahi-
tur super animalibus minutis, puta ovibus, capellis, porcis,
50 et similibus; et quoad priorem casum distinctionis, si in
societate animalia majora tradantur, et nihil de capitali, aut
fructu, aut tempore pactum sit, is qui accipit, hoc est, so-
cius minor, debet perseverare ad quinque annos, omnes
51 pullos, aliosque fructus, communes habere, et capitale ma-
jori socio restituere, nisi socius minor aliquid pretii, puta
tertiam partem ad capitale comparandum; initio contulerit,
vel ejus industriam capitali aequalem exhibuerit. Nam hoc
posteriore casu, capitale etiam aequis ex partibus in fine so-
52 cietatis dividetur, ita *Cassanaeus ad consuet. Burgund.
rubric.* 4. ₰. 23. *n.* 62. *od seq. pag. mihi* 776., *Angel. de
Perigl. d. societ. part.* 2. *n.* 2. *ad seq.*

Quoad alteram vero distinctionis partem, animalia mi-
nuta respicientem; aliud servatur, nam qui capellas acci-
pit, tenere illas debet ad tres annos, et singulis quibusque
annis dare debet socio majori duodecim caseos pro quavis
capella, sex caseos pro quavis ove, ipsa vero animalia in fine
53 eum suis foetibus, et fructibus, agnis videlicet; haedis, la-
cte, lana, stercoratione, et hujusmodi ex aequo dividantur
Cassanneus loco prax. cit n. 69. *Angel. de Perigl. loco
pariter cit. n.* 13. Sed hujusmodi doctores, qui super utro-
que animalium crassiorum, et minutorum genere, plures
alias quaestiones ibi excitant, loquuntur secundum quam-
dam extravagantem in fine libr. ad usum feudorum relatam,
54 quae extravagantis dispositio, ubi non habetur usu recepta,
seu per longam consuetudinem ratihabita, spectanda non
est, sed ejus loco spectari magis debet, vel conventio, vel
particularis cujusque regionis consuetudo, quae tamen ae-
qua sit, justa, atque regulis bonae societatis conformis, que-
madmodum in urbe Roma, ejusque districtu inest agricultu-
rae statutum circa modum contrahendi utrorumque anima-
55 lium majorum, et minorum societatem, de quo infra saepe
loco suo edisseram.

Tertius contrahendae super animalibus societatis modus
est, quando dominium eorumdem animalium transfertur in
totum in socium minorem, et addicitur ad meliorandum; do-
ctores tenent, hunc contractum innominatum magis esse, quam
56 societatis, *Angel. de Perigl. de societ. part.* 2. *in prooem.*,
et n. 18. *Cassan. ad consuet. Burgund. rubrica* 4. ₰. 23.
n. 57. *pag. mihi* 775. *Alderis. de symbolic. contract. tit.*
3. *cap.* 3. *n.* 22. Natura hujus contractus, ut opinor; illa
est, si animalia tradantur, ut pinguescant, meliora fiant,
et post tempus societati praestitutum vendantur, nam com-
mune erit pretium inde redigendum, prout communes etiam
57 erunt fructus inde provenientes, sint illi in foetu, lacte, ca-
seo, lana, stercoratione, et hujusmodi *Angel. de Perigl.
de societ. part.* 2. *n.* 18. nisi principaliter animal ad melio-
randum sit traditum, ea mente, ut solumelioratum in
58 commune redigeretur *Alderis. de symbolic. contractib.
tit.* 3. *cap.* 3. *n.* 24. Hujus tamen contractus indolem ex re-
liquis pactis socio minori favorabilioribus poterit intelligi.

Necessaria hujus contrahendi modi consequentia, ea vi-
detur esse: ut animalibus ita traditis, vel in parte, vel in
toto, citra culpam quoque custodia, vel socii minoris pereun-
tibus, eidem socio minori pereant, juxta regulam, quod rei
59 periculum ad dominum illius pertinet *leg. pignus* 8. *c. de
pignor. act.* Sed in contrarium stat, cum naturalis ratio,
tum juris auctoritas, nam si communis est animalium me-
lioratio, opera, et sumptibus socii minoris facta, multo sane
60 magis damnum, quod non culpa socii minoris obveniat *Ja-
son. in leg. si pascenda n.* 20. *de pact. ubi etiam, Alciat.
sub n.* 10. *cod. eod. tit. Alderis. de symbolic. contract. tit.*
3. *c.* 3. *n.* 22. 23. *cum seq. Angel. de Perigl. de societ.
part.* 2. *n.* 18. *Pocion. de locat., et conduct. cap.* 12. *n.* 45.
Imo vero si socius major, se ex pacto subtraheret a periculo
61 contractus foret injustus *Capon. de pact., et stipulat. qu.*
18. *n.* 6. ubi dat exemplum decem vitulorum cum transla-
tione dominii ad pascendum, et custodiendum traditorum,
ut exacto triennio ad communem utilitatem venderentur;
nam si pactum fuisset, ut periculum foret socii minoris to-
62 tum, pactum, veluti iniquum caderet, ita *Capon. loc.
prox. cit. n.* 6.

Hic tertius societatis contrahendae modus in animalibus
63 sine fraude plerumque non est, nam exempli causa, anima-
lia possidens, hujusmodi contrahit societatem cum eo, qui
gaudet jure civico pascendi gratis, aut modico soluto pretio
in proprio suo territorio, ubi ampla, et optima sunt pascua 64
ne huic socio minori objiciatur, alieua, forensium videlicet
pro dimidia saltem parte, animalia esse, socius major totale
illorum dominium in eumdem socium minorem transferri
curat, ut sic a solutione dohanae, vel fidae, vel pascui im-
munis abeat; viguit haec olim opinio, ut per *Otter. de pa- 65
scuis cap.* 26. *n.* 17. Verum detecta, deinceps fraude, con-
trarium fuisse sancitum, atque usu receptum refert *Tartu- 66
glia de reservat. statutor. artic.* 59. *n.* 101. Quamobrem
hodie privilegium juris pascendi socio civi indultum alteri
socio forensi non communicatur *Compell. ad stat. urbin. 67
decret.* 52. *n.* 293. *tom.* 1. *Rota post de Vecch. de bono
regim. decis.* 85. *n.* 33. *tom.* 3. quod aeque receptum est
in socio minore ecclesiasticorum, qui juribus clericorum pro
sua tamen parte non gaudet, et fidam jure solvit, veluti 68
apud *de Vecch. de bono regim. tom.* 2. *lit.* 77. *pag.* 34.
verum hac de re infra pluribus denuo *sub cap.* 9. hujus ter- 69
tiae partis.

Sequitur quartus modus contrahendae societatis super ani-
malibus, quando videlicet animal, puta equa ab equo, vel
asina ab asino, ut concipiat, et praegnans fiat, traditur, de
hac loquitur societate *Cassanaeus ad consuet. Burgund. 70
rubr.* 4. ₰. 23 *n.* 58. *pag. mihi* 775. ubi quod innominatus
sit iste contractus; loquitur etiam, atque latius loquitur *An- 71
gel. de perigl. de societat. part.* 2. *n.* 19. ubi innisus supra-
scriptae extravaganti relatae post libros feudorum, plura di-
cit, hoc est, ut pulli illo anno nati sint communes cum do-
mino equi, et equae, asini, et asinae; eoque amplius, ut do-
minus equae, et asinae partiator, et asini, equique do-
minus eligat, an partem pretii, seu pullum velit accipere, 72
nisi aliter partes convenerint, et in his spectandam esse loci
consuetudinem, quod si nihil horum apparuerit, sit ad boni
viri arbitrium recurrendum, ita concludit *Angel. de Perigl. 73
de societ. part.* 2. *n.* 19. Boni autem viri arbitrium in eo
versabitur, ut cessante, aut conventione, equi, vel asini do-
minus, suum locasse videatur animal ad asinam, vel equam
cooperiendam, atque debitam perinde mercedem petat, *Cas- 74
sanneus ad consuet. Burgund. rubr.* 4. ₰. 23. *n.* 58. *vers.
sed adverte pag. mihi* 775.

Adversus haec tamen literalis est textus in *leg. idem Pom-
ponius* 10. ₰. *idem scribit ff. de rei vindic.* ibi » Idem scri- 75
» bit, si equam meam, equus tuus praegnantem fecerit, non
» esse tuum, sed meum, quod natum est » illa ratione cui- 76
que notissima, quia partus ventris conditionem sequitur
leg. partum 7. 0. *de rei vindic.*, et quamvis haec posterior 77
lex loquatur de partu ancillae, subdit tamen *Glossa in d.
leg. idem Pomponius, verbo sed meam ff. eod. tit.* quod
sicut in rationali animali partus sequitur ventrem, ita et in 78
irrationali; sequitur tamen *Glossa ibidem*, concluditque
esse de consuetudine aliquorum locorum, ut dominus equi
habeat pulli nati pedem unum; verum equidem, non rece- 79
do a priore sententia, si extante praesertim consuetudine,
negotium hoc fiat praevio tractatu, cum ex eo societatis spe-
cies, seu contractus, vel nominatus, vel innominatus nasca- 80
tur *leg. nam cum* 32. *ff. pro socio.*

Quintus est contrahendae societatis modus super anima-
libus, si haec per socium majorem, ita tradantur socio mi-
nori aestimata, ut commodum, atque incommodum sit ejus-
dem socii minoris recipientis; contractus hic vero magis em-
ptionis, et venditionis naturam redolet, ad *textum in leg. 81
aestimatae* 52. *ff. soluto matrim.*, ita quidem ut socii ma-
joris nomine designatus, pretium sibi solvendum crediti
sicci loco habeat, et nihil nomine usurarum petat, nisi is,
qui socii minoris loco est, fructus ex animalibus durante so-
cietate perceperit, et in solvendo pretio moram commiserit,
nam ex aequitate *leg. curabit cod. de act. empti* usuras de- 82
beret, ita *Angel. de Perigl. de societ. part.* 2. *n.* 19. *vers.
quinto. Cassanaeus ad consuet. Burgund. rubric.* 4. ₰. 23.
n. 59. *pag. mihi* 775. *Alderis. de symbolic. contract. tit.*
3. *cap.* 3. *n.* 25.

Intelligitur hoc tamen, ut usuras ex equitate *d. leg. cu-
rabit*, possit tradens animalia post moram exigere, si initio
non sint usurae in stipulatum deductae, ita ut concessa di-
latione ad solvendum, in creditum abire voluerit *Leotard. 83
de usur. qu.* 27. *n.* 21. quod si initio animalia, uti supra,
tradens quid annuum in recompensationem fructuum anima-
lium traditorum, quousque solvatur pretium, convenerit,
aequitatem habebit conventio, atque usurae licitae erunt,

nulla etiam interposita mora, ad literam *d. leg. curabit.* 5.
c. de action. empt. ibi » Curabit praeses provinciae compel-
» lare emptorem, qui nactus possessionem, fructus percepit
» partem pretii, quam penes se habet cum usuris restitue-
85 » re, quam perceptorum fructuum ratio, licet nulla mora
» intercesserit, generavit » ubi *Glossa verbo ratio*; ait
86 usuras juste peti, etiam jure canonum. Additur *Leotord.*
de usur. qu. 4. *n.* 19. *et* 20. *et qu.* 27 *n.* 21. *et per tot.* id-
que locum habet non in emptione, et venditione tantum,
87 sed etiam in aliis similibus contractibus *Mons. consult. for.*
284. *n.* 28. *ad seq. tom.* 3. ubi quod justa fructuum, seu
usurarum praestatio nascitur a re per se fructifera in con-
tractum deducta, cujusmodi animalia sunt, aliaeque etiam
88 res mobiles, dummodo fructiferae *Scaccia de commerc.* §.
1. *quaest.* 7. *part.* 2. *ampl.* 8. *n.* 173. *Sobell. var. resol.*
cap 17. n. 14. *Galli de fructib. disput.* 3. *art.* 3. *n.* 12.

Ad sextum vero contrahendae societatis modum in anima-
libus descendens; quoties videlicet non apparet quomodo
sint rustico animalia consignata, an ex causa societatis, vel
89 soccitae, seu locationis. Et dicitur, quod nisi ex actibus ci-
tra jus, et nomen societatis fieri non solitis, vera illuceat
societas, recurrendum sit ad consuetudinem loci, qua etiam
cessante, existimari debeat contractus innominatus, ita ta-
90 men, ut lucra semper, et damna communia sint *Angel. de*
Pariglis de societ. part. 2. *n.* 20. *Cossan. ad consuet. Bur-*
gand. rubrica 4. §. 23. *n.* 60. *et* 61. *pag. mihi* 775. *Alde-*
ris. de symbolic. contract. tit. 3. *cap.* 3. *n.* 27. Talis ple-
rumque dubitatio contingit, quando principales contrahen-
tes sint vita functi, an non videlicet transeat ad haeredes
contractus, et ad haec effectum doctores societatem a socci-
ta distinguunt, ut vera societas in haeredes non transeat,
soccita vero a colonia partiaria non absimilis, transeat, ve-
91 luti praeter doctores proxime allegatos, tenent *Petr. de*
Ubald. de duob. fratrib. part. 8. *n.* 20. *Alderis. de sym-*
bolic. contract. tit. 3. *cap.* 3. n. 1. *Carpan. ad statut. me-*
diol. cap. 484. *n.* 7. *et* 11. *tom.* 2. Haec enim *soccita* se-
cundum aliquos magis de locatione participat *Sambonet. de*
animalib. currib., *et plaustr. cap.* 26. *n.* 1. et 8.

Postremus societatis contrahendae modus in animalibus,
est ad caput salvum, per socium majorem in stipulatu de-
ductum, quod sane pactum permultos ducit ad inferos, ut
92 ait *Cassanaeus ad consuet. Burgund. rubrica* 4. § 23. *n.*
54. *in fin. pag. mihi* 774. qui sub sequenti *n.* 69. *vers.*
alium septimum casum, ita hunc septimum contrahendae
societatis modum exponit, ibi » Alium septimum casum ad-
» do, in quo multi errant, et multos ducit ad inferos, qui est
93 » talis videlicet, quando quis dat bovem rustico, et semper
» remanente capitali salvo, ita quod nunquam moritur; hinc
» tenetur rusticus singulo anno dare certum quid domino
94 » bovis, puta duas mensuras frumenti, vel plus, vel minus,
» et vidi quemdam accusatum de usura per procuratorem
» regium » et salvi capitis pactum illicitum esse in societa-
te animalium atque usurarum suspicione maxime infectum,
95 tenent *Caroc. de locato*, *et conduct. tit. de collaticis bo-*
um quaest. 7. *n.* 13. *Cyriac. contr. for.* 357. *n.* 15. *tom.*
2. *de Graffis dec. cas. conscient. cap.* 120. *n.* 37. *Alderis.*
de symbolic. contract. tit. 3. *cap.* 3. *n.* 40. *Pacion: de lo-*
cato. et condact. cap. 12. *n.* 42. *ad seq. Jov. de contract.*
min. Gloss. 25. §. 13. *n.* 34. *Sanbonet. de animalib. cur-*
ribus, *et plaustr. cap.* 28. *n.* 7. 27. *et* 30. *Monacell. for-*
mal. legal. tit. 1. *formul.* 20. *n.* 11. *ad* 20. *tom.* 3. ubi la-
96 tissime, hujusque etiam sententiae assertor est divus *Anto-*
ninus part. 2. *tit.* 1. *cap* 7. §. 39. Ratio autem hujus prio-
ris sententiae potissima est, quia in societate animalium
damnum speciali jure debet esse commune utrisque sociis,
97 tametsi in socium minorem dominium sit translatum *Ursell.*
conclus. legal. 108. *n.* 23. *tom.* 2. *Pacion de locato*, *et*
conduct. cap. 12. *n.* 42. *ad* 45 qui ad summam *d.* capita-
lis salvi justitiam eatenus defendit, si in fine societatis super-
sint capita animalium, ut illa sibi socius major addicat in cau-
sam restitutionis sui capitalis, secus si demortua, vel quo
98 alio modo damnificata animalia reperiantur, ut concludit.
Idem Pacion. d. cap. 12. *sub n.* 48. 49. *et* 50.

Doctores autem contrariae sententiae sunt fere numero
plures, caput salvum admitti posse in societate animalium
99 sustinentes, eosque inter sunt. *Castropalao opera moralia*
disput. 8. *punct.* 6. *per tot. de Graffis dec. cas. conscient.*
cap. 120. *n.* 38. *ad seq. Pacion. de locato*, *et condact. cap.*
12. n. 42. *ad plur. seq. Sabell. in summa verbo societas sub*
n. 19. *Campell. ad statut. urbin. decret.* 52. *a n.* 7. *ad*
plur. seq. Card. de Luca de conflict. leg. et ration. obser-
vat. 162. et alii plures, nec minus plausibilis videtur hujus
sententiae ratio, quam allegat *Card. de Luca de usur. disc.* 100
2. n. 6. *et* 7. videlicet quia cum socius minor abuti potius,
quam bene uti animalibus socialibus posset, puta ad haben-
dum uberiorem fructum, boves ultra modum defatigando,
oves mulgendo, et alia hujusmodi nimii lucri causa facien-
do, aequum sit, ut amittendi capitalis periculum aliquod
injiciat frenum; ratio haec tamen oeconomica magis, quam 101
justa, et ideo apparenter solum plausibilis, non in substan-
tia est, nam in substantia, praetextus est vere mendicus,
quo sub tegitur excessivi lucri studium citra ullum damni
periculum; quod si socius animalium usu abutatur prostant 102
poenae legales ipsum debite distringentes; additur injuriam
esse de socio ita diffidere, cum quis socium sibiquisque ac-
ceptum eligit, tam fortius propter jura societatis sacra, que-
madmodum adnotavi *in part.* 1. *cap.* 1. *n.* 5. *et cap.* 4. *n.* 103
9. *ad seq.*

Caeterum capitis salvi interdicti potissima ratio est, quia
verae societatis substantiae, et naturae resistit tale hoc pa-
ctum, et societas cum tali pacto coita, societas non est, sed
alius, atque alius contractus forte innominatus, privilegiis,
atque praerogativis omnibus verae societatis exutus, que-
madmodum demonstravi in superiore *part.* 1. *cap.* 6. Aut 104
locationis, etiam fortasse, in qua conductor potest pacisci
ut gregem salvum servet, subrogando foetus in locum de-
mortuorum capitum *Sanbonet. de animalib. currib. et* 105
plaustr. cap. 26. *n.* 55. *ad seq. Tartaglia de reservat.*
statutar. art. 69. *n.* 125. *ad seq.* quod hoc pactum appel-
lat in vera societate iniquissimum *Bonaccina opera moralia* 106
disput. 3. *qu.* 6. *punct.* 5. n. 3. *vers. secundo ut animalia*
tom. 2. verum de hoc infra *cap.* 7. clarius, atque latius.

Sunt praeterea alii doctores, qui in alios quatuor modos
frequentiores, atque receptiores animalium societatem con- 107
trahi proponunt, *primus* est, quando unus rem, seu ani-
malia confert, alter operam suamque industriam, et custo-
diam aequaliter, et inaequaliter: *secundus* modus est, si 108
ambo socii eadem ipsa aequaliter conferant, et ad pascenda
simulque custodienda animalia, tertiam personam mercede
conducunt; *tertius* modus est quando uterque socius confert 109
quidem capitale, seu animalia, inaequaliter tamen, ut is qui
minus capitalis confert, industriam adjiciat. *Quartus* denique 110
modus est, quando societas in solis animalium fructibus coi-
tur inter socios animalia, et operam conferentes, salvo, seu
reservato animalium dominio ei qui illa contulit; qui hanc
faciunt, atque tuentur divisionem sunt *Capon. de pact.*, *et* 111
stipulat. quaest. 18. n 18. *Tartaglia de reservat. statutar.*
artic. 59. *n.* 92. hos autem societatis animalium contrahen-
dae modos, percurrere placet singulos.

Et quoad primum, quando videlicet unus rem, seu ani-
malia confert, alter operam, suamque industriam, et custo-
diam aequaliter, vel inaequaliter; in hoc primo modo vera 112
illucet societas operae unius, et pecuniae, seu rei, seu prout
hic, animalis alterius, opportunum hoc desuper exemplum
suppeditat *Less. de just.*, *et jur. lib.* 2. *cap.* 25. *dubit.* 2. 113
n. 21: videlicet si alicui tradatur grex centum ovium, ut
eas pascat, atque custodiat pro dimidia parte fructuum, nem-
pe foetus, lanae, lactis, stercorationis, et hujusmodi; haec 114
prima societatis species contineri videtur sub primo illorum
septem modorum contrahendae societatis animalium, de quo
in superiore *n.* 22. *et* 26. in quo animalium capita in domi- 115
nio, illa conferentis remanent; sub hoc tamen contrahendae
societatis modo, potest commode capita etiam animalium,
unaque fructus illorum in partitione comprehendi, et hoc
eatenus, si ita sit inter partes stipulatum, vel si ex dilucidis
etiam deducatur actibus, atque argumentis, ut in secundo
modo illorum septem, de quo in superiore *n.* 47. *et* 48. 116

Quod si non appareat satis, partes, vel quoad fructus tan-
tum, vel quoad fructus, et capitalia insimul societatem coi-
re voluisse, ad regulam, seu distinctionem alias datam in
part. 2. *cap.* 7. *n.* 61. *ad* 62. recurrendum est; videlicet, 117
ut si opera pastoris in fine societatis tanti sit pretii futura,
quanti animalium valor, et hoc priore casu, opera, industria,
custodia, et sumptus pastoris, necnon pretium ipsum ani-
malium per socium majorem in societatem traditorum, ef- 118
ficiat unum capitale commune, ita ut in fine societatis, non
fructus tantummodo, sed capitale etiam aequis dividantur
ex partibus inter socium majorem, atque minorem; quod 119
si socii minoris opera, cum caeteris, quae praestat non sit
capitali suppar; et tunc quoad fructus ut supra dumtaxat,

Zonchio

utilium, vel fructuum partitio restringitur, nam fructibus
magis, quam capitali, aequalis opera censebitur, ut in d.
120 *part.* 2. *cap.* 7. *n.* 50. Atque haec distinctio tamquam in
puncto juris verissima omnes tollit quaestionum ambages
circa damna etiam, et pericula, ut haec videlicet communia
sint ambobus sociis, tam quoad capitale, quam quoad uti-
121 lia juxta regulas in superiore *cap.* 7. *part.* 2. traditas.

Difficultas vere intervenit maxima in dignoscendo valore,
seu aestimatione operae socii minoris, praesertim quia cum
agatur de opera rustica, modicam ingenii partem habente,
nam tota reducitur ad vigilantiam, et ad necessariam peri-
tiam facili negotio addiscendam non eatenus semper pretio-
122 sa esse potest opera, ut capitali, seu valori animalium re-
spondeat, ad differentiam operae ut plurimum ingenii, ma-
123 gnaeque peritiae, de qua in superiore *part.* 2. *cap.* 7. *n.* 29.
et 30. plura dixi. Nihilominus non difficilis est admodum
talis aestimatio in rusticis, si non ut punctum valoris extre-
mum attingat, saltem ut quamdam praebeat regulam digno-
scendi an opera rustici proximior sit fructibus animalium
124 socialium dumtaxat, vel capitali etiam. Reque vera si rusti-
co, vel socio minori, non vulgaris, sed pinguior, propter
majorem, quae in re propria praesumitur diligentia, atque
vigilantia, assignetur merces, si pasturae sumptus cum pe-
riculis, quibus animalia obnoxia sunt, ad lancem ponan-
tur, colligi quam facile potest. quota sit socii minoris opera,
125 prout videtur ad propositum innuere *Less. de just. et jur.
lib.* 2. *cap.* 25. *dubit.* 2. *sub n.* 21. hisque rite peractis, a
judicando non longe aberrabit judex, an societatis initio
fructus dumtaxat, vel insimul capitale communicatum di-
catur, ut inde utilia, damna, et pericula etiam socialia
126 communicentur, juxta regulas traditas in d. superiore *cap.*
7. *part.* 2.

Et ad haec, ni fallor, respexisse videtur statutum agri-
culturae urbis pro Romania, et districtualibus publicatum
in *cap.* 86. *part.* 4. cum indixit, ut animalia in societatem
127 tradantur ad usum, et consuetudinem bonae societatis; ut
talis usus, et consuetudo semper is intelligatur, qui servari
128 assolet, etiamsi in instrumento non fuerit expressum; usus
autem, et consuetudo hic, vel haec est, ut videlicet socius
minor animalia in societatem recipiens, debeat cum omni
cura, diligentia, atque sollicitudine animalia custodire, aut
custodiri facere, et gubernare, ita quidem ut nullum culpa
sua damnum incurrant, quod si secus evenerit, teneatur
ipse damnum sarcire; culpa autem cessante, damnum com-
129 mune sit omnium sociorum; haec in damnis: in utilibus
autem, seu fructibus, ad rem ita disponit indicatum *cap.*
86. statuti agriculturae urbis ibi » Quidquid autem utilita-
» tis, et commodi, atque lucri in dictis soccitis venerit, vel
» fieret durante tempore d. soccitae, totum intra dantem
» soccitam; et recipientem communiter debeat pro rata par-
130 » te sortiri = Et paulo inferius ibi = Finito vero tempore
» d. soccitae omnia dicta animalia, quae in eadem soccita
» reperirentur cum omni eorum augumento, commodo, et
» utilitate, inter dantem, et recipientem d. soccitam, com-
131 » muni debeant portione sortiri » hujusmodi sane coaequalis
animalium cum omni eorum augumento, commodo, et utili-
tate, divisio, per necesse supponit, praecedentem animalium
cum opera communicationem, et perinde operam capitali
132 supparem fuisse, ex rationibus superius proxime indicatis.

Secundus, ex proximo relatis quatuor, modus coeundae
societatis in animalibus, est, si ambo socii eadem ipsa ani-
malia, et numero, aut saltem pretio aequalia conferant in
societatem, illaque ad pascenda, simulque custodienda, ter-
133 tiam personam mercede conducant; simplicissima quippe.
atque planissima societas haec animalium est, in qua sicuti
par collatio capitalium intervenit, ita par quoque sit opor-
134 tet damnorum atque utilium participatio. Difficultas esse
posse nulla videtur inter hujusmodi socios, nulla contro-
versia, nisi forte contingat aliquod per eorum alterum in-
ferri damnum societati, nam tenebitur damnum ille socius,
qui intulit, sarcire, et societatem reintegrare, ut sequitur
135 » quod si aliqua dictarum partium facere cessaverit, tenea-
» tur ille, qui facere obtulerit pro parte sua ad refectionem
» omnium damnorum, expensarum, et interesse, in quibus
136 » incurrerit, aut faceret occasione praedicta; verum si ali-
» qua dictarum partium propter impotentiam d. soccitam
» reintegrare, non possit, quod tunc ad praedicta non te-
» neatur, sed tantum teneatur, et debeat reficere damnum
» alteri parti, prout discretioni consulum videbitur » Sunt
137 verba d. statuti agriculturae urbis d. *cap.* 86. *part.* 4.

Quod si agatur de damnis per animalia socialia in fundo
alieno, aut alias qualitercumque illatis; haec similia damna
cum poenis desuper damnorum datorum solvendis, ad eos-
dem ambos socios juxta hunc secundum modum societatem
contrahentes, regulariter pertinent; quod si socius minor 138
adsit, ad socium ipsum taxative minorem pertinebunt, ad
literam ejusdem statuti agriculturae urbis *part.* 4. *cap.* 46. 139
ibi » Item quod si animalia, quae aliquis habuerit in soc-
» citam damnum alieni dederint, seu fecerint, socius qui d.
» soccitam penes se retinuerit, poenam camerae, et damnum
» parti de suo proprio emendare teneatur » quo etiam sta-
tuto agriculturae urbis cavetur sub *cap.* 39. *part* 4. ut am- 140
bo socii major, et minor teneantur in solidum satisfacere,
nedum creditoribus socialibus, sed etiam famulis, mercena-
riis, seu pastoribus mercede conductis, statuitque etiam *Rot.* 141
dec. 40 *n.* 39. *cor. Ottobono et dec.* 612. *n.* 27. *cor. Ansaldo.*

Difficultas major esse poterit relative ad pastorem mercede
conductum, qui circa periculum animalium suae custodiae
concreditorum omnino tenetur, atque obstringitur, *ad tex-* 142
tum in l. qui mercedem 43. *ff. locati* ibi » Qui mercedem
» accepit pro custodia alicujus rei, is hujus periculum custo-
» diae praestat » atque observat *Pacion. de locato, et con-* 143
duct. cap. 12. n. 97. qui sub sequenti n. 98. tuetur, pasto-
rem teneri de quavis culpa etiam levissima, et hanc opinio-
nem dicit esse communem; sed contra, quod pastor tenea-
tur de levi tantum culpa, originaliter docet *Glossa in d. l.* 144
qui mercedem ff. locati Molin. de inst., et jur. tract. 2.
disput. 494. *n.* 12. *Carocc. de locato, et conduct. tit. de
imperitia Caprarii n.* 12. *Rot. dec.* 26. *n.* 8. 9. 10. 18.
cum duob. seq. part. 12. *recentior.* ubi quod tunc de le-
vissima pastor culpa teneri dicitur, quando periculum ab
eo sit speciali pacto susceptum, et in hoc etiam concordant
Carocc. de locat., et conduct. tit. de imperitia Caprarii 145
n. 15. *Felic. de societ. cap.* 21. *n.* 10.

Triplex vero est animalium periculum, videlicet ex natu-
ra, ex fortuna, ex culpa *Paitell. expedit. causar. civil. an-* 146
not. 23. *n.* 4. Damnum ex natura, et fortuna regulariter ad
animalis dominum, ex culpa autem ad pastorem pertinet
Paitell. loc. prox. cit. n. 5. quod si animalium pastor, vel 147
custos in se periculum animalia susceperit, intelligitur de
periculo ex natura, seu naturaliter eveniente *Cyriac. contr.* 148
for. 357. *n.* 12. *et* 13. *tom.* 2. quod si demum non apparet,
cujus sit culpa peremptum animal, sine culpa pastoris pe-
remptum praesumatur. *Paitell. expedit causar. civil. d.* 149
annot. 23. n. 8. 9. 10. *et seq. Michalor. de fratrib. part.*
2. *cap.* 47. *n.* 10. *et* 11.

Pastor tamen, seu animalium custos tenetur regulariter
probare animalia non culpa sua periisse *Rot. in dec.* 359. 150
n. 9. *part.* 16. *rec.* nec semper satis est si portet pellem il-
lorum, et domino exhibeat, nisi morbum similem ingruen-
tem ostenderit, et mortem, aut naturalem, aut communem
indigitaverit *Molin. de just., et jur. tract.* 2. *disput.* 494. 151
n. 13. *Cyriac. contr. for.* 357. *n.* 2. *Mascard. de probat.
conclus.* 467. *n.* 16. *vol.* 1. *Pacion. de locato, et conduct.
cap.* 12. n. 100. *ad* 103. praecipue si vis morbi declinari po-
terat, prout de morbo nuncupat. *bisciola* animadvertit *Rot.* 152
dec. 1043. *per totam coram Emerix. Jun.* omnium vero
maxime, si pastor defecerit in denunciando, domino suo
morbum infra duos, aut tres dies *Pacion. de locato, et* 153
conduct. cap. 12. *n.* 102. *Rot. dec.* 359. *num.* 11. *et seqq.
part.* 16. *recentior.* Quod si a lupo animalia rapta custos
asserat, non excusatur ipse, per *textum in cap. quamvis* 10. 154
de reg. jur. ibi » non potest esse pastoris excusatio, si lupus
» oves comedit, et pastor nescit » et hunc textum exornant
Corn. cons. 28. *n.* 3. *et* 4. *lib.* 3. *Pacion. de locato, et con-* 155
duct. cap. 12. *n.* 104 et quod de damno a lupis illato dici-
tur, pari ratione est intelligendum de animalibus furtosub-
tractis *Corn. d. cons.* 28. *n.* 3 *et* 4. *lib.* 3. *Pacion. de loca-* 156
to d. cap. 12. n. 105. Quod si consuetudo sit immittendi
pecum animalia in certa loca destinata sine praesentia cu-
stodis, et damnum sequatur; fortius si id, juxta morem ali- 157
quorum locorum, noctu acciderit, posset custos excusari,
nisi praeventive rumor, aut luporum, aut furum irrepserit
Petr. de Ubald. de duob. fratrib. part. 8. n. 4. *Carocc.* 158
de locato, et conduct. tit. de imperitia Caprarii n. 45 *ad
seq. Pacion. eod. tract. cap.* 12. *n.* 106. *ad* 108., ubi alia
complura ad materiam.

Sequitur tertius contrahendae societatis modus in anima-
libus, si uterque socius conferat capitale, seu animalia, inae-
qualiter tamen, ut is qui minus capitalis confert, industriam

159 adjiciat. Est quidem regula generalis, ut is, qui plus con-
fert in societate, plus de ea quoque participet, prout latnin
160 superiore *part.* 2. *cap.* 7. *n.* 134. Et sicuti in hoc tertio con-
trahendae societatis modo, opera, vel industria intervenit
alterius socii, videndum quid partes senserint, atque volue-
161 rint circa utilium participationem, nam hoc erit servandum
licet forte opera, et capitale socii minoris ad lancem posita
integro capitali alterius minime respondeant, dummodo e-
normis absit inaequalitas, quae secus deberet ad suos redu-
162 ci justitiae, et aequalitatis terminos; quod si nihil horum
appareat spectandi sunt deinceps actus, qui contrahentium
163 animum aperiant, quod si ne ex his quidem actibus nihil
appareat, regula superius jacta resurgit, considerandi vide-
licet arbitrio judicis illud minus capitale cum industria hinc
et integrum capitale inde positum; ut cognoscatur aequali-
tas, vel inaequalitas utriusque capitalis, et perinde utilium
164 et damnorum arguatur participatio juxta ponderata in su-
periore n. 124. 125. et 126.

Postremus denique contrahendae societatis modus in ani-
malibus, est, quando societas in solis animalium fructibus
coitur, inter socios animalia una ex parte, et operam ex alia
165 conferentes salvo semper reservatoque animalium dominio,
ei, qui illa contulit; et his congruit societatis contrahendae
166 modus cum primo illorum septem in superiore *n.* 26. 31.
exposito. Complura alia in sequentibus duobus capitibus,
ad rem hanc specialius pertinentia exponam. Illud tamen in
hac animalium societate pro regula tenendum ut cum ipsa
167 et expresse, et tacite coiri possit societas *Angel. de Perigl.
de societ. part.* 2. *n.* 1. si liquido non apparet, quid partes
egerint, seu voluerint, multum sit locali, aut regionis con-
168 suetudini, dummodo non vitiosae, deferendum *Angel. de
Periglis loco prox. cit. n.* 19. *Carpan. ad statut. Medio
lan cap.* 484. *n.* 8. et 9. *tom.* 2. *Cassan. ad consuet. Bur-
gund. rubrica* 4. § 23 *n.* 58. *pag. mihi* 775. *Alderis. de
symbolic. contract. tit.* 3. *cap* 3. n. 27.

Interim vero, ut illud videatur, praestat, an arbitrio ter-
tii, haec animalium societas contrahi possit? et posse circa
169 partes utilium constituendas, jam tetigi in superiore *part.*
2. *cap.* 7. *n.* 159. *ad seq* Circa vero partes rerum, seu ani-
malium in societatem conferendorum, seu conferendarum,
nunc videndum; et puto eisdem ex rationibus posse, ut in
l. societatem 77. *cum duab. legib. seq. ff. pro socio* dummo- 170
do tamen arbitrium interpositum non sit ita pravum, ut
manifesta, iniquitas ejus appareat, nam corrigi potest per
judicium bonae fidei, sunt verba *l. unde si* 80. *ff. pro socio.* 171
Et arbitrio tertii hoc fieri posse, dummodo ille designatus
arbitretur tertius, veluti tenent *Ferret. de re naval. lib.* 172
3. *n.* 72. *Carpan. ad statut. mediolan. cap.* 483. *n.* 109.
tom. 2. Et sicuti vero est contra leges societatis, ut confe-
rantur, seu immittantur in illam res non bonae qualitatis,
ita alter socius, ne silentio videatur approbare actum, de-
bet protestari de rebus malis in societatem invectis, ut per
Afflict. dec. 58. n. 2. *et* 3. *Carpan. ad statut. mediolan.* 173
cap. 483. *n.* 110. *tom.* 2. *Sanbonat. de animalibus, currib.
et plaustr. cap.* 28. n. 49. *Sabell. in summa verbo socie-
tas n.* 39. *Felic. de societ. cap.* 15. *n.* 85. Tantumdem al-
ter socius facere debet, si per arbitrum animalia non bonae
qualitatis, praesertim vero si morbosa fuerint, aut quo alio
vitio patenti, vel occulto infecta, in societatem patiatur im-
mitti *Ursell. conclus. legal.* 108. n. 24. *tom.* 2. et haec re- 174
gula viget in omnibus aliis actibus socialibus, puta si mor-
bosum animal ematur, seu vendatur a sociis, nam aut red-
hibitoria, aut quo alio modo sarciri damnum debet sociis,
aut per socios, ex *Aloys de Leo in l.* 1. *n.* 3. *et* 4. *c. de* 175
aedilit. action.

Similiter advertendum totali peremptione animalium, so-
cietatem solvi *l. verum* 64 § *fin. ff. pro socio* ibi = *neque* 176
enim ejus rei, quae jam nulla sit, quisquam socius est =
additur *Jov. de contract. min. gloss.* 25. § 13. *n.* 344. 177
Eoque amplius ut re perempta, ne ex pacto quidem fieri
potest, ut societas perseveret *Felic. de societ. cap.* 34. *n.* 5. 178
Cyriac. contr. for. 357. *n.* 10. *tom.* 3. et socius minor ad ra
tam temporis lucrum capitalis quoque consequitur *Cyriac.* 179
contr. for. 357. *n.* 9. *et* 17. *t.* 2. *Balducc. rer. judicatar.
tit.* 2. *dec.* 15. *n.* 45. Dixi totali peremptione animalium
societatem solvi, nam si mortuis animalium capitibus, su-
persint foetus, in his consistit, atque durat societas *l. si id* 180
quod 59. *ff. pro socio Michalor. de fratrib. part.* 2 *cap.*
38. n. 4. *Jov. de contract. min. gloss.* 25. § 13. n. 344.
vers. praesertim, *Rot. dec.* 224. *n.* 6. *cor. Bichio.*

CAPUT VI.

De Societate animalium majorum.

SUMMARIUM

1. Pecoris appellatio generalis est, et continet armentum, jumentum, et gregem.
2. Animalia majora, sub armentorum, minora sub gregis nomine continentur.
3. Boves ergo veniunt sub armento, oves, et caprae sub grege
4. Armentum dicitur, quasi aramentum, quia de animalibus praedicatur ad arandum aptis.
5. Jumentorum appellatione non continentur boves.
6. Jumenta enim equitium faciunt, hoc est gregem equorum, et equarum quae gregatim pascuntur.
7. Bos est ad agriculturae usum maxime necessarius et a jure plura habet privilegia.
8. Societas boum ex agriculturae statuto urbis durat ad quinque annos, nisi partes aliter convenerint.
9. Amplia ut ad triennium quoque ex pacto durare possit.
10. Socius major tradens boves socio minori tenetur etiam huic consignare vomer, aratrum, buram, jugum conreria, palearia, quae stylo socius minor tenetur deinceps renovare aere suo, et in fine societatis aequaliter dividere. n. 11 12. 13 et 14.
15. Amplia ut etiam boves aequaliter dividantur ratio quia capitali, industria aequivalet juxta indolem verae societatis n. 16.
17. Malitia rusticorum, et avaritia alios introduxit contractus e societate diversos.
18 Plura sunt negotia, quam vocabula.
19. Usus introduxit contractum *collatici*, seu *collajae*, quia collo bovis perficitur.
20. Multiplex in eo fit conventio, ut non appareat an sit societas, an locatio, an contractus innominatus.
21. Alii e contra, quae quae sit conventio, contractum collatici, societatem appellant.
22. Alii autem, quod non sit societas, non sit locatio, sed alius contractus.
23. Auctoris opinio est, ut si certam pecuniae, aut fructuum quantitatem socius minor promittat erit locatio, non societas.
24. Sit vero societas, si promittat certam fructuum quotam, puta dimidiam, tertiam aut quartam partem, propterea quod haec accedit naturae societatis n. 25.
26. Hujusmodi contractus collatici, est receptus in tota Italia.
27. Datur definitio, ut sit bovis concessio, mercede constituta, vel incerta annua frumenti quantitate, seu mensura.
28. Vel in pecunia, puta sc. 3. annuatim pro valore bovis empti pretio sc. 20, aut proportionate minus, si bos fuerit minoris pretii.
29. Ratio haec fructuum in pecunia respondet annuis sc. 15. in singula centum
30 Talis haec defenditur conventio, quia periculum bovis ad socium majorem pertineret
31. Quod si periculum bovis pertineret ad socium minorem, tunc hic solveret sc. 6. aut 7. in singula centum n. 32.
33. Ex proverbio est, ut lege publicata, fraus statim insurgat.
34. Rusticus habet bovem, tertius emit illum bovem, pretio sc. 20. relinquit in ejus manibus, et stipulatur annua sc. 3. cum suo bovis periculo vel annua sc. 5. 6. aut 7. sine periculo in singula centum; unde oritur usura ex pretio
35. Doctores tunc collatici contractum ita conceptum, uti foenerati-tium, damnarunt.
36. Alii e contra licitum affirmant contractum, uti supra conceptum, si periculum bovis sit socii majoris, atque certa frumenti quantitas annuatim promissa.
37. Declara si bos pereat citra culpam socii minoris, secus e contra.
38. Quod si duo fuerint boves, et unus moriatur, socius minor tenetur praestare dimidiam promissae quantitatis.
39 Declara hoc etiam si culpa socii minoris bos perierit, secus debet socius major alium bovem subrogare, et datur ratio n. 40.
41. Est illicitum pactum in collatico, ut aestimato bove, conveniatur augumenti, et deteriorationis aequalis divisio, et datur ratio n. 42.
43. Amplia si conveniatur caput bovis salvum, seu ut socius minor teneatur subrogare.
44. Doctores, qui hunc collatici contractum licitum defendunt, ne usuraria labe inficiatur sex conditiones praescripserunt.
45. Atque sunt, ut rusticus se obliget de custodia bovis: de solvenda solita frumenti quantitate: de faciendo diadicta suis temporibus de probando bovem culpa sua non periisse: de denuncianda bovis infirmitate: atque demum, ut mortuo bove subrogetur alter per socium majorem.
46. Praedictae sex conditiones laudantur, et ideo servandae sunt.
47. Circa vero caput salvum bovis, in quovis contractu etiam innominato, pactum est semper illicitum, et multiplex datur ratio, n. 48 et 49.
50. In vaccis dumtaxat recipitur pactum subrogandi vitulos in locum demortuorum: rejectis contrariis, et datur ratio, n. 51. 52. et 53.

54. Contractus innominatus re integra poenitentiam admittit, secus post executionem illius.
55. Contractus etiam innominatus exigit bonam fidem, quae communis est in omni alio negotio, et contractu.
56. Amplia in hoc contractu collatici, qui e societate ducit originem.
57. Caput salvum, non est in contractu societatis animalium tolerandum, rejectis contrariis, et n. 58.
59. Amplia ad contractus innominatos a societate derivantes, rejecta quavis consuetudine, ut n. 60.
60. Materia contractus collatici tamquam suspecta, ad vitandum vitium, exornatur semper cautelis mendicatis, ut sequitur.
62. Socius major dat boves socio minori ad damnum, et lucrum commune, deinde aestimat boves et sc. 25. in singula centum sibi stipulatur.
63. Contractus iste est illicitus, et datur ratio, praecipue quia socius major duplex lucrum captat.
64. Est alia societas in bobus cum locatione commixta, ut sequitur.
65. Dominus duos boves locat rustico, et adjecto onere alendi, custodiendi, et arandi, aequaliter in fine divisis fructibus, contractus hic valet.
66. Admiscetur societas, pute locat ad quatuor annos, cum aequali divisione in fine.
67. Rusticus in hoc contractu locratur unum unguem bovis in singulos annos.
68 Declara ut si intempestiva solvatur societas, rusticus lucretur ad ratam temporis.
69. In hoc ita proposito contractu, dominium boum censetur initio translatum.
70. Dantur quoque boves in societatem cum terra ad arandum, et datur exemplum
71. Si boves initio fuerint aestimati, transfertur dominium medietatis, et in fine dividuntur aequaliter omnia, tum fructus, tum capitale.
72. Si boves non fuerint aestimati, videndum, an opera respondeat capitali, ut translatum, seu communicatum dicatur dominium.
73. Sin autem industria respondeat utilibus, caetera communicantur, praeter boves.
74. Societas equarum, et bubalarum ex statuto agriculturae urbis duret ad quinque annos, nisi aliter pactum sit n. 75.
76. Si inter eadem animalia comixta fuerint masculina, cum fuerint eunutini, venduntur, et ex pretio emuntur faeminina.
77. In fine autem communiter dividuntur una cum augumento.
78. In hac equarum, et bubalarum societate d. statutum agriculturae supponit industriam socii minoris respondere valori capitalis.
79. Unde fit aequalis communicatio damni, lucri, utilium, et capitalis.
80. Communicantur etiam sumptus, occasione nivis, faeni, paleae, Bladi, fabae, glandium, straminum etc. n. 81.
82. Decidetur opinio alicujus, quod si vaccae fuerint initio aestimatae, et consequenter translata medietas dominii in socium minorem, hic tres ex quatuor partibus, ille unam habeat.
83. Inservit haec opinio ad confirmandam dispositionem statuti agriculturae urbis.
84. Quod si opera socii minoris respondet solum utilibus, tunc periculum animalium spectat ad socium majorem, et restituto capitali, caetera dividuntur in fine societatis n. 85. et 86.
87. Mortua vacca, solvitur societas, nec pactum in contrarium valet, n. 88.
89. Sed si superstet vitulus, licet unus, in eo durat societas usque ad finem temporis.
90. Quod si vaccae finito tempore retineantur communes, societas renovata intelligitur.
91. Haec renovatio intelligitur cum iisdem pactis, et conditionibus, etiam quoad tempus si ita societati expedit, secus etc.
92. Dubitatur in renovatione, circa divisionem in fine, atque ita distinguitur.
93. Aut praecedens vaccarum societas continebat capitale, et fructus, aut fructus tantum.
94. Priore casu integra medietas vaccarum cum fructibus pertinet ad socium minorem, signum domini in se gerentis, excluso socio majore.
95. Quoad alteram mediatem ad socium majorem, spectantem, in hac cedit societatis renovatio et ex aequo in fine dividitur n. 96. et 97.
98. Posteriore autem casu, socius minor detracta prius sua portione cum utilibus proveniens e praecedenti societate n. 99.
100. In reliquis, capitali renovatae societatis socio majori, restituto, fit aequalis in utilibus divisio. n. 101. et 102.
103. *Speculator* admittit caput salvum in societate vaccarum, et bubalarum, et dat formulam contrahendi
104. De hoc tamen pacto iniquissimo ac penitus delendo, alias pluribus actum est, nam caput salvum ducit plures ad inferos n. 105.
106. Jumentis legatis boves non continentur, nec e contra equis autem legatis, et equae continentur.
107. Jumentorum nomine, equi, muli, asini, elephanti, cameli, aliaque animalia dossuaria, continentur. n. 108.
109. Statutum agriculturae regulas datas animalibus vaccinis, et bubalinis accommodat jumentis, in societatem datis.
110. Hoc est, ut si pullos habeant, vendantur, et cum pretio emantur alia capita faeminina.
111. Ergo ad quinquennium dantur jumenta in societatem.
112. Similiter si opera respondet capitali, fit in fine divisio aequaliter etiam capitalis, secus utilium dumtaxat. n. 113.
114. De societate quadrigae est *textus* de quo remissive.
115. Ut si unus tres conferat equos, alter unum, ut ille quadrigam vendat, si unus moriatur, non societati, sed domino perit, secus si ut ille quadrigam habeat, et n. 116.
117. De damnis ex culpa pastoris, vel socii minoris, in pascuis alienis, illatis, remissive.
118. Socius minor, aut quilibet viator, si juxta viam equum depascat, dummodo damnum frugibus non inferat, ad nihilum tenetur.
119. Affidati a R. C. A. possunt per viam gratis pascere usque ad limitatam distantiam, et per tres dies in quovis territorio immorari.
120. Affidati abutuntur hac facultate, ut terminos pascendi statutos excedant, damnum inferant, et nihil solvant.
121. Alia in equa, et asina, ut praegnantes fiant, est societas, de qua remissive.
122. Asina data in societatem ad quinquennium, fit divisio in fine, prout supra dictum est de aliis jumentis n. 123.
124. Asina, sine culpa socii minoris, pereunte, ad nihil ipse tenetur, et affertur ratio n. 125.
126. Declara si tempore peremptionis asinae tanti sit operae usus, quanti valor asinae alterius; et affertur ratio n. 127. et 128.
129. Amplia ad asinam datam in societatem ad usum molendi, seu volvendi pistrinum.
130. Utrum dominus animalium habeat praelationem super animalibus socialibus adversus creditores anteriores socii minoris?
131. Affirmative resolvitur, seu melius distinguitur, ut n. 132.
133. Excipe creditorem, qui in eamdem societate crediderant nam hi utrumque socium in solidum obligatum habent.

Pecoris quidem nomenclatura generalis est. et armentum,
1 et jumentum, et gregem continet *l. aediles ajunt* 38. *vers.*
jumentum ff. de aedilit. edict., ut *leg. servis legatis* 79. *ff.*
de legat. 3. Animalia tamen majora, de quibus primo hic,
armentorum, minora autem, de quibus in *cap. seq.* Gregis
2 nomine continentur *leg.* 1. *§. fin. ubi glosso ff. de rei vin-*
dic. hinc Modestinus in *d. leg. servis legatis* 79. *ff.* de le-
got. 3. ibi » Armento legato, etiam boves contineri conve-
3 » nit. non etiam gregem ovium, et caprarum » Ideo vero
boves, armentorum nomine continentur, quia ad arandum
4 unde armentum, quasi aramentum, sunt apti *leg. boves*
89. *ff. de verb. signific.* latiusque *Cujacius ad lib.* 2. *instit.*
de rer. divis. cap. 3. *in schol. lit. B. tom.* 7. *col.* 943. *lit.*
A. Quid quod, ipsa etiam inter animalia majora discrimen
est; etenim jumentorum appellatione, non contineri boves
5 verius est, ait Ulpianus in *leg. aediles ajunt* 38. *§. unde*
dubitari ff. de aedilit. edict. addita *d. leg. boves* 89. *ff. de*
verb. signific. ubi *glosso in verbo jumentorum* ait jumen-
ta equitium facere, hoc est equorum, et equorum gregem,
6 qui, quaeve gregatim pascuntur *Cujac. in lib.* 9. *different.*
Modestin. tom. 5. *col.* 1198. *lit. E.*

De societate itaque animalium majorum actorus,
singula percurram; ac de bove primum loquar ad agricol-
turae usum apprime necessario, et ideo compluribus ab
7 jure privilegiis munito, ex *Cujac. lib.* 4. *observat. cap.* 20.
tom. 3. *col.* 101. Societas boum aratoriorum ex agriculturae
urbis statuto *cap.* 86. *part.* 4. concipi solet per annua quin-
que ibi » Soccita boum (durare debeat) per annos quinque
» etc. nisi aliter inter partes conventum fuerit » et cum hoc
8 statuto concordant, *Cassonaeus ad consuet. Burgund. ru-*
br. 4. *§* 23. *n.* 62. *Ang. l. de Perigl. de societ. part.* 2. *n.* 2.
nam ad triennium quoque boum societatem coiri posse tra-
dit *Petr. de Ubald de duob. fratrib. part.* 5. *n.* 29 *sub princ.* 9

Praeterea socius major, qui boves suos in societatem tra-
dit, sub tempus consignationis debet minori socio tradere
eosdem boves cum vomere, aratro, bura, jugo, conceriis,
et paleariis, quae stylia, seu instrumenta, si durante socie- 10
tate quoquo modo deficiant, eadem illa debet socius minor
supplere, suoque aere renovare; eoque amplius, ut, quid- 11
quid in fine societatis d. d. styliorum, seu instrumentorum
reperitur existere, debeat aequis ex partibus inter socium
majorem, atque minorem dividi, prout sequitur antedictum 12
statutum agriculturae urbis *sub d. cap.* 86. ibi » Praeterea
» in soccitis boum tempore dationis dictorum soccitarum,
» boves cum vomere, aratro, bura, et jugo, atque conceriis 13
» et paleariis debeant in soccitam assignari, quidquid autem
» deinde praedictorum defecerit, debeat per illum refici, qui
» soccitam receperit, et omnia ea, quae ex praedictis inve-
» nirentur tempore divisionis, soccitae memoratae, dividan- 14
» tur in soccita, communiter inter eos ».

Postrema haec d. statuti verba, = *et omnia ea, quae ex*
praedictis invenirentur = Boves etiam, seu capitale dubio
procul comprehendunt, ita ut in his etiam bobus superex-
tantibus cadat illud = *dividatur in soccita communiter inter* 15
eos = hoc est aequaliter juxta leges bonae, ac verae societa-
tis, quae in hoc punctim illucet statuto, propterea quod de
opera, seu industria socii minoris, pretio, seu valori boum
socialium respondente, seu tacite aequiparata, non dubie
agitur, juxta regulas societatis traditas, in proximo superio-
re *cap.* 5. atque etiam advertunt *Petr. de Ubald. de duob.* 16
fratrib. part. 5. *n.* 29. *vers. secunda vero pars Montica*
de tacit. et ambig. lib. 6. *tit.* 14. *n.* 32. *tom.* 1.

Sed auri sacra fames, et rusticorum subtilitas, atque ma-
17 litia etiam effecit, ut ab his regulis declinaret societas, se
multiplices contractus, hac in re, a societate devios, intro-
18 duceret ut dici jure liceat cum Ulpiano, plura esse negotia,
quam vocabula ut in *leg. natura* 4. *ff. de praescript. verb.*
Inter caeteros contractus ab usu, vel abusu introductos, ille
est qui *collatici* seu *collajoe* nomine distinguitur, et pro-
prie in animalibus, aratoriis, ac praecipue in bobus admitti-
tur, propterea quod collo bovis rustica laboreris ad agricul-
19 turam necessaria peraguntur; et in hoc contractu *collatici*,
seu *collajae*, tot, adeoque diversae conventiones fiunt, ut
intelligi vix possit, an sit locatio, an societas, an nominatus,
an innominatus denique contractus; reque vera, contractum
20 hunc *collatici*, seu *collajoe* locationem appellant *Petr. de
Ubald. de duob. fratrib. part.* 5. *sub n.* 29. *Carocc. de
locato, et conduct. tit. de collaticis boum. quaest.* 7. *n.*
7. *ad seq. Jov. de contract. min. glossa* 25. ♀. 13. *num.*
4. Contra vero alii societatem nominant, ut praeter sum-
21 mistas, sunt *Michalor. de fratrib. part.* 3. *quaest.* 59. *n.*
4. *Sabell. var. resol. cap.* 17. *num.* 3. *Jov. de contract.
min. d. glosso* 25. ♀. 13. *n.* 11. qui subdit *sub n.* 12. *eam*
22 *seq.* esse alium, atque alium contractum a locatione, et so-
cietate diversum.

Equidem vero in eo semper firmus subsisto, ut si altern-
ter socius certam, vel pecuniae, vel fructuum, puta grani,
quantitatem annuam in stipulatum deduxerit, mercedis
23 haec quaedam fuerit species, unde locatio sit magis existi-
manda; quod si e contrario, certam fructuum quotam, puta
dimidiam, tertiam, quartam, aut aliam similem illorum
partem, juxta uberiores, aut steriliores annos, majorem,
aut minorem, partes convenerint, et hoc posteriore casu so-
24 cietas potius censeatur; nam haec posterior quotae fructuum
conventio indoli, ac naturae societatis accedit, seseque ma-
25 gis accommodat. *Carocc. de locato et conduct. tit. de colla-
tic. boum quaest.* 7. *n.* 7. *Petr. Ubald. de duob. fratrib.
part.* 5. *n.* 2. *vers. debet enim primo. Michalor. de fratrib.
part.* 3. *cap.* 59. *n.* 39.

Nihilominus quia in compluribus Italiae regionibus con-
tractus iste collatici, seu collajae, qui qui sit, reperitur in-
troductus, usuque maxime receptus, placet eo desuper non-
nulla adnotare. Hujus contractus definitionem dat *Jovius
26 de controet. min. gloss.* 25. ♀. 13. *n.* 22. addito *Sambonet.
de animalib. currib. et plaustris. cap.* 27. *n.* 2. ut videli-
cet sit bovis, vel alterius animalis ad usum facta concessio,
mercede constituta, vel in certa annua frumenti quantitate,
27 seu mensura, ut per *Pocion. de locato, et condect. cap.* 12.
n. 3. 4. *et* 5. vel in pecunia, puta in sc. 3. annuis romanis
28 pro valore bovis empti pretio sc. 20., vel paucioribus, si mi-
nori pretio sc. 20. fuerit emptus. Jam quisque intelligit ex
hac collatici, seu collajao definitione, boves ad hujusmodi
usum dari pro sc. 15. annuis in singula quaeque centum,
ad valorem eorumdem boum ratione habita; idque clarius
29 explicat *Jovius loco prox. cit. sub n.* 23. *in fin.* et hujus
conventionis justitiam illa ratione defendit, quia bos dan-
30 tis, seu socii majoris periculo periit, ut *ibid. n.* 24. *et* 27.
secus vero si periculum bovis foret ex pacto recipientis, seu
31 socii minoris, ut *ibid. n.* 25. nam hoc posteriore casu, justi-
tia annuae praestationis ad sc. 6. vel sc. 7. in singula cen-
32 tum restringi deberet, ita *Jov. de contract. min. gloss.* 25.
♀. 13. *n.* 18. ubi concordantes allegat.

Est in proverbio, ut lege vis publicata, fraus insurgat.
33 Tantumdem evenisse constat post hujusmodi contractus col-
latici, seu collajao introductionem; nam rusticus habet bo-
vem, is qui socii majoris loco esse cupit, emit illum pretio
sc. 20. in ejusque venditoris relinquit manibus, bovem, ti-
tulo hujus contractus collatici, seu collajae, atque conve-
nit, cum suo bovis periculo, annua sc. 3. hoc est sc. 15. in
singula centum; aut sine periculo bovis sc. 5. aut sc. 6. aut
sc. 7. in singula quaeque centenaria: fraus dico statim illu-
sit, quia qui loco socii majoris esse concupivit, in substan-
tia ex pecunia sua tamquam ex mutuo pallisto usuras con-
34 venit; unde per doctores, et sacros etiam antistites debuit
hujusmodi contractus tamquam illicitus, ac foeneratitius
35 proscribi, ut per *Carocc. de locat., et conduct. tit. de col-
latici boum quaest.* 7. *n.* 11. *Jov. de contract. min. gloss.*
25. ♀. 13. *n.* 23.

Et sequendo terminos bovis simpliciter dati ad collaticum
pro certa annua frumenti quantitate, juxta loci consuetudi-
nem praestituta, sine alio periculi, aut damni pacto, quod
licitus sit contractus, et periculum bovis sit locatoris, seu
socii majoris, sustinent *Petr. de Ubald. de duob. fratrib.* 36
part. 5. *sub n.* 29. *vers. primo casu. Carocc. de locato, et
conduct. tit. de collaticis. boum. quaest.* 7. *n.* 2. *Post. re-
sol.* 53. *n.* 14. *Jovius de contract. min. gloss.* 25. ♀. 13. *n.*
28. Si tamen quoad periculum bovis, hoc citra ullum acci-
pientis culpam accidat, secus si ejusdem accipientis culpa
interveniat periculum, puta mors, nam tunc ad ipsum spe-
ctabit periculum, atque damnum *Carocc. loco prox. cit.* 37
n. 3. *Jovius pariter loco prox. cit. n.* 30. Quod si collati-
cum sit constitutum super duobus bobus, altero mortuo,
maneat collaticum super altero superstite, et dominus bovis,
solam dimidiam quantitatis frumenti in stipulatum deductae 38
partem petit *Post. resol.* 53. *n.* 19. *et* 20. *Jov. de contract.
min. gloss.* 25. ♀. 13. *n.* 29. Haec tamen conclusio defendi,
mea sententia, poterit, si sine culpa accipientis bos unus pe-
rierit, secus e contra, quod si is, qui accepit, fuerit ad com-
parandum alium bovem impotens, nam cum uno bove ara-
ri non potest, nisi dominus bovis alium bovem praestiterit,
et in locum demortui subrogaverit ratio ipsa convincit an- 39
nuae praestationis pollicitae impossibilitatem, et respecti-
vam accipientis oppressionem, ea animadversis per *Carocc.* 40
de locato, et conduct. tit. de collaticis boum quaest. 7. *n.*
10. 17. *et* 22.

Illicitum quoque est illud pactum inter contrahentes col-
laticum, ut boves initio, praevia aestimatione tradantur, et
siquid augumenti, aut deteriorationis, in fine hujus nego-
tii contigerit, ex aequo inter eosdem contrahentes dividatur; 41
nam ut quisque percipit facilior est deterioratio bovis pro-
pter laborem, atque senium, ad quod sensim progreditur,
quam augumentatio, *Michalor. de duob. fratrib. cap.* 59.
n. 39. ita ut potiores, melioresque sint semper dantis partes,
quam accipientis *Carocc. de locato et conduct. tit. de col-* 42
latic. boum quaest. 7. *n.* 8. *Michalor. de fratrib. part.* 3.
cap. 59. *n.* 39. *Jov. de contract. min. gloss.* 25. ♀. 13. *n.*
60. Plurimum vero si boves ad collaticum accipiens, ex pa-
cto sit obligatus in fine negotii, vel societatis etiam, siquae
sit, restituere caput boum salvum, hoc est illos, durante
contractus tempore forte demortuos, aere suo emere, et sic
boves societatis reintegrare, ac domino illorum, vel ei, qui
socii majoris locum obtinet restituere *Carocc. de locato, et* 43
conduct. loco prox. cit. n. 13. *Sambonet de animalib. cur-
rib. et plaustris cap.* 27. *n.* 28.

Hinc illi doctores, qui hunc collatici, seu collajae contra-
ctum licitum defendunt, ne contrahentes in scopulos usura-
riae pravitatis, aut injustitiae, qui plures sunt, impingant
certas, ac numero sex praestituerunt conditiones, in hoc 44
contractu servandas; atque hae sunt; prima, ut rusticus, seu
agricola boves ad collaticum accipiens obligationem faciat de
bene custodiendo, et gubernando bovem; secunda de solven-
do certam, et in loco solitam, dummodo justam frumenti
quantitatem quolibet anno; tertia quod ipse agricola tenea-
tur per certum tempus ante intimare contractus finem per
disdictam; quarta quod ipse teneatur probare, non ex sui
culpa bovem periisse; quinta quod similiter obstringatur
agricola denunciare infirmitatem bovis ante illius mortem;
sexta demum, quod dans bovem, hujus morte secuta, tenea-
tur alium subrogare, et eum agricola repudiare non possit,
ita sentiunt, atque ita praescribunt *Carocc. de locato et* 45
conduct. tit. de collaticis boum quaest. 7. *n.* 20. *Jov. de
controet. min. gloss.* 25. ♀. 13. *n.* 32.

Quoad me vero pertinet, quoniam hujusmodi collatici,
seu collajae negotiatio ita sensim irrepsit, ut usum, seu con-
suetudinem fere universalem, ut dicebam, per totam Italiam
et alibi etiam constituerit, non illam proscribendam dixe-
rim, sed imo juxta relatas sex conditiones servandam; at 46
vero quoad caput bovis salvum; sit societatis, sit locationis,
sit quicumque alius innominatus etiam contractus, nec
semper erit societati proximus, nunquam consenaero; nam 47
hoc tale pactum destruit ordinem naturae, cum per illud
inducatur bovis immortalitas; destruit quoque justitiae, et
aequitatis terminos, nam miser agricola, quod sudore vul- 48
tus sui in pluribus comparavit annis, momento temporis,
lues ingruens ei possit tollere, et per hoc capitis salvi pactum,
alter in lucro semper utcumque modico, alter in damno fre-
quenter etiam maximo reperitur. Vix quidem admiserim 49
illud pactum in vaccis datis ad usum collatici, seu collajao,
ut in locum illarum pereuntium subrogentur foetus, puta
vituli ex eisdem vaccis nascituri, quemadmodum alias adno-
tavi, atque tenet *Jov. de contract. min. gloss.* 25. ♀. 13. *n.* 50
32. *in fin. Sambonet de animalibus ad currib. et plaustr.*

cap. 26. *n.* 55. *seq. et c.* 28. *n.* 31. et quamvis hoc etiam
51 pactum proscriptione dignum duxerit. *Bonaccina opera moralia disput.* 3. *q.* 6. *punct.* 5. *n.* 3. *vers. sec. t.* 2. persuadere tamen ratio in contrarium videtur, primo quia cessat illa animalis immortalitas; secundo quia subrogatio, locum habebit, si foetus ex vaccis nascantur, quod si non nascan-
52 tur, caput salvum, seu subrogandi obligatio evanescet; ac tertio demum quia subrogatio ex foetibus communibus facienda, a tota, socium minorem seu agricolam, sarcina relevat, tantumque idem rusticus non patitur naufragium, ju-
53 xta casum huic similem decisum per *Rotam coram Manzanedo* in ejus quadam decisione impressa apud *Michalor. de fratrib. part.* 3. *post cap.* 59. de vi tamen hujus conclusionis iterum, et latius infra *cap. seq.*

Neque satis est ad innominati contractus qualitatem refugere, quasi quod similis contractus esse valeat iniquitatis perfugium: scitum est quippe, innominatum contractum, poenitentiam, re integra dumtaxat, admittere, secus ubi
54 fuerit ad executionem tradi coeptus, prout late *Pacion. de locato, et conduct. cap.* 12. *n.* 28. *ad* 32. Sed praeter has qualitates, quas contractus innominatus habet, non exculditur illa bonae fidei, quatenus haec dolo contraria sit in
55 omni negotio, et contractu, ut per *Manticam de tacit., et ambig. lib.* 1. *tit.* 9. *n.* 6. *et* 7. *tom.* 1. praecipue vero in hoc collatici, seu collajse negotio, quod a societate suam ducit originem, adeo quidem ut, qualitercumque sit innominatus contractus, non est tamen in toto societati absimilis, et ideo juxta illius naturam omnino judicandus, prout ad
56 rem satis proxime *Rot. in dec.* 598. *n.* 3 *part.* 2. *recentior.* ita ut, si caput salvum non sit in animalium societate tole-
57 randum, quemadmodum late, ac generaliter in superiore *cap.* 6. *part.* 1. adnotavi, quidquid contra sentiant *Sabell.*
58 *var. resol. cap.* 17. *per tot. Jov. de contract. min. gloss.* 25. ?. 13. *n.* 62. *ad seq.* minus sit quoque ferendum in iis negotiis ad naturam contractus innominati ex subtilitate
59 contrahentium, et ex malitia quandoque etiam traducti, quavis non suffragante, pro observantia d. pacti consuetudine, nam cum primum, tale pactum vitiosum dignoscitur, nulla potest illud consuetudo a suo vitio purgare, atque de-
60 fendere *Jov. de contract. min. gloss.* 25. ?. 13. *n.* 37. *ad plur. seq.* atque iterum *n.* 43. *ad plur. seqq.*

Reque vera materia haec collatici nonnullis evasit suspecta, modumque vitandi vitium quaerunt, ac societatis ter-
61 minos apparenter servare conantur, ut sequitur; dat socius major suos boves socio minori ad collaticum; lucrum, et damnum aequaliter subeundum, ambo conveniunt; sed socius major boves suos initio aestimat, ut usuram sc. 15. in singula centum, seu sc. 3. in singula viginti sibi per socium minorem separatim solvenda stipulatur; hunc tamquam il-
62 licitum improbat contractum *Jov. de contract. min. gloss.* 25. ?. 13. *n.* 40. *cum duobus seq.* et jure quidem, atque merito, quia socius major bina ex eisdem bobus suis perciperet lucra, alterum ex societate, et alterum ex capitali in societatem invectum, quantum tale hoc pactum aberret a sanctis societatis legibus, alias jam dixi, et probavi in superiore
63 *cap.* 6. *part.* 1. *n.* 57. atque etiam animadvertit idem *Jov. de contract. min. gloss.* 25. ?. 13. *n.* 42. *vers. non obstat.*

Est alia quaedam in bobus societas cum locatione commixta, quae a nonnullis *soccita* nuncupatur, in eoque consistit; siquis duos boves locat rustico, qui onus habeat bo-
64 ves alendi, custodiendi, et arationi incumbendi cum pacto, ut in fine negotii communes sint fructus, validus iste existimatur contractus per *Pacion. de locato, et conduct. cap.*
65 12. *n.* 21. *ad seq.* Sed haec species societatis solet quandoque ex pactis alterari, et in verum societatem transire, puta concipi ad quatuor annos cum pacto, ut in fine quadriennii communiter omnia dividantur; rusticus qui boves accipit in
66 unoquoque anno unum unguem, ut ajunt, animalis lucratur cum caeteris utilibus aequaliter, adeo quidem ut, si
67 durante, et nondum finita societate, haec dissolvi contingat, capitalis quoque partem ad ratam temporis socius minor, seu rusticus lucretur *Costa de ratione ratae qu.* 118. *n.* 3.
68 *Cyriac. contr.* 357. *n.* 9. *tom.* 2. *Pacion. de locato, et conduct. cap.* 12. *n.* 24. *ad seq.* ubi ait in hoc contractu praesupponi translationem dominii boum in socium minorem. id quod veram societatem arguit *Pacion. loco prox. cit.*
69 *cum suis concordantibus.*

Dantur etiam in societatem boves cum terra; sitque exemplo, socius major dat rustico unum par boum cum tanta terra, quae possit arari cum eisdem duobus bobus socialibus. Quid juris? si quidem socius major dat rustico boves aestimatos, et tunc in socium minorem transit pro medietate do- 70
minium, quod efficit, ut commune sit utrique lucrum, atque damnum, non solum quoad fructus terrae, sed etiam quoad capitale boum, veluti in proximo superiore casu adnotavi; quod si boves non fuerint initio aestimati, et tunc
videndum, an opera rustici capitali socii majoris respondeat 71
vel ex consuetudine loci censeatur translatum dominium, ut cum sit eadem ratio, eadem quoque esse debeat juris dispositio *leg. illud* 32. *ff. ad leg. aquil.* Quod si demum indu-
stria rustici utilibus tantum, non capitali quoque respon- 72
deat, et hoc posteriore casu periculum boum est socii majoris, et fructus boum, et terrae dumtaxat venient in partitionem, non autem boum capita *Angel. de perigl. de so-*
ciet. part. 2. *n.* 12. *Cassanaeus ad consuet. Burgund.* 73
rubr. 4. ?. 23. *n.* 68. *circa fin. pag. mihi* 779.

Hactenus de societate boum. De vaccarum modo et bubalarum societate agendum est. Statutum agriculturae urbis in saepe indicato *cap.* 86. *part.* 4. ita statuit videlicet, ut haec vaccarum et bubalarum societas debeat durare ad quinque annos, nisi aliter convenerint partes ibi » Soccita vac-
» carum, et bubalarum per annos quinque (durare debeat) 74
» nisi aliter inter partes conventum fuerit ». Disponit etiam
idem agriculturae urbis statutum eodem in loco, ut sequi- 75
tur. » In soccitis vero vaccarum, et bubalarum, si tempore » dationis d. soccitae, animalia masculina fuerint inter eas, » debeant in d. societate teneri, donec efficiantur annotini » (hoc est, aetatis unius anni). Cum ad tempus pervene- » rint, in quo annotini dicantur, vendi debeant, et de eo- » rum pretio, alia animalia ejusdem generis foeminina » emantur, quae in soccita hujusmodi reponantur » et post-
ea idem statutum, agriculturae ita concludit » Finito vero 76
» tempore d. soccitae, omnia dicta animalia, quae in eadem » soccita reperirentur cum omni eorum augumento, commo- » do, et utilitate, inter dantem, et recipientem d. soccitam » communi debeant portione sortiri, fraudibus, et quibus- » cumque deceptionibus omnino cessantibus inter eos ».

Ex hoc quidem statuto societas vaccarum, et bubalarum 77
eodem ipso modo, quo altera superior boum, procedit, ita ut mens d. statuti agriculturae urbis videatur esse, ut operam socii minoris, non interusurio, sed capitali vaccarum, et bubalarum socii majoris, aequalem, et respondentem
initio fuisse supponat; cujus rei effectus est, ut ex capitali 78
vaccarum, seu bubalarum unius, et operae, seu industriae alterius, unum capitale commune effectum dicatur; commune dixi, tam in lucris, quam in damnis, quemadmodum
etiam in divisione cum utilium tum ipsius capitalis, nam 79
socius minor praeter operam suam atque custodiam, notabiles quoque subit expensas herbarum seu pascuorum, et
hujusmodi expensas dico, communiter, et cum domino vac- 80
carum, seu bubalarum aequaliter faciendas, veluti observat *Petr. de Ubald. de duob. fratrib. part.* 5. *sub num.* 27. *vers. bene tamen faterer.*, et de sumptibus factis occasione nivis in curandu. foenum, paleam, bladum, fabas,
glandes, stramina, et hujusmodi ad conservationem ani- 81
malium, tradit *Alderis. de symbolic. contract. tit.* 3. *cap.* 8. *n.* 56. neque mirum, quia si *Petrus de Ubald. loco proxime cit.* sub initium *d. n.* 27. refert opinionem alicujus volentis, quod si vaccae, vel bubalae sint initio, socio minori datae praevia aestimatione, quod censeatur translatum dominium medietatis vaccarum, seu bubalarum, unde ex mente alicujus doctoris deducit, quod socius minor habere debeat dimidiam integram utilium partem, propter suam operam, et aliam dimidiam alterius dimidii capitalis in sui dominium translati, adeo ut socius major, so-
lam quartam omnium utilium partem consequi posset; si 82
porro suprascriptus *Petr. de Ubald. loc. prox. cit.* Deridet hanc opinionem socio minori adeo utilem, mihi tamen inservit optime, ut concludam, intelligentiam d. statuti agriculturae urbis, dimidiam, et ideo minorem, sed plane aequam
atque justam totius capitalis, et utilium partem ad utrum- 83
que socium in fine societatis aequaliter pertinere indicentis, non esse exorbitantem, seu ab jure alienam.

Hactenus si opera pastoris, seu socii minoris valori vaccarum, seu bubalarum respondeat; quod si opera utilibus tantum earumdem vaccarum, seu bubalarum aequalis dignosca-
tur, vel fuit a partibus volita, vel per longam consuetudi- 84
nem regionis indicta, et hoc posteriore casu, socius minor non subit periculum, nisi culposum dictorum animalium, quorum capitale in fine societatis detrahitur, et socio majo-

ri restituitur, et postea, quod reliquum est aequis ex parti-
bus inter utrumque socium majorem, atque minorem divi-
85 ditur *Carpan. ad statut. Mediol. cap.* 484. *n.* 22. *et* 23.
tom. 2. *Petr. de Ubald. de duob. fratrib. part.* 5. *n.* 27.
vers. sed ex eo quod. Illi tamen vaccarum, seu bubalarum
fructus in foetibus consistentes, qui sequuntur conditionem
matris, ad dominium socii majoris, pertinentis, licet sint
jure societatis aequaliter communicandi, attamen expectari
debet tempus divisionis, quo tempore socius minor domi-
86 nium dd. foetuum, quod traditione transfertur, acquirit
ut per *Mandell. Alba cons.* 248. *n.* 10. *vol.* 2.
87 Mortua vacca, solvitur societas *leg. verum* 64. ℥. *fin. ff.*
pro socio. Nec in contrarium inita subsistit conventio *Cy-*
88 *rioc. contr. for.* 357. *n.* 19. *tom.* 2. Sed si ex ea extat vitu-
lus, etiam unus, in hoc durat eadem societas usque ad prae-
89 finitum tempus *Glossa in leg. si id quod* 59. *verbo coi-*
tum esse in fin. ff. pro socio. Petr. de Ubald. de duob. fra-
trib. part. 8. *n.* 22. *Carpan. ad statut Mediol. cap.* 484.
n. 24 *tom.* 2. *Mantic. de tacit., et ambig. lib.* 6. *tit.* 25.
n. 6. *tom.* 1. Quid si peracto quinquennali societatis tem-
pore nulla facta divisione, continuent partes in retinendis
vaccis, ut antea? Dubio procul societas renovata intelligitur
90 *Petr. de Ubald. de duob. frotrib. part* 5. *n.* 39. *sub*
princ., et quidem cum eisdem pactis, et conditionibus
necnon etiam ad eosdem quinque annos, quibus praecedens
concepta erat societas; sed quoad tempus, hoc verum intel-
ligitur, si ita sit societati expediens, secus si societati non
91 expedit, id quod arbitrio boni viri relinquitur *Petr. de*
Ubald. de duob frotrib. loco prox. cit. n 39 *vers. secun-*
do dubitatur.
Major est in hac continuatione societatis quaestio, seu
92 difficultas circa lucrum, seu fructuum divisionem, in qua
ita est distinguendum, aut vaccarum societas praecedens
complectebatur, et capitalia, et fructus animalium; aut fru-
93 ctuum dumtaxat; si societas complectebatur capitalia, et
fructus, forte quia suppar erat opera capitalium valori, seu
quia conventum erat expresse inter partes ita fuerat, aut demum
quia localis consuetudo ita ferebat; et hoc priore casu, quia
in fine primi quinquennii medietatem animalium omnium,
socius minor fuerat lucratus, super hac medietate, per con-
tinuationem, seu renovationem societatis, nihil socius ma-
jor juris habuit, vel habere potuit, sed totum lucrum,
et damnum, ea desuper fuit socii minoris, tamquam d. me-
dietatis vaccarum domini, qui propterea socius minor in
94 d. renovatione veram socii minoris figuram gessit super
alia animalium dumtaxat medietate ad socium majorem
95 pertinentem, nam in hac taxative dimidia verificabitur
capitale socii majoris, et opera socii minoris, ita ut in
fine renovatae societatis, socius minor separatim detrahit
suam dimidiam animalium ad se ex primo societate per-
tinentem, una cum ejusdem dimidiae augumento, et fru-
96 ctibus, et sumptibus, socio majore penitus excluso; et
deinde aequis ex partibus de reliquis animalibus, et fructi-
97 bus vere socialibus, et per socium majorem in societatem re-
novatam invectis, participabit.
Quod si ex diverso, et est altera pars distinctionis, in
priore societate, non capitalia animalium, sed fructus tan-
tum comprehensa extiterant, forte quia vel opera fructibus
et utilibus, non capitali respondebat, vel quia ita fuerat pa-
cto conventum, aut consuetudo loci ita ferebat, et hoc poste-
riore casu socius minor, detrahit primo a societate partem
illam animalium, quae ratione fructuum, seu utilium in
98 priore societate sibi obtigerat; detrahit pariter utilia hujus
portionis integra, sibi ex d. prima societate adscriptae seu
quae adscribenda erat, absque eo quod his desuper omni-
99 bus socius major, quidquam juris habeat; ac de reliquis
animalibus, eum ratione capitalis, tum ratione utilium prio-
ris societatis socio majori restitutis, seu quae restitui debe-
bant, et respective pro renovanda societate assignatis seu quae
assignari debebant, socius major haec sibi tamquam novi capi-
talis vicem tenentia addicit integra, et reliquum fructuum, seu
100 utilium nomine, cum socio minore ex aequo partietur; nam so-
cius minor, socius non est, sed absolutus dominus in sua ani-
malium parte ex priore societate sibi obventa, seu quae
sibi, si intercessisset divisio, obvenire debebat, sed in por-
101 tione tantum socio majori adjudicata, seu quae adjudicari
debebat; ita ut super hac dumtaxat, renovatio societatis ce-
cidisse dici debeat, in qua socius major eamdem suam por-
tionem pro capitali, et suam denuo socius minor operam
102 conferre tenebatur, ita percente, atque vere *Petr. de U-*

bald. de duob. fratrib. part. 5. *n.* 39. *vers. tertio dubita-*
tur. Costa de ratione ratae qu. 118. *n.* 10. *ad fin. Tor-*
taglia de reservat. statutar. art. 59. *n.* 96. *vers. si vero ista.*
In hac etiam vaccarum, seu bubalarum societate, corru-
pti mores salvi capitis vigent, et formulam usque contraben-
di societatem ad caput salvum in vaccis assignat *Speculat.*
lib. 4. *partic.* 3. *de locato* ℥. 3. *n.* 9. Verum de hoc capite 103
salvo, mea sententia iniquissimo, pluries in hoc tractatu,
verba feci; et praecipue quoad animalium societatem, hic 104
superius proxime; reliquom plane mihi hoc unum est, ut
exoptem, et videam, scilicet, hoc caput salvum ab imo era-
dicatum, evulsum, prostratum, et a sociali commercio pro-
scriptum, tum quia iniquitate plenum est, veluti dicebam,
tum etiam quia admisso capitis salvi contrahendi licite,
principio, id prae nimio lucri studio cuiquam innato, occa-
sio delinquendi erit frequens, praecipitesque in baratrum
ducet animas, veluti semel, iterumque repetit *Cassanaeus* 105
ad consuet. Burgund. rubrica 4. ℥. 23. *n.* 54. *in fin., et n.*
69. *vers. alium, et septimum casum pag. mihi* 774. *et* 780.
Ut ad jumenta progrediar; docet Marcianus *in leg. lega-*
tis 63. ℥. *jumentis ff. de legat.* 3. ibi » Jumentis legatis, 106
» boves non continentur, nec contra; equia autem legatis,
» et equae continentur ». Continentur itaque, subdit *Cu-*
jacius jumentorum nomine animalia, quae dorso domantur, 107
tur, ut equi, muli, asini, *in Jul. Paul. recept. sentent.*
lib. 3. *leg.* 77. *ff. de legat.* 3. *tom.* 1. *col.* 436. *lit. D.* qui
Cujacius addit, contineri etiam jumentorum nomine, ele-
phantes, et camelos, ex quo animalia dossuaria, ut ait Var-
ro, sunt, et jumentorum operam praestant, licet ferae sint
naturae *in lib.* 2. *instit. de rer. divis. cap.* 3. *in Schol. lit.* 108
B. tom. 8. *col.* 943. *lit. A.*
Ait igitur statutum agriculturae urbis, in saepedicto *cap.*
86. *part.* 4. in proposito societatis jumentorum; ut sequi-
tur ibi » Et quod dictum est de dictis animalibus vacciois,
» et bubalinis, similiter intelligatur de jumentis pullos ha- 109
» bentibus inter eas, qui pulli, eum ad perfectum tempus
» extractionum pervenerint, similiter vendi debeant, et de
» eorum pretio emantur animalia foeminina, et in soceita ju-
» mentorum hujusmodi reponantur ». Parificat d. statutum
agriculturae jumenta, vaccis, et bubalis circa formam socie- 110
tatis, eis desuper coeundae; ergo ad quinque annos jumenta
in societatem traduntur, veluti etiam animadvertit *Angel.* 111
de Perigl. de societ. part. 2. *n.* 2. Ergo si opera socii mi-
noris respondeat capitali jumentorum, vel si ita localis fo-
rat consuetudo, magis vero, si partes ita expresse convene-
rint, in fine societatis omnia sunt communiter, aequaliter-
que dividenda, capita scilicet jumentorum, illorumque uti-
lia; sin autem opera socii minoris non respondeat capitali 112
sed utilibus tantum jumentorum, in his dumtaxat utilibus,
et foetibus, seu fructibus, et periculum, et lucrum pro ae-
quis partibus stabit, juxta regulas, alias supra traditas, atque
innuere etiam videtur *Perigl. de societ. part.* 2. *n.* 2. *ad* 7. 113
De societate super quadriga equorum loquitur textus *in*
leg. si id quod 59. *ff. pro socio*; quem textum equidem
expendi in superiore *part.* 2. *cap.* 6. *n.* 52. *ad* 54. Videli-
cet, si tu tres habes equos, ego unum, et societatem coivi-
mus, ut tu quadrigam venderes, et mihi pretium propor-
tione servata hoc est, quartam totius quadrigae partem 114
pretii dares, si ante venditionem equus meus mortuus sit,
nihil mihi debes, nam quia societas coita habetur, ut tu
quadrigam venderes, et sic in pretio equorum, meo meus
equus periit periculo; quod si ex diverso societas coita fuis-
set inter me, et te ut quadrigam teneres, et sic in ipsis 115
equis, ut vecturis compendia faceres, meus equus commu-
ni periisset periculo, sicuti communi nomine lucrum attu-
lisset, et in reliquis tribus equis societas duraret, veluti
etiam observant *Connan. comm. jur. civ. lib.* 7. *cap.* 13.
sub n. 16. *in fin. Mondel. Alba cons.* 735. *n.* 11. *tom.* 4. 116
Albert. Brun. de interitu, et peremptione n. 24. *Petr. de*
Ubald. de duob. fratrib. part. 8. *n.* 1. *Mantica de tacit.*
et ambig. lib. 6. *tit.* 21. *n.* 17. *et* 18. *tom.* 1. *Jov. de con-*
tract. min. gloss. 25. ℥. 13. *n.* 693.
Nonnulla dixi de damnis ex culpa pastoris, vel socii mi-
noris illatis in alienis pascuis, in superiore *cap.* 5. Hic ad-
do, quod si socius minor, et quivis alius etiam viator, ju- 117
xta viam equum, forte defessum, depascatur, dummodo
non inferat frugibus damnum, ad nihilum tenetur, *Alde-*
ris. de simbolic. contract tit. 3. *cap.* 3. *num.* 12. *et seq.* 118
Caroc. de locato et conduct. part. 7. *conclus.* 20. *Cassa-*
naeus ad consuet. Burgund. rubrica 1. ℥. 6. *n.* 15. *vers.*

ei intellige pag. mihi 282. Habent simile privilegium affidati animalia in agrum Romanum docentes pascuorum causa, ut per territoria locorum transeuntes, tam in accessu, quam in recessu valeant secus viam publicam, usque ad certam distantiam utrinque pascere, et insuper ad tres usque dies in quovis territorio commorari, cum eo-
119 rum animalibus, ut per *De Vecch. de bono regim. sub tit. affidati, e loro privilegj tom. 2. pag. 35. ad seq.* Hac tamen facultate affidati eatenus abutuntur, longius ultra praestitutos terminos evagantes, ut dominis pascuorum lo-
120 calium, se intolerabiles praebeant, jure vel injuria pro libito pascant, et nihil solvant.

Ut illuc modo, unde egressus sum, revertar. Aliam in equa, et asina speciem societatis indicavi in superiore *cap. 5. n. 70. ad seq.* si videlicet ab equo, et respective ab asino
121 praegnans fiat, me illuc refero. Quoad asinam vero, haec subjicio; dedi asinam meam tibi titulo societatis ad quinquennium, consuetudo est, ut in fine quinquennii dividatur asi-
122 na cum foetu, aliisque utilibus; quod ipsum servatur si opera tua respondeat valori asinae meae, vel si consuetudo localis ita vigeat, vel si demum ita conceptis verbis fuerit in-
123 ter me, et te stipulatum; nunquid asina, durante, aut finita societate, pereunte, ad aliquid tu mihi teneris? Et ad nihilum te, si culpa non tua periit asina, teneri dicit
124 *Baldus in leg. 1. n. 28. cod. pro socio*, illa ratione, quia eodem modo asina fuisset peritura penes me, etiamsi initio fuerit praevia aestimatione illius, tradita, et in hoc concor-
125 dant *Aloys. de Leo in leg. 8. n. 2. cod. de pact. B. Joan. a Capistrano de usur. part. 2. n. 96.*

Equidem vero, non indistincte hoc intelligerem, sed ita demum, si tempore peremptionis, tanti sit opera tua, quatenus est valor asinae meae, non utique inficiari in propo- 126
sito valet casu communicatum haberi tibi asinae dominium ita ut valor asinae, et opera tua unum societatis capitale effecerint, et sicuti in contingentia hujus casus lucrum, et 127
damnum utrique socio commune esse perfecte debet, doctrina *Baldi* erit recipienda, si tempore mortis asinae, par operae praestitae, et valoris asinae extiterit, secus cum fieri possit, ut asina sub initium societatis pereat, divisio partium lucri, et damni fieri debebit secundum regulas, atque exempla justae proportionis indicata sub *cap. 7. part. 1.* 128
Idem juris est, si detur asina in societatem ad usum molendi, seu pistrinum volvendi *Alderis. de symbolic. contract.* 129
tit. 3. cap. 3. n. 47. in fin.

Potest dubitari, an dominus animalium praelationem habeat super animalibus socialibus adversus creditores socii 130
minoris etiam anteriores? Et praeferri animalium dominum seu socium majorem, indistincte affirmat *Carpan. ad sta-* 131
tut. Mediolan. cap. 484. n. 45. et 46. tom. 2. Equidem vero ita distinguendum puto; aut socius major est creditor ex causa societatis, et ad *Carpanum* accedo, aut extra causam societatis, et tunc nota vigebit conclusio, qui est prior in tempore est etiam potior in jure, de qua in *cap. qui prior.* 132
54. de regul. jur. in 6. et leg. potior in princ. ff. qui pot. in pign. hab., ab his autem exceptos semper intellige illos creditores, qui in causam societatis animalium crediderunt;
nam hi utrumque sibi socium in solidum obligatum habent, 133
quemadmodum alias atque pluries adnotavi

CAPUT VII.

De societate animalium minorum.

SUMMARIUM

1. Deus creavit initio mille animalium species diversas, hoc est, 600. in mari, et 400. in terra, et pleraque minora, n. 2.
3. Hic agitur de animalibus terrae humanae societati, utilioribus, et in commercio magis usu receptis, n. 4.
5. Et quod de his dicitur in caeteris fere servatur.
6. Leges enim scriptae sunt, in iis, quae plerumque accidunt, non quae raro eveniunt.
7. Societas recepta generaliter repetitur, in ovibus, capris, suibus, apibus, bombycibus, gallinis, columbis, anseribus etc.
8. Est differentia inter animalia majora, et minora, ut illa regulariter ad quinquennium, haec ad triennium, n. 9. et 10.
11. Quoad juris autem dispositionem pertinet regulae societatis sunt eaedem in utrisque animalibus majoribus, et minoribus.
12. Ovium fructus est maximus, cum una ovis obulos 40. quotannis rependit, detractis sumptibus, his vero comprehensis obulos 100., et n. 13. 14. et 38.
15. Quatuor modis contrahitur ovium societas, atque indicantur, n. 16. 17. 18. et 19.
20. Similis divisio in quatuor partes extat in societate animalium majorum, et remissive.
21. Datur formula contrahendi societatem super ovibus, n. 22. 23. 24 et 25.
26. Ex statuto etiam agriculturae urbis, societas ovium ducat ad tres annos.
27. Amplia etiam ex quadam extravaganti velata post libros feudorum.
28. Ad quinque etiam annos potest fieri ovium societas.
29. Aestimatio ovium initio facta ad servandum illarum valorem, nihil concludit ad effectum translationis dominii.
30. Sed solum, ut pereunte animali ex culpa socii minoris, solatur valor reficiendus.
31. Quod si aestimatio fiat ad transferendum dominium, recte inde arguitur communicatio capitalis, ita ut periculum sit utriusque socii, et n. 32.
33. Quovis autem cessante pacto, talis communicatio capitalis inducitur, quando opera socii minoris, eidem capitali respondet.
34. Amplia ut in his minutis animalibus communicatio fiat, extra quoque aestimationem.
35. Ratio ita contrahendi societatem, laudatur concurrente praesertim consuetudine.
 Consuetudo haec tamen debet niti regulae, ut capitali sit aequalis industria, ibid.
36. Amplia licet animalia non sit aestimata, vel translatum expresse dominium.
 Aequalitas in his, non requiritur rigorosa, et in puncto indivisibili, ut ajunt, ibidem, et n. 78.
37. Sed satis est, quod capitale, et opera sint fere aequalia, et vigens id magis explicabit consuetudo.
38. Regula justa contrahendi, et judicandi in societate ovium, ab harum fructu, et sumptu desumitur, qui traditur, et n. 39.
40. Fructus ovium quibus diminutionibus subest, traditur.
41. Quod si animalium aestimatio eo pertinet, ut in fine grex integer restituatur, licet non culpa socii minoris peremptus, tunc magis est venditio mutuo commixta, et ideo illicita conventio.
42. De hac, aliisque similibus quaestionibus remissive.
43. Impugnatur *Michalor*, quod animalium aestimatio, intervenerit, vel non, damnum non culpa etiam socii minoris obventum, commune sit, et affertur ratio n. 44.
45. Opinio *Michalor*; et sequacium nititur Decisioni Rotali coram Manzanedo, quae indicatur, et discutitur n. 46
47. Refertur casus d. decisionis coram Manzanedo; ubi duo erant pacta, primum et de grege aestimato aequaliter utilia quotannis dividerentur.
48. Alterum vero, ut quolibet anno pecore gregis mortuo, ex foetibus illius anni reintegrari deberent; de validitate hujus secundi pacti quaerebatur.
49. Tenor dictae Decisionis, quod praecedens aestimatum, fecit emptionem, et venditionem.
50. Quod transferat in socium minorem dominium, et pro aequali periculum.
51. Concluditur hic, quod d. pactum reintegrandi gregem ex foetibus communibus, sit justum, atque licitum.
52. Hactenus decisio laudatur, confirmatur ex exemplo, et datur ratio, n. 53. et 54.
55. Vitium stat in pacto aequalis divisionis utilium super quod decisio, in contumaciam emanata, interlocuta non fuit, n. 56
57. Decisio contumacialis, prout sententia similis, magis ex contumacia, quam ex justitia lata praesumitur.
58. Socius minor ibi emit medietatem gregis habita fide de pretio; ergo in societate medietas utriusque capitalis immixta reperiebatur.
59. Ideo illa utilium pro medietate pacta assignatio, est naturalis fructus sui dominii; sed ubi est compensatio ejus operae in qualitate socii? n. 60. et 61.
62. Socius minor in figura domini medietatis ovium emptarum, habere quoque debet parem medietatem utilium
63. In figura autem socii operam conferentis debet habere medietatem utilium, super illa medietate capitalis ad socium majorem pertinente.
 Ergo socius minor, in casu d. Decisionis debet habere ex quatuor partibus totius gregis, tres utilium, unam socius major, ibidem.
64. Aequalitatem in societatibus servandam leges indicunt.
65. Socius major in casu d. Decisionis Manzanedi, non solvit gregis custodiam, neque socii minoris operam, quae saepe pretiosior est pecunia.
66. Amplia, ut obstet capitalis reintegrationem, cum utilibus ad socium minorem spectantibus, et ex grege empto habita fide de pretio, provenien. n. 67.
68. Diversum est aestimare animalia et dominium socio minori communicare, atque aestimare, simulque de pretio fidem habere
69. In primo casu, est vera societas, contractus est licitus, et affertur ratio.
70. Eoque amplius ut reintegratio capitalis cum fructibus communibus, socium minorem non praegravet.
 Secus vero in posteriore casu inaequalitatem apertam continente, ibid.
71. Ex tenore d. Decisionis Manzanedi est, ut societas rite coeatur super grege unius, et pecunia alterius.
72. Reintegratio capitalis cum foetibus communibus in hoc casu licita est.
73. Illicitum est pactum reintegrationis, quando haec fieri debet ex foetibus tantum spectantibus ad socium minorem, secus ex communibus utriusque socii foetibus, n. 74.

75. Distinctio haec laudatur cum declarationibus tamen, de quibus, n. 76. 77. 78. et 79.
80. Pactum ut foetus pertineant ad socium majorem quousque sit de suo capitali reintegratus, ac deinceps animalia sint communia, licitum affirmat *Laurent.*
81. Sunt doctores, qui foenus abesse a d. pacto sustinent, quia si perit totus grex ante expletam reintegrationem, alter socius ad nihilum tenetur.
82. Intelliguntur hi tamen doctores quando in socium minorem non sit translatum, seu communicatum dominium, et in fine pecora sint communia, secus e contra.
83. Dubitatur tamen, an socius major jure possit reintegrari ex foetibus communibus de toto suo grege, seu de medietate illius
84. Datur casus: Socius major dat gregem valoris scut. 1000., si de communibus foetibus se reintegrat socius minor minus gravatur in sc. 500. et ratio affertur
85. Quod si socius major reintegrari deberet de integris sc. 1000. super portione ovium dominii socii minoris, pactum esset iniquum, et affertur ratio, n. 86. et 87.
88. Caput salvum reprobatur a decisione, sed duriusculis, et datur ratio, n. 89. 90. et 91.
92. Assignatur clausula, seu cautela capitis salvi exclusiva, juxta declarationem, de qua ibi, et n. 93. 94. et 95.
96. Judicantur binae aliae decisiones cor. eod. Manzanedo emanatae.
97. Secunda decisio corrigit primam in eo, quod per aestimationem gregis, non fuit inducta emptio, et venditio, ita ut cavendum sit ab allegando primam decisionem, et n. 98.
99. Refertur tertia Manzanedi decisio, statuens operam respondere fructibus, et pactum reintegrandi capitale cum foetibus communibus, non esse illicitum, et n. 100.
101. Concludit d. tertia decisio d. pactum subrogandi foetus sustineri, quia opera socii minoris ne fructibus quidem plene respondebat.
102. Laudatur d. decisio exclusiva capitis salvi.
103. Laudatur etiam d. decisio in pacto subrogandi foetus communes, retentis tamen ejusdem decisionis casus terminis, et datur ratio.
104. Quatuor pacta circa reintegrationem capitalis cum foetibus communibus proponuntur.
Primum pactum est quando socius major obligat se de proprio ad reintegrandum gregem, ibid.
105. Dominium gregis cum hoc pacto non censetur translatum.
106. Translato autem dominio in socium minorem, praesumitur opera pretiosior grege.
107. Dictio *plerumque* indicat casum frequentiam.
108. Secundum pactum reintegrandi gregem cum foetibus communibus, est licitum et affertur ratio n. seq. et 110.
111. Restitutio capitalis in hoc quomodo fieri debet, traditur.
112. Recensentur difficultates hujus secundi pacti, et restruuntur, n. 113 ad 119.
120. Tertium pactum extrahendi per socium majorem primos foetus, quousque sit de suo grege reintegratus, est licitum cum suis tamen declarationibus, n. 121. ad 124.
125. Quartum pactum conceptum, ut si oves pereant, pereant periculo communi, et in fine capitale restituatur integrum socio majori, est illicitum, et affertur ratio, n. 126.
127. Consilium ejusdem auctoris in hac reintegrationis capitalis materia, exponitur.
128. Justa est illa societas, ut socius minor oves custodiat, fructusque in fine aequaliter dividat.
129. Illicitum tamen erit pactum, ut sive oves fructus ferant, sive non, certum quid solvat annuatim socius minor majori,
130. Limita si contractus se habeat per modum, non societatis sed locationis.
131. Vitalitium super ovibus constitui potest, puta si dantur centum oves cum onere solvendi quid annuum, sive illae pereant, sive non, sive fructus ferant, sive non.
132. Nam concessionarius acquirit earum dominium, illudque, concedente defuncto, lucratur.
133. Difficultas reducitur ad justitiam, vel injustitiam annuae pensionis, quae regulatur juxta terminos census vitalitii, de quo remissive, et n. 134.
135. Societas caprarum durat ad annos tres, vel etiam quinque, et veluti partes pacto convenerint, n. 136.
137. In hac caprarum societate, nihil praecipui est, per quod regulae societatis in animalibus praecipue minoribus statutae, non procedant.
139. In quadam extravaganti post libros feudorum relata, traduntur leges in societate caprarum, atque indicantur, n. 139. ad 144.
145. Constitutio haec servatur, ubi est usu recepta.
146. Capra dicitur febre laborare continua, itaut promitti non possit sana n. 147.
148. Et ideo videtur excludi a contractu societatis et remissive.
149. Declara, ut capra habeat febriculam, quae non efficit, ut animal dicatur minus sanum, et n. 150.
151. Porcorum societas duret ad tres annos, nisi contrarium sit pacto conventum, n. 152.
153. Socius major concurrit ad expensam herbae, spicae, glandis, et escaturae.
154. Socius minor solvit mercedem pastorum, et omne reliquum, et in singulos annos dividit utilia, et in fine totum pro medietate.
155. In quadam extravaganti relata post lib. feudorum, datur regula societatis porcorum atque refertur, n. 156. ad 159.
160. Constitutio haec servatur, ubi est usu recepta.
161. Ex statuto agriculturae quae dantur socio minori ad meliorandum, aestimentur, et melioratum aequaliter dividitur.
162. Socius major concurrit ad expensam herbae, spicae, et glandis pro medietate.
Socius autem minor solvit mercedem pasturis, necnon damnum datum cum ejusdem poena, ibid.
163. In hac porcorum societate, prout etiam in aliis servantur pacta quibus cessantibus, recurritur ad consuetudinem localem.
164. Societas apum, seu alveorum fit ad tres annos, nisi aliter sit conventum.
165. Amplia ad societatem pavonum, columbarum, gallinarum, anserum, et cervorum.
166. Et quamvis nonnulla ex his animalibus sint ferae naturae, attamen si sint inclusa, vel abeundi, et redeundi, habeant consuetudinem, sunt in nostro patrimonio.
167. Et in contractum societatis deduci possunt, et attenduntur pacta, aut consuetudo.
168. Super aucupio, et piscatione etiam rite contrahitur societas, et cum eisdem regulis proceditur.
169. Quoad societatem piscationis remissive.

Mille animalium species creavit Deus, sexcentas in mari, et quadringentas in terra; ita nunnulli scriptores arabes
memoriae prodiderunt, relati per statutum agriculturae
1 urbis in suis observationibus circa locustas *pag.* 196. *in fin.*
et pag. 197. *in princ.*, et pleraque utriusque elementi ani-
2 malia, minora, seu minutiora sunt. Equidem in praesentia de animalibus terrae in primis loquar, et non de omni-
3 bus, verum de iis dumtaxat, quae non ferae sunt naturae,
et humanae societati utiliora, idque non ideo, quod super
omnibus animalibus, quae apportant lucrum, coiri non valeat societas, sed quod usus frequentior ineundi societatem
in certis invaluit animalibus, uti dicebam utilioribus, mi-
4 nusque noxiis, nam quidquid in his dispositum reperietur, idem in caeteris servabitur, et sic muneri meo satis-
5 fecisse videbor cum Juliano ajente « Neque leges, neque
senatusconsulta ita scribi possunt, ut omnes casus, qui
« quandoque inciderint, comprehendantur, sed sufficit ea,
6 « quae plerumque accidunt contineri » *in leg. neque leges*
10. *ff. de legib.*
Animalia itaque, minora super quibus societas genera-
7 liter coitur, sunt oves, caprae, sues, apes, bombyces, gallinae, columbae, anseres, et hujusmodi: singula percurram:
8 sed antea praemitto, differentiam inesse aliquam inter animalia majora, atque minora, ut per *Alderis. de simbolic.*
contract. tit. 3. *cap.* 2. *n.* 4. circa praecipue tempus dura-
9 tionis societatis, ut illa ad quinquennium, quemadmodum est in proximo superiore *cap.* 6. demonstratum, haec
autem ad triennium plerumque, veluti mox infra, nisi aliter a partibus conveniret super utrisque animalibus pla-
10 cuerit. Sed quoad regulas societatis pertinet, inter utraque
animalia majora, atque minora, nihil est discriminis in
partibus substantialibus, ita quidem ut dispositio juris loquens de animalibus majoribus in societatem traditis, pro-
11 cedat quoque in aliis animalibus minoribus, atque e contra
Zonchio

Angel. de Perigl. de societ. part. 2. *n.* 14. *in fin. Sabell.*
var. resol. cap. 17. *n.* 35. *Ponimoll. dec.* 152. *in annot.* 2.
n. 26. *tom.* 3. *Rot. in dec.* 57. *cor. Manzanedo impressa*
apud Michalor. de fratrib. part. 3. *in fine cap.* 59. §. *nec* 12
etiam obstat.
Et primo de ovibus, quarum est fructus maximus, et
in *leg. in pecudum* 28. *ff. de usur. Michalor. de fratrib.*
part. 3. *cap.* 59. *n.* 47. *Campell. ad stat. urbin. decret.*
52. *n.* 36. *Pacion. de locato, et conduct. cap.* 19. *n.* 43.
Rota in dec. 189. *n.* 3. *part.* 16. *recentior. et in Romana,*
seu Hortana pecuniaria super relevatione 14. *junii* 1748.
§. 12. *cor. cl. mem. Card. Molino*, ita ut quaevis ovis, deductis sumptibus, obolos 40. fructuum nomine singulos ferat
in annos *Rota dec.* 194. *n.* 2. *et* 3. *cor. Ubaldo.* Sumpti- 13
bus vero non deductis, centum usque obolos annuos, una
rependat ovis *Pacion. de locatu et conduct. cap.* 16. *n.* 44. 14
Campell. ad statut. urbin. decret. 52. *num.* 35. Ovium so-
cietas quatuor contrahitur modis. *Primo* quando unus po- 15
nit capitale, nempe ovium gregem, alter operam aequaliter,
vel inaequaliter; *secundo* si ambo conferant aequaliter ca- 16
pitale ovium, et tertiam personam ad eas custodiendas, et
pascendas mercede conducunt. *Tertio* quando uterque po- 17
nit capitale, et idem est, si unus non ponat tantum capitale ovium, sed etiam operam, et alter solum capitale ovi-
um; et *quarto* demum quando fit societas ovium quoad 18
fructus tantum, ubi *non* transfertur dominium animalium
in alterum ponentem operam, sed dominium ovium remanet penes eumdem, qui illas contulit, ita ut communio, et
societas consistat in fructibus tantum, non vero in ipsis
ovibus *Tartagl. de reserv. stat. art.* 59. *n.* 92. 19
Haec fere ad literam, societatis divisio, tradita supra est
cap. 5. *n.* 107. hujus tertiae partis, atque *in n. seqq.* desuper explicata; ita ut ne rem actam agere videar, me illuc
refero: formulam vero contrahendae societatis super ovibus 20

recepta, mutatis, juxta relatos quatuor modos, pactis, re-
21 fert *Speculat. de locato lib.* 4. *partic.* 3. §. *Jam. post n.*
8., quam hic ad verbum exscribo ibi « Titius confessus
» fuit, et contentus se habuisse, et recepisse in soccidam,
22 » seu societatem a Cajo centum oves pretio sc. 100. hinc
» ad tres proximos annos, promittens solemni stipulatione
» d. Titius, eas, omnesque ipsarum fructus futuros, et
» foetus omnes suis expensis fideliter, et diligenter custo-
» dire, salvare, pascere, ac tenere, ipsasque, aut earum
» foetus, vel fructus aliquos non vendere, vel alienare, si-
23 » ne expressa domini licentia, et mandato; fructus vero, et
» foetus earum, scilicet agnorum, lanae, casei, et stercorum
» dimidium bona fide d. Cajo ad ipsius voluntatem consigna-
» re, et dare, et in fine d. termini ipsas oves praefatae soc-
» cidae, vel illas, quae ex eis tunc temporis extabunt, ipsi
24 » Cajo restituere, et consignare; si vero ipsae, vel aliqua
» earum, seu ipsarum aliquis foetus, et fructus ipsius Titii
» vel ejus nuncii, seu familiaris culpa, aut dolo, vel mala
» custodia perierint, aut destructae, vel perditae fuerint,
» totum damnum spectet ad eum; si autem divino judicio,
» vel casu fortuito, id evenerit, ad d. Cajum spectet, dum-
» modo ipse Titius per repraesentationem corii ovis mor-
25 » tuae, vel aliter faciat plenam fidem, quae omnia, et sin-
» gula suprascripta etc. ».

In hac societatis ovium formula dicitur, eamdem societa-
tem ad tres annos regulariter produci, concordat in hoc,
statutum agriculturae urbis *part.* 4. *cap.* 86. *circa fin.* ibi
» Soccida pecudum (durare debeat) per annos tres, nisi
26 » aliter inter partes conventum fuerit ». Atque doctores fere
omnes, natura societatis ovium explorata, ad tres annos il-
lam extendi volunt, prout ad literam quoque praescribitur
27 in quadam extravaganti ad usum fundorum relata per *Al-
deris. de symbolic. contract. tit.* 3. *cap.* 3. *n.* 48. *Cassan.
ad consuet. Burgund. rubr.* 4. §. 23. *n.* 69. *pag.* 779. *An-
gel. de Perigl. de societat. part.* 2. *n.* 13. Non tamen ad
28 quinque annos reprobatur ovium societas *Rota in dec.* 57.
coram Manzanedo impressa apud *Michalor. de fratrib.
part.* 3. *in fin. cap.* 59. *post n.* 47.

In d. formula, oves praevie aestimatione in societatem
dari indicantur; hujusmodi vero praecedens ovium aesti-
matio, aut fit ad sciendum rei valorem, et hoc priore casu,
eadem, aut parum, aut nihil concludit, circa dominii tran-
29 slationem in socium minorem *Mascard. de probat. conclus.*
663. *n.* 13. *vol.* 2. *Pacion. de locato., et conduct. cap.* 12.
n. 38. *in fin. Tartaglia de reservat. statutar. artic.* 59. *n.*
100. *in fin. Sanbonet. de animalibus, currib., et plaustris
cap.* 27. *n.* 19., aut si quidquam concludit, eatenus hoc est
forte intelligendum, ut aestimato animali, eoque ex culpa
socii minoris perempto, sciatur, quid sit ab isto praestan-
30 dum ex *Bonaccina oper. moralia disp.* 3. *q.* 6. *punct.* 5. *n.*
6. *vers. si tradit oves tom.* 2. Aut e contra aestimatio fit ad
dominium ovium in socium minorem transferendum, et hoc
posteriore casu, potens habetur argumentum inducendi com-
31 municationem capitalis socio minori factam, ut per *Pacion.
de locat., et conduct. cap.* 12. *n.* 34. *Tartagl. de reserv.
statutar. art.* 59. *n.* 99. *et* 100., ita ut periculum animalium
32 aestimatorum, pro dimidia utrinque parte subeatur *Schra-
der. de contract. tit.* 26. *de societ. n.* 12. *et* 13.

Caeterum ratio omnium potissima, per quam communi-
catio capitalis inducitur, excepto pacto expressis verbis con-
cepto, est aequalitas operae socii minoris cum capitali socii
majoris in valore, qua aequalitate supposita, fit inde per-
fecta capitalis, et fructuum una cum damnis divisio, ut per
33 *Barbosa in leg. si pascenda n.* 2. *cod. de pact. Capon. de
pact., et stipulat. qu.* 18. *n.* 2. *Tartagl. de reserv. statut.
art.* 59. *n.* 95. *cum seq.* Imo sunt doctores, qui in his mi-
nutis animalibus in societatem traditis, propterea quod sunt
modici valoris, magniq; laboris, tenent fieri in divisione
communicationem capitalis, et fructuum aequaliter, quam-
34 vis inaestimata fuerint tradita, ita *Petr. de Ubald. de
duob. fratrib. part.* 5. *n.* 27. *in fin. Carpan. ad stat. Me-
diol. cap.* 484. *n.* 17. *tom.* 2.

His equidem lubenter assentior doctoribus, concurrente
tamen consuetudine ita dividendi indiscriminatim, quem-
admodum ipsi citati doctores expresse declarant; nam talis
consuetudo arbitrio boni viri conjuncta, subnixa semper es-
se illi regulae debet, ut participatio in societate debeat es-
se aequalis, relatione tamen habita ad pretium capitalis, et
35 operae, quae sane aequalitas si intervenerit, sint traditae
oves, aliaque animalia initio aestimata, vel non aestimata;
fuerit item lingua nuncupata translatum, vel non transla-
tum illarum dominium, aequalitas participationis cum in
lucro, tum in damno, erit semper justissima. Tutior ergo
in his regula, justiorque esse non potest alia, quam illa co-
gnoscendi coaequalem operae, et capitalis in valore conso-
nantiam, quae sicuti, prout alias dixi, esse, non in pun-
cto, ut ajunt indivisibili, debet, ex late traditis per *Tho- 36
mat. dec. Moceraten.* 132. *n.* 39. 54. 55. 56. 57. *cum seq.
tom.* 2. Satis erit, si utrumque capitale, et operae unius,
et animalium alterius ad idem punctum valoris proxime ac-
cesserint, id quod non obscure vigens in loco explicabit
consuetudo, religiose ideo servanda ex *Petr. de Ubald. de 37
duob. fratrib. part.* 5. *n.* 2. *in fin.*

Antequam hac in re progrediar, fingere placet casum,
pro regula contrahendi, et judicandi spectandum: ovis quae-
libet singulos in annos obulos centum fructuum nomine rependit,
supputatis autem sumptibus necessariis in obulis 60. con-
stitutis, supersunt obuli 40., ut hic in superiore n. 13. *et* 14.
adnotavitque etiam statutum agriculturae urbis *pag.* 147. 38
sub rubrica *del modo di aggrossare.* Socius itaque minor,
qui oves mille in societatem accipit, ex illis lucri nomine
sc. 400. quotannis habet, horum dimidiam sc. 200. partem
socio majori tradit, et reliqua sc. 200. sibi adscribit; et hic
observa, magis lucrosum ex hujus societatis negotium, quo
numerosior erit grex, nam ex diverso, si grex socialis fuerit
centum ovium, lucrum socii minoris annuum erit in sc. 20. 39
nil fere, aut parvi faciendum.

Interea, retento casu gregis socialis ovium mille, et an-
nuo communi lucro sc. 400.; hoc subest diminutioni lucrum,
diminutioni videlicet ovium, quae infra annum pereunt;
unde subrogandi foetus urget necessitas; diminutioni pari-
ter subest propter extraordinarias foeni, paleae, straminis,
et hujusmodi expensas tempore nivis altae, et longaevae;
diminutioni demum, propter aliorum casuum fortuitorum
frequentiam damni, poenae, furti, et hujusmodi ad socium
minorem plerumque spectantium ita quidem ut cum agatur
de juste statuendis lucri partibus, socius major, magisque
judex, conditioni socii minoris, quae ut plurimum dete-
rior est, maxime prospiciat, et quoad fieri potest, aequali- 40
tatis regulam in societatu praecipuam, ostendat. Illuc modo
revertor.

De caetero autem, si praecedens ovium aestimatio eo
spectaverit, ut socius minor in fine societatis, teneatur so-
cio majori restituere integrum capitale ovium, vel in pre-
tio, vel in totidem aliis ovibus, puta foetibus, etiamsi eae-
dem oves, seu illarum nonnullae non culpa socii minoris
perierint, et tunc sicuti talis ovium aestimatio venditionem
potius sapiet mutuo commixtam, quam verae societatis
contractum, ita hoc tale pactum, uti illicitum reprobari 41
tenet *Bonaccina opera moralia disp.* 3. *quaest.* 6. *punct.*
5. *num.* 6. *in fin. vers. ex quo tom.* 2. hanc aliasque hujus 42
generis, quaestiones, in longum disputat *Michalor. de
fratrib. part.* 3. *cap.* 59. *fere per tot.*, et singillatim *a
n.* 13. *ad fin.* ubi regula summatim statuta, quod in so-
cietate damnum esse debet commune quantumvis culpa so-
cii minoris non accidat argumentis pluribus, mea senten-
tia praesubtilibus, concludit, animalium aestimatio prae-
cesserit, vel non praecesserit, ab hac se regula reficiendi
quodcumque damnum communiter, subtrahi non posse so-
cium minorem, perinde quasi, amisso capitali socii majoris,
nihil in opera sua amiserit socius minor; hujusmodi vero 43
ratiocinia, ac subtilia argumenta, eo denique spectant o-
mnia, ut in substantia Sixtinae constitutionis dispositionem
evitent, et caput salvum licitum in animalibus etiam fa-
ciant, ut per *Michalor. de fratrib. loc. prox. cit. Tartagl. 44
de reservat. statuter. art.* 59. *n.* 102. *ad plur. seq.*

Verum quia omnes doctores illi, ita sententes provocant
ad Rotalem decisionem emanatam coram Manzanedo in una
Anagnina usurarum 14. *martii* 1607. in ordine le 57 quae
inter collectas coram eodem Manzanedo, non reperitur,
extat tamen impressa apud *Marchesan. de commission. 45
part.* 1. *de commiss. appellat. et oblig. cameral.* §. 2. *pag.*
880. *et* 881. repetita apud *Michalor. de fratrib. part.* 3.
cap. 59. iterumque impressa apud *Sabell. resol. jur. cap.*
17. *post n.* 35. *usque ad fin.* Praestat, hanc decisionem
per partes dispungere, ad veritatem in judicio sequendam. 46

Indicatae decisionis casus est qui sequitur: fuerat ad
quinquennium coita ovium, seu praecodii earumdem o-
vium societas: sociorum alter praecodium, alter operam
conferre promiserat; praecodium fuerat initio aestimatum,

et postea addita fuerunt haec duo pacta; primum, quod
fructus ex praecodio provenientes pro parte aequaliter di-
47 midia, quolibet anno dividerentur, et capitale socius ma-
jor integrum haberet; alterum vero pactum erat, ut quoli-
bet anno pecora praecodii mortua deberent ex foetibus il-
lius anni resarciri, seu reintegrari. Ad hoc secundum pa-
ctum tota redacta fuit dubitatio, utrum videlicet esset illi-
48 citum, et socius major in contumaciam socii minoris con-
tradicere non curantis, licitum declarari obtinuit.

Rationem ita decidendi principalem suppeditat §. *quia praecodium* d. decisionis coram Manzanedo his verbis ibi
» Quia praecodium fuit Joanni, et Fabritio (sociis mino-
» ribus) traditum aestimatum, quo casu censetur emptio,
49 » et venditio etc. quo casu isti doctores considerant, quod
» qui tradit pecora aestimata censetur medietatem anima-
» lium pastori vendere, et de pretio illius medietatis illi fi-
» dem facere, et tunc dominium pro medietate vendita
» transfertur in pastorem, et periculum uterque pro me-
50 » dietate subit etc. Unde infertur, quod cum dominium
» medietatis hujus praecodii spectaret ad Joannem, et Fa-
» britium, fuit licitum pacisci, quod pecora mortua resar-
» cirentur de foetibus communibus, aequum est enim,
» quod cum damnum resarciendum esset, ex communi de-
51 » beret, itidem ex foetibus communibus resarciri ».

Bene decisum in hac parte respiciente legitimitatem pa-
cti reintegrandi capitale ovium cum communibus foetibus,
52 illa convincit ratio, quia socius minor damni nihil patitur;
nam sint exempli causa oves centum; sit, ut in casu d. de-
cisionis translatum in socium minorem dominium medie-
tatis illarum, hoc est ovium quinquaginta; si primo anno
decem oves demoriantur, ac totidem ex communibus foeti-
bus subrogentur, uterque socius partem sui cujusque capi-
talis, cum propriis suis cujusque utilibus reintegrat, ita
ut sic socius praecipue minor habeat in fine societatis in-
tegram, et salvam suam capitalis empti medietatem, nec-
non relevetur onere supplendi de proprio in restitutione
53 capitalis, quod forte posset deesse, et interim durante so-
cietate uterque socius ex grege identidem reintegrato, pin-
guiora consequitur utilia, adeo sane quod hujusmodi su-
brogandi pactum, utile magis et sociis, et societati vide-
tur, quam damnosum et pro validitate hujus pacti concor-
54 dant etiam *Sambonet. de animalib. currib., et plaustr. cap. 28. n. 34. Jov. de contract. min. gloss. 25. §. 13. n. 33. Rot.* in *dec. 123. n. 1. cor. Manzanedo.*

Vitium sane, mea sententia, maximum consistere vide-
batur in divisione utilium aequis ex partibus facienda in-
ter socium majorem, atque minorem, habita ratione ad to-
tum gregem ad unumquemque socium pro virili spectan-
55 tem; super justitia, vel injustitia, hujus partitionis, Rota
in d. decisione coram Manzanedo interlocuta non fuit, quia
56 socius minor non contradixit, et d. decisio in contumaciam
ipsius prodiit; non itaque d. partitionis justitia in utilium
aequalitate, ibi supponenda est, tum quia, uti dicebam,
de ea in d. decisione nihil dicitur, tum etiam quia d. con-
tumacialis decisio majorem vim habere non potest, quam
quaevis alia sententia contumacialis, quae ex contumacia
57 magis, quam ex justitia lata praesumitur *Rot. in dec.* 231.
n. 7. part. 15. recentior.

Reque, liceat mihi quaerere, an verum sit quod in relato
supposito dominii ovium pro medietate per d. aestimationem
in socium minorem, habita fide de pretio translati, dici cum
veritate possit, quod uterque socius, et major, et minor co-
58 aequale animalium capitale in societate contulerit? non du-
bium. An iterum dici cum veritate possit, quod illa fructuum,
seu utilium medietas in casu d. decisionis in pactum dedu-
cta existimari debeat semper justa medietatis capitalis socii
minoris in eo dominium habentis, compensatio, cum haec
59 illa sit societatis species omnium aliarum perfectior, de qua
egi in proximo superiore *cap.* 5. *n.* 41. *et* 133. Nulla pari-
60 ter dubitatio; sed hisce positis, quale dabitur operae, indu-
striae, custodiae, sumptibusque socii minoris compendium?
Nullum profecto reperitur ibi datum socio minori compen-
dium; enim vero socius minor in hac proposita facti specie,
duplicem omnino repraesentat personam, alteram socii
principalis ratione integrae medietatis animalium, quoad
dominium in se titulo venditionis, habita fide de pretio,
translatorum, et in societate collatorum; et alteram socii
minoris, seu pastoris, aut custodis operam suam locantis;
61 quoad priorem consocii principalis figuram bene convenit
illa utilium medietas in stipulatum deducta; sed quoad al-
teram figuram socii minoris operam, industriam, sumptus-
que conferentis, nihil reperitur ibi pactum, seu in gratiam
socii minoris conventum, qui de caetero in hac supposita so-
cietate, habere deberet dimidiam integram utilium ratione 62
capitalis in ejus dominium habita fide de pretio translati,
et aliam medietatem utilium jure sociali ex altera medietate
capitalis ad socium majorem pertinentis, et sic socius mi-
nor de quatuor utilium partibus, tres; socius autem major
unam consequi debebat, juxta casum fere similem in supe- 63
riore proximo *cap.* 6. *n.* 82. 94. *ad seq.* late expensum.

Et si ita res est, ubinam hic reperitur a legibus adeo vo-
lita in societatibus aequalitas? ut per *textum in l. si non* 64
fuerint 29. *et in l. in proposito* 79. *ff. pro socio Rot. in*
dec. 123. *n.* 1. *cor. Manzanedo.* In casu saepedictae *dec.* 57.
cor. Manzanedo, socius major in substantia, nullam solvit
custodiam et gratis operam pastoris habuit cum sumptibus
ad socium minorem pertinentibus, quae opera saepius sup-
par, et nonnunquam etiam major, ipso capitali integro est; 65
en primum socii majoris compendium et respective socii mi-
noris damnum: praeterea reintegrari suum capitale obtinuit
cum plerisque utilibus ad socium minorem pertinentibus,
nam super illa medietate animalium in dominium socii mi-
noris translatorum, habuit socius major tamquam venditor,
fidem de pretio, de quo, vel in pecunia, vel in ipsis ani-
malibus in socii minoris dominium translatis, reintegratio-
nem denique obtinere, debebat quemadmodum ipsa statuit
decisio *sub §. quibus non etc.* En secundum socii majoris 66
compendium et alterius respective damnum in eo clare re-
positum, quod cum ex quatuor utilium partibus, tres, ve-
luti est demonstratum, jure societatis, ac dominii pertinue-
rint ad socium minorem, fieri debuit cum majore utilium
parte socii minoris reintegratio totius capitalis; liceat ergo, 67
et quoad utilia, et quoad subrogationem iterum, atque al-
tius proclamare; ubi est in hac societate aequalitas?

Aliud porro est, quod socius major communicet socio mi-
nori praecodii dominium, et aliud, atque aliud, quod ae-
stimari animalia curet, illorumque dominium in socium
minorem, habita fide de pretio titulo venditionis transferat.
In priore quidem casu, vera illicet societas, nam illa domi- 68
nii communicatio efficit, ut socius minor tanti pretii, ac va-
loris operam praestet, ut haec suppar capitali effecta, de ca-
pitali, et opera utriusque socii, unum videatur efformasse
capitale in fine societatis, et quoad capita, et quoad utilia ex 69
aequo dividendum; et in hoc priore casu, nullo vitio labo-
rat illud pactum, ut identidem foetus subrogetur in locum
demortuorum capitum, nam subrogatio utrique socio utilis
est; non sic vero in posteriore casu, socialibus legibus super 70
aequalitate fundatis, per omnia contrario.

Sequitur Manzanedi decisio§ *ulterius quia* ibi » ulterius
» quia etsi praedicta aestimatio non praecessisset, et domi-
» nium totius praecodii penes Julium remansisset, et supra-
» dicti Joannes et Fabritius tantummodo in ista societate
» eorum industriam posuissent, prout isto modo societas
» coiri valet, juxta *textum etc.* etiam isto casu praedictum 71
» pactum fuisset licitum, cum oves periturae non venirent
» reintegrandae ex bonis ipsius Joannis, et Fabritii, sed ex
» foetibus ipsis, et Julio competentibus, potuit namque in
» pactum deduci, ut Joannes, et Fabritius pro dimidio lu-
» cri concurrerent ad conservationem capitalis Julii, juxta
» doctrinam *Corradi etc.* ubi distinguit, quod aut Joannes 72
» et Fabritius tenentur ex pacto oves perituras ex foetibus,
» tantum in eorum parte illis contingentibus reintegrare,
» et tunc pactum esset illicitum, aut vero ad praedictam 73
» reintegrationem tenentur de foetibus, tam ipsis, quam Ju-
» lio communibus, et tunc pactum erit licitum quia in illo
» neuter gravat alterum plus justo, cum non Joannes, et
» Fabritius tantum, sed etiam Julius ad istam reintegratio- 74
» nem contribuant ».

Conclusio haec in doctrina unius *Corradi* ibidem citati
fundata videbatur recipienda, ea sub conditione dumtaxat
si in puncto juris opera socii minoris valori capitalis respon-
derit, et multo magis si praeter operam socius minor prout
in casu medietatem capitalis empti in societatem immiserit.
Secus si utilibus tantum opera responderit; ratio in prio e 75
casu superius traditur *n.* 54. *et* 70. In posteriore tamen casu,
in quo opera respondet utilibus, non perfecta ibi reperitur
aequalitas, quia, uti paulo ante demonstravi, dimidia uti-
lium ad socium minorem pertinens inservire non debet pro
reintegrando cum foetibus communibus capitale integre a- 76
lienum, hoc est socii majoris. Societas enim, est delicatior con-

tractus emptione, et venditione, in qua licet contrahentibus
77 ioter se circumvenire, ut in *l. in causoe ?. idem Pomponius*
ff. de min. In societate autem in qua inest fraternitas, meliore
bona fide proceditur, et socius circumventus facilius, pleniusque
78 que succurritur. ut alibi demonstravi, ac tradit *Fober. in d.*
l. in eousae ?. idem Pomponius ff. de minor. plurimum vero
quia poteat contingere, ut socius minor in fine societatis,
stante dicto pacto dimittatur vacuus et nullum interea damnum
mnum socius major in suo capitali identidem reintegrato
79 patiatur, id quod non modicam inaequalitatem inter utrum-
que socium induceret, verum de hac conclusione mos infra
iterum.

Suprascripta Manzanedi decisio ?. *et in fortioribus* ita
progreditur, ibi » Et in fortioribus terminis facit, quod no-
» tat *Lourent. etc.* nempe valere contractum societatis, quo
» quis alteri dat pecora cum pacto, quod foetus omnes ipso-
» rum integre ad ipsum spectent, usquequo sit reintegratus
80 » de toto suo capitali, et postea pecora sint communia, quem
» contractum dicunt supra relati doctores, non esse usura-
» rium, et reddunt rationem, quia ex isto pacto, quamvis
» capitale reintegretur de foetibus gregis, non tamen de spe-
» ctantibus ad pastorem conferentem in societate suam in-
» dustriam, sed omnino de spectantibus ex conventione ad
» illum, qui contulit gregem in societate, taliter quod, si pe-
» reat ad totum, grex, antequam de foetibus sit satisfactus,
» nihil dominus gregis vult habere a socio, et sic non dici-
» tur illi tradidisse gregem immortalem, neque per modum
81 » mutui cum usuris, ut declarat *Corradus etc.* » addito *Po-*
nimoll. dec. 152. *annot.* 2. *n.* 22. *tom.* 3. Haec doctorum
conclusio per d. decisionem Manzanedi approbata, vera mihi
videtur si non sit initio, ut ipsa supponit decisio, translatum
in socium minorem dominium gregis, vel per emptionem
medietatis illius vel per communicationem, stante industria
capitali ovium, aequali in pretio. Quod si haec dominii tran-
82 slatio, seu communicatio interveniat, socius major injuste
reintegrat gregem suum cum propriis socii minoris utilibus,
quod est maxime notandum. In casu autem quo non sit
communicatum gregis dominium, tunc reintegratio est li-
cita, quando pecora sint in fine communia, in his quippe
socius minor reperit sua utilia in causam reintegrationis ces-
sa. *Sonbonet. de animalibus curr. cap.* 28. *n.* 33.

In hac rursus conclusione de eo dubitare etiam licet an
socius major, in casu, quo minor de sola utilium medietate,
participet, jure possit ex fructibus communibus antea rein-
83 tegrari de toto suo grege, seu de medietate illius: puta grex
in societate positus est valoris sc. 1000. si socius major licite
posset de toto suo grege reintegrari, deberet ex fructibus
socialibus antea consequi integra sc. 1000., si haec integra
mille consequitur ex communibus foetibus, et fructibus utri-
que socio ex aequo debitis, socius major completa summa
scut. 1000., horum dimidiam ex propriis utilibus et alteram
dimidiam ex utilibus socii minoris consequeretur, ita ut li-
cet in hoc parum esset dubitandum, quia ad extremum so-
cius minor in fine societatis invenit utilia sua in medietate
totius gregis, quem ex pacto consequitur, ut paulo ante su-
perius, attamen dura non abesse videbatur inaequalitas,
nam quae damna non evenerunt in grege usque ad tempus
expletae reintegrationis, possunt erumpere deinceps, et so-
84 cium minorem cum jactura et capitalium, et utilium ina-
nem dimittere verum de hoc infra denuo. Fortius vero pa-
cti vitium urgeret, si totam summam sc. 1000. socius major
consequeretur ex sola portione utilium socii minoris, nam
tunc hoc tale pactum iniquum esset sine ulla excusatione, et
85 contra legem societatis, ex superius etiam adnotatis n. 73
sicuti enim aequalem ipse in figura socii minoris dimidiam
utilium partem habet in societate, quandocumque ex suae
partis utilibus complevisset summam sc. 500., medietatem
capitalis quoad dominium acquisivisset, et in eodem ipso
completae d. summae sc. 500. momento, aequalem capitalis
86 partem cum altero socio majore habere caepisset; dicendum
itaque, d. Manzanedi decisionem, et doctores in ea citatos
loqui de reintegratione per socium majorem facienda cum
fructibus communibus, nam in idem incideret, videlicet, ut
rata pro reintegrando capitali posita per socium minorem
87 restringatur ad dimidium scilicet ad sc. 500. quam ex altera
lucratur parte super capitali in fine aequaliter partiendo.

Postremo Manzanedi *decisio sub ?. penult.* nititur a
quovis vitio vindicare pactum reintegrandi capitale ovium
cum foetibus communibus, ex illa ratione; quia si ante re-
integrationem grex totus periret, toto socii majoris pericu-
lo cederet, absque eo quod socius minor ad quidquam de
proprio teneretur, qua ratione caput salvum abesse conclu-
dit in d. reintegrationis pacto: id quod *sub ?. fin.* citata con- 88
stitutione Sixti V. clarius repetit. Si sit pro veritate loquen-
dum, ratio adducta ad vitandum caput salvum esset nimis
detorta, nam illa per socium majorem volita praecedens re-
integratio, nihil aliud in substantia continet quam capitalis
assecurationem, non in toto suo rigore, nam potest fieri, ut
ante expletam reintegrationem totus grex, aut pars illius
maxime, socii majoris pereat periculo, sed per subtilitatem
desuper inductam, veluti adnotarunt *Laurent. Rodulph.* 89
de usur. cap. 2. *quaest.* 22. *de Groffiis dec. cas. conscien-*
tiae cap. 120. *n.* 20. illa ratione, quia facilius est, ut inde-
mnis abeat socius major, quam socius minor qui majori sem-
per exponitur periculo perdendi operam suam, unde oritur
illa conditionis inaequalitas in hac praesertim materia so-
cietatis, juribus invisa *l. si id quod* 7. *?. fin. ff. de re-* 90
scind. vendit. Interea sum equidem contentus admodum,
ut Rota Romana in hac decisione Manzanedi *d. ?. penult.*, 91
et fin. caput salvum in societate animalium uti vitiosum
respuat.

Hinc cautelam illam a Manzanedo traditam in saepius in-
dicata contumaciali decisione *?. fin.* ad caput salvum vitan-
dum, his verbis » et utcumque sit, Julius excusatur a poe-
» na constitutionis felicis recordationis Sixti V. super contra-
» ctibus ad caput salvum ex clausula in hoc contractus ap-
» posita, in qua partes se referunt, et remittunt ad illam 92
» constitutionem, et quod ista societas juxta illam intelligi-
» tur facta, et non aliter, nec alio modo, prout de simili
» clausula espressa in constitutione census. tenuit *Rota etc.*
» ex ista namque clausula arguitur praecisa contrahentium
» intentio non contraveniendi d. constitutioni sed justam 93
» illam contrahendi » tuendam pro veritate dixerim hanc
cautelam in speciali casu indicatae contumacialis decisionis,
in qua socius major non absolute caput sibi salvum stipula-
tur, sed quatenus grex ovium in fine societatis foret su-
perstes, veluti eadem Manzanedi decisio *in fin. ?. penult.*
Se aperte declarat ibi » Et ex eadem ratione colligitur ex
» isto pacto non posse dici capitale salvum conservari, cum
» si in totum periisset, periculo tantum Julii (socii majoris)
» periisset, ex supradictis » nunquam vero consenserim
Sunbonet. de animalib., currib. et ploustrib. cap. 28. *n.* 94
10. 12. *et* 22. indistincte per d. clausulam, seu cautelam
salvi capitis vitium aut poenas deleri contendenti, nam haec
sunt verba, quae in contractibus apponi facile possunt, quae
removere non debent remedia insinuata superius *part.* 1.
cap. 6. aut saltem reductionem ad aequalitatem, ut *ibidem* 95
et alibi frequenter.

Hactenus de contumaciali Manzanedi decisione in ordine
la 57. alibi impressa ut innui superius hic *n.* 45. *et* 46. Sed
quia binae aliae extant decisiones in eadem causa coram
eodem Manzanedo, sociis minoribus contradicentibus, ema-
natae, nempe altera in ordine *la* 94. et altera *la* 123. ita
expedit de utraque, ad plenam materiae, seu articuli cogni- 96
tionem agere. In decisione quidem 94. Rota ibidem corre-
xit antecedentem decisionem in eo, quod in prima statue-
batur, dominium gregis in societate traditi in socios mino-
res fuisse pro medietate translatum titulo emptionis, et ven-
ditionis, attenta illius aestimatione; sed re maturius per-
pensa, pactisque in contractu libratis, censuit d. secunda
decisio in ordine *la* 94. d. Gregis socialis aestimationem non
effecisse emptionem, et venditionem, minusque translatio-
nem dominii, ita ut, quae inde a doctoribus tradi solebant 97
conclusiones, non essent indiscriminatim tutae, minusque
de caetero suprascripta prima contumacialis decisio, prout
erronee servatum vidi, pro regula judicandi afferri in me-
dium posset, quemadmodum ex illius lectura per facile quis- 98
que intelligit.

Ad tertiam itaque decisionem descendo, quae ultima est,
quaeque refertur in ordine impressa *la* 123. *cor. eodem*
Manzanedo. Proceditur in ea in terminis a prima diversis,
in quibus videlicet industria sociorum minorum non re-
spondeat capitali, seu valori gregis socii majoris, sed respon-
deat simpliciter utilibus, seu fructibus ejusdem gregis, at-
que statuitur, quod pactum reintegrandi gregem in annos
singulos communibus foetibus, non sit illicitum, imo vero,
nec inaequale sit, quantumvis medietas utilium sit pretium
industriae, et sumptuum, atque pertineat ad socios mino-
res, illa ratione, quia si potest fieri, ut socii minores per-
dant industriam cum sumptibus potest etiam fieri ut socius

major, totum, ingruente aliqua lue, perdat gregem, id quod
salvi capitis qualitatem excludit, veluti sancitur *sub* n. 2. *d.*
99 *dec.* 123. *cor. Manzanedo* ibi » Nihilominus domini cen-
» suerunt in decisis standum etiam quoad d. interesse; quia
» si consideramus praedictum pactum, et reintegrationem
» capitalis faciendam ex foetibus communibus superviven-
» tibus, omnino videbitur aequalitas servata, cum ista re-
» integratio non sit facienda ex foetibus Joannis, et Fabri-
» tii (sociorum minorum) tantum, sed ex foetibus ipsiusmet,
» et Julii, (socii majoris) juxta doctrinam *Corradi* in primis
» decisionibus adductam. Quod si inspicimus industriam,
» et operam Joannis, et Fabritii, illam consideramus a-
» missam, remanente integro capitale Julii, adest eadem
» aequalitas; siquidem si ipsi operam, et industriam ami
» serunt, etiam Julius amisit, et fructus sui capitalis, et cer-
» tum sit, hujusmodi operam non recepisse capitale, nec
100 » illi correspondere, sed tantum fructibus, et commodo ca-
» pitalis, juxta *Baldum* ».

Concludit postea antedicta tertia *dec.* 123. *Manzanedi*
sub n. 3. ut sequitur ibi » quin, et videtur, quod in nostro
» casu, contrahentes hujusmodi operam, et industriam, non
» ita aequivalentem consideraruut, cum et dd. expensas,
» poenas, et salaria a Joanne, et Fabritio dumtaxat solven-
» da convenerunt. Ultra quod ista, (nempe opera, industria,
» et sumptus) respiciunt custodiam ipsis pastoribus tan-
» gentem; et cum ex supradictis et in primis decisionibus
» adductis constet, omnia ista ab initio fuisse justa, et lici-
» ta, non veniunt damnanda, si ex post facto evenerit ca-
» sus, quo Julius remaneat cum suo capitali integro, et Jo-
» annes, et Fabritius cum industria, et opera, et expensis
» amissis, cum etiam potuisset evenire, quod omnes oves
» contraria fortuna periissent, et tunc Julius suum capitale
» integrum amisisset, et Joannes, et Fabritius tantum in-
» dustriam, operam, et expensas tanto minoris valoris: ju-
» stitia contractus non est aestimanda ab eventu alicujus
101 » anni afferentis damnum, sed ab ipso contractu, et pactis
» in eo contentis ».

In hac decisione illucet justitia, quaqua versus spectetur,
illius tamen casus terminis, omnino retentis: principio, ca-
put salvum ab omni jure proscriptum ibi desideratur, ex
illa circumstantia, quod si grex, durante societate totus pe-
riisset socii minores ad nihilum tenerentur, excepta opera,
atque industria, quam cum sumptibus luxissent deperdi-
102 tam. Quoad vero justitiam pacti subrogandi singulos in an-
nos communes foetus, in locum illorum gregis capitum, quae
mori contigissent, attentis circumstantiis casus d. decisionis
illa pariter clara concurrit; si quidem opera, et industria
cum sumptibus ibi promissa per socios minores, ne respon-
debat quidem interusuriis, seu fructibus gregis, ex verbis
d. ultimae decisionis dudum recitatis, ita ut si socii minores
integram utilium, seu fructuum medietatem in fine societa-
tis sibi adscribebant non videretur injustum, si identidem
utilia, seu communes foetus ad reintegrandum capitale
gregis deservirent, persuadet ratio, quia opera, et industria
habet suos gradus majores, et minores arbitrio boni viri
statuendos, cumque in casu d. decisionis, partes contrahen-
tes concorditer illius valorem; per pacta statuissent, non est
praeterea investigandum, an aestimatio justa sit, vel inju-
sta, secundum etiam ea, quae insinuavi superius *part.* 2.
103 *cap.* 7. *n.* 22. *ad seq* at *n.* 41. nisi injustitia, et laesio li-
quido pateat.

Extra vero terminos d. decisionis Manzanedi, totam rem
praesentem in quatuor modis, seu pactis perstringo. Pri-
mum est, si socius major det socio minori suum gregem ovi-
um mille in societatem cum pacto, ut ipse socius major te-
neatur singulos in annos de proprio, reintegrare capitale
ovium, sine culpa socii minoris forte demorientium, et so-
cius minor sua jugiter utilia dimidia, et aequalia percipiat.
104 Justissimum hoc undequaque pactum est, sacrae societatis
legibus omiforme, et a bonis viris maxime imitandum, eo
modo, quo superius proxime de bove mortuo per dominum
seu socium majorem subrogando dictum est *cap.* 6. *n.* 45.
quo in casu, cessante in contrarium pacto, non censetur
translatum, minusque communicatum in ulla parte ipsius
105 gregis dominium in socium minorem. Quod si translatio,
seu communicatio dominii, conceptis verbis intervenerit,
ita ut in fine societatis omnia, capitale videlicet cum utili-
bus, ex aequo dividantur, fateri oportet, operam socii mi-
noris pretiosiorem ipso capitali fuisse ex pacto recognitam,
106 atque admissam, veluti Ulpianus experientia edoctus palam

Zanchiu

fecit in *l. si non fuerint* 29. §. 1. *ff. pro socio* ibi » Ple-
» rumque enim tanta est industria socii, ut plus societati
» conferat, quam pecunia » *Plerumque* sit testis, dictio
haec indigitat majorem casuum frequentiam *Barbosa tract.* 107
var. dict. 262. n. 1.

Quod sequitur pactum in ordine secundum, in eo est, si
socius major det socio minori in societatem suum gregem
ovium mille ea lege, ut socius minor cum fructibus, seu
foetibus ipsis communibus capitale gregis, quotannis in lo-
cum demortuorum ovium reintegret. Hoc quoque pactum 108
justum, atque licitum est, imo et necessarium, ut infra, sive
in fine societatis socius minor participet de capitali ipso uti
supra reintegrato, una cum utilibus, sive de utilibus tan-
tum juxta partium conventionem omnino servandum. Ratio 109
in casu participationis capitalis saepius supra adducta est:
in casu autem non participationis capitalis, sed utilium, seu
fructuum dumtaxat, non est incivilis, quia si socius minor
cum suorum utilium portione, portioni alterius socii addi-
ta, singulos in annos capitale reintegrat, bina lucra repor-
tat, alterum percipiendi quotannis integra utilia a grege
pleno percipi solita, nam secus diminueretur de anno in
annum grex, et cum eo etiam utilia suae industriae minime 110
respondentia diminuerentur; et alterum restituendi totum
capitale initio habitum, atque sensim deinde reintegratum
socio majori in fine societatis minori incommodo, et haec ca-
pitalis ovium mille restitutio fieri in fine debet in ovibus ae-
tate paribus initio receptis, sin minus in ovibus senioribus 111
nisi aliter pactum fuerit.

Non caret hoc, fateor, pactum aliqua difficultate, nam in-
dustria socii minoris, generaliter loquendo talis est in so-
cietate animalium ut saltem interusuriis, seu fructibus eo-
rumdem integre respondeat, ita ut subrogatio foetuum pro
dimidia parte fiat minus juste cum utilibus ad socium mi-
norem in recompensationem industriae suae pertinentibus; 112
quamobrem si ovium centum, vel mille fiat societas, ut eas
custodiat, et pascat socius minor, numerum eorumdem ovi-
um centum per subrogationem foetuum communium con-
serret, et in fine societatis, dimidiam foetuum reliquorum
dumtaxat habeat, illicitum hunc contractum ex suprascripta
ratione proclamarunt *Bonaccina opera morol. disput.* 3. 113
quaest. 6. *punct.* 5. n. 3. *Sambonet. de animal. currib. et
plaustr. cap.* 26. *num.* 59. et 60. Additur, ut si tot in fine
societatis superextent capita, quot ad reintegrandum capi-
tale vix sufficiant, socius major, quoad capitale, indemnis
abiret, et solos fructus suorum animalium perderet; ex di-
verso autem socius minor, et operam suam integram, sum-
ptusque ad se pertinentes in eam causam factos amitteret.
Unoque verbo socius major lucrum non sentiret, socius vero 114
minor positivum damnum haberet, quorum videlicet lucri
non facti, et damni passi diversa ratio est *l. fin. c. de codi-* 115
cill. unde aperta inter socios inrisa et oriperet inaequalitas.

His nihilosecius obstantibus, servandum est pactum, quia
industria socii minoris respondet fructibus gregis, ergo in
fructibus utrinque consistit societas, ergo totalis, aut par-
tialis jactura communis est, ut ait *Rot. in d. dec.* 123. *n.*
2. *cor. Manzanedo.* Additur, socium majorem reperiri so- 116
lum, totalis gregis forte pereuntis amissioni expositum
Rot. d. dec. 123. *n.* 3. *cor. eodem Manzanedo.* Additur 117
etiam et hoc est maxime notandum, quia d. pactum efficit,
ut capitali, usquedum durat societas, integro manente, in-
tegri quoque, atque pleni sint illius annui fructus, secus,
cum socius major non teneatur de proprio reintegrare iden-
tidem capitale, sensim hoc redigeretur ad quid minimum
pares fructus, minimos videlicet, atque ut ajunt *a Scaletta*
cum utriusque socii damno, rependeret; ita quidem ut si res 118
bene pensetur et ad calculum redigatur majus detrimentum
societas sentit in hac diminutione capitalis, quam in illius
annuali reintegratione: oeconomice ergo saltem loquendo,
tolerabilius est pactum reintegrationis, ut supra hic, quam
eodem remoto pacto, ita ut pactum hoc, non utile societati
solum, sed necessarium pene dixerim; quod si illud adii-
ciatur pactum, ut in fine societatis communis sit totus grex
cum utilibus, hoc est, ut omnia aequaliter dividantur, tunc
quodvis vitii aberit in hac societate vestigium, intimiusque 119
contractus societati accedet, ut superius hic *n.* 82.

Tertium est pactum, si socius major tradat gregem suum
ovium mille socio minori in societatem cum pacto, ut socius
major primos foetus, seu gregis fructus communes integros
ipse quotannis percipiat, seorsim extrahat, sibique addicat
quoadusque sit de toto suo grege in societatem tradito satis-

44

120 factus, seu plene reintegratus. Hoc si consideretur pactum
in terminis, in quibus opera socii minoris fructibus respon-
deat, et in fine societatis fructus extantes pro dimidio, re-
stituto capitali, percipiat, erit sane pactum omni ex parte
iniquum, atque intolerabile, quia socius major duplicatum
sibi capitale restitui obtineret cum utilibus redundantibus
121 pro dimidia sibi parte competentibus et socius minor duplex
onus minime ferendum subiret, reintegrandi videlicet so-
cium majorem de suo integro capitali prius extrahendo, et
de conservando pariter integro reliquo capitali in fine resti-
tuendo. Quod si consideretur pactum in terminis, in quibus
socius minor in fine societatis participet ex pacto de reliquo
capitali, et utilibus aequaliter partiendis juxta doctrinam
Laurent., de qua in superiore *n.* 80. tunc pactum posset
ab injustitia defendi, quia socius minor in fine societatis
reperiret in illa medietate capitalis partiendi suam dimi-
diam utilium partem in restitutionem capitalis initio ex pa-
122 cto erogatam, quae suum interesse, ut patet, facile compen-
saret, ut superius n. 82.
Non tamen negaverim suprascripti pacti exorbitantiam
in eo locatam, quod socius major in substantia caput sal-
vum, hoc pacto, licet non in toto suo rigore, sibi stipulatur:
nam ea fatalia damna, quae ineunte societate minime con-
tingunt, possunt in extremis annis ejusdem societatis con-
tingere, unde facilius socius minor vacuus omnino, imo
cum jactura tot sumptuum, et operarum a societate discede-
re cogeretur, et socius major recepto jam suo capitali indem-
123 nis abiret, imo cum lucro, quod ex eodem capitali extracto
seorsim faceret. Praesertim, si reintegrato capitali, tamdiu
duratura non sit societas, ut spem ipsa lucrandi socii minori
industriae supparem praebeat, ne secus expleta vix capitalis
reintegratione, finem habeat societas, et socius minor va-
cuus discedat. Qui sane casus si contingeret, vel socius mi-
nor quid minimum in fine utilium haberet, non dubitarem
compensationem aliquam arbitrio judicis praestari per so-
cium majorem socio minori, quia cum par esse debeat so-
ciorum conditio, nemo non videt in casu proposito utriusque
124 socii disparitatem a subtilitate pactorum, seu malitia con-
trahentium inductam.
Postremum denique pactum, tale est, ut socius major
tradat socio minori oves mille, ea lege, ut si pereant, utri-
que socio majori, et minori aequaliter pereant; si vero non
pereant, capitale restituatur integrum socio majori, reliqui
fructus redundantes aequaliter dividantur. Illicitum hoc
pactum esse, ac societati contrarium, jam quisque intelli-
125 git, atque probat *Bonaccina opera moralia disput.* 3. *qu.*
6. *punct.* 5. *n.* 5. Incivile namque est, socium minorem,
periculum animalium, de quibus nullum habet nullumque
126 sperat dominium, gravari. Hac in re igitur ita concludo,
ita contrahentibus consulo, et ab judicibus pronunciari ex-
opto, ut si in superius disjuncta capitalis reintegratione, vel
initio, vel in medio, vel in fine societatis, gravis appareat
inaequalitas, ut si inaequa sit utriusque socii futura condi-
tio, ut si damnum emergat socii praecipue minoris, ut ple-
rumque evenit, notabilis oppressio; contrahentes patian-
tur, et judices jubeant ad terminos aequalitatis negotium
reformari, atque redigi, ut sic contractus divina benedi-
127 ctione fruantur, et compendia licita multiplicentur; ad haec
namque sacrae societatis leges principaliter respexerunt
quemadmodum adnotavi *part.* 1. *cap.* 1. *et* 4.
Nemini plane dubium quin justa sit, atque licita socie-
tas, si dentur centum oves cum pacto ut socius minor illas
pascat, et custodiat, fructusque omnes foetuum, lanae, la-
ctis, casei, stercorationis, et hujusmodi communes, et aequa-
128 les habeat *Less. de just. et jur. lib.* 2. *cap.* 25. *dubit.* 2. *n.*
21. Sed si socius major in locum dimidiae partis fructuum
gregis ovium, certos sibi frumenti modios stipuletur indi-
stincte praestandos, sive oves fructus reddant, sive non red-
dant, hoc tale pactum illicitum esse, atque a constitutione
129 Sixti V. expresse damnatum, observat *de Graffiis. decis.*
cas. conscient. lib. 2. *cap.* 120. n. 21. quod si oves per mo-
dum locationis dentur cum pacto, ut conductor eas pascat,
custodiat, fructus omnes suos faciat, et certum quid justae
mercedis nomine, domino ovium singulos in annos praestet,
aut solvat, et hoc posteriore casu licitus erit contractus, in
130 quo regulae ad unam omnes locationis procedent. *de Graf-*
fiis dec. cas. conscient. lib. 2. *d. cap.* 120. *n.* 29. *Tarta-*
glia de reservat. statutar. artic. 59. *n.* 105. *Rot. in dec.*
54. *n.* 4. *et* 5. *cor. Dunoz. Jun.*
Super ovibus quoque, aliisque animalibus constitui vita-
litium potest, puta si tradantur centum oves alicui cum one-
re solvendi certum quid annuum tradenti quoad vixerit, sive
animalia pereant, sive non, sive fructus ferant, sive non. In 131
hoc contractu indubie licito, dominium animalium transla-
tum perpetuo intelligitur in concessionarium, qui mortuo
concedente, totum gregis capitale lucratur, sine obligatione
praestandi, aut solvendi quidquam de caetero; difficultate ad 132
hoc solum redacta, an pensio annuatim praestituta sit justa,
vel non, ut per *Molin. de justitia, et jur. tract.* 2. *disput.* 133
420. *n.* 2. circa vero justitiam annuae pensionis in pactum
deductae, retineri illas regulas puto, quas latissime refert al-
ter meus *Tractatus de laesione part.* 2. *cap.* 9. *a num.* 56. 134
ad fin.
Sequitur statutum agriculturae urbis in *d. cap.* 86. *in fin.*
part. 4. de capris loquens ibi » soccita caprarum (durare de-
» beat) per annos tres etc. nisi aliter inter partes conventum
» fuerit » frequentius tamen initur caprarum societas, ad 135
quinque annos, quemadmodum idem statutum agricultu-
rae urbis declarat in *part.* 2. *cap.* 2. *sub tit. delle capre*
ibi = (*Quando si danno le capre*) *in soccita, la soccita*
dura per anni cinque = In his plane animalibus, quoad so- 136
cietatem pertinet, nihil peculiare est, quod aliis animalibus
praecipue minoribus non conveniat, ita ut eadem, tanquam
communes sint regulae societatis servandae, juxta disposi-
tionem. *Textus in l. illud* 32. *ff. ad leg. aquil. Constantin.* 137
vot. 409. *n.* 48. *tom.* 3. *Rot. decis.* 14. *n.* 14. *de pension.*
cor. Falconer.
Extant quoque nonnulla societatis capita, quoad capras,
et oves barbare conscripta, relata in quadam extravaganti
ad usum feudorum, simulque ad verbum recensita per *An-* 138
gel. de Perigl. de societ. part. 2. n. 13. *et per Aldris. de*
symbolic. contract. tit. 3. *cap.* 3. *n.* 48. expedit ea hic sub-
jicere, et talia sunt » siquis dederit capram, aut pecudem
» jure societatis, ille qui accipit, debet tenere per tres an-
» nos, et unoquoque anno debet pro capra duodecim for-
» maticos bonos, et optimos, et pro pecude sex, et medie- 139
» tas caprettorum, et agnorum debet esse communis, et me-
» dietas lanae, et ille, qui dedit capram, aut pecudem, ante
» partem debet habere eam; et si ille qui accepit dedit
» tertiam, tunc omnia partienda sunt per medium, sed si 140
» ille, qui accepit, amiserit culpa sua, quia eam non cu-
» stodivit, vel pecorile non bene clauserit, domino tunc
» emendare debet, et ut dictum est bonos formaticos dare
» debet; sed non sic de una pecude, vel capra, quia si de- 141
» derim tantum unam pecudem, aut unam capram tantum,
» non debet mihi dare talem formaticum, sed tres, aut qua-
» tuor injunctae simul mitti debent, ut bonus formaticus
» inde fiat, quia si dedi alicui 20. aut 40. pecudes, aut to- 142
» tidem capras, debet ne mittere unam munctarum simul,
» et facere unum formaticum de tota munctura? Certe, non 143
» de medietate aestimationis, ita quod non fraudetur qui
» dedit, nec qui accepit, si agni, et capreoli nati non fue-
» rint de una aliqua capra, aut pecude, non debet dare ni-
» si medietatem formatici, quam daret, si nati essent agni, 144
» et capreoli » Notitiae tantum gratia hujusmodi antiquam
constitutionem retulisse sufficiat, solummodo servandam ubi 145
comperiatur certo, longoque usu recepta.
De hoc dicitur animali, capra videlicet, quod febre nun-
quam caret, ut per *Hippolyt. Bonacoss. de equo, sive ca-* 146
ballo quaest. 261. hinc *Varro* relatus per *Cujac. ad lib.* 9.
observat. cap. 3. *tom.* 3. *col.* 221. *lit. A.* ait = *Capras sa-*
nas, sanus nemo promittit, nunquam enim sine febre
sunt = et si res ita est, videbatur excludi capra e contractu 147
societatis; cujus regulae abhorrent animalia non sana, aut
vitiosa, ut in proximo superiore *cap.* 5. *n.* 173. *ad seq.* At- 148
tamen si verum est, capras continua febre laborare, de illa
febricula quae huic animalium generi connaturalis est, in-
telligi debet, proinde febricula, nec vitiosum, nec minus sa-
num efficit animal, ut in *l. ob quae* 4. *in fin. ff. de aedilit.* 149
edict. ibi » Labeo ait, non omnem morbum dare locum red-
» hibitioni, ut puta levis lippitudo, aut levis dentis, au-
» riculaeve dolor, aut mediocre ulcus; non denique febri-
» culam, quantulam libet, ad causam hujus edicti perti- 150
» nere ».
De porcorum pari modo societate loquens statutum agri-
culturae urbis *d. cap.* 86. *in fin. part.* 4. ait » et quod soc-
» cita porcorum (durare debeat) per annos tres etc. nisi ali-
» ter inter partes conventum fuerit » de hac porcorum so-
cietate latius disserit d. statutum agriculturae *in part.* 2. 151
sub tit. de Porci cap. 6. n. 7. *fol.* 163. ibi » Quando si dan-

» no io soccita une, o più punte di porci, suol farsi la soc-
» cita per tre anni, ed ancora per quattro con vantaggio del
152 » soccio maggiore, e questo contribuisce alla metà delle spe-
» se dell'erba, della spiga e della ghianda, ed all'escatura
» che si dà agli allevimi nelle capanne, e si dividono sono
153 » per anno gli utili, ed il prezzo che si cava dagli animali,
» che si vendono. Il soccio minore paga i garzoni, ed ogni
154 » altra cosa, e finito il tempo, si divide per metà ».
Potest alicubi etiam esse usu recepta suprascripta antiqua
155 constitutio, quae extat in extravaganti ad usum feudorum,
ad verbum relata per *Angel. de Perigl. de societ. part.* 2.
n. 14. *et per Alderis. de symbolic. contract. tit.* 3 *cap.* 3
sub n. 48. expedit eam hic quoque referre, quae sic se habet
bet » si quis dederit porcam alicui jure societatis, et non
» fuerit dictum de tempore, tunc ille, qui accipit, debet
156 » eos tenere per tres annos, et omnes porcelli, qui nati fue-
» rint partiendi anni per medium in unoquoque anno, vel
» si placuerit domino, et ei qui accepit, tenere usque in ca-
157 » pite trium annorum, debeat omnia partiri per medium,
» etiam porcelli nati de porcellis, et cum porca fecit porcel-
158 » los, debet dominus facere adjutorium ei, qui accipit, da-
» re tertiam, aut in communione, contrarium et si amiserit
» culpa sua quia porcile non bene clauserit, vel custodem
» cum porcis non miserit, debet domino emendare, vel ca-
159 » sum amissionis domino assignare » haec tamen servari
subdunt doctores dudum proxime allegati, quatenus sint
160 usu recepta, atque in contrarium non vigeat pactum, vel
localis consuetudo, quae praevalere semper debet.
Ad extremum vero statutum agriculturae urbis *d. part*
2. *cap.* 6. *sub tit. de porci n.* 8. *pag.* 163. haec ad istam
porcorum materiam addit, ibi » si danno (li porci) a mi-
» glioramento, ed allora si stima la quantità dei porci che
» si consegnò, ed il prezzo stimato resta sempre a comodo
» del pastore, e l'utile del migliorato si sparte per metà; il 161
» padrone poi contribuisce per metà d'erba, di spiga, di
» ghianda, e l'altro paga i garzoni, e le spese, e il danno 162
» dato, e pene » atque in his etiam, quemadmodum in aliis
quoque hujus generis societatibus; aut pactum adest interpositum,
positum, et ei standum, aut non adest, atque est ad localem
lem consuetudinem recurrendum, prout saepe alias dixi, et
probant *Bald. in l.* 1. *n.* 18. *c. pro socio. Hevia de com-* 163
merc. terrestr. cap. 3. *n.* 14. *Tartaglia de reservat. statutor.*
tur. art. 59. *n.* 97.
Est quoque societas apum, seu alveorum, de qua statutum
tum agriculturae urbis loquitur, atque ita disponit in saepius
d. cap. 86. *in part.* 4. ibi » soccita apum, vel alveorum
» (durare debeat) per annos tres, nisi aliter inter partes
» conventum fuerit » et quae de apibus, earumve alveari 164
dicitur, intelligitur etiam de pavonibus, columbis, galli-
nis, anseribus, cervis etiam, quae animalia, licet pleraque 165
ferae naturae sint, attamen si inclusa habeantur, vel con-
suetudinem evolandi, abeundi, ac redeundi habuerint, a-
deo in nostro patrimonio esse dicuntur, ut per *Cujac. in* 166
lib. 2. *instit. de rer. divis.* §. 14. 15. *et* 16. *tom.* 8. *col.*
930. *lit. A. B.* ita coiri eis desuper societas commode potest,
atque in his totum facit, aut pactum, aut consuetudo loca- 167
lis, ut alias saepe dixi, in primis spectanda. Addi his de-
nique possunt animalia volatilia, et aquatica, quae aucupio,
aut piscatione capiuntur; super his etiam societas contrahi- 168
tur, eisdemque regulis proceditur *Bonaccina opera moralia*
lia disput. 3 *quaest.* 6. *punct.* 5. *n.* 11. nonnullaque adnotavi
tavi etiam circa societatem piscationis superius in hac *part.* 169
3. *cap.* 1. *n.* 75. *ad seq.*

CAPUT VIII.

De pactis, et partibus in societate.

SUMMARIUM

1. Societas coiri potest sub quovis pacto, et conditione, sublatis veterum dubitationibus, n. 2. 3. 5. et 6. ubi ratio dubitandi, quae?
4. Voluntates contrahentium legitime servandae sunt.
6. In societate intervenit imaginaria mancipatio, seu venditio pro rebus pronumeralibus.
7. Mancipatio est actus legitimus, qui neque diem, neque conditionem admittit.
8. Sed hoc intelligitur de mancipatione reali, et expressa, secus de imaginaria.
9. In societate admittuntur, quaecumque conditiones, et pacta substantiae illius non contraria.
10. Societas contracta sub illa conditione, si ille talis consul factus fuerit, tenet, et expectetur conditionis purificatio.
11. Amplia ad aliam, si tale designatum matrimonium sequatur.
12. Nam talis conditio est actus correspectivus, quo cessante, cesset societas.
13. Pacta apposita in societate, sunt custodienda, et religiose servanda.
14. Amplia ad pacta sive in voce, sive in scriptis, praecipue in capitulis socialibus, et omnimoda observatione digna adjecta.
15 Capitula enim socialia pro lege habentur.
16. Imo in hac materia societatis pactum quoque nudum obliget.
17. Si pacta socialia unus socius non servaverit, non poterit sociales fructus percipere.
18 Amplia ut eadem ipsa corruat societas; si pactum sit per modum resolutivae conditionis, vel causae finalis.
19. Qui primus ab observantia pactorum socialium resilivit, non potest alterum socium ad illorum observantiam cogere.
20. Pacta apposita in societate non debent esse illicita.
21. Praesumptio militat pro qualitate pacti liciti.
22. Pactum contra naturam societatis est illicitum; et affertur ratio num. 23.
24. Pactum capitis salvi, est illicitum, et usurarium.
25. Contra, quod pacta contra naturam societatis, valeant, si non jure societatis, saltem juri pacti.
26. Natura societatis tota pendet a partium voluntate, et conventione.
27. Conciliatio fit ita, aut pactum destruit naturam societatis, et non valet, aut moderatur, et alterat, atque valet.
28. Sit exemplum de natura, et substantia societatis est, ut damnum, et lucrum sit commune.
29. Aequalitas enim ubique magna lucrorum, et damnorum requiritur in societate.
30. Lucrum itaque sive damnum uni socio si omnino tollitur, non valet pactum, si autem reducitur, seu minuitur valet.
31. Totalis damni adversio est contra naturam, essentiam, et substantiam societatis:
32. Amplia, ut indemnitatis pactum ad partem quoque societatis restrictum, proscribitur.
33 In dubio pactum intelligi debet non contra, sed secundum naturam societatis
34. Pactum itaque, ut unus socius totum lucrum alter totum damnum vel damni partem habeat dumtaxat, est leoninum.
35 Pactum, ut unus socius damnum solus habeat, lucrum vero sit commune, potest valere.
36. Declara, si hoc in sociis, altero operam altero pecuniam conferentibus contingat, et datur ratio.
37 Ponens operam, et lucri partem sentiet, damni nullam, valet pactum
38. Opera hominis est pretiosa saepe magis opinione, quam veritate.
39. Et in hoc sensu loquitur *Abbas* dum ait pactum, ut periculum ad unum pertineat, valere in societate.
40. Pactum, ut lucrum alteri socio non communicetur est iniquissimum.
41. Socius unus pro qua parte damnum sentit, pro ea etiam parte habeat lucrum.
42. Pactum circa lucrum, damnum, ut stetur juramento illius qui negotiatur, valet, dummodo alter socius contrarium non probet.
43. Amplia etiam circa id quod unius socii interest.
44. Nemo cogitur invitus permanere in societate.
45. Pactum quoque juratum de non recedendo a societate, non valet.
46. Amplia ad pactum de societate nunquam dividenda, et n. 47.
48. Pactum ne socius de dolo non teneatur, non valet.
49. Dolus futurus ne pacto quidem jurato potest remitti.
50. Limita in dolo praeterito, et per pactum possit remitti
51. Pactum inter socios, ut eorum altero sine filiis decedente, res omnes sociales ad socium superstitem pertineant, valet.
52 Contrarium si agitur de universali societate, quia tollitur libertas testandi.
53. Limita solum de generali consuetudine Franciae.
54. Quod si agitur de rebus societatis particularibus, d. pactum reciprocum valet.
55. Poena imposita socio discedenti a societate, debetur et n. 56.
57. Si unus socius promisit poenam, sed alter qui non promisit contraveniat, neuter teneatur ad eam solvendam.
58. Sed contra, atqui promisit tenetur.
Quod si poena sit promissa ex causa societatis, de communi solvitur, ibidem.
59. Poena promissa per socium ad certum tempus, non extenditur ad aliud, sive eadem duret, sive finita sit societas, iterumque renovata n. 60.
61. Socius qui sibi stipulavit poenam ab altero, an praeter poenam, petat etiam interesse?
62. Distingue, aut tanta est poena quantum interesse, et non debetur aut hoc est supra poenam, et debetur. n. 63 64. et 65.
66. Qua actione poena petitur, an actione pro socio seu ex stipulatu? datur casus n. 67.
68. Distinguitur, aut alter socius sibi est poenam stipulatus his verbis *eam ita dari, fieri spondes?* et ex stipulatu agitur.
69. Quod si his aliis verbis, si *ita data, facta non essent, decem dari*, et tunc societatis judicio agitur
70 Poena tamen per unum socium in fraudem usurarum stipulata non debetur.
71. Pactum conferendi capitale stipulatione ut illud in fine ei restituatur valet, atque intelligitur si superest, vel quod superest n. 73 et 74.
72. Pacta ita benigniter interpretantur, ut fraus, et delictum excludant.

75. Antequam vero capitale restituatur, facienda est rationis redditio
76. Limita si pactum sit, ut non dispunctis etiam rationibus capitale restituatur; quidquid dici possit de utilibus.
77. Capitale in fine restituitur in ea quantitate, qua fuit collatum, si extat dummodo novatio non intercesserit.
78. Quod si novatio intervenit, puta, capitale erat prius in decem, et reviso, repertoque in quinque, hoc, et non illud restituitur.
79. Capitale debet in fine societatis extrahi de ipsis rebus in societate superextantibus.
80. Quid si fuerit arbitrio socii relictum, ut capitale suum repetat vel in mercibus, vel in pecuniis?
81. Hoc intelligi debet, si pecuniae forsan electae, extent, nec fit mercium venditio
82. Nisi pecuniae deficientia ex culpa alterius socii contigerit.
83. Pacta societatis intrinseca, non probantur ex actibus extrinsecis, et datur ratio.
84. Sed opus est testibus, scriptura, bilancio utrinque subscripto.
85. Bilancium probat capitalis quantitatem.
86. Pactum, ut quidquid esset per unum socium, furtum caeteros ad stringeret: si suo nomine, sine mandato, et extra causam societatis, quid fecit, non tenentur alii, secus e contra, num. 87 et 88.
89. Pactum, ut socius administrator faciat quotannis bilancium, ut alii socii deliberare possent continuationem, si non fiat bilancium, ad damna socii non tenentur.
90. Pactum inaequalitatis inter socios circa partes sociales, non valet.
91. Amplia, ut hic contractus non sit societas, sed alius, atque alius contractus.
92. Maxime, si ambo socii aequalem capitalis portionem in societatem immiserint.
93. Conditio unius socii non debet esse melior altera alterius, et hujusmodi pacta ad aequalitatem reducuntur, n. 94.
95. Ad aequalitatem reductio fit partium, stante capitalis aequalitate, secus enim ipsa partium aequalitas esset contra naturam societatis.
96. Regula est, ut qui plus ponit in societate plus lucratur, et participet.
97. Illudque plus, et minus intelligitur servata proportione geometrica, et datur exemplum.
98. Declara, ut qui plus ponit, debeat illud convenire in majore portione quotitative, non quantitative.
99. Duobus sociis aequale capitale conferentibus, si eorum alter operam quoque conferat, pactum, ut amittat capitale, non valet, sed fit reductio.
100. Aequalitatis perfectio in societate intelligitur, ipso jure operante, hoc est ubi partes nihil dixerint, secus etc.
101. Aequalitas partium in societate non debet existere in puncto suo extremo, et indivisibili.
102. Aequalitas ista non consistit in una re, sed in omnibus rebus simul ponderatis.
103. Ideo partes sociales utilium possunt inaequaliter etiam constitui
104. Amplia etiam existente paritate capitalis.
105. Sicuti e contra, inaequalitate capitalis existente, possunt partes aequales constitui.
106. Limita si laesio intervenerit, puta si unus nullum damnum, et aequaliter utile convenerit, tum fit reductio n. 107. 108. et 109.
110. Aequalitas haec in societate sufficit quandoque ut sit in potentia, licet actu non sit, et spectatur initium.
111. Puta si de dotandis reciproce filiabus suis socii convenerint, valet pactum, licet unus filias non suscipiat.
112. Quod si pactum sit de dotanda filia unius, non alterius non valet pactum n. 113.
114. In hujusmodi conventionibus attenditur initium, et non exitus.
115. Lucri partes expressim constitutae dant normam partibus damni reticitis, atque e contra.
116 In dubio sic intelligitur coita societas, ut eadem sit pars lucri, damni, et periculi.
117. Verbum *Partis* indicat medietatem, in societate praesertim inter duos coita n. 118
Amplia ut d. verbum *Partis* sit vagum, et ideo ad capitale, et ad utile referatur ibid.
119. Quod si nihil horum apparuerit, censentur partes se conformasse cum dispositione juris.
120. Illa conventio, ut unus socius duas lucri partes, alter damni unam habeat, non valet, et datur ratio
121. Quod si dictum fuerit, ut alter socius duas dispendii partes, unam alter habeat, valet, et datur exemplum n. 122.
123. Constitutio partium arbitrio unius socii remissa redigitur ad arbitrium boni viri.
124. De hac conclusione dubitatur, nam in stipulatione, et venditione, non valet, ita etiam in societatem valere non debeat n. 125. ad 127.
128. Attamen in societate, constitutio partium arbitrio alterius valet, et datur ratio n. 129. et 130.
131. Constitutio vero partium collata in arbitrium tertii, valet, si arbitratus, quod si arbitrari noluerit, aut nequiverit, societas nulla erit n. 132.
133. Quid si arbitrium intercesserit, et sociorum alter se gravatum dixerit.
134. Aut contrahentes promiserint stare partibus quas Titius simpliciter constituisset, aut quas Titius vir bonus constituere debuisset.
135. Si primum utilis est reclamatio, si vero secundum, redigi potest arbitrium, et n. 136. et 137.
138. Duo genera arbitriorum sunt alterum, ut sive aequum sit, sive iniquum parere debeamus cum ad arbitrium itum est. Alterum, ut ad arbitrium boni viri redigi debeat, ibidem.
139. Hoc de rigore juris; caeterum cum bonae fidei sit societas reductio semper locum habet, ut n. 140. 141. et 142.
143. Arbiter tenetur constituere partes societatis arbitrio boni viri, veluti si plus operae, alter aut plus pecuniae alter contulerit n. 144.
145. Ergo pro rata capitalis utrinque contributi, habita ratione ad laborem, atque industriam, n. 146.

Justinianus imperator dubitatum apud veteres invenit, an
societatis contractus iniri valeat sub quovis pacto, et condi-
tione, sed hoc ipse dubium sustulit, sanxitque societatem
coiri sub quovis pacto, et conditione licito, licitave posse in
1 *leg. de societate* 6. *c. pro socio*. ibi » De societate apud
» veteres dubitatum est, si sub conditione contrahi potest,
» puta, si ille consul fuerit, societatem esse contractam:
2 » sed ne simili modo apud posteritatem, sicuti apud anti-
» quitatem hujusmodi causa ventiletur, sancimus, societatem
3 » contrahi posse, non solum pure, sed etiam sub conditione;
» voluntates etenim legitimae contrahentium omnimode con-
4 » servandae sunt » hujusque erat sententiae, ante Justinia-
num Paulus in *leg.* 1. *ff. pro socio*, ibi » Societas coiri pot-
» est, vel in perpetuum, idest dum vivunt, vel ad tempus,
5 » vel ex tempore, vel sub conditione ». Concordant *Bald.*
in leg. de societate n. 1. *c. pro socio. Cujac. in lib.* 4. *cod.*
tit. 37. *tom.* 2. *col.* 266. *lit. C. et col.* 267. *lit. D. Brune-*
man. in d. leg. 6. *n.* 1. 2. *et seq. c. eod. tit.* Quibus in locis
doctores indicant dubitandi rationem in eo stetisse, quod in
societate quaedam intervenit imaginaria mancipatio, in re-
6 bus quoque ipsis mancipi, seu promercalibus vendendis in-
tervenire assueta: mancipatio autem, cum sit de actibus le-
gitimis, hi neque diem, neque conditionem admittunt *leg.*
7 *actus* 78. *ff. de reg. jur. et in cap. actus* 50. *eod. tit. in* 6.
Nam quidquid forte dici posset de mancipatione expressa, et
reali, quoad alteram imaginariam pertinet, ejusdem hanc
8 virtutis esse negant *Cujac. et Bruneman. in locis prox. cit.*
Hinc necessario descendit, in contractu societatis recipi
quaecumque pacta, et conditiones sociis beneviso, modo sub-
stantiae, et naturae societatis directe non adversentur *De-*
9 *cius in leg. si pascenda n.* 6. *ad seq. cod. de pact. Voet.*
in pandect. lib. 17. *tit.* 2. *sub n.* 8. *pro socio. Spada cons.*
40. *n.* 23. *lib.* 1. *Rocca disp. jur. cap.* 156. *n.* 2. *et* 3. *tom.*
2. Ergo si societas habeatur contracta sub illo pacto, seu
conditione, si ille talis consul factus, vel quidquam aliud
consecutus fuerit, pactum, seu conditio tenet, et nonnisi
10 purificata conditione consistit societas, ut ad literam *textus*
in d. leg. de societate 6. *c. pro socio.* Idem juris est, si
coeatur societas sub illa conditione, videlicet. si tale desi-
gnatum, verbisque conceptum matrimonium sequatur, nam
talis matrimonii effectuatio erit causa finalis, et correspe-
ctiva societatis a d. conditionis purificatione pendentis *Con-* 11
stantin. vot. 88. *n.* 4. *tom.* 1. ubi quod ita etiam exquirit
actuum correspectivorum qualitas, ut altero non sequuto, 12
cesset alter, ibique plures concordantes.
Quoad pacta autem apposita in societate, pertinet, regula
generalis est, ut illa sint custodienda, ac religiose servanda
Ansald. de commerc., et mercat. disc. 74. *n.* 11. *Mans.* 13
consult. for. 13. *n.* 1. *tom.* 1. *Valent. de contract. vot.* 18.
n. 123. *Rota dec.* 484. *n.* 6. *part.* 18. *tom.* 2. *rec.* Sunt haec
pacta quoquo modo, vel in voce, vel in scriptis inita, puta
in capitulis socialibus tota observatione, atque executione
dignis *Jov. de contract. min. gloss.* 25. § 13. *n.* 694. et 14
695. ubi quod capitula socialia pro lege habeantur; cum re-
ceptum sit in hac materia societatis, ut pactum quoque 15
nudum inter socios pariat obligationem *Mans. consult. for.* 16
737. *n.* 22. *tom* 8. Secus concurrente pactorum inobservan-
tia, contumax fructus societatis, nullos percipit *Tartaglia* 17
de reservat. statutar. art. 59. *n.* 2. imo cadem ipsa corruit 18
societas *Decian. respons.* 97. *n.* 53. *et* 54. *vol.* 2. hoc est ut
pacta minime observans cadat a societate, si pactum fuerit
per modum resolutivum, seu causae finalis stipulatum *Rota*
in Maceraten. contractus super praetensa restitutione in
integrum 11. *maji* 1781. § 16. *coram R. P. D. Origo*,
longe vero minus potest ad servandas leges, seu pacta socie-
tatis consocium suum cogere is, qui ab observantia pacto-
rum primus resilivit *Decian. d. respons.* 97. *n.* 12. et 60. 19
vol. 2. *Tartoglia de reservat. statut. art.* 59. *n.* 1. *Rota*
in Anconitano societatis 2. *junii* 1783. § 4. *coram R. P.*
D. Mannelli.
Non sane dubium, quin pacta in societate apposita, esse
illicita non debeant *leg. si a reo* 71. *in fin. ff. de fidejuss.*, 20
et in leg. nec permittendum 58. *ff. pro socio. Petrus Bel-*
lin. de re milit. part. 6. *n.* 1. Pro qualitate autem pacti li-
citi in societate appositi, praesumptio juris militat *Bertaz-* 21
zol. cons. 182. *n.* 1. *Thomat. decis. Macerat.* 132. *n.* 12.

13. 14. 15. 41.. et 50. An vero sit illicitum pactum contra
naturam societatis, doctores disputant, et illicitum esse sen-
22 tiunt *Cujac. in lib. 4. cod. tit. 37. pro socio tom. 10. col.*
995. *lit. A. Ferret. de re navali lib. 3. n. 39.* Ratio est
quia contractus societatis, propter illud fraternitatis jus,
quod in se continet, peculiare quid habet, et in pactis, cum
23 aliis contractibus nequaquam commune *Azon. in summa*
ad lib. 4. c. tit. pro socio n. 8., et 9. Quamobrem pactum
salvi capitis, sicuti est contra naturam contractus societatis,
quae non patitur, ut sociorum alter sit in lucro, et alter in
damno, sed commune esse debere praescribit utrumque, et
damnum, et lucrum, ita illicitum esse hoc tale pactum, et
24 marcidam usuram sapere dixit *Ferret. de re navali lib. 3.*
n. 39.

Alii e contra sustinent, naturam societatis immutari
posse per pactum, ita ut pacta contra quoque societatis na-
25 turam valeant, si non jure societatis, jure saltem pacti *Ro-*
man. cons. 475. num. 6. Mantica de tacit., et ambig. lib.
6. tit. 4. n. 2. et tit. 5. n. 10. tom. 1. Capon. de pact., et
stipulat. qu. 18. n. 14. et 15. Giurba ad consuet. Messan.
cap. 1. gloss. 7. part. 1. n. 14. Fontanell. dec. Cathalon.
5n5. *n. 10. tom. 2. Hertmann. Pistor. qu. jur. lib. 3. q. 1.*
n. 10. vers. alii, illa ratione, quia natura societatis tota pen-
det a partium voluntate, et conventione, quae in his totum
26 facit *Rota dec. 522. n. 5. part. 1. rec., et dec. 50. n. 34.*
cor. Ninot. In hoc opinionum conflictu, ita videtur distin-
guendum; aut pactum per omnia destruit naturam societa-
27 tis; aut moderatur tantum, et alterat; si destruit, non va-
let pactum; si vero moderatur, vel alterat, valet.

In confirmationem hujus distinctionis, exemplo sit; est
de natura vel substantia etiam societatis, ut in ea commune
sit damnum, et lucrum *leg. si unus 68. ff. pro socio* ibi
28 » Cum societas contrahitur, tam lucri, quam damni com-
» munio initur » atque observant etiam *Botta cons. 21.*
n. 20. Schrader. de contract. tit. 26. de societ. n. 37. Jo-
vius de contract. min. gloss. 16. ₰. 11. artic. 1. n. 46., et
glossa 25. ₰. 13. n. 678. nam aequalitas ubique magna lu-
29 crorum, et damnorum in societate requiritur *Jovius de con-*
tract. min. gloss. 25. ₰. 13. n. 68a. Rota dec. 41. n. 11.
et 12. cor. Arguell Aut propterea duorum alterum; hoc est
lucrum, seu damnum uni socio omnino tollitur, et cadit pa-
ctum; aut omnino non tollitur, sed reducitur, seu in parte
30 minuitur, et consistit pactum, ita *Minsinger. in ₰. de illa*
sane num. 2. instit. de societ. Tartaglia de reservat.
statutar. art. 59. n. 15. ad seq. et quod damni totalis aver-
sio sit contra naturam, essentiam, atque substantiam socie-
31 tatis dixit *Rota in Romana, seu Sabinen. societatis 18.*
junii 1753. ₰. 4. coram R. P. D. Figueroa. Imo vero pro-
scribi indemnitatis pactum; seu melius reformari, quamvis
non sit totale sed ad aliquam societatis partem restringatur,
32 demonstravi superius *part. 1. cap. 5. n. 39. ad seq.* Extan-
te autem dubietate pacti, hoc secundum naturam societatis
intelligendum est, et sic debet interpretatio in dubio fieri
33 *Decian. respons. 97. n. 56. vol. 2.*

Illud ergo pactum, ut alter socius totum lucrum, et alter
damnum, seu etiam damni partem habeat dumtaxat, est
34 omnino improbatum, ac pene Leoninum *leg. si non fuerint*
29. ₰. Aristo ff. pro socio, ₰. de illa sane instit. de societ.,
ubi Vinn. sub n. 4. Cujac. comment. jur. civ. ad lib. 4.
cod. tit. 37. pro socio, tom. 10. col. 995. lit. A. quod si
ita pactum fuerit, ut alter socius damnum solus habeat, sit
vero commune lucrum, licet hujusmodi conventio sit prae-
35 ter societatis naturam, substineri tamen potest, nam secun-
dum Cassium, et Sabinum, talis conventio iniqua non est,
si hoc in socii, altero operam, pecuniam altero conferenti-
bus, contingat, et tanti sit opera, quanti damnum est, vi-
delicet si tanti est illud, quod impenditur operae, quanti
36 est damnum acceptum *d. l. si non fuerint 29. ₰. 1. ff. pro*
socio, ₰ de illa sane instit. de societ., ubi Vinnius n. 4.
Donell. comment. jur. civ. lib. 13. cap. 15. Petr. Ubald.
de duob. fratrib. part. 4. n. 2. Mantica de tacit., et am-
big. lib. 6. tit. 4. n. 6. ad seq. et n. 12. tom. 1. Quod est
multo magis receptum in eo, qui posuit operam, ut hic vide-
37 licet lucri partem sentiat, nullum vero damnum *Cujac.*
comment. jur. civ. in lib. 4. cod. tit. 37. pro socio tom. 10.
col. 994. lit. E. opera enim unius, licet re non sit pretiosa
admodum, cum ex opinione magis hominum pendeat, re-
dundat, partes ita convenisse, et pro pretiosa eam habuisse
38 *Hartmann. Pistor. qu. jur. lib. 3. qu. 1. n. 11.,* et in hoc
sensu vera est doctrina *Abbatis Panormitani* sjentis, socie-
tatem contractam cum pacto, ut periculum, ad unum perti-
neat, valere *in cap. naviganti n. 11. de usur.* 39

Idem e contrario juris est, si fiat pactum, ut lucrum alteri
socio non communicetur, nam pactum erit iniquissimum
Castropalao opera moralia disput. 8. punct. 1. n. 2. vers. 40
dixi quoad tom. 6. Conciol. allegat. 31. n. 6. Jov. de con-
tract. min. gloss. 16. ₰. 11. art. 1. n. 47., et gloss. 25. ₰.
13. n. 669. et 673. et in hac societatis materia, hoc est fir-
miter statuendum, ut socius pro qua rata damnum patitur,
lucrum quoque proportionatum, sentiat *l. cum duobus 52.* 41
₰. quidam sagarium ff. pro socio, Mantica de tacit., et
ambig. lib. 6. tit. 5. n. 4. Petr. de Ubald. de duob. fra-
trib. part. 4. n. 11. Costa de ratione ratae qu. 48. n. 6.
Valent. de contract. vol. 18. n. 26. initumque pactum ut
circa lucra, et damna producta stetur juramento unius ex
sociis, qui negotiatur, valet, nisi tamen alter socius probet
contrarium *Avendan. de execut. mandat. reg. part. 2. cap.* 42
29. n. 5., et 6. Leotard. de usur. qu. 76. n. 44. Parique
consistit validitate pactum circa interesse, ut fides habeatur
juramento socii creditoris *Felic. de societ. cap. 24. n. 72.* 43

Invitus nemo cogitur in societate permanere *l. fin. c.*
commun. divid. ex quo sequitur, ut pactum quoque jura- 44
tum, de non recedendo a societate non valeat *l. in hoc ju-* 45
dicium 14. ₰. si conveniat ff. commun. divid. Decian. re-
spons. 97. num. 8. ad seq. vol. 2. Mantica de tacit., et
ambig. lib. 6. tit. 23. n. 4. Michalor. de fratribus part. 2.
cap. 37. n. 17. et 18. Nec absimile est illud alterum pactum,
de societate nunquam dividenda *d. leg. in hoc judicium 14.* 46
₰. si conveniat ff. commun. divid. ibi » Si conveniat, ne
» omnino divisio fiat, hujusmodi pactum nullas vires habe-
» re, manifestum est » concordant *Torr. de pact. futur.* 47
succes. lib. 3. cap. 10. n. 22. 23. et 24. Jov. de contract.
min. gloss. 25. ₰. 13. n. 297. ad seq.

Pactum ne socius de dolo teneatur est omnino proscriptum 48
Azon. in summo cod. lib. 4. n. 6. tit. pro socio quia dolus
futurus, ne juramento quidem potest remitti per pactum 49
l. contractus 24. ff. de regul. jur. Fulgos. 119. n. 4. Ga-
lerat. de renunciat. cent. 2. cap. 2. n. 24. Tondut. resol.
civ. tom. 1. lib. 2. cap. 31. n. 35. Rot. dec. 358. n. 14.
part. 3., et dec. 227. n. 20. part. 17. recent. quidquid sit
de dolo praeterito, qui remitti jure potest per pactum *Al-*
var. Velasc. consult. 39. sub n. 14. De Rubeis in annot. 50
ad dec. 76. n. 165. part. 4. tom. 2., et d. dec. 227. n. 20.
part. 17. recentior.

Quid si inter socios pactum reciproce ita fuerit, ut eo-
rum altero sine filiis decedente, res omnes sociales ad super-
stitem pertineant? Et valere pactum dixit *Aloys. de Leo* 51
in leg. cum proponas n. 29. c. pro socio. Alii e contra, si
agitur de universali societate, sicuti suprascriptum pactum
destruit libertatem testandi, ita viribus non consistit *l. si* 52
fratres 53. ₰. idem respondit il primo ff. pro socio, Fer-
rar. pract. Papien. de formula libelli in causa societatis
verbo societatem n. 7. et 8. Poppon. Arrestor. lib. 15.
tit. 2. in appendic. n. 8., ubi tamen subdit d. pactum de
generali consuetudine Franciae esse approbatum; quod si 53
de rebus societatis particularis agitur, et haereditaria absit
qualitas, asseverare non dubitaverim, pactum sustineri cum
Andreol. controv. for. 27. n. 11. Torr. de pact. futur. 54
success. lib. 1. cap. 4. n. 8., et cap. 5. n. 8.

Utrum poena discedenti a societate per pactum indicta,
debeatur, modo quaeritur. Hanc quaestionem tetigi supe-
rius *part. 2. cap. 7. n. 95.* quo in loco deberi poenam osten- 55
di, idque confirmat *textus in leg. siquis a socio 41., et*
leg. quod si 42., et leg. duo 72. ff. pro socio, advertunt 56
etiam *Tholoson. de partit. jur. canon. lib. 3. tit. 17. cap.*
4. in fin. Anton. Capyc. dec. 174. n. 1. et per tot. Felic.
de societ. cap. 29. ubi late de poena in stipulatum inter so-
cios deducta; et *ibid. n. 31.* ubi quod si unus socius promi-
serit alii poenam, et alter socius, qui non promisit, contra- 57
venerit, neuter poenam solvat, sed postea concludit, teneri
eum, qui promisit; ego adderem, etiam de communi, si
poena ex causa societatis fuerit promissa, *arg. l. 27. et 83.*
pro socio. Sed ad socios revertor; hoc tamen verum, quod 58
si d. poena in stipulatum deducta restricta sit ad certum
tempus, eodem exacto tempore, non extendatur deinceps
Michalor. de fratrib. part. 2. cap. 45. n. 6. Mans. con- 59
sult. for. 57. n. 49. idque, si intelligitur, eadem quoque
societate durante, multo vero fortius finita, iterumque re-
novata societate *Michalor. de fratrib. part. 2. cap. 45. n.* 60
5. et 6.

Dubitatur tamen, utrum socius, qui sibi poenam ab al-
tero stipulavit socio, praeter poenam, id etiam, quod sua
61 interest possit petere? Ulpianus distinguit; aut poena suppar
est, vel quoque major eo, quod socii interest, pactum non
fuisse ab altero servatum, et ille non agit, quia id quod sua
interest in ipsa includitur poena, nec duplicatum interesse
62 exigere potest, aut minor est poena eo, quod sua interest,
et tunc facta compensatione poenae exactae, quod reliquum
est, actione pro socio petit *in leg. siquis* 41. *ff. pro socio*,
63 ibi » Siquis a socio poenam stipulatus sit, pro socio non
» aget, si tantumdem in poena sit, quantum ejus interfuit »
64 addita sequenti *leg. quod ex stipulatu* 42 *ff. eod. tit.* ibi
» Quod si ex stipulatu eam (poenam) consecutus sit, postea
» pro socio agendo hoc minus accipiet, poena ei in sortem
65 » imputata » et in utraque lege *Faber.* latissime.

Praeterea dubitatur, qua actione poena per socium peta-
tur, utrum pro socio, seu magis ex stipulatu, Paulus ele-
ganter dubium ita solvit *in leg. duo societatem* 71. *ff. pro*
66 *socio*, ibi » Duo societatem coierunt, ut grammaticam do-
» cerent, et quod ex eo artificio quaestus fecissent, commu-
» ne eorum esset de ea re, quae voluerunt fieri in pacto
» convento societatis, praescripserunt: deinde inter se his
» verbis stipulati sunt = *Haec, quae supra scripta sunt, ea*
» *ita dari, fieri, neque adversus ea fieri; si ea ita data,*
67 » *facta non erunt, tunc viginti millia dari* = Quaesitum
» est, an siquid contra factum esset, societatis actione agi
» posset? Respondit, si quidem pacto convento inter eos de
» societate facto, ita stipulati essent = *Haec ita dari, fieri*
» *spondes?* Futurum fuisse, ut si novationis causa id fe-
» cissent, pro socio agi non posset, sed tota res in stipula-
68 » tionem translata videretur; sed quoniam non ita essent
» stipulati = *ea ita dari, fieri spondes?* Sed = *si ea ita*
» *data, facta non essent, decem dari?* = non videri sibi
» rem in stipulationem pervenisse, sed dumtaxat poenam,
» non enim utriusque rei promissorem obligari, ut ea da-
69 » ret, faceret, et si non fecisset, poenam sufferret, et ideo
» societatis judicio agi posse » ubi latissime, atque erudi-
tissime *Faber.* Hoc vero notandum, quod si poena habea-
tur sibi per alterum socium stipulata in fraudem usurarum,
70 eam non deberi, tuetur *Felic. de societ. cap.* 29. *n.* 25.

Si fiat in contractu societatis pactum, ut capitale uni so-
ciorum, qui illud contulit, restituatur; an sit de capitali,
salvo intelligendum seu potius ita, si non fuerit consumptum
71 aut de eo saltem quod reliquum fuerit? Pacta in benignio-
rem partem, delicti ac foenoris praecipue exclusivam, in-
72 terpretari debent *Bald. in leg. rogasti* §. *si sibi n. fin.*
ff. de reb. credit. Rota in decis. 556. *n.* 5. *part.* 2. *rec.*,
et in subjecta quaestione, quod pactum restituendi capitale
in fine societatis non sit intelligendum pro assecuratione il-
lius, seu pro capitali salvo, sed pro eo capitali simpliciter,
quod superfuisset; ita ut si nihil superfuisset, nihil esset
73 restituendum, communiter tenent *Thomat. dec. Maceru-*
ten. 132. *n.* 18. *ad* 24. *Andreol. contr. for.* 83. *n.* 11. *tom.*
1. *Felic. de societ. cap.* 17. *n.* 24. *Rota in dec.* 186. *n.* 3.
et 4. *cor. Millino*, *et dec.* 556. n. 5. *part.* 2. *recen. et dec.*
46. *n.* 3. *cor. Tanar.*, *et in dec.* 101. *n.* 5. *t.* 1. *cor. Molin.*

Pactum restituendi capitale in fine societatis, ei qui ini-
tio contulit, valet, quia justum, et ideo servandum *Rota*
74 *in Romana societatis* 7. *maji* 1753. §. 8. *cor. bon. mem.*
Amadeo. Et licet ante faciendam capitalis restitutionem ex-
pleri debeat rationis redditio, ut appareat, an capitale sit
in parte, vel in toto consumptum, vel magis integrum ma-
75 neat, ex *Giurbo decis. Sicil.* 15. *per totam*; hoc tamen
intelligitur d. pacto restituendi non extantu, nam pacto ex-
tantu, non dispunctis etiam rationibus, facienda restitutio
76 est, quidquid dici in contrarium possit de utilibus *Giurba*
d. dec. 15. *n.* 9. *vers. aut nullus Rota in dec.* 622. *n.* 1. *et*
2. *et dec.* 6963. *per tot. cor. Coccino.* Nisi altera ex parte
damnum intervenisse ostendatur *Petr. de Ubald. de duob.*
fratrib. part. 14. *n.* 10. et iterum infra *part.* 4. *cap.* 9. *n.*
51. Restitutio haec autem capitalis fieri debet in ea quanti-
tate, si extat, in qua fuit initio collata, dummodo non inter-
77 venerit deinceps novatio; puta constituto prius capitali in
decem, si postea revideatur, et inveniantur *quinque*, haec
quinque in fine societatis debent restitui, propter interme-
78 diam novationem *Rota in Romana societatis* 6. *decembris*
1754. §. 4. *cor. cl. mem. Card. Caprara.*

Est praeterea de natura societatis, ut capitale extrahi
in fine societatis debeat, de ipsis rebus in societate super-
79 extantibus velut tenet *Soccinus* allegatus per *Rot. in dec*
1822. *n.* 3. *cor. Coccino.* Sed si pactum initum inter socios
fuerit, ut arbitrio ejus, qui capitale contulit, illud repetat, 80
vel in tot mercibus, vel in pecuniis; pactum hoc intelligi-
tur, atque servandum est, quatenus pecuniae forsan electae
reperiantur actu in societate existentes, secus si non repe-
riantur, et nomina dumtaxat debitorum extent, nam super
his tantum nominibus restitutio capitalis facienda erit, non
ut nomina ipsa, aliaeque res sociales veneant, et ita pecu-
niae, uti dicebam forsan electae, in causam restitutionis ca-
pitalis solvantur *Rota in dec.* 1822. n. 2. 3. *et* 4. *cor. Coc-* 81
cino. Excipitur solum casus, in quo merces, vel pecuniae
ex culpa alterius socii non reperirentur, quemadmodum
concludit *Rota in d. dec.* 1822. *n.* 5. *cor. eod. Coccino.* 82

Ad probanda vero pacta societatis, quae intrinseca sunt,
non spectantur actus extrinseci, nam hi apti sunt quidem
ad probandam in genere societatem, non item illius pacta,
uti dicebam intrinseca *Rota in Romana societatis, et pe-* 83
cuniaria super actione quanti interest 2. *maij* 1760. §. 4.
cor. bon. mem. Ubaldo. Sed opus in id est, vel testibus,
vel scriptura, ut puta bilancium utrinque subscriptum, quod
probat capitalis immissionem in societatem *Rota in Tibur-* 84
tina societatis, et redditionis rationis 5. *junii* 1752. §. 5.
cor. bon. mem. de Canilliac. Probat etiam ejusdem capi-
talis quantitatem, si ex eodem bilancio exprese, vel ex
argumentis colligatur *Rota in eadem Tiburtina societatis* 85
22. *jan.* 1753. §. 4. *cor. eodem bon. mem. de Canilliac.*

Si fiat inter socios pactum, ut quidquid esset per unum
ex sociis actum, factum, contractum, atque obligatum, cen-
seretur ab aliis factum, ex eoque actu obligarentur omnes;
utrum uno ex sociis contrahente sub ipsius tantum nomine,
caeteri socii in solidum obligati remaneant? Resolvitur af- 86
firmative, dummodo constet de mandato, sit in causam so-
cietatis contractum, et qui cum illo uno socio contraxit se-
cutus fuerit fidem aliorum quoque sociorum *Caroc. dec.* 87
cas. 118. *num.* 10. *cum seq.* verum de hoc actum est supra
part. 2. *cap.* 10. *n.* 44. *ad plur. seq.* Attamen si socii pe- 88
pigerint *annes*, ut ille qui administrationi societatis prae-
est, bilancium singulos in annos faciat, ut reliqui socii pos-
sent deliberare, an sibi expediret in societate continuatio,
et bilancium non sit ad formam pacti exaratum, quod cae-
teri socii non teneantur ad damna societatis fortuito contingen-
tia dixit *Rota in Anconitana societatis* 2. *junii* 1783. §. 89
6. *et* 7. *cor. R. P. D. Mannelli.*

Quod eisdem omnino, quibus in pacto, rationibus, di-
ctum est hactenus, in socialibus quoque servatur partibus;
ut conventio videlicet inaequalitatis inter socios circa partes
sociales, non valeat ex *Botta cons.* 81. n. 10. *Ursill. ad af-* 90
flict. dec. 58. *n.* 4 *Gratian. discept. for. cap.* 768. *n.* 18.
et 19. *Mantica de tacit.*, *et ambig. lib.* 6. *tit.* 4. *n.* 7., *et*
tit. 14. n 6. *tom.* 1. Imo quod hujusmodi contractus non
sit societas, sed alius, atque alius contractus, *Botta cons.* 91
94. *n.* 1. *Alduris. de symbolic. contract. tit.* 3. *cap.* 8. *n.*
21. Et haec regula tum maxime viget, cum ambo socii ae-
qualem, in societatem, portionem capitalis immiserint *Man-* 92
tica de tac., *et ambig. lib.* 6. *tit.* 4. *num.* 17. *tom.* 1. *Rot.*
dec. 599. *n.* 5. *cor. Seraphin.*, *et dec.* 169. *n.* 10. 26. *et*
27. *cor. Tanario.* illa ratione, quia lex ipsa charitatis non
patitur, ut unius socii sit melior conditio, alterius vero de-
terior *Mantica de tacit.*, *et ambig. lib.* 6. *tit.* 4. *n.* 7. *tom.* 93
1. *Gratian. discept. for. cap.* 768. *n.* 17. *Valent. de con-*
tract. vot. 18. *n.* 60. *et* 173. ita ut hujusmodi pacta inae-
qualia inter socios irritentur, seu melius ad aequalitatem
redigantur, firma manente societate *Gomez. var. resol. cap.* 94
5. *de societ. n.* 5. *tom.* 2. *Valent. de contract. vot.* 18. *n.*
172. *et* 174.

Sed ista quoque conclusio intelligitur, stante, ut jam dixi
aequalitate capitalis in societatem immissi; nam imo inae-
qualitate capitalis manente, ipsa partium coaequalium con-
ventio esset contra naturam societatis *Valent. de contract.* 95
vot. 18. n. 57. *et* 182. Regula in contractu societatis mili-
tante, ut qui in ea plus operae, aut pecuniae confert, plus
etiam lucretur *Mantica de tac.*, *et ambig. lib.* 6. *tit.* 14. *n.* 96
11. *tom.* 1. *Ursill. ad afflict. dec.* 58. *n.* 4. *et* 5. *Rot. dec.*
70. n. 1. *cor. Coccino*, *et dec.* 221. *n.* 10. *part.* 12. *rec.*, *et*
in Romana societatis super reservatis 6. *decemb.* 1754. §.
8. *et* 10. *cor. cl. mem. Card. Caprara.* illudque plus, mi-
nusve lucri intelligitur, servata proportione, quae geome-
trica nuncupatur; ut puta si sociorum alter contulit mille,
quingentum alter, hic unam, duas ille ex tribus lucretur
partibus §. *et quidem instit. de societ. Mantica de tacit.*, 97

et ambig. lib. 6. tit. 14. n. 7. et 10. tom. 1. Jul. Pac. Isagogicorum lib. 17. tit. 2. de societ. sub n. 3. Milliar. super instit. de societate §. et quidem n. 1. Menoch de arbitr. cas. 125. n. 4. lib. 2. Ansald. de commerc. disc. 53. n. 12. 28. et 30. eoque amplius, ut is, qui plus operae; vel capitalis confert, illius pluria utilia convenire, et consequi debeat in quotis, proportionatis quidem, sed incertis, non autem in certa pecuniae, vel utilium quantitate, nam secus con-
98 ventio redoleret usuram Rot. in decis. 576. n. 3. et 4. cor. Emerix. Jun. et pactum, ut sociis aequale capitale conferentibus, si eorum alter operam quoque conferat, capitale suum finita societate amittat, non valeat, sed sit res ad ae-
99 qualitatem redigenda, tenent Alexand. cons. 131. n. 9. lib. 5. Tondut. resol. civil. part. 2. cap. 165. n. 12. et 15.

Ut haec autem babeatur perfecta in societate aequalitas, intelligendum est, ipso per se ministerio juris operante, hoc est ubi partes in contractu nihil dixerint, vel ubi de consti-
100 tutis societatis partibus nullimode constat l. si non fuerint 29. ff. pro socio, et l. 3. c. eod. tit. Azon. in summo ad lib. 4. eod. n. 8. tit. pro socio. Jasan. l. legata §. legata n. 1. ff. de legat. 1. Mantica de tacit., et ambig. lib. 6. tit. 14. n. 1. tom. 1. Rota in Romana societatis super reservatis 5. febr. 1753. §. 2. cor. bon. mem. Amodeo et in Romana societatis super liquidationequotarum 10. junii 1785. §. 3. cor. R. P. D. Sodarino Secus si socii de certis et inaequalibus portionibus pacto convenerint; nam sicuti, quemadmodum alias dixi, necesse non est, ut aequalitas sit in
101 suo puncto extremo, et veluti fertur, indivisibili Thomat. dec. maceraten. dec. 132. n. 30. et 39. cum de caetero aequalitas societatis non consistat in una re tantum considerata, sed in omnibus simul ponderatis, et libratis nempe quantitate capitalis, cujuslibet sociorum industria, periculo, expensis, et aliis omnibus, quae a prudentis judicis arbitrio
102 investiganda dependent, ut ait Mans. consult. for. 737. n. 18. tom. 8. ita utilium partes possunt inaequaliter etiam
103 conveniri Schneidar. de contract. tit. 26. de societ. n. 14 Valent. de contract. vot. 18. n. 34. Vinn. select. jur. qu. lib. 1. c. 53. per tot. Majans ad 30. jurisconsulto fragmenta in comment. ad l. Lucius 30. ff. pro socio.

Pactum ergo valet, ut unus socius majorem lucri partem habeat in societate, coaequali etiam capitali, contracta, quam
104 alter Brunemann. in l. si societas 4. n. 4. c. pro socio. Bertazzol. cons. 182. n. 2. Hartmann. Pistor. quaest. jur. lib. 3. qu. 1. n. 10. veluti etiam stante inaequalitate capi-
105 talis, possunt partes aequaliter inter socios constitui Corn. cons. 187. num. 6. lib. 3. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 125. num. 6. Hartmann. Pistor. quaest. jur. lib. 3. quaest. 1. num. 12. Valent. de contract. vot. 18. num. 29. 30. 39. 40. cum seq. Rot. dec. 203. n. 10. cor. Tanar. Nisi hujusmodi partium inaequalitas tanta fuerit, ut termi-
106 nos laesionis attigerit, ex allegatis per Valent. de contract. vot. 18. n. 166. Puta si quis nihil in societate posuerit nullum damnum subire convenerit, et aequalem utilium partem sibi dari stipulaverit; maxima haec enim foret inaequa-
107 litas, et perinde maxima laesio Rot. in Romana, seu Novarien. 7. martii 1737. §. 3. cor. cl. mem. Card. Elephantutio, quibus in casibus reductionem magis, quam rescis-
108 sionem societatis fieri debere, adnotavi part. 1. cap. 5. n. 54. ad seq. et alibi, seorsim posito remedio l. 2. c. de rescinden. vendit. propter difficultates, quas considerat Ton-
109 dut. resol. civil. part. 2. cap. 165. n. 13. Rot. in dec. 234. cor. Buratto.

Haec insuper in societate partium aequalitas, non semper in actu necessaria est, sed quandoque etiam in potentia re-
110 dundat, ex Mantica de tacit., et ambig. lib. 6. tit. 21. n. 22. tom. 1., et spectatur tempus, quo initum fuit, initio pactum Hartmann. Pistor. quaest. jur. lib. 3. quaest. 1. n. 24. sitque exemplo; ambo socii filias procreandas de communi dotare promittunt; filias foeminas sociorum suscipit unus, non item alter suscipit, hoc casu, pactum valet, et dos debetur, quia alter socius si foeminas non pro-
111 creavit, procreare tamen poterat, unde aequalitas in pacto intervenisset; contra vero est, si pactum fuisset, ut unius tantum socii filia nascitura dotari debuisset, non aeque alterius, nam hoc posteriore casu, inaequalitas, tum in actu,
112 tum in potentia abfuisset, ad textum in l. si socius 82. ff. pro socio ibi » Si forte convenisset inter socios, ut de commu- » ni dos constitueretur, dixi pactum non esse iniquum; uti- » que si non de alterius tantum filia convenit, nam si com- » mune hoc pactum fuit, non interesse, quod alter solus fi-

» liam habuit » atque observant etiam Bald. in ead. l. 82. 113
n. 1. ff. eod. tit. Mantica de tacit., et ambig. lib. 6. tit. 21. n. 22. tom. 1. In his enim attenditur initium, non vero exitus conventionis, nec propterea fortunae prosperae, seu adversae ratio habetur, sed initium contractus spectatur. Mantica de tacit. et ambig. lib. 6. tit. 14. n. 19. tom. 1. 114
Rot. dec. 123. n. fin. cor. Manzanedo.

Generaliter illud verum est, ut siquae sint lucri partes in contractu societatis constitutae, nullae vero damni. Atque e contra, si quae damni partes habeantur a contrahentibus stipulatae, nullae lucri, ut intelligatur de lucro reticito, quod de damno expresse dictum fuerit, et vice mutua intelligatur de damno reticito, quod de lucro expresso §. illud 115
expeditum est instit. de societ. Mantica de tacit., et ambig. lib. 6. tit. 14. n. 4. Actolin. resol. 98. n. 11. 12. et 43. Paninoll. dec. 152. n. 56. Jov. de contract. min. gloss. 25. §. 13. n. 679. Rot. dec. 402. n. 8. cor. Dunoz. Jun. nam in dubio sic intelligitur coita societas, ut eadem sit pars lucri, et periculi, seu damni l. cum duobus 52. §. qui- 116
dam Sagariam in fin. ff. pro socio. Mantica de tacit., et ambig. lib. 6. tit. 14. n. 5. tom. 1. Rot. in Tiburtina societatis, et redditionis rationis 8. maii 1750. §. 15. et 16. cor. cl. mem. Card. Caprara et in Romana societatis super creditis 2. maii 1760. §. 4. cor. bon. mem. Ubaldo, et ad hoc redundat, ut utilium, et damnorum, partes per simplex quoque verbum portio conveniantur, nam hoc verbum medietatem indicat, Rot. in dec. 169. n. 19. et 20. cor. Tana- 117
ria, tamquam ad capitalia, et utilia referibilis Rot. in Rom. societatis super pertinentia capitalium 6. junii 1785. §. 5. cor. R. P. D. Sodarino praecipue si de societate agitur inter duos tantum coita. Rot. d. dec. 169. n. 19. et 20., et in dec. 118
203. n. 2. et 3. cor. Tanar. Nihil horum vero, aut similium apparente, partes censentur conformare se voluisse dispositioni juris, et naturae societatis, Rot. in d. dec. 169. n. 3. 119
cor. Tanar.

Societas autem eo pacto inita, ut unus socius duas lucri partes, alter damni unam habeat pro non facta habetur, quia impossibile est, ut uno tempore habeatur lucrum, et damnum; nam lucrum non intelligitur, nisi damno antea deducto; atque e contra: quod si ita pactum fuerit, ut alter socius duas di- 120
spendii partes, unam alter habeat; et quod deducto damno, de eo quod reliquum est, alter duas lucri partes, alter unam habeat, valebit societas l. Mutius 30. ff. pro socio, §. de illa 121
instit. de societ. Connon. comment. jur. civ. lib. 7 cap. 13. n. 3. in fin. Faber in d. l. Mutius ff. eod. tit. Botta cons. 81. n. 12. sitque exemplo, si finita societate damnum, aut quoque dispendium sit in centum, lucra vero in tercentum, subducto damno, ducenta remanent, juxta pactum partienda Cujac. comment. jur. civ. ad lib. 4. codic. tit. 37. pro 122
socio tom. 10. col. 994. lit. E. Vinn. ad §. de illa sane n. 4. in fin. instit. de societ.

Pomponius ita docet in l. si societatem 6. ff. pro socio ibi » si societatem mecum coieris, ea conditione ut partes » societatis constitueres ad boni viri arbitrium ea res redi- » genda est » Dubitatur tamen admodum, an societatis par- 123
tes arbitrio alterius socii constituendae, pro validitate societatis jure admittantur. Nam generaliter Ulpianus negat in l. stipulatio 17. ff. de verbor. obligat. ibi » stipulatio 124
» non valet in rei promittendi arbitrium collata conditione » et in l. sub hac conditione 7. in fin. ff. de act., et oblig. ibi » conditio in ipsum promissorem nunquam extitit » et in contractu emptionis, et venditionis est alter textus in l. in vendentis 13. c. de contrah. empt. ibi » In ementis, vel 125
» vendentis voluntatem collata conditione comparandi, quia » non adstringit necessitate contrahentes, obligatio nulla est» Quibus ex juribus videbatur nulla societas, in qua consti- 126
tuendarum partium conditio in alterius socii arbitrium col- 127
lata reperiretur.

Quidquid porro sit in aliis contractibus; in societate hoc peculiare est, ut ipsa bonam fidem in summo gradu exquirat in sociis, ut in part. 1. cap. 4. n. 8. et hinc non infre- 128
quenter, societas loco rescissionis, reducitur, ut supra d. part. 1. cap. 5. n. 54. ad seq. ita ut constituendarum par- 129
tium conditio jure possit in alterius socii arbitrium conferri dummodo ad boni viri arbitrium eaedem redigantur Faber. 130
in d. l. si societatem 6. ff. pro socio. Mantica de tacit. et ambig. lib. 6. tit. 14. n. 44. vers. neque est tom. 1. Felic. de societ. cap. 17. n. 28., et 29. Petr. de Ubold. de duob. fratrib. part. 4. n. 17. in fin. Jov. de contract. min. gloss. 25. § 13. n. 683.

Idem juris est; si partes sociales sint in arbitrium tertii collatae, ut societas consistat, si ille designatus tertius fuerit partes sociales arbitratus', quod si arbitrari noluerit, aut morte praeventus nequiverit, societas nulla erit *l. si coita*
131 *76. ff. pro socio* ibi » si coita sit societas ex his partibus, » quas Titius arbitratus fuerit, si Titius antequam arbitra- » retur decesserit, nihil agitur, nam id ipsum actum est, ne » aliter societas sit, quam ut Titius arbitratus sit » et cum
132 hoc textu concordant *Azon. in summa c. lib. 4. n. 12. tit. pro socio. Joson. in l. stichum n. 10. ff. de legat. 1. Duaren. in tit. 38. lib. 4. cod. pro socio cap. 1, in fin. Carpon ad statut. mediol. cap. 483. n. 109. tom. 2. Molin. de just. et jur. tract. 2. disput. 415. n. 4. Mantica de tacit. et ambig. lib. 6. tit. 14. n. 44. tom. 1.*

133 Quaeritur etiam si arbitrium intercesserit, et alter sociorum se gravatum dixerit, quid juris? Proculus distinguit; aut pepigerunt contrahentes stare partibus, quas Titius simpliciter constituisset, aut quas Titius vir bonus constituere
134 debuisset; si primum, inutilis conquestio, si vero secundum redigi arbitrium jure postulabitur. ut in *l. societatem 77.*
135 *ff. pro socio* ibi » Societatem mecum coisti ea conditione, ut » Nerva amicus communis partes societatis constitueret; Ner- » va constituit, ut tu ex triente socius esses, ego ex besse. » quaeris, utrum ratum id jure societatis sit, an nihilominus
136 » ex aequis partibus socii simus? Existimo autem melius te » quaesiturum fuisse, utrum ex his partibus socii essemus, » quas is constituisset, an ex his, quas virum bonum consti-
137 » tuere oportuisset. Arbitriorum enim genera duo sunt, u- » num hujusmodi, ut sive aequum sit, sive iniquum pare- » re debeamus, quod observatur, cum ex compromisso ad » arbitrium itum est; alterum ejusmodi, ut ad boni viri ar-
138 » bitrium redigi debeat, si nominatim persona sit comprehen- » sa, cujus arbitratu fiat ».

Ita plane, summis juris apicibus servatis, videbatur definiendum; verum quia Proculus ipse meminit, societatem bonae fidei contractum esse specialissimum, quae quae sit arbitrii collati formula, iniqua partium constitutio, redigenda semper est, ut *in seq. l. in proposita 79. ff. pro socio* 139
ibi » In proposita autem quaestione, arbitrium boni viri » existimo sequendum esse, eo magis, quod judicium pro » socio bonae fidei est » Et consequenter subdit Paulus ad suprascriptum Nervae arbitrium respondens » Si Nervae 140
» arbitrium ita pravum est, ut manifesta iniquitas ejus ap- » pareat, corrigi potest per judicium bonae fidei » sunt verba textus *in l. unde si 80. ff. pro socio.* Hosque ita te- 141
xtus latissime, doctissimeque interpretantur *Faber. in l. 75. 76. 78. et 79. ff. eod. tit. Voet. in pandect. lib. 17. tit.* 142
2. sub n. 8. pro socio.

Unde utilius postremo quaeritur, quid arbiter in constituendis partibus servare debet? Pomponius in *l. si societa-* 143
tem 6. ff pro socio, ita docet » conveniens est viri boni ar- » bitrio, ut non utique ex aequis partibus socii simus, ve- » luti si alter plus operae, vel industriae, pecuniae in so- » cietatem collaturus sit » Ergo pro rata contributi, seu col- 144
lati utriusque capitalis, hoc in opera, vel in pecunia utcumque sit *l. si non fuerint 29. ff. pro socio. Mondell. Alba* 145
cons. 343. n. 5. et 6. tom. 2. Mantica de tacit. et ambig. lib. 6. tit. 14. num. 7. et 8. tom. 1. Marescott. var. resol. cap. 146. n. 1. ad seq. lib. 2. Jor. de contract. min. gloss. 25. §. 13. n 683. ita aliquando pro rata temporis, quo duravit societas; aliquando habita ratione ad laborem, et industriam, arbitrio semper boni viri, veluti per partes probat. *Jov. de contract. min. gloss. 25. §. 13. n. 683 cum* 146
seq. et hac in re latissimus est. *Mantica de tacit., et ambig. lib. 6. tit. 14. per tot. tom. 1.*

CAPUT IX.

De commodis, et oneribus societatis.

SUMMARIUM

1. Cujusque societatis ea semper natura est, et commune sint commoda, atque incommoda.
2. Ratio, quia cum societas contrahitur, tam damni, quam lucri communio initur.
3. Licet societas non transeat ad haeredem, commoda tamen, atque incommoda transeunt.
4. Amplia licet in societate nomen socius non habeat, si tamen vere socius sit, aut particeps.
5. Commodum e jure proficiscens, est ne socius socio ultra quam facere possit, teneatur n. 7. et 8.
6. Et hoc aequum est, propter jus fraternitatis, quod est inter socios.
9. Hujus concess. rationem elegantius explicat Cocceius, n. 10. et 11.
12. Atque de hoc beneficio remissive.
13. Ratio illa, quod societas jus fraternitatis habet, improbatur, a *Connano.*
14. Frater contra fratrem, et civiliter, et criminaliter etiam egit usque ad obolum.
15. Fratrum conjunctio est ex necessitate naturae, sociorum vero ex electione voluntatis, et n. 16 et 17.
18. Fratres non socii non habent hoc beneficium, ne egeant inter se.
19. In contrarium stat verior opinio.
20. Beneficium deducto ne egeant, habent aequaliter socii universales, atque particulares, etiam unius rei.
21. Refertur, simulque explicatur text. *in leg sunt qui 16. ff. de re judicata* loquens solum de socio universali, n. 22. ad 27.
28. Beneficium deducto et c. ita intelligitur, ut non deducatur aes alienum unius socii, alias esset frustraneum, n. 29.
30. Sed solum deducantur credita illorum, qui societati crediderunt, n. 31. et 32.
33. Quoad socium intellige, ut non deducat suum creditum, si sit ex causa societatis contractum, extra vero causam societatis deducat.
34. Dimisit creditoribus socialibus, ipsoque etiam socio extra causam societatis creditore, si nihil superest, debitor hoc beneficium non allegat.
35. Amplia fortius, si idem socius creditor aliud non habeat ad vivendum quam jura socialia.
36. Prima charitas incipit a seipso.
37. Socius debitor si non allegat hoc beneficium adversus socium extra causam societatis creditorem, et hic posset antiqua credita proferre, socialia seorsim ponere, et inopem socium fame perire sinere.
38 Non fieri potest hoc, quia credita ex causa societatis praeferuntur aliis extra causam societatis et n. 39.
40 Fortius quia sunt qui tenent, hoc beneficium allegari posse adversus etiam credita consocii extra causam societatis.
41. Si Titius et Cajus sint socii, Sempronius est Titii fidejussor: Cajus socii creditor, an recte possit fidejussorem convenire et sic d. beneficium eludere?
42. Fidejussor contra socium non allegat hoc beneficium deducto etc., et si solvit, potest super societ te reintegrari et per indirectum inopem socium inegenti limittere, n 43. ad. 46.
47. Hoc verum, si fidejussor fuerit obligatus in solidum, et sic non excusso socio debitore ad solvendum adstricto.
48. Secus si socius principalis debitor excuti prius debuit, nam hic allegat d. beneficium, et salvat fidejussorem, n 49. 50. et 51.
52. Socius allegans d. beneficium deductos etc. in quota ei assignanda debet haberi ratio ad personae ipsius qualitatem, n. 53.
54. Puta sit nobilis, aut plebejus socius debitor, nam habetur ratio ad necessitatem, justa tamen conditionem n. 55.
56. Quandoque habetur ratio ad aetatem juxta leg. hoc haereditatum ff. ad leg. falcid.
57. Quod si in stabilium redditibus fiat congrua assignatio, mortuo socio debitore, socius, qui assignavit, illa sibi vindicat.
58. Si plures sint socii, unus inops, omnes pro rata concurrunt.
59. Socius tamen debitor, si habet, unde vivat, puta officium, artificium, hoc beneficium deducto etc. non allegat.
60. Turpe enim est socium otiosum alere in praejudicium alterius socii creditoris.
61. Socius tamen creditor non donat alimenta, non remittit creditum socio inopi, sed si ad pinguiorem fortunam pervenit, solvit debitum et restituit alimenta.
62. Amplia, ut hoc desuper teneatur obligationem emittere, licet non fidejussorem dare et n 63.
64. Hinc socius debitor allegari potest de fuga suspectus, non ut carceretur, sed ut caveat, et appareat totum ejus debitum.
65. Amplia ut d. excussio socii debitoris inopis sit necessaria, ut appareat de tempore rei judicandae, an sit hoc beneficio dignus, et n. 66.
67. Societate per filium, vel servum contracta, hoc beneficium non datur patri, aut domino.
68. Beneficium hoc, deducto etc. est personale, neque socii personam egreditur.
69. Contra tamen, quod si filius jussu patris contrahit societatem, spectatur persona patris et non filii.
70. Pater habet hoc beneficium deductos etc. si filius tamquam ejus procurator societatem contraxit.
71. Secus si filius jussus contrahere, pater tamquam fidejussor jussit.
72. Fidejussori non datur hoc juris beneficium, deducto, ne egeat.
73. Amplia, ut nec detur haeredibus socii oberati, caeterisque ejus successoribus, n. 74.
75. Commoda societatis, quae transeunt in haeredem, intelliguntur de realibus puta emolumentis, non de personalibus, n 76.
77. Haeres socii hoc beneficium praestare obligati socio inopi, uti praestat ipse secundum Cocceii regulas, n. 78. et 79.
80. Sed contrarium tenet auctor, atque afferter ratio, n 81.
82. Bona fides in summo grado requiritur in societate, et dolus non proscribitur
83. Socius itaque inops, dolo faciens, quo minus facere posset, puta luxuriendo, et dissipando; hoc non allegat juris beneficium deducto etc. n. 84.
85. Talis socius tamen dolosus amittit quidem hoc beneficium, in carcere tamen non detruditur.
86 Quod si dolus socii inopia constitit in non acquirendo, hoc non perdit beneficium, n 87.

88. Debitor obaeratus non acquirens, non dicitur fraudare suos creditores.
89. Quod si socii omnes dolo fecerint, quominus facere possint, hoc cessat inter ipsos beneficium.
90. Compensatio negligentiae inter socios admittitur.
91. Lata culpa dolo comparatur.
92. Socius levi culpa faciens quo minus facere possit, non perdit hoc juris beneficium, et n. 93.
94. Socius negans se esse socium, quia dolus inest, perdit hoc beneficium deducto etc. n. 95.
96. Hoc beneficium deducto etc. habet locum in societate vera, et conventionali, non item in incidenti, et impropria.
97. Colonus partiarius est quasi socius, ita fruitur hoc beneficio, n. 98.
99. Limita si fuerit in dolo versatus.
100. Declara tamen ut colonus partiarius fruatur hoc beneficio, si fructus cum domino partiatur, secus si pecuniam promisso solverit, num. 101.
102. Amplia in conductore, et appaltatore.
103. Verum tamen est, ut coloni partiarii, et animalium societatem contrahentes non gaudeant hoc beneficio deducto etc. et datur ratio
104. Amplia ad societatis participes.
105. Aliqui doctores dant hoc beneficium deducto etiam scholaribus insimul habitantibus, et viventibus.
106 Contrarium verius est, et affertur ratio, n. 107.
108. Huic beneficio legis potest renunciari, maximesi intercedat juramentum, n. 109.
110. Amplia ut solum juramentum sufficiat, etiam sine renunciatione.
111. Amplia si in apocha sociali adsit obligatio cameralis.
112. Sed contrarium verius est, ut cessante renunciatione expressa, et speciali, nec renunciatio generalis, nec juramentum, nec obligatio cameralis, tollant hoc beneficium juris n. 113. 114. et 115.
116. Ratio, quia major debetur reverentia inter socios, quam inter fratres, n. 117.
118. Socii integrum debitum solvere in fine societatis promittentes, huic beneficio specialiter renunciasse censentur.
119. Amplia, ut sufficiat, socium promisisse solvere debitum in fine, sine ulla juris, et facti exceptione.
120. Contrarium tenet auctor, et rationem allegat.
121. Socius quandoque consequitur ex persona socii privilegiati, quod ex propria persona consequi non posset.
122. Declara, si agitur de re, seu materia individua, individuoque facto.
123. Declara etiam in civilibus, non autem in criminalibus.
124. Duo fratres in communione viventes unus habens privilegium duodecim filiorum, communicat illud alteri.
125. Socius praecipue universalis communicat privilegium immunitatis ab oneribus etiam publicis, alius consociis
126. Amplia, ut communicetur immunitas a solutione quoque collectarum.
127. Contrarium verius est quoad collectas quia res est divisibilis.
128 Amplia, ut fiscus habeat jus de tota re communi gravandi unum socium.
129. Socius civis non communicat extero privilegium non solvendi fidam pro pascuis, et remissive.
130. Societate contracta super latifundio ad forenses, et cives spectante, illud plus, quod solvit forensis pro collectis, non communicat civi, et datur ratio.
Limita in societate universali, ibid.
131. Amplia conclusionem principalem in latifundio communiter, seu pro indiviso possesso, multo magis.
132. Sententia lata super re sociali favore unius socii, prodest alteri.
133. Declara si fuerit eadem defensionis ratio, et remissive.
134. Socius pariter immissus in possessionem rei communis, prodest alteri.
135. Amplia ad participem quoque societatis, et remissive.
136. Unus etiam actus legitimus per unum socium gestus in re communi, jus alterius socium alterum praeservat.
137. Compatroni in jure praesentandi dicuntur socii, et remissive
138 Et nominatio facta per unum compatronum praeservat jus alterius.
139. Socius rem communem vendens, aut locans, an teneatur socium alterum praeferre; remissive.
140. Nemo cogitur rem suam, licet eam alio communem, alteri invitus vendere.
141. Unusquisque rei suae est moderator, et arbiter.
142. Limita in fisco, qui rem communem cum alio jure distrahit.
143. Aliud vero est, ut socius non cogatur rem suam vendere, et aliud, quod volens rem communem vendere, consocium praeferre cogatur.
144 Hinc socius portionem suam rei communis distrahere volens, tenetur alterum socium extraneis praeferre.
145. Amplia in locatione, emphyteusi, fructibus, aliisque rebus socialibus.
146 Amplia etiam in re feudali, seu jurisdictionali, ut primo dominus investiens, deinde consocius praeferatur.
147. Sed in contrarium stat verior opinio, ut socius praeferre non teneatur consocium, nisi adsit statutum, vel consuetudo; n. 148. ad 150.
151. Filia unius socii universalis dotatur de communi.
152. Limita si societas fuerit, aut generalis, aut particularis, nisi pacto expresso ita consenserint socii, n. 153.
154. In commodis, et incommodis socii finguntur una, eademque persona.
155. Declara quoad incommoda illa, quae obveniunt secundum naturam societatis.
156. Eaque repartiuntur pro rata capitalis socialis.
157. Amplia, ut si unus socius solvendo non sit, caeteri suppleant pro virili.
158 Intellige si absit culpa unius, nam secus ad socium culposum pertinent incommoda.
159 Puta si unus socius gabellam fraudavit, propter quod inciderunt in commissum merces, nam totum onus erit socii fraudantis.
160. Quod si communi consensu, res acciderit, damnum ad omnes pertinebit.
161. De damnis ex causa societatis, vel propter societatem venientibus remissive.
162. Damna sequentia uni socio propter societatem, de communi non reficiuntur, secus ex causa societatis, et dantur exempla, n. 163. ad 167.
168. Socius excommunicatus post coitam societatem potest tolerari, ante vero excommunicationem, soluta societate, respuitur.
169. Excommunicatus, qui promisit suam operam, interdicitur commercio.
170. Damna autem inde provenientia, non patit alter socius, si scienter cum excommunicato contraxit, secus e contra et datur ratio, num. 171.
172. Excommunicatus aequiparatur iis, qui sunt mediam capitis diminutionem passi.
173. Et hujusmodi capite minuti deportabantur, et morte quasi mulctabantur, n. 174.
175 Unde excommunicati quasi mortui habentur.
176. Mors civilis solvit societatem.
177. Cum ideo alter socius, soluta societate, possit suum capitale repetere, praeterita damna solum petit, non futura ab excommunicato.
178. Ex maleficio servorum, dominus damnatur, aut damnum solvere, aut servum noxae dedere.
179. Famulus unius socii si in re sociali damnum fecit, tenetur dominus, si servus erat pravi moris, secus e contra, et n. 180. et 181.
182. Societatis finis est quaestus, ideo non praesumitur, dominum tenere voluisse servum malae indolis, et in quaestu opponentem, num. 183.

Quamvis porro multiplex sit societas, quemadmodum est
supra demonstratum, universalis nempe, generalis, et particu-
laris, una tamen, eademque semper cujusque societatis natura
1 est, videlicet, ut commoda atque incommoda inter socios com-
munia sint omnia, ex *Connan. comment. jur. civ. lib. 7. c.*
13. *sub n. 17. vers. nec vero.* Illa ratione Pauli vere elegan-
tissima, quoniam cum societas contrahitur, tam lucri, quam
2 damni communio initur, *in leg. si unus* 68. *§. 1. in fin. ff.*
pro socio. Additur *Ansald. de commerc. et mercat. disc.*
87. *n.* 37., *et disc.* 98. *n.* 31. Et quamvis insuper societas
ex sui natura non transeat ad haeredem, commoda tamen,
atque incommoda, puta utilia, atque debita transeunt *leg.*
3 *verum* 64. *§. in haeredem ff. pro socio*, *et leg. cum in* 3.
c. eod. tit. ubi Baldus Cod. eod. et hujusmodi utilium,
atque damnorum communio vera indiscriminatim est, sive
sociorum aliquis nomen habeat in societate, sive non ha-
beat, dummodo sit negotii socialis particeps, qua in re, ve-
4 ritas semper spectatur *Ansald. de commerc. et merc. disc.*
51. *n.* 9. *et disc.* 87. *n.* 51. Equidem de utriusque sepa-
ratim commodis, atque incommodis, seu oneribus, ex or-
dine agam.
Et quoad commoda, quae ab jure ipso immediate profi-
ciscuntur; illud est in societate praecipuum, ut si socius
remaneat alterius socii debitor, in id dumtaxat, quod face-
5 re potest, et non ultra condemnetur; in sociis quippe jus
quoddam fraternitatis viget, quod aequitatem sibi magis,
6 quam jus summum adstruit *d. leg. verum* 64. *ff. pro socio*,
Zanchiu

ibi » Verum est quod Sabino videtur, etiamsi non univer-
» sorum socii sint, sed unius rei attamen id quod facere
» possunt, quodve dolo malo fecerunt, quo minus possint,
» condemnari oportere, hoc enim summam rationem habet, 7
» cum societas jus quodammodo fraternitatis in sese ha-
» beat » ad quem textum eleganter ita *Connanus comment.* 8
jur. civ. lib. 7. cap. 13. *n.* 18. ibi » Postremum hoc sit no-
» stri hujus sermonis; socio in socium actionem non ultra
» dari, quam in quantum facere potest, quod ab ea con-
» junctione animorum, quae inter ipsos solet esse, profe- 9
» ctum est: nam cum indignum est, omnibus fortunis a
» quoquam funditus everti, tum vero ab amico, et fami-
» liari, a socio, et rerum omnium consorte, indignissi- 10
» mum. Sic enim arbitror, tam humani juris causam ab
» iis caepisse, qui universorum bonorum societatem fece-
» runt, quorum major est vitae, et fortunae tum prosperae
» tum adversae communio, nihil ut uni bene, aut secus
» possit accidere, quod non ad alterum quoque pertinere
» videatur, pene ut summam unius inopiam, suis alter opi-
» bus sublevare debeat, tantum abest, ut illum ei exinani- 11
» re permittatur » De hoc beneficio, seu sociorum commo-
do latissime scripsit *Castagna in tract. deducto ne egeat,* 12
quaest. 13. *per totam.*
Ratio tamen illa textus dudum recitati = *cum societas jus*
quodammodo fraternitatis in se se habeat = improbatur a 13
Connano loc. prox. cit. n. 18. his verbis » Sed inepta vi-
» detur Ulpiani ratio, cum frater in fratrem possit omnia,

» quae in extraneum, tela conjicere, et actionum, et judi-
» ciorum, nsm et turpem actionem intendere, et ab eo quod
14 » sibi debetur, ad libellam, usque potest exigere; quod Ac-
» cursius tentat, causamque diversitatis ponit in eo, quod
» fratrum conjunctio, non voluntaria est, nec conventioni-
» bus, et fide ultro, citroque data, confirmatur, sed natu-
15 » rae, et sanguinis necessitate complectitur etiam invitos;
» at societas sponte contrahentium fit, et magna animorum
» propensione, ut eam omnibus amicitiae, et charitatis of-
16 » ficiis colere, et tueri debeant » Connano consentit *Faber. in d. leg. verum in princ. ff. pro socio*, inquiens, societatem
pacto, et voluntate, fraternitatem vero necessitate nancisci;
subdit etiam ex *Tertulliano*, quod fratres per naturam na-
17 scuntur, socii autem non nascuntur, sed per electionem
fiunt. Reque vera, hoc legis beneficium in simplicibus fra-
tribus, non sociis, nequaquam admittitur, secundum opi-
18 nionem aliquorum, quos inter *Michalar. de fratrib. part.
3. cap. 53. fere per tot.* Quamvis in contrarium stet verior,
aequior, et in foro receptior opinio illis rationibus subnisa
19 quas recensent *Vinnius ad §. sed et si 38. vers. item si so-
cius instit. de action. Costagna de beneficio deducto, ne
egeat, qu. 13. n. 5. ad plur. seq., et usque ad n. 23. Surd.
de alim. tit. 1. qu. 78. n. 6. Scannarola de visit. carcerat.
lib. 3. §. 7. c. 5. n. 26. Rota in dec. 179. n. 2. ad plur.
seq. part. 14. recen.*

Ait praeterea textus supra recitatus = *Etiamsi non uni-
versorum bonorum socii sint, sed unius rei* = ita ut hoc
fruantur beneficio socii, nedum universales, sed generales,
20 ac particulares etiam, secundum hanc testus literam ab Ul-
piano ibi scriptam *Voet. in Pandect. lib. 17. tit. 2. n. 20.
pro socio.* Idem tamen ipse Ulpianus sibi contrarius videtur
in alia *leg. sunt qui 16. ff. de re judic.* ad socios universa-
les, vel omnium bonorum, suprascriptum beneficium dedu-
21 cto ne socius egeat, restringens ibi » Sunt qui in id, quod
» facere possunt, conveniuntur, id est. non deducto aere
» alieno, et quidem sunt hi fere, qui pro socia conveniun-
22 » tur; socius omnium bonorum, accipiendus est, *Glossa*
hic *in verbo accipiendus* ad tollendam utriusque legis con-
tradictionem, addi vult *Maxime*, hoc est, ut praecipue,
specialiterque d. beneficio legis, universalis fruatur socius,
23 non excluso tamen socio etiam particulari, et *Accursio*.
plaudit *Faber. in ead. leg. verum ff. pro socia*, ibi » Etsi
» vero in sociis universorum bonorum, maxime hoc obtinet
» quod Proculiani. caeterique fortassis, frequentiore calcu-
» lo senserunt, *d. leg. sunt qui ff. de re judic.* Veruntta-
» men est, quod Sabinus primus dixit, idem privilegium,
» caeteris quoque sociis, etiam unius rei, vel negotiationis
24 » dandum esse, tamquam in quibus eadem juris, et aequi-
» tatis ratio ubtineat; quod enim amplior, aut strictior sit
» societas, non facit eam magis, minusve societatem, aut
» magis, minusve fraternitatem, cum magis, et minus non
25 » faciant differre speciem; vera igitur est Sabini sententia,
» ut idem privilegium socii omnes habeant, etiam qui non
» sint universorum bonorum, et optima, ac generalis ratio
» illa, quod omnis societas jus voluntariae fraternitatis in
26 » se habeat; sicque lex haec conciliande est cum *leg. sunt
» qui*, quod et Joannes, et Accursius docuerunt subaudien-
» do dictionem *Maxime*, nec enim possunt videri pugnan-
27 » tes leges, cum ambae sint Ulpiani » et huic opiniani ad-
stipulantur etiam *Zasius in l. sunt qui n. 7. et 8. ff. de re
judicata, et in §. sed, et siquis n. 5. instit. de action.
Voet. in pandect. lib. 17. tit. 2. n. 20. pro socio, Guttier.
de juram. part. 3. cap. 15. n. 1. Tholosan. syntagm. uni-
vers. jur. part. 3. lib. 2. cap. 4. n. 27. Petr. de Ubald. de
duob. fratrib. part. 15. n. 1. et 2. Castagna de benefic.
deducto ne egeat qu. 13. n. 31. 32. cum seq. Oliban. de
action. part. 1. lib. 2. a §. sed et siquis sub n. 3. Ansald.
de commerc. et mercat. disc. 38. n. 30. Jov. de contract.
min. gloss. 25. §. 13. n. 699.*

Quomodo vero intelligendum sit hoc beneficium deducto
ne egeat, seu ne socius ultra conveniatur, quam facere pos-
sit, modo videndum *textus in d. leg. verum 64. §. id quod
ff. pro socio* ita ait ibi » Id quod facere potest socius que-
28 » madmodum aestimandum sit? Et placuit non debere de-
» duci aes alienum, quod debetur socio, et ita Marcellus
» lib. 7. digestorum scribit, nisi forte, inquit, ex ipsa so-
29 » cietate debeatur ». Frustraneum sane esset beneficium si
socius creditor, omnia forte absorbens, creditum suum an-
30 tea deduceret; quod si societatis aes alienum esset, hoc in-
dubio deducendum foret, ut socialis creditor possit dimitti,
id quod in his postremis recitatae legis verbis exprimitur
= *nisi forte, inquit, ex ipsa societate debeatur* = quae ver- 31
ba posse videntur dupliciter intelligi, tum scilicet, ne vacui
dimittantur ii, qui cum societate contraxerunt; nam socius
beneficium hoc habet pro credito alterius socii, non utique
pro credito eorum, qui cum societate contraxeront. ex *Con- 32
non. comment. jur. civ. lib. 7. cap. 13. n. 19. Molin. de
inst., et jur. tract. 2. disp. 413. n. 8. Castagne de benefic.
deducto ne egeat qu. 13. ampliat. 4. per tot.* Tum ut aes
alienum *ex ipsa societate debeatur*, hoc est, ut socius sit
ex causa societatis creditor, secus si sit creditor extra causam
societatis, nam hujusmodi non socialia credita rite deducit
socius, nec pro his d. beneficium praestare tenetur *Connan. 33
loco proxime cit. n. 19. Guttier. de juramento part. 3. c.
15. sub n. 1. Castropalao opere moralio disput. 7. punct.
12. n. 5. tom. 6. Petr. de Ubald. de duob. fratrib. part.
15. n. 3.* ita ut si his detractis debitis erga sociales credito-
res, vel etiam erga socios extra tamen causam societatis, ni-
hil superest, socius inops, hoc non alleget beneficium; ma- 34
xime demum si alter socius creditor alia non habeat in bo-
nis, nisi jura socialia ad vivendum vix sufficientia *Munoz. 35
de Escobar. de ratiocin. cap. 35. n. 13. Guttier. de juram.
part. 3. cap. 15. n. 4. Molin. de just., et jur. tract. 2. di-
sput. 413. n. 6. Castagna de beneficio deduct. ne egeat qu.
13. Fallent. 7. per tot. Scannarola de visit. carcerat. lib.
3. §. 7. cap. 5. n. 11. Jov. de contract. min. gloss. 25. §.
13. n. 702.* nam prima, ut ajunt, charitas a se ipso incipit
cap. qui vult 19. de poenit. et in leg. praeses provinciae 36
*6. c. de servit., et aqua, Munaz. de Escobar. de ratiocin.
cap. 35. n. 13.*

Dubitari hinc potest; si socius inops beneficium jure non
allegat pro aliis suis, forte antiquis debitis extra causam
societatis contractis, erga consocium creditorem, hic facile
posset antiqua sua credita non socialia proferre, totum ino-
pis socii patrimonium absumere, et sic hoc legis benefi-
cium eludere: non puto fieri ita posse, quia creditum ex 37
causa societatis contractum praefertur aliis creditis extra
causam illius societatis, prout alias dixi in superiore *part.
2. cap. 12. num. 197.* et alibi saepe; socius ergo creditor, 38
prout de jure esperiri obligatus, non potest socialia credita
seorsim ponere, aliaque credita extra societatem contracta,
ad eludendum hoc legis beneficium proponere. Plurimum 39
vero, quia non desunt doctores, qui hoc beneficium dedu-
cto ne egeat socius, extendant ad ejus quoque debita extra
societatem, erga consocium contracta, quemadmodum innuit,
atque refert *Surd. de aliment. tit. 1. quaest. 78. n. 9.* 40

Alia dubitatio; Titius, et Cajus erant socii. pro Titio sub
initium fidejussit Sempronius; dispunctis rationibus, Ti-
tius multo aere alieno gravatus, ex causa societatis reperi-
tur; alter socius, nempe Cajus creditor, d. beneficium de-
ducto ne egeat, opponi sibi timens per Titium, hoc relicto,
Sempronium fidejussorem recta persequitur; hic autem fi-
dejussor, qui solvere cogitur, propterea quod beneficium 41
hoc tamquam personale socii principalis debitoris, non al-
legat. *l. verum 64. sub princ. ff. pro socio*, pro se reinte- 42
granda capitalia socialia cum utilibus ad Titium, pro quo
fidejussit, pertinentia, sibi addici postulat, quaeritur an
Titius socius hoc tali beneficio nudatus remaneat? Videtur 43
probari posse, quia Cajus socius creditor Sempronium fi-
dejussorem pro toto debito Titii alterius socii debitoris, ju-
re persequitur *Petr. de Ubald. de duab. fratrib. part. 15. 44
n. fin.* Fidejussor autem pari ratione super bonis, et juribus
Titii socii, pro quo fidejussit, relevari juste postulat, *l. 18. 45
et 19. ff. de fidejussor.* Ergo socius in hac proposita facti
specie, suprascripto beneficio legis per indirectum privatur. 46

His equidem assentior, si fidejussor sit cum Titio socio in
solidum obligatus: neque profuturam, opinor, cautelam
fidejussori datam suscipiendi in se judicium socii principa-
lis debitoris, vel efficiendi ut ipse in judicio sistat socius
principalis debitor, suumque alleget personale privilegium,
juxta insinuationem per modum cautelae traditam per *Gut- 47
tier. de Jurament. part. 3. cap. 15. n. 15. et 16. Molin.
de justit., et jur. tract. 2. disput. 413. n. 12.* potius ap-
plicandam casui, in quo fidejussor simpliciter pro socio
principali debitore accesserit, ita ut fidejussorum subsidium 48
excutiendus sit, nam hoc posteriore casu, cum solidalis de-
sideretur obligatio, Titius socius cum debeat prius exeuti
d. exceptione privilegii personalis uti poterit, ne ad plus,
quam facere potest, deducto ne egeat, compellatur; maxime
quia fidejussor jure excipit ex persona ei principalis etiam

49 inviti, ut in *l. si stipulatus* 16. *ff. de fidejussor.* ibi » si
» stipulatus essem a me sine causa, et fidejussorem dedis-
» sem, et nollem, eum exceptione uti, sed potius solvere,
» ut mecum mandati judicio ageret, fidejussori etiam, me
» invito, exceptio dari debet; interest enim ejus pecuniam
» retinere potius, quam solutam stipulatori, a reo repete-
50 » re » Nam hoc eodem posteriore casu fidejussor, qui ju-
dicium suscipit, defensor est magis socii principalis debito-
ris, et ideo ex ejus persona, hoc beneficio dignus, prout ad
51 literam sancitur in *d. l. verum* 64. *sub princ. ff. pro socio*
Guttier. de jurament. part. 3. *cap.* 15. n. 15. *et* 16. *Mo-
lin. de justit. et jur. tract.* 2. *disput.* 413. *n.* 12.

Verumtamen si occasio sit tribuendi uni socio hoc tale be-
neficium; quae per judicem ratio habenda sit, quaeritur?
52 Paulus in *l. in condemnatione* 134. *ff. de regul. jur.* ita
docet » In condemnatione personarum, quae in id, quod
» facere possunt damnantur, non totum, quod habent ex-
» torquendum est, sed et ipsarum ratio habenda est, ne
53 » egeant » Personarum quidem ratio habenda est, nam non
aequo jure tractatur nobilis, atque plebejus, ut perinde
status, et conditio personae, aliaeque circumstantiae spe-
54 ctentur, eatenus tamen, ut vivendi modus, non ita, uti an-
tea lautus esse debeat, sed magis parcus, uno que verbo ad
necessitatem proportionate dimetiendus, juxta statum, gra-
dum, et conditionem socii inopis, atque ita hanc formulam
55 *Deducto ne egeat*, intelligendam esse tuentur *Molin. de
just. et jur. tract.* 2. *disput.* 413. *n.* 8 *Castagna de bene-
fic. deduct. ne egeat quaest.* 13. *n.* 3. *Munoz. de Escobar.
de ratiocin. cap.* 35. *n.* 11. *Guttier. de jurament. part.*
3. *cap.* 15. *n.* 2. *et* 3. ubi subdit, tantam summam esse d.
socio debitori assignandam, quae facta annorum computa-
56 tione, juxta terminos *l. haereditatum ff. ad leg. falcid.*
ad illius vitae reliquum sufficiat: quod in praestatione quan-
titativa temperamentum, incivile non est; quod si stabilia
assignentur, sat erit, ut illorum redditus ad vitam, uti su-
pra agendam sufficiant, hujusmodi bonis stabilibus, per al-
57 terum socium, post mortem illius integra vindicatis *Mu-
noz de Escobar. de ratiocin. cap.* 35. *n.* 12. *Jov. de con-
tract. min. gloss.* 25. § 13. *n.* 698. quod si plures denique
socii sint unus tamen eorum inops, caeteri socii aequaliter
58 hoc beneficium legis, et pietatis officium praestabunt *Con-
nan. comment. jur. civ. lib.* 7. *cap.* 13. *sub n.* 19. *vers.
quare bene constitutum est.*

Ergo si socius inops aliunde habeat, unde potest vivere
non debet in damnum alterius socii creditoris admitti ad hoc
beneficium deducto ne egeat, seu ne in plus, quam facere
potest, conveniatur, tametsi nihil bonorum habeat, artifi-
cium autem, seu officium aliquod habeat, quo famem tole-
59 ret. *Munoz. de Escobar. de ratiocin. cap.* 35. *n.* 15. *Gut-
tier. de jurament. part.* 1. *cap.* 17. *n.* 16. *Castagna de
benefic. deduct. ne egeat. quaest.* 13. *fallent.* 8. *per to-
tum Molin. de just. et jur. tract.* 2. *disput.* 413. n. 5.
Scannarola de visit. carcerat. lib. 3. § 7. *cap.* 5. *n.* 12.
Jov. de contract. min. gloss. 25. § 13. n. 703. Turpe enim
esset otiosum debitorem alere, exque sua culpa irrogare
60 socio creditori praejudicium *Surd. de alim. tit.* 1. *quaest.*
78. n. 31. *ad seq.*

Hoc tamen est observatu dignum, quod socius, qui hujus
legis beneficium deducto, ne egeat, elargiri alteri consocio
cogitur, creditum suum socio non donat, non remittit, sed
suspendit, ita quidem ut si socius inops ad meliorem fortu-
nam aliquo casu pervenerit, nedum a praestatione alimen-
61 torum illi cesset, sed insuper creditum suum petat integrum
cum alimentis etiam desuper praestitis, et hac de causa Ul-
pianus eidem socio inopi praescribit, non cautionem, aut
fidejussionem, quae foret pene impossibilis, sed nudam ip-
sius socii promissionem dumtaxat, seu obligationem de sol-
vendo socio creditori debitum, cum ad pinguiorem fortu-
62 nam pervenerit, ut in *d. l. verum* 64. §. *id quod ff. pro so-
cio* ibi » Item videndum an cautio veniat in hoc judicium
» ejus, quod facere socius non possit, an scilicet nuda pro-
» missio? Quod magis dicendum arbitror » et enim hoc textu
63 concordant. *Guttier. de juram part.* 3 *cap.* 15. *n.* 9 *Ca-
stagna de benefic. deducto ne egeat. quaest.* 13. *num.* 33.
Molin. de just. et jur. tract. 2. *disput.* 413. n. 7. *Castro-
palao opera moralia disput.* 7. *punct.* 12. *n.* 7. *tom.* 6.
Unde proficiscitur, ut socius licet non possit in carceres de-
trudi pro debito sociali, potest tamen allegari de fuga suspe-
ctus, et consequenter cavere de judicio sisti, non ut conve-
niatur ultra, quam facere potest, seu ut carceretur, sed ut
excutiatur, illiusque appareat debitum ab ipso solvendum,
si ad pinguiorem forte pervenerit fortunam *Michalor de* 64
fratrib. part. 3. *cap.* 53. *n.* 12. Quidquod! Hac etiam fu-
gae suspicione remota, socius inops exenti debet in judicio,
nam ut hoc sit socius beneficio dignus ejus inopia spectanda
est de tempore rei judicandae *d. l. verum* 64. §. *tempus* 65
ff. pro socio ibi » Tempus autem spectamus, quantum socius
» facere possit, rei judicandae » atque observat etiam *Con-* 66
nan. comment. jur. civ. lib. 7. *cap.* 13. *n.* 19.

Caeterum patri, aut domino socii, si jussu eorum per
filium, vel servum contracta sit societas, non esse hanc ex-
ceptionem dandam, ait textus *in l. verum* 64. *sub princ. ff.* 67
pro socio, quia hoc beneficium ne socius egeat, seu ne ad
plus conveniatur, quam facere possit, personale est, neque
illius personam egreditur, *d. l. verum* 64. *sub princ. vers.* 68
videndum ff. pro socio. In contrarium tamen facit alter te-
xtus *in l. fin. ff. pro socio* ibi » Quoties jussu alicujus, vel
» cum filio ejus, vel cum extraneo societas coitur, directo
» cum illius persona in contrahenda societate spectanda
» sit » Equidem hac in re distinguendum ita puto; aut fi- 69
lius quasi procurator patris jubentis societatem contraxit, et
non est, cur pater hoc non subveniatur beneficio, nam hoc
priore casu persona patris spectatur in omnibus societatis ef-
fectibus, quemadmodum adnotavi *part.* 2. *cap.* 1. n. 60. *ad* 70
seq. Aut pater quasi fidejussor, societatem contrahi per fi-
lium jussit, et hac se exceptione tueri posse negaverim. ve-
luti hunc legis locum exponit *Faber.* in *d. l. verum* §. 71
patri ff. pro socio. Certi namque juris est, hoc fidejussori
socii, non dari legis, deducto ne egeat, seu ne ultra conve-
niatur quam facere potest, beneficium *d. l. verum* 64. *sub* 72
princ. ff. pro socio Connan comment. jur. civ. lib. 7. *cap.*
13. *sub n.* 13. *vers. ut fidejussoris Molin. de just. et jur.
tract.* 2. *disput.* 413. *n.* 12. *Castropalao opera moralia
disput.* 7. *punct.* 12. *n.* 10. *tom.* 6. *Guttier. de juram.
part.* 3. *cap.* 15. *n.* 14. *Franeus de fidejuss. cap.* 3. *n.* 110.
Ridolphin. in prax. part. 1. *cap.* 14. *n.* 322.

Pari quidem ratione personalitatis, hoc non datur in
haeredes, aliosve successores obaerati socii privilegium de-
ducto, ne egeant, seu ne in plus conveniantur, quam fa-
cere possint, ad textum in *d. l. verum* 64. §. *patri ff. pro* 73
socio ibi » Nec haeredi socii, caeterisque successoribus hoc
» praestabitur, quia nec caeterorum haeredibus, successo-
» ribusve, in quos id quod facere possunt, convenimus,
» idem praestatur » Atque consentiunt *Tholosan. syntagm.* 74
univers. jur. part. 3 *lib.* 27. *cap.* 4. *sub n.* 27. *Molin. de
just., et jur. tract.* 2. *disput.* 413. *n.* 11. *Castropalao ope-
ra moralia disput.* 7. *punct.* 12. *n.* 9. *tom.* 6. *Ridolphin.
in prax. part.* 1. *cap.* 14. *n.* 322. *Rot. decis.* 50. *n.* 12.
part. 18. *tom.* 1. *rec.* Et quamvis superiore loco hic *n.* 3.
dictum sit, commoda societatis in haeredem transire, hoc
tamen non intelligitur de commodis, juribusque personali-
bus, sed de commodis emolumentorum ad literam *d. l. ve-* 75
rum 64. §. *in haeredem ff. pro socio* ibi » Quamvis haeres
» socius non sit etc. attamen emolumenti successor est ».
Addit *Glossa in l. cum in societatis* 3. *verbo etiam, et* 76
verbo praecipiet c. eod. tit., *ibique Brunemon.* n. 1.

Quid vero si socius, qui erga socium inopem hoc benefi-
cium competentiae praestare tenetur, decesserit, an illius
haeres idipsum praestabit beneficium inopi socio? Non habeo
legem hac in re ducem, non doctorem comitem habeo, ex-
cepto *Connano* ubique uno in *suis comment. jur. civ. lib.* 77
7. *cap.* 13. *sub n.* 18. qui loquens de personalitate hujus
privilegii, seu beneficii fidejussori nequaquam competentia,
haec habet » Societas respectum habet ejus personae qui
» cum initur, ejus fidem, industriam, amicitiam sequitur,
» non aliorum etiam, ad quos lucrum, vel damnum redun-
» dat communitatis » haeres itaque socii creditoris, hoc, 78
alteri socio inopi debentis, competentiae beneficium, non
tenebitur ratione personae, quia haeres, socius non est;
non ratione emolumentorum societatis, quia id non sufficit
ergo mortuo socio creditore, alter inops hoc beneficio priva-
bitur. Equidem non assentior, quia lex recte spectavit per- 79
sonae socii inopia, subsidium super ipsa societate, seu so-
cialibus bonis debitum, tametsi alter socius creditor interea
decesserit. Cum itaque Connanus loco citato dixit = *socie-* 80
tas respectum habet ejus personae, quicum initur = indi-
cavit cum societate magis, quam cum socio habendam ratio-
nem esse; et quamvis haec etiam societas per dissolutionem
evanuerit, super bonis tamen socialibus remanet hoc debi-
tum a lege, intuitu pietatis, et aequitatis infixum. 81

Si porro in omnibus contractibus, multo vero magis in
societate, bona in summo gradu fides adsit, et respective
82 dolus ut absit, requiritur, prout dixi *part.* 1. *cap.* 4. Si
quis propterea socius dolo fecit, quo minus facere possit,
puta si bona, data opera, compositoque aut erogando, aut
luxuriando etiam dissipavit, ut sic inops effectus consocium
gravaret, et tunc perinde habetur, quasi posset facere, et
consequenter beneficium hoc deducto etc. non juste allega-
83 ret, ad textum in *d. l. verum* 64. ℥. *tempus ff. pro socio*
ibi » Hoc quoque facere posse quis videtur, quando dolo
» fecit, quo minus possit, nec enim aequum est, dolum
84 » suum quemquam relevare » concordant *Connan. com-
ment. jur. civ. lib.* 7. *cap.* 13. *n.* 19. *Faber. in d. l. verum
℥. hoc quoque ff. pro socio. Escobar. de ratiocin. cap.* 35.
n. 15. *in fin. Molin. de justit., et jur. tract.* 2. *disput.* 413.
n. 6. *Castogna de benefic. deducto ne egeat quaest.* 13.
fallent. 3. *n.* 1. *et per tot. Scannarola de visit. carcerat.
lib.* 3. ℥. 7. *cap.* 5. *n.* 14. *Jov. de contract. min. gloss.* 25.
℥. 13. *n.* 706. dolus tamen hic si capax est tollendi hoc be-
neficium legis, non tamen alterum, ne in carceres detru-
85 datur, excludit *Ansald. de commerc., et mercat. disc.* 38.
n. 41.

Disi dolum in dissipando, luxuriandoque, hoc compe-
tentiae beneficium excludere; quid si dolus versetur in non
acquirendo, ut sic consocium suum oneret? Alia quidem in
non acquirendo ratio est, videlicet ut hoc beneficium com-
86 petentiae socius non lugeat debitor, ut ait textus *in l. ne-
mo* 69. ℥. *illud quaeritur ff. pro socio* ibi » Illud quaeritur
» utrum is demum facere videatur, quo minus facere pos-
» sit, qui erogat bona sua in fraudem futurae actionis, an
» et qui occasione acquirendi non utitor? Sed verius est de
» eo sentire proconsulem, qui erogat bona sua, idque ex
» interdictis colligere possumus, in quibus ita est; quod
87 » fecisti, ut desineres possidere » et cohaerenter observant
Castogna de beneficio deduct. ne egeat. quaest. 13. *Fallent.*
3. *n.* 5. *Petr. de Ubald. de duob. fratrib. part.* 15. *n.* 6.
exemplo debitoris obaerati, qui non tenetur pro creditori-
88 bus acquirere, contentus patrimonium suum non dimi-
nuere *l. qui autem* 6. *in princ. ff. quae in fraud. credit.*
Quod si demum socii ad unum omnes dolo fecerint quo mi-
nus facere possent, hoc viget inter ipsos beneficium, pro-
pter doli compensationem in jure admissam, ad textum in
89 *l. si ambo* 10. *in princ. ff. de compensat.* ibi » Si ambo
» socii parem negligentiam societati adhibuimus, dicendum
» est desinere nos invicem esse obligatos ipso jure compen-
» satione negligentiae facta » nam fieret ad jus commune
90 redditus, ut in subjecta quaestione *Castogna de benefic.
deduct. ne egeat. quaest.* 13. *fallent.* 3. *n. fin.*

Quid praeterea si socius culpa sua, levi quidem, non lata,
91 quae dolo aequiparatur *l. quod Nerva* 32. *ff. depositi*, *vel.
contra*, fecerit, quo minus facere posset, utrum hoc perdat
legis beneficium, ne egeat, seu ne in plus conveniatur, quam
92 facere possit? Negat textus *in l. verum* 64. ℥. *tempus in
fine ff. pro socio* ibi » Si tamen, non dolo, sed culpa sua
» ut facere posset, desiit dicendum est, condemnari eum
93 » non debere » atque ad rem etiam observant *Connan.
comment. jur. civ. lib.* 7. *cap.* 13. *n.* 19. *Faber. in d. l.
verum ℥. hoc quoque ff. pro socio. Castogna de benefic. de-
ducto ne egeat. quaest.* 13. *fallent.* 3. *n.* 3. *Molin. de
just., et jur. tract.* 2. *disput.* 413. *n.* 6. *Jov. de contract.
min. glossa* 25. ℥. 18. *n.* 706. Qua ex re, si unus socius
constanter neget, se socium esse, cum non sine dolo id fa-
cere videatur, hinc doctores communi calculo excluserunt
eum ab hoc beneficio competentiae, veluti post textum *in l.*
94 *si unus* 68. *in fin. ff. pro socio* ibi » Non alias socius in id
» quod facere potest condemnatur, quam si confitetur se
95 » socium esse » animadvertunt *Faber. in l. verum ℥. hoc
quoque ff. pro socio. Jason. in l. sicuti autem ℥. quod au-
tem n.* 1. *ff. de re judicata Zas. de feud. amiss part.* 10.
n. 52. *Voet. in Pandect. lib.* 17. *tit.* 2. *sub n.* 20. *pro
socio. Lopez. de donat. inter vir. et uxor. cap. per ve-
stras* ℥. 12. *n.* 14. *Purpurat. cons.* 71. *n.* 34 *tom.* 1. *Pru-
kman. cons.* 10. *n.* 168. *et* 169. *tom.* 1. *Castogna de Bene-
fic. deducto ne egeat quaest.* 13. *fallent.* 2. *per totam Scan-
narola de visit. carcerat. lib.* 3. ℥. 7. *cap.* 5. *n.* 15. *Ridol-
phin. in prax. part.* 1. *cap.* 14. *n.* 322. *Olea de cess. jur.
tit.* 5. *quaest.* 3. *n.* 21. *et seq. Jov. de contract. min. gloss.*
25. ℥. 13. *n.* 704.

Beneficium hoc praeterea, ne socius egeat, seu ne in plus
conveniatur, quam facere possit, habet locum in societate
conventionali, secus in societate impropria seu incidenter
contracta *Petr. de Ubald. de duob. fratrib. part.* 14. *n.* 5. 96
Felic. de soc. cap. 31. *n.* 51. Colonus autem partiarius, cum
quasi jure societatis utatur, ad textum *in l. si merces* 28. ℥.
vis major. ff. locati ibi » Partiarius colonus, quasi jure so-
» cietatis, et damnum, et lucrum cum domino fundi parti-
» tur » inde sequitur, ut ipse hoc juris, seu legis beneficio, 97
uti, frui possit *Honded. cons.* 83. *n.* 23. *vol.* 1. *Paschal. de
patr. potest. part.* 2. *cap.* 9. *n.* 48. *Petr. de Ubald. de duo-* 98
bus fratribus part. 11. *n.* 34. *Castogna de benefic. deduct.
ne egeat. quaest.* 13. *ampl.* 1. *per tot. Franc. dec.* 164.
ubi Amendola in adden. n. 7. *Scannarola de visit. car-
cerat. lib.* 3. ℥. 7. *n.* 8. Dolo semper excepto, qui huic so-
cio, seu colono partiario etiam simile tollit beneficium. *Ca-* 99
stagna de benefic. deduct. ne egeat. d. quaest. 13. *Fallent.*
3. *n.* 1. *et* 2. *Paschal. de Patr. potest. part.* 2. *cap.* 9.
n. 48.

Hoc tamen ego ita demum admiserim, ut nempe colonus
partiarius gaudeat isto competentiae beneficio, si lucrum,
et damnum, cum domino fundi partitur, ut ait textus pro-
xime recitatus, hoc est si fructus aequaliter, vel juxta con-
suetudinem partitur cum domino, nam in hoc illucet socie-
tatis imago, prout adnotavi etiam in superiore *cap.* 3. *n.* 100
47. *ad seq.* hujus tertiae partis; secus si colonus nummis
fundum coluerit, cum hoc casu magis conductor existiman-
dus sit, veluti distinguit *Petr. de Ubald. de duob. fratrib.* 101
part 11. *n.* 34. et de appaltatore conductori satis proximo
tradit. *Card. de Luca de credito disc.* 161. *n.* 6. Quamvis 102
revera cum hujusmodi coloni partiarii, et animalia in socie-
tatem accipientes, rustici plerumque sint, malitia pleni, ex
usu recepto, ad hoc beneficium deducto, ne egeant, mini-
me admittantur juxta doctrinam *Card. de Luca de credito* 103
disc. 161. *n.* 7. *et* 8. qua ratione, nec simplices in societate
participes erunt hoc beneficio digni *Card. de Luca de cre-
dit. d. disc.* 161. *n.* 10. *Jov. de contract. min. gloss.* 25. 104
℥. 13. *n.* 700.

Sunt quoque doctores, qui hoc beneficium competentiae,
seu deducto ne egeat, vel ne in plus, quam quis facere pot-
est conveniatur, scholaribus etiam una habitantibus, et in
eodem conclavi, aut coenaculo permanentibus indulgeant;
et hi praecipue sunt *Guttier. de jurament. part.* 3. *cap.* 105
15. *sub num.* 1. *Molin. de just. et jur. tract.* 2. *disput.*
413. *sub num.* 2. *Castagna de benefic. deducto ne egeat.
quaest.* 13. *ampliat.* 3. *per totam Surd. de aliment. tit.* 1.
quaest. 78. *n.* 9. Si principiis porro dudum jactis proceden-
dum sit, hanc equidem conclusionem suspectam habeo; nam
hujusmodi scholarium coitionem, veram esse societatem
conventionalem, nemo affirmaverit seu ad summum inci-
dentem, et vitae magis, ut ajunt, societatem, verius dixe-
rit, et ideo impropriam societatem, ut in superiore *par.* 3. 106
cap. 3. *n.* 83. ita ut, si verum est principium supra hic *n.*
96. proxime jactum, talis haec facile in scholaribus non sit 107
admittenda conclusio.

Si in coeunda societate, ambo socii huic beneficio com-
petentiae renunciaverint, renunciatio tenet, atque silet be-
neficium *Lopez. de donat. inter. vir. et uxor. in cap. per* 108
vestras ℥. 12. *n.* 16 *cum seq.* maxime si jurata sit renun-
ciatio quamvis haec generalis etiam fuerit, omni scilicet
privilegio legum, et jurium auxilio interposita *Castagna* 109
de beneficio deducto ne egeat. quaest. 13. *fallent.* 6. *per
tot. Scannarola de visit. carcerat. lib.* 3. ℥. 7. *cap.* 5. *n.*
10. eoque amplius, ut simplex quoque redundet juramen-
tum in apocha societatis appositum, propter vim ejusdem
juramenti omne legis beneficium excludentis *Paschal. de* 110
patr. potest. part. 2. *cap.* 9. *num.* 47. *Castropalao opera
moralia disput.* 7. *punct.* 12. *sub n.* 8. *t.* 6. *Conciol. de
haered. artic.* 2. *n.* 115. *ad seq.* ubi late hujusmodi etiam
casus est, si apponatur obligatio cameralis, et juramentum,
et renunciationem omni legum auxilio continens, veluti in
subjecta tradit quaestione. *Scannarola de visit. carcerat.* 111
lib. 3. ℥. 7. *cap.* 5. *n.* 13.

Sed in contrarium urgent *Gratian. discept. for. cap.* 112
553. *n.* 27. *Conciol. de haerede artic.* 2. *n.* 117. *ad seqq.
Constantin. vot.* 12. *n.* 1. *tom.* 1. *Rot. dec.* 179. *num.* 24.
part. 14. *recentior. et dec.* 556. *n.* 17. 18. *et* 19. *tom.* 2.
cor. Molin. Nam sicuti in ipsa societate coeunda, praesu-
mitur id volitum, ne sociorum alter ultra quam facere pot-
est, conveniatur, inde fit inutilis supra indicata renuncia-
tio *Ansald. de commerc., et mercat. disc.* 38. *n.* 35. nisi 113
admodum necessaria renunciatio expressa, atque specialis

114 huic legis beneficio, ut afficiat, accesserit, ex *Guttier. de juram. part.* 1. *cap.* 17. *n.* 37. *Rot. in dec.* 179. *n.* 25. *part.* 14. *recent.* Persuadet ratio, quoniam si vera conclusio est, ut generalis renunciatio omni legum auxilio, vel explicita, vel per obligationem cameralem inducta, facta per eum, cui per alterum socium debetur reverentia, absolute non tollat hoc legis *reducto ne egeat* beneficium, prout de reverentia
115 per fratrem fratri debita, ad hunc effectum loquitur *Rot. dec.* 556. *a n.* 14. *ad* 19. *tom.* 2. *cor. Molin.* quanto sane fortius, eadem militabit conclusio in socio taliter renunciante, cui major reverentia debetur per socium, quam sit illa fratris
116 erga fratrem, *Faber in l. verum sub princ. ff. pro socio* ibi » Majorem ergo reverentiam sibi invicem socii debent, propter hanc fraternitatem voluntariam, et consortium voluntarium, ut post Papinianum, Ulpianus loquitur etc. » quam illis, quos natura, non voluntas fratres fecit, quorum, quam rara sit gratia, et concordia, ipsis rerum experimentis nimis certe compertum est; sicut nempe fratres » per naturam, et nascuntur, non eliguntur, socii autem
117 » non nascuntur, sed fiunt, et plusquam fiant, eliguntur ».

Sunt quoque doctores, qui vim specialis renunciationis huius legis beneficio deducto ne egeat, socius habere sustinent, illam promissionem a socio factam, ut integrum debitum, siquod futurum sit, in fine societatis persolvat, et hi sunt
118 *Castagna de beneficio deducto ne egeat qu.* 13. *fallentia* 4. *n.* 1. *Guttier. de jurament. part.* 3. *cap.* 15. *n.* 38. *Fontanell. dec. cathalan.* 262. *n.* 15. *tom.* 1. *Scannarola de visit. carcerat. lib.* 3. § 7. *cap.* 5. *num.* 9. *Jov. de contract. min. glossa* 25. § 13. n. 701. Imo vero ut redundet socium promisisse solvere suum debitum, finita societate, in pecunia, seu in quantitate, sine aliqua juris, vel facti exceptio-
119 ne, sentiunt *Lopez. de donat. inter vir., et uxor. in cap. per vestras n.* 21. *Castagna de beneficio deducto ne egeat. loco prox. cit. Fallentia* 5. *per totam Scannarola de visit. carcerat. loco pariter cit. n.* 10. *Jov. de contr. min. loc. denique cit. n.* 701. Equidem vero in his doctorum subtilitatibus non subsisto, quia talis renunciatio, erit semper generalis, tacita, praesumpta, et per interpretationem inducta, non autem specialis, individua, atque identifica, veluti
120 requiri videtur per *Rot. dec.* 179. *n.* 25. *part.* 14. *rec.*, *et dec.* 556. *n.* 18. et 19. *tom.* 2. *cor. Molin.*

Usuvenit quandoque, ut quod socius, persona ipsius inspecta, consequi non potest, ex persona alterius sui conso-
121 cii, aliqua in re privilegiati, consequatur. *Nutto caus.* 1. *n.* 10. *et seq. tom.* 1., *et cons.* 592. n. 16. tom. 3. *Milazz. Assert. jur.* 20. *sect.* 4. *n.* 92. *et* 93. *Surd. cons.* 321. n. 82. *et* 84. *tom.* 3. *Chakier. de jurisdict. part.* 1. *qu.* 26. *n.* 1. *et* 5. *Petra ad constit. Apostolic. constit.* 4. *Innocentii IV. sect.* 2. *n.* 22. Hoc tamen intelligitur, si de re, seu materia individua individuoque facto agitur, secus in divi-
122 duis. *Surd. cons.* 301. *n.* 83. *tom.* 3. *Barbosa in repertor. pract. cancl. jur. canon. verbo societas vers. socius sub princ. Bartozzol. cons.* 149. *n.* 13. *de Nigris de laudem. quaest.* 41. n. 41. *Pacific. de Salvian. interdict. part.* 2. *cap.* 2. *n.* 282. *Surd. de alim. tit.* 8. *privil.* 76. *n.* 8., *et tit.* 9. *quaest.* 14. n. 4. *Fontanell. dec. cathalon.* 111. *n.* 18. *tom.* 1. *Felic. de societ. cap.* 12. n. 4. 5. 6. *et* 8. *Michalor. de fratrib. part.* 2. *cap.* 25. n. 13. *Card. de Luca de regal. disc.* 90. n. 10. Intelligitur pari modo conclusio principalis, in civilibus, non vero in criminalibus, si alia
123 sit praecipua unius et alia alterius socii defensio *Caball. resol. crimin. cas.* 75. *n.* 5. *ad* 9. *et fere per totam tom.* 1.

Sitque quoad principalem conclusionem exemplum, si duo sint socii, vel fratres in communione viventes, et eorum alter habeat privilegium immunitatis propter numerum duodecim filiorum, hoc ipse privilegium immunitatis communicat alteri fratri, vel socio tale privilegium immunitatis
124 non habenti, ut per *Notta cons.* 590. n. 19. *tom.* 3. *Felic. de societ. cap.* 12. *num.* 12. *Michalor. de fratrib. part.* 2. *cap.* 25. n. 11. *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *cent.* 4. *cas.* 379. n. 9. 10. *et* 11. Et suprascripta conclusio, quod socius praecipue omnium bonorum communicet alteri socio privilegium immunitatis ab oneribus etiam publicis, firmatur originali-
125 ter per *Glossam. in l. fin. verbo fratribus c. de muner., et honor. lib.* 10. *Jason in l. si emancipati n.* 9. *c. de collat. Alays de Lenia leg.* 1. *n.* 10. *c. de transact. Crott. cons.* 213. *n.* 8. *tom.* 2. *Marta de jurisdict. part.* 4. *cap.* 118. *n.* 4. *Marsil. in tract. de fidejuss. num.* 289. *Castagna deducta ne egeat. quaest.* 2. n. 29. *Grass. de effect. clericat. effect.* 3. *n.* 124. *Muta ad consuet. Panormitan. cap.* 46. *n.* 8. *Felic. de societ. cap.* 12. n. 16. *Michalor. de fratrib. part.* 2. *cap.* 3. n. 4. *et* 5. *rat. in dec.* 574. *n.* 11. *cor. Coccino.* Ergo socius omnium bonorum gaudet immunitate etiam a collectis ratione alterius socii immunis *Gregor. Nutta in tract. quod stantibus masculis part.* 3. *princip. n.* 76. 126
relat. post Minadoi de success. fil. pag. mihi 137. *tergo Cassan. ad consuet. Burgund rubr.* 1. § 4. *n.* 59. *pag. mihi* 145. *cum seq. Poppon Arrestor. lib.* 15. *tit.* 2. *de commun. et societ. n.* 19. *pag. mihi* 496. *Michalor. de fratrib. part.* 2. *cap.* 25. *n.* 18. *ad plur. seq.*

Verum quia hujusmodi a collectis immunitas, non est quid individuum, ut ratione rei, ac personae non possit secerni, receptum est, ut socius non privilegiatus pro sua portione collectas solvere teneatur *Jo. Jacob. Wisembach.* 127
in exercit. ad Pandectas lib. 50. *tit. de extraord. cognit. disput.* 42. *n.* 22. *Ageta de aerar. tit. de jur. Dohan. qu.* 9. *n.* 5. *ad seq.*, *et singillatim n.* 11. *t.* 1. *pag. mihi* 313. Imo vero habet fiscus privilegium de tota re communi gravandi unum socium, ab eoque solidum quoque exigendi, ex rationibus, quas allegat *Thomat. de collectis n.* 2. *et* 3. 128
pag. mihi 332. Et huic proximus est alter casus, in quo civis pascua civica uti volens gratis, vel modica soluta fida, suum socio extero, *non* communicat pascuorum privilegium, quia res individua *non* est, ita ut socius exterus plenam fidam pro suorum animalium socialium rata solvere teneatur 129
Capyc. latr. dec. 66. *in observat. n.* 5. *ad seq. lib.* 1. *Otter. de Pascuis. c.* 26. *per tot. Rota in dec.* 833. *n.* 20. *tom.* 3. *part.* 2. *cor. Molin.* de hac materia egi superius *cap.* 5. *n.* 63. *ad seq.* hujus tertiae partis.

Alia subnectitur quaestio: extat in territorio alicujus loci latifundium, quod ad plures pertinet dominos partim cives, et partim forenses, contraxerunt omnes super illo societatem, verum quia loci communitas a civibus simplum exigit pro collectis, duplum vero a forensibus; quaeritur an hujusmodi onera ex aequo debeant inter omnes socios in fine partiri? Negat Papinianus, quia illud duplum, quod solvitur a forensibus, nullum societati apportat commodum, imo solum incommodum apportaret; *non* aliud quippe aes alienum subit societas, *nisi* quod *in* communem arcam vertatur, ut *in l. jure societatis* 83. *ff. pro socio*, ibi » Jure 130
» societatis, per socium non obligatur, nisi in communem » arcam pecuniae versae sint » hoc autem limitandum videtur in societate universali, in qua meum a tuo non distinguitur *part.* 2. *cap.* 4. *n.* 100. et nomina tam activa, quam passiva communicantur omnia *ibid. n.* 96.

Caeterum redeundo ad priorem casum; si cives una simul, et forenses, quidquam, puta latifundium in aliquo territorio quaesierint, et pro indiviso possederint, forenses, qui duplum solvunt non communicant illud plus civibus, eosque ad simplum obligatos nequaquam onerant, tum quia vera societas non est, sed simplex communio, seu pro indiviso possessio, ut *part.* 1. *cap.* 7. tum fortius quis etiamsi 131
vera societas esset, nullum ex illo onere commodum sentiret societas, ut paulo ante; nisi tamen partes aliter initio convenerint.

Ad societatis commoda refertur etiam sententia pro uno socio lata super re sociali, ut illa alterum quoque socium in ea non comprehensum afficiat, sicque probat *Pacific. de* 132
Salvian. interdict. inspect. 4. *cap.* 1. *n.* 125. *Rot. in dec.* 132. n. 18. *part.* 2. *diversor.* dummodo eadem, et communis fuerit defensionis ratio; nam si fuerit diversa, secus dicendum erit *Rot. ibidem n.* 19. Idem quoque juris 133
est *in uno* socio immissionem, seu possessionem ad rem aliquam communem obtinente, nam et alter socius eadem immissione, seu possessione juvatur *Pacific. loco proxime* 134
cit. Posth. de manutent. observat. 73. n. 40. *Rot. in dec.* 50. *n.* 10. *cor. Ninotto.* et haec jura ad participem usque societatis extenduntur *Pacific. de Salvian. interdict. d. in-* 135
spect. 4. *cap.* 1. *num.* 126. verum de his alias egi superius *part.* 1. *cap.* 7. *n.* 130. *ad plur. seq.* Imo vero actus etiam unicus qui qui sit, dummodo legitimus per unum socium gestus, praeservat jus, et possessionem alterius *Ursell. con-* 136
clus. legal. tom. 1. *verbo actus n.* 59. *Rot. dec.* 713. n. 6. *part.* 1. *diversor.* Quamobrem, cum compatroni in jure praesentandi dicantur socii, ut superius *part.* 3. *cap.* 1. *n.* 137
12. *et* 13. ita per nominationem, seu praesentationem unius, aliis etiam non nominantibus, seu praesentantibus, jus nominandi integrum praeservatur *Ursell. conclus. legal. d. verbo actus* n. 59. *Rot. in d. dec.* 713. n. 6. *part.* 1. *divers.* 138
In superiore *cap.* 2. *n.* 99. *ad seq.* hujus tertiae partis;

illam tetigi quaestionem, an socius rem communem vendens,
139 aut locans, teneatur praeferre alterum socium in emptione,
aut conductione: eamdem hanc quaestionem hic repeto, ut
si quid commodi, qualitas socialis attribuat, cognoscatur.
Regula inprimis est, ut nemo cogatur rem suam, utenm-
140 que cum alio communem, alteri invitus vendere *l. in vendentis* 13. *c. de contrahen. empt.*, quia unusquisque rei
141 suae est moderator, et arbiter *l. in re mandata* 21. *c. mandati. vel contr.* Fisco dumtaxat excepto, qui ex suo, quod
in pluribus habet a jure, privilegio, potest consocium, seu
consortem, ad partem suam licet ampliorem sibi distrahen-
142 dum compellere *Felic. de societ. cap.* 28. *num.* 10. *et* 12.
Mans. consult. for. 363. *n.* 7. *et* 8. *tom.* 4. Verum si du-
rum est, ut quis cogatur rem suam vendere invitus, non
tamen aeque durum, ut socius, vel consors volens distrahe-
re, magis consocium, quam extraneum in emptione prae-
ferat, quia aliud est cogere, ut vendatur, et aliud, atque
aliud ut si res veneat, debeat socius praeferri, ut ait *Capyc.*
143 *latr. dec.* 168. *n.* 58. 59. *cum seq. lib.* 2.

Atque hinc est communi doctorum calculo receptum, ut
socio rem communem distrahere, aut locare volente, alte-
rum socium eodem pretio teneatur extraneis praeferre; hu-
144 jusque sententiae sunt. *Jo. de Platea in rubrica cod. de vendit. rer. fiscal. n.* 4. *lib.* 10. *Surd. cons.* 205. *n.* 3. *lib.* 2. *Ursill. ad Afflict. dec.* 238. *n.* 4. *Amat. resol.* 54. *n.* 9. *et* 11. *Gratian discept. for. cap.* 526. *n.* 3. *Ciroce discept. for.* 67. *n.* 3. *Clericat. discord.* 42. *n.* 7. *tom.* 2. *Amendola ad Frano. decis.* 160. *n.* 8. *Posth. de subast. inspect.* 36. *num.* 31. *de Nigris de laudem. quaest.* 28. *artic.* 3. *per tot. Olea de cess. jur. tit.* 3 *qu.* 2. *n.* 53. *et* 35. *Fontanell. de pact. nuptial. claus.* 4. *gloss.* 9. *part.* 2. *n.* 12. 15. 17. 81. 82. *et* 96. *Capyc. latr. dec.* 39. *in observat. n.* 1. *et per tot. lib.* 1. *et idem in dec.* 168. *num.* 6. 58. *et* 59. *lib.* 2. *Merlin. de pignor. lib.* 2. *qu.* 37. *num.* 7. 8. *et* 9. *Mans. consult. for.* 336. *num.* 21. *tom.* 4. *Jov. de contract. min. gloss.* 25. §. 13. *n.* 195. *ad* 198. *Constantin. vot.* 346. *n.* 7. *tom* 3. *Rot. dec.* 3. *n.* 33. *et* 34. *cor. Ubago* et hujus-
modi conclusio recepta habetur, non solum in venditione,
locatione, emphyteusi, fructibus, aliisque rebus socialibus
145 in commercio existentibus, ut promiscue allegati tradunt
doctores, sed etiam in re feudali, seu jurisdictionali, ut in
venditione feudi cum alio, communis praeferatur in primis
dominus, seu princeps, qui investivit, deinde vero consors,
146 seu consocius *Franc. Marc. dec. Delphin.* 369. *num* 5. *ad plur. seqq. tom.* 1.

Sed in contrarium urget principaliter textus *in l. dudum* 14. *c. de contrah. empt.* ibi » dudum proximis, consorti-
» busque concessum erat, ut extraneos ab emptione remove-
147 » rent, neque homines suo arbitratu vendenda distrahe-
» rent; sed quia gravis haec videtur injuria, quae inani
» honestatis colore velatur ut homines de rebus suis facere
» aliquid cogantur inviti, superiore lege cessata, unusquis-
» que suo arbitratu quaerere, vel probare possit empto-
» rem, nisi lex specialiter quasdam personas hoc facere
» prohibuerit » et in *l. falso* 3. *c. de commun. per alien.*
148 ibi » Falso sibi persuasum est communis praedii portionem
» pro indiviso, antequam communi dividundo judicium
» dictetur, tantum socio, non etiam extraneo posse distra-
149 » hi » addita *l. portionem* 4. *c. eod. tit.* atque his plaudunt
legibus *Cyn. et Bruneman. in d. l. dudum c. de contrah. empt. Gratian. dec. Marchiae* 169. *n.* 7. *ad* 11. *Jul. Clar. opera omnia* §. *Emphyteusis in addit. n.* 2. *Cirill. qu.* 50. *n.* 7. *Rot. in dec.* 2229. *n.* 2. 3. 16. *et* 17. *cor. Coccino, et in dec.* 1208. *a n.* 1. *usque ad* 10. *tom.* 5. *cor. Molines*,
150 ubi excipitur casus statuti, aut legitimae consuetudinis ali-
ter disponentis.

A jure quoque societatis proficiscitur commodum illud, ut
filia unius socii de communi dotetur, si tamen fuerit uni-
151 versalis societas, ut per *Donell. comment. jur. civ. lib.* 13. *cap.* 16. *lit. h. Rota in Bononien. transactionis. seu obligationis* 14. *maii* 1753. §. 10. *cor. bon. mem. Vicecomite*,
et dictum est alibi saepius, secus si, vel generalis, vel par-
152 ticularis fuerit eadem societas ex eodem *Donell. loco prox. cit.* nam hoc posteriore casu, nonnisi ex peculiari sociorum
pacto de communi, filia unius ex sociis dotari debet, ut in
l. si socius 82. *ff. pro socio*, quemadmodum demonstravi
153 superiore proximo, *cap.* 8. *n.* 111. *et* 112.

Pleraque superius indicata societatis commoda, quo tem-
pore utilia sunt uni socio, alteri sunt onerosa, seu incom-
moda, sed vicissim ferenda, quia legibus bonae societatis
uniformis, ut propterea non injuria fingatur, socios in his,
unam quodammodo esse, eamdemque personam, ex *Bald.* 154
in l. officium consulis n. 17. *ff. de offic. consul.* Ea tamen
communiter incommoda ferenda sunt, quae obveniunt se-
cundum naturam societatis *Alexand. cons.* 77. *n.* 11. *lib.* 155
2. pro rata tamen capitalis, et partis quam, seu quod quis-
que socius habet in societate. *Rot. dec.* 8. *n.* 7. *de societ.*
cor. Falconer. unde si ex pluribus sociis, unus solvendo 156
non sit, caeteri pro virili tenentur subire, atque supplere
solutionis incommodum, ad *textum in l. si unus* 67. *ff. pro* 157
socio Bald. ibid. n. 1. *Rot. post Posth. de subhast. decis.*
129. *n.* 23. Et consequenter seclusa alterutrius socii culpa,
nam si incommodum, vel damnum culpa unius socii obve-
nerit, aequum est, ut alter eo non gravetur, sed suum uni-
ce culpa teneat auctorem. *Decian. respons.* 97. *n.* 62. *t.* 2.
Cyriac. contr. for. 630. *n.* 2. *tom.* 4. *Hevia de commerc.* 158
terrestr. cap. 3. *num.* 18. *Ansald. de commerc. et mercat. disc.* 98. *n.* 25. Ut puta si socius gabellam pro communibus
mercibus fraudaverit, et illae in commissum inciderint, nam
iniquum est, ut alter socius innocens damnum aliquod sen-
tiat *Honded. cons* 96. *n.* 21. *et* 22. *t.* 2. *Ferret. de Gabell.* 159
part. 9. *n.* 34. *d'Argentrè ad consuet. Brittann. art.* 263.
num. 4. *pag. mihi* 778. quod si ex communi sociorum culpa
damnum in societate contigerit, commune dubio procul erit
illud culpae compensatione inducta *Decian. respons.* 97. *n.* 160
61. *tom.* 2.

In superiore *part.* 2. *cap.* 6. *n.* 34. *ad plur. seq.* nonnul-
la de damnis, vel ex intrinseca causa societatis. vel propter
societatem erumpentibus adnotavi; addo hic nunc vero,
quod Pomponius scribit in *l. socium* 61. §. *socius ff. pro* 161
socio ibi » si propter societatem, eum haeredem quis insti-
» tuere desiisset, aut legatum praetermisisset, aut patrimo-
» nium suum negligentius administrasset, nam nec compen-
» dium, quod propter societatem ei contigisset, veniret in
» medium, veluti si propter societatem haeres fuisset insti-
» tutus, aut quid ei donatum esset ». Hujus legis sensus 162
est; si ego tecum societatem non coiissem, haeres fuissem in-
stitutus, seu mihi legatum ab eo, qui vel tibi inimicus est, vel
quem ego socialibus occupationibus distentus colere, ejusque
mihi animum conciliare praetermisi, fuisset relictum: dam- 163
na haec aequo a me sunt animo ferenda, nec societati im-
putanda; sicuti vice mutua contigisset, si in me relata com-
pendia collata fuissent. Tum etiam quia ego socius, qui sui
ita damnum passus, imputare mihi debeo, si te socium, vel
malum, vel alteri inimicum elegi *Bald. in l. socius socio* 164
ff. pro socio. Tum quia si in administratione socialis occu-
patus colere non potui eum, qui me haeredem, seu legata-
rium scribere potuisset, hoc ratione officii initio per me vo-
luntarie suscepti, ad quod ex pacto tenebar, contigit;
quamvis haec ad lucri cessantis rationem sint magis referen-
da; haec ultima ratio alteri congruit d. textus parti; nam si 165
sociali administratione occupatus patrimonium meum negli-
gentius administravi, atque diminui, nulla est in culpa so-
cietas, quae a me ex pacto, uti dicebatur, voluntarie susce-
pto, administrari debuit; quare, quae in his circumstantiis 166
alteri sociorum veniunt commoda, vel incommoda, neque
addunt, neque detrahunt societati, sed sunt ejus propria,
ad quem veniunt, quia non haec, ei societas attulit, sed eum
privavit occasione vitandi mali, vel habendi boni occasionem
abstulit, ita praesubtiliter, ac vere *Connan. comment. jur.* 167
civ. lib. 7. *cap.* 13. *sub n.* 6. *Alderis. de symbolic. contract. tit.* 3. *cap.* 8. *n.* 11. *Felic. de societ. cap.* 27. *n.* 4.

Supra *part.* 2. *cap.* 1. *n.* 182. *ad seq.* vidimus socium,
qui incidit in excommunicationem ante initam societatem,
hac praecisa, seu resoluta, respuendum; sin autem post socie-
tatem contractam, et tunc solvatur quidem societas, si tamen
fieri commode poteat; sin minus socium excommunicatum
esse caute tolerandum, ut per alterum socium cum eo com-
municetur, quatenus fert agendorum negotiorum socialium 168
necessitas, in idque additur *Gloss. in cap. quisquis verbo*
vivit in fin. distinct. 41. Dubitatur hinc vero si talis socius
excommunicatus contulerit in societate operam, alter vero
pecuniam, cum per excommunicationem sit illi commercio
negotiorum gerendorum interdictum, ut per *Ferrar. bibliot.* 169
canon. verbo excommunicatio artic. 6. *n.* 8., *et ibid. in addit. n.* 6. utrum damna inde provenientia alter petat so-
cius, vel potius non invitus ferat? Si porro cum eo alter so-
cius societatem coivit, qui jam erat actu excommunicatus,
idque ille non ignoraverit, et hoc priore casu, nihil petit,
damnorum nomine, quia et ipse in culpa fuit, dum cum 170

excommunicato societatem sciens, prudens inivit; quod si
excommunicatio supervenerit, et hoc posteriore casu inesse
aliquod dubium potest, propterea nempe, quod cum ipse in
excommunicationem incidit, rei illicitae operam praecedenter dedit, videatur habere locum regula, ut factum cuique
171 suum, non alteri esse damnosum debeat. *l. factum* 198. *ff.*
de regul. jur.

Equidem nihilominus contrarium sentio, nam cum excommunicatus capite minutis, seu iis, qui medium sunt ca-
172 pitis diminutionem passi, aequiparetur, ut per *Ferror. bibl.*
canon. civil. verbo excommunicatio art. 6. *in addit. n.* 7.,
et iis, qui hanc mediam capitis diminutionem patiebantur,
aqua, et igni interdicebatur, et perinde in insulam deportati,
173 morte quodammodo multabantur, ut per *Vinn. in* §. 2. *sub*
n. 1. *instit. de capit. diminut.* atque in specie excommuni-
174 cati mortuo similis, docet *textus in cap. per venerabilem*
13. §. *fin. vers. ultimum, qui filii sint legitimi* ibi » Id est
» per excommunicationis sententiam, veluti mortuus » *ibiq.*
175 *abbas Panormitanus n.* 21. *Castracan. de societ. offic. cap.*
34. *n.* 2. inde fit, ut per mortem saltem civilem soluta ex-
176 titerit societas *l. societatem* 4. *ff. pro socio* quo in casu jus
quidem erit ei, qui cum excommunicato societatem coivit,
quasi haec perempta fuisset, capitalia sua repetendi, non
item damna postulandi, et siquae ex culpa, atque dolo praestanda sint damna, de iis intelligitur, quae ex antegesto
pendent, non ex iis, quae ex post gesto obveniunt, ut ait
177 *textus in leg. actione* 66. §. *morte ff. pro socio.*

Justinianus denique ait *in princ. instit. de noxal. action.*
ut sequitur ibi » Ex maleficiis servorum, veluti si furtum
» fecerint, aut damnum dederint, aut injuriam commise-
» rint, noxales actiones proditae sunt; quibus, domino da-
» mnato permittitur, aut litis aestimationem sufferre, aut
» ipsum hominem noxae dedere ». Hoc praemisso dubitare 178
contingit, utrum si famulus alterius ex sociis dederit damnum in rebus socialibus, ejus dominus teneatur pro eo?
Dionysius Gothofredus ita distinguit, aut famulus socii fuit
talis, de quo praesumebatur, quod damnum faceret, et tenetur, alias non tenetur, ita *Gothofred. in ejus prax. civil.* 179
lib. 1. *tit.* 6. §. *pro socio tom.* 1. *pag. mihi* 402 *col.* 2. qui
allegat textum *in l. videamus* 12. *ff. locati* cujus haec verba sunt, ibi » videamus, an et servorum culpam, et quos-
» cumque induxerit, praestare conductor debeat etc. mihi
» ita placet, ut culpam etiam eorum quos induxit praestet
suo nomine, et si nihil convenit, si tamen culpam in indu-
» cendis admisit, *qui tales habuerit*, vel suos hospites, et
» id Pomponius probat » uti *glosso verbo tales* ait ibi 180
= *qui rem deteriorem faciunt* = quasi diceret, ut ad rem
revertar; si dominus famuli sui indolem agnovit damno proclivem, tenetur societati sarcire damnum, secus e contra; 181
quia si cujusque societatis finis est quaestus *Leotard. de*
usur. quaest. 1. *n.* 22. sicuti non praesumitur socium, im- 182
pedimentum lucrifaciendi opponere, ita multo minus, damni
occasionem dare voluisse *Fontanell. dec. chatalon.* 504. *n.* 183
7. *tom.* 2

CAPUT X.

De iis, quae in societate conferuntur.

SUMMARIUM

1. Verbum conferre, complures habet sensus.
2. Apud canonistas verbum conferre significat concedere.
3. Apud jurisperitos significat modo transferre, modo paciscendo colloqui, et modo impendere n. 4. et 5.
6. In hac societatis materia, verbum conferre significat, in medium deducere n. 7.
8. Et in hac sensu conferri dicuntur res, bona, animalia, pecunia, opera, industria lucra, damna, ac similia.
9. Haec collationis materia spectatur hic in ordine ad societatem universalem, generalem, et particularem.
10. In societate universali omnes res quae coeuntium sunt statim communicantur.
11. Conferuntur etiam futura, puta haereditas, legatum, et quod donatum est, et n. 12. et 13.
14. Atque universa denique lucra, et impendia.
15. Societas haec universalis in ordine ad collationem quatuor modis spectatur, atque hi exponuntur, n. 16. 17. 18 et 19.
20. Conferuntur in hac societate omnia, quae utrinque actu possidentur, quaeque sunt in commercio hominum,
21. Dictio omnia est universalis omnia complectitur, et nihil excludit.
22. Inter socios universales nihil debet esse exceptum, nihil reservatum, sed omnia communia, meo, et tuo penitus sublato.
23. Et hujusmodi bonorum omnium reciproca communicatio fit statim quoad dominium, et proprietatem absque ulla etiam traditione, et n. 24. et 25.
26. Idque ex eo inductum est, ne dilata fastidiose, atque incommoda communicatio, seu traditio esset n. 27. 28. et 29.
30. Excipe nomina debitorum, in quibus necessaria est actualis actionum cessio, et affertur ratio n. 31. et 32.
33. Intellige ut quoad jus nominum transferatur dominium, non autem exercitium actionis sine cessione, et n. 34.
35. Et quod dicitur de nominum communicatione, intelligitur active, et passive, hoc est de creditis, atque debitis, et n. 36.
37. Spectatur secundo universalis societas in ordine ad bonorum futurorum communicationem, quae qua ratione acquirantur n. 38
39. Videlicet tam ratione unius socii, quam alterius, multo vero magis ratione utriusque
40. Nullo habito respectu ad meritum unius, vel alterius, ad acquisitionem factam nomine unius vel alterius, vel communi.
41. Amplia in re haereditaria, legata, aut donata, ut communicatio statim fiat etiam alteri.
42. Quid si sit uni socio quidquam ex testamento relictum, aut donatum, an ab eo possit repudiari?
43. Expenditur textus *in l. nemo* §. *illud quaeritur ff. pro socio*, quod socius si non acquirat, dolo non facit.
44. Sed contrarium verius est, et declaratur *d. l. nemo*, ac remissive.
45. Haereditas uni socio delata in commune redigitur
46. Delata haereditas intelligitur, quam quis potest adeundo consequi
47. Finis cujusque societatis est quaestus, quem respuere non debet socius, et remissive.
48. Socius tenetur de negligentia, sit in omittendo, in faciendo, multo magis in repudiando n. 49.
50. Quidquid socius facere potest pro societate qualitercumque sit magnum non erit unquam majus officio suo, itaut non beneficium, sed officium vocabitur n. 51.
52. Non est ratio quae suadeat, socium posse haereditatem repudiare in praejudicium societatis.
53. Societas universalis hoc pactum intrinsecus habet, ut socii, quoad se pertinet, lucrum facere debeant, quantum possunt maximum.
54. Socius hic itaque si possit non acquirere, leges ipsas societatis destrueret.
55. Socius, si lucrari omittit, cum potest, in dolo esse dicitur.
56. Declaratur *Faber* inquiens, societatem contrahentes intueri patrimonium, quod habent, non quod iis accedere potest.
57. Ut loquatur de beneficio personali *deducto ne egeat.*
58. Vel de creditoribus, quibus in non acquirendo, nulla fit fraus, aut injuria adhibitore.
59. Non autem loquitur de sociis universalibus, qui ad bona praesentia, et futura aequaliter respiciunt.
60. Textus de quo supra n. 43. loquitur de societate particulari, non autem de universali, de qua hic n. 62. 63. et 64.
61. Socius particularis, potest repudiare quidquid sibi offert fortuna quia illud aliis sociis non tenetur communicare.
65. Thesaurus inventus, ejus est, qui invenit.
66. Et si is qui invenit est socius universalis, illum societati communicet n. 67. 68. 69. 70.
71. Amplia in lapillis pretiosis, aliisque rebus, quae nullius sunt.
72. Sed quoad thesaurum hodie ex consuetudine ad fiscum pertinet, et remissive.
73. Amplia, ut etiam de jure ad fiscum spectet thesaurus, solidisque probatur principiis n. 74. et 75.
76. De thesauro inter socios partiendo, remissive.
77. Tertio spectatur haec universalis societas in ordine ad acquisitiones, proprio unius socii nomine factas, ut nihilominus communicentur societati n. 78
79. Ratio, quia unus socius ab altero mandatum habet, itaut acquisitio quaeris de mandato alterius facta praesumatur, et remissive, n. 80.
81. Unus socius si injuriam passus, quod ipsi ea de causa debetur, confert, et remissive n. 82
83. In contrarium stat lex, et doctores n. 84. et 85.
86. Prior tamen opinio est verior, et posterior declaratur n. 87.
88. Ratio collationis utilium, eadem ipsa est in damnis, dispendiis, atque incommodis.
89. Amplia in hac universali societate licet damna etc. extra sint causam ejusdem societatis
90. Rixa per unum socium facta pro rerum socialium defensione, quidquid poenae nomine debetur, societati imputatur.
91. Amplia in socio ex causa negotiationis peregrinante, ut si ab hostibus, pyratis, vel latronibus depraedetur, omne imputetur societati.
92. Relati casus communes sunt etiam societati generali, et particulari.
93. In hac societate omnia ei damna imputantur, quae accedunt ex casibus fortuitis non tamen culposis: secus si culpa unius socii intercesserit, et remissive n. 94.
95. Ergo si socius ex adulterio, item pro se curando a morbo gallico, impenderit, non imputat societati etiam universali n. 96.
97. Item socius turpiter, illicite, flagitioseque acquirens, nec taliter acquisitum confert nec damna ea de causa passa imputat societati
98. Item si socius quid fuit passus ex causa societatis, huic imputat, si vero ex causa sui ipsius, non imputat, et dantur exempla n. 99. 100. 101. et 102.
101. Puta si in judicio pulsatus non adfuit, secus si interfuit, licet judex injuriam contulerit n. 102.
103. Societati universali acquiritur, quod uni socio donatum, legatum, aut relictum est quaqua ratione, licita tamen, et honesta n. 104

105. Limite si ex causis prohibitis puta ex furto, maleficio, scelere, ac delicto n. 106. et 107.
108. Declara ut si ex hisce causis quaesitum, collatum sit, commune sit, quousque ex ile causa socius sit condemnatus.
109. Amplia ut si alter socius tahtee quaesitum sciens prudens admisit, poenam quoque solvere compellatur.
110. Jure tamen post fieri socius male quaesitum restituere statim debet, non expectata judicis condemnatione.
111. Amplia hoc in quaesito ex ludo illicito.
112. Ex generali enim societate, quidquid ex quaestu proficiscitur, confertur.
113. Haereditas ergo, legatum, donatum alicui socio, sicuti non ex quaestu, sed ex merito ipsius provenit, non confertur n. 114.
115. In hac generali societate quaestus tantum, non capitalia conferuntur, nisi pacto expresso fuerit conventum.
116. Quomodo cognoscatur, an quaestus causa sit aliquid quaesitum, vel non, traditur, et remissive n. 117. et 118.
119. Quando socius non quaestus causa apparenter acquirit, conferre cogitur, nam fraus semper excepta intelligitur, et datur ratio n. 120.
121. Conferuntur quoque debita contracta ex causa societatis et n. 122.
123. Amplia siquid socius ex ead. societatis causa impendit de proprio.
124. Amplia in sumptibus factis occasione eundi ad nundinas ex eadem causa societatis.
125. Puta ex causa meritoriorum, stabulorum, jumentorum, cassalorum, et vectacorum etc.
126. Debita ergo, vel sumptus facti extra causam ejusdem societatis, non imputantur.
127. Damna socio obvenientia ex causa societatis imputantur societati, secus si propter societatem, et dantur exempla n. 128. et 129.
130. Amplia ut imputetur, quod medico solutum est pro curatione socii.
131. Declara, ea damna, et sumptus imputari, quae ex causa socii, non si occasione socii proveniunt.
132. Puta siquis socius non fuit haeres institutus propter suum socium, non imputat damnum.
133. Refertur Coun... hanc materiam late illustrans n. 134. 153. 156. et 137.
138. Quoad caetera, quae collationem in societate generali faciendam respiciant, remissive.
139. Unus socius adiens nundinas invitis aliis, quodcumque lucrum facit, sive damnum, sibi, non societati facit.
140. Societas particularis, est paulo restrictior altera generali.
141. De lucrorum, et damnorum collatione in hac societate particulari remissive
142. Si unus socius conferat centum, alter quinquaginta, unusquisque pro rata sua participat.
143. Sed an qui contulit 100. possit agere ad id quod sua interest, adversus alterum, qui contulit 50. hoc est dimidium ejus, quod promiserat?
144. Distingue, aut clare constat, alterum socium promisisse integra 100. et agere potest, aut liquido non constat, et non potest.
145. In posteriore tamen casu, quo liquido non constat, poterit agere ad id quod interest, si eum in mora constituerit.
146. In priore autem casu, potest, licet in mora socium non constituerit.
147. Quid juris autem, si unus suam posuit operam, alter esse dimidium rei, aut pecuniae promissae?
148. Distingue ut paulo ante; aut liquido constet de certa quantitate rei, aut pecuniae, et agitur ad id quod interest sine interpellatione, secus e contra n. 149
149. Ubi militat eadem ratio, eadem militare debet juris dispositio.
150. Si uterque socius aequalem pecuniae quantitatem promisit, et pecunia unius periit, cujus periculo periisse dici debet?
151. Distingue, aut pecunia periit ante illius collationem, et domino periit, aut post collationem, et tunc periit societati n. 152.
153. Destinatio pecuniae conferendae non facit societatem, sed effectiva collatio
154. Lucrum, et damnum quod ex hac particulari societate proficiscitur, confertur, secus si extra causam ejusdem societatis.
155. Ad sciendum, an lucrum, et damnum proveniat ex d. societate, ut inde collatio fiat, remissive.
156. Quod si res acquisita proveniat aliunde, ejus erit, qui eam acquisivit.
157. Amplia licet cum credito sociali, aliquid pro se, et haeredibus in solutum receperit.
158. Amplia ut hic socius pro se acquirens cum pecunia sociali non teneatur ad usuras, nisi constet, societatem fuisse ex de causa aliquod damnum passam.
159. Si unus socius pro habendo illo tali affectu, aliquid donavit, puta centum, utrum societati imputet? affirmat *Ansaldu*.
160. Auctor distinguit Aut reliqui socii consenserunt, et non dubitatur de imputatione.
161. Aut ignorarunt, et tunc imputatur solum, si negotium bene cessit; secus etc.
162. Amplia si alii socii resciverint, et instrumentum affictas stipulaverint, nam inducitur rat fictio.
163. Quod si spes magni lucri probabilis abfuerit, donatum imputatur, si res bene cesserit, secus si male.
164. Nemo locupletari debet cum aliena jactura.
165. De sumptibus factis in gratiam, et honorem mercatorum imputandis, remissive.
166. Et de sumptibus pariter factis ab uno socio ad invisenda loca sancta, et in eleemosinas, remissive.

Quaedam sunt verba in jure nostro, quae diversum, ex
circumstantiis habent sensum, expedit, quando licet, ea
cognoscere, ne ulla quis aequivocatione capiatur. Conferri
plura dicuntur in societate; quid ergo *conferre* significat,
1 in primis videndum, sensus quidem plures habet hoc ver-
bum conferre; apud Pontificios doctores, concedere id intel-
2 ligitur, quod confertur, ut Bonifacius VIII. *in cap. suscep-*
ptum 6. *de rescript. in* 6. ibi = *Ipsum alteri conferas*, *et*
assignes = Multifariam vero juris civilis conditores, hoc
verbum conferre accipiunt; Paulus pro transferre, ut in *l.*
3 *confessionibus* 14. *ff. de interrogat. act.* ibi = *In nosmeti-*
psos confessione nostra conferemus = Imperatores vero Leo,
et Anthemius pro paciscendo colloqui in *leg. dies festo c. de*
4 *feriis* ibi = *Pacto conferant*, *transactiones loquantur* =
Venulejus autem pro impendere in *l. si vir.* 6. *ff. ad leg.*
5 *falcid.* ibi = *Sed deducto eo, quod quasi dotis nomine,*
quam lucrifecit, *conferre debuit* =.
Nihil horum nostrae congruit materiae, cui proximior
nullus, quam Accursius, *Glossae* nomine vulgo distinctus,
qui conferre vocabulum, id quod in medium deducitur, si-
gnificare indigitat *in l. filiae* 12. *verbo non possint c. de*
6 *collat.* ibi = *Et quod dicitur*, *conferri. idest in medium*
deduci = plauditque latius, clariusque *Cujacius ad tit.* 6.
lib. 37. *ff. de collat. Bonor. tom.* 8. *col.* 80. *lit. B.* ibi » At.
» quid est conferre, quid collatio? Conferre accipitur duo-
» bus modis, in hoc titulo, uno modo est in commune re-
» digere, et communicare, et in medium ita conferre, ut
7 » sit commune, altero modo est totum dare, et in alium to-
» tum transferre, ex eo nihil retinere » Et juxta priorem
hunc Cujacii modum conferri intelliguntur in societate, res,
bona, animalia, pecunia, opera, industria, lucra, sumptus,
damna, ac similia, atque in subjecta societatis materie post
8 *textum in l.* 1. *c. pro socio* concordant *Bald. in eodem l.*
1. *n.* 12. *c. pro socio. Berens. Amburg. dissert. academic.*
mic. lib. 3. *disput.* 12. *q.* 1. in *notis*. *Costa de ratione ra-*
tae quaest. 41. *n.* 5. *et* 6. *Fachin. contr. jur lib.* 2. *cap.* 95.
Complura asperius sparsim ad hanc socialis collationis
materiam, dixi, ne inutilis vero hic videatur titulus, aut
pene superfluus, principales societates, universalem, gene-
9 ralem, et particularem, separatim perpendam, et quid cui-
que illarum congruit, exponam. Et quoad societatem uni-
versalem, leges de ea loquentes, hae sunt *l.* 1. *ff. pro socio*
ibi » In societate omnium bonorum, omnes res, quae coe- 10
» untium sunt, continuo communicantur » et in *l. ea vero*
3. *ff. eod. tit.* ibi » Cum specialiter omnium bonorum socie-
» tas coita est, tunc, et haereditas, et legatum, et quod do-
» natum est, aut qua qua ratione acquisitum communioni
» acquiretur » et in *l. si fratres* 53. §. *fin. ff. eod. tit.* ibi 11
» Socium universa in societatem conferre debere, Neratius
» ait, si omnium bonorum socius sit » Atque demum in 12
leg. si societatem 74. *ff. eod. tit.* ibi » si societatem univer-
» sarum fortunarum, ideat, earum quoque rerum, quae po-
» stea cuique acquiruntur, haereditatem cuivis eorum de-
» latam in commune redigendam. Item Maximino respon- 13
» dit, si societatem universarum fortunarum, ita coierit, ut
» quidquid erogaretur, vel quaereretur, communis lucri, at-
» que impendii esset, ea quoque, quae in honorem alterius 14
» liberorum erogata sunt, utrisque imputanda.
Societas haec vero universalis, quoad praesens collationis 15
punctum, quadrifariam spectanda est, in ordine primum
ad res, et bona, quae initio in societatem capitalia nomine, 16
conferuntur, secundum ad illa bona, quae in progressu
negotii socialis usque ad finem societatis utrinque acquirun-
tur; tertium ad illa bona, quae ab eorumdem sociorum al- 17
tero comparantur dumtaxat; et quartum denique ad illa 18
damna, atque impendia, quae vicissim ab alterutro conjun-
ctim, vel separatim fieri, contingunt. 19
Et quoad primum: ait textus *d. leg.* 1. recitatus = *In so-*
cietate omnium bonorum, *omnes res*, *quae coeuntium sunt*,
continuo communicantur = In societate hac igitur res omnes
communicantur initio, hoc est, quae utrinque possidentur,
et in libero sunt hominum commercio, nam ideo dicitur 20
omnium bonorum, quia omnia complectitur, quae excogi-
tari etiam possunt, atque illorum nihil excluditur, veluti
perpensa vota universalitatis *omnium*, solide probat *Faber.* 21
in leg. ea vero §. *cum specialiter ff. pro socio*. Ita quidem,
ut nihil, nedum inter hujusmodi socios universales exce-
ptum, nihil reservatum habeatur, sed caeterus etiam vice
mutua collatum omne, atque communicatum intelligitur,
ut meum, et tuum inter ipsos sublatum penitus dicatur,
quemadmodum adnotavi superius *part.* 1. *cap.* 4. *n.* 100. 22
Cujusmodi vero reciproca bonorum communicatio, hac
inita universali societate, continuo fit, quoad ipsum quoque
rerum, seu bonorum omnium, dominium, et proprietatem,

ita quidem ot oterque socius universalis sit, tam suorum,
23 quam alterius socii bonorom, pro communi, et pro indiviso
condominus, idque continuo, ut disi, fit, hoc est, statim,
ipso per se ministerio juris operante, et sine ullo facto eorumdem sociorum, qui ad hoc reali traditione nulla indigent,
24 licet in aliis contractibus necessaria, ut in *leg. quia* 2. *ff.*
pro socio. ibi » Quia licet specialiter traditio non interve-
25 » niat, tacita tamen creditur intervenire ». Hanc forte legalem tacitam traditionem praescribit textus, ut momento temporis contracta societas expedite habeatur, atque incommoda, seu fastidiosa rerum, bonorumque, aut numero plurium, aut specie diversorum, aut loco dissitorum, vitetur
26 traditio, veloti observat *Connan. commeet. jur. civ. lib.* 7.
cap. 13. *sub* n. 8. ibi » At societatis bonorum omnium, ea
» vis est, ut sine traditione communio perficiatur, et statim
» uterque nostrum queat se asserere dominum dimidiae
27 » partis bonorum socii: neque tamen dicendum est, nuda
» conventione transferri dominium, nam synallagma in-
28 » torveuit, non vere, sed ficte; cur haec fictio admittatur
» in causa, est difficultas traditionis, quae omnium bono-
» rum vix, ac ne vix quidem fieri potest; sunt enim jura,
» sunt actiones, et nomina debitorum, sunt res immobiles,
29 » eaeque diversarum regionum plerumque, in quibus nulla
» commode potest intervenire traditio ».

Quoad collationem initio bonorum, in hac excipit univer-
30 sali societate Paulus, nomina debitorum, ut in his necessaria sit actualis actionum cessio, in *leg. ea vero* 3. *ff. pro*
socio, ibi: » Ea vero, quae in nominibus erunt, maneut in
31 » suo statu, sed actionem invicem praestare debent ». Dat rationem *Faber. ibidem*, quia videlicet actiones, et obligationes, in corporalia sunt, neque propterea tangi, minusque tradi possunt, eaque de causa, cessione indigent; sed hic
32 Pauli locus intelligi debet, non ut, quoad juris dispositionem pertinet, alter socios universalis, alterius nomina debitorum, seu jus ad illa, uti communicata non habeat, seu non acquirat, sed ut illa experiri ipse non valeat adversus debitorem, qui sine cessione, aut delegatione, injoria ab alio, quam a suo creditore, conveniri in judicio potest,
33 prout eleganter *Connon. comment. jur. civ. lib.* 7. *cap.* 13.
sub n. 8. ibi » Quoad socios attinet, facta communicatio est
» nominum quoque, et actionum, sed quoad debitores.
» nihil mutatum est de statu, et conditione obligationum.
» nedum mutarunt creditorem, nec ab alio, quam a suo
» creditore conveniri possunt, donec alteri, ab altero cessae
» sint actiones, quibus contra socii debitoris judicio expe-
34 » riatur, mos enim judiciorum, et agendi jus ita se habet »
Et cum praeterea dicitur, nomina etiam communicari, de iis, ante coitam universalem societatem, ab utroque universali socio, tam active, quam passive contractis, quae credita, et debita dicuntur, intelligitur, quemadmodum ob-
35 servat *Cujac. ad lib.* 8. *cod. tit.* 35. *ad leg.* 1. *de except.*
tom. 9. *col.* 1241. *lit. D.* Adeo sane, quod debita, et respective credita unius socii universalis efficiantur alteri communia, perinde quasi ab utroque contracta simul fuissent.
36 ut superius *dict. part.* 2. *cap.* 4. *n.* 96. *et* 97.

Spectatur secundo haec bonorum omnium collatio, seu communicatio inter socios universales, in ordine ad illa bona, et jura, quae in progressu negotii socialis, usque ad finem societatis utrinque acquiruntur, quae futurorum bono-
37 rum, et jurium nomine recte continentur, ut in *d. part.*
2. *cap.* 4. *n.* 78. 79. *et* 84. de his bonis postea quaesitis in hac societate universali conferendis loquuntur *l.* 3. *et l.* 53.
§. fin. ff. pro socio, atque apertius *leg. si societatem* 74. *ff.*
eod. tit. quam placet repetere, ibi » Si societatem universa-
» rum fortunarum, idest earum quoque rerum, quae postea
» cuique acquiruntur, haereditatem cuivis eorum delatam
» in commune redigendam. Haereditas ergo (subdit Pau-
» lus), et legatum, et quod donatum est, aut quaqua ra-
38 » tione acquisitum, communioni acquiretur » in *l. ea vero*
3. *ff. pro socio.* Quaqua ratione acquisitum, ait generaliter textus, videlicet, tam ratione unius socii, quam alterius multo vero magis si ratio utriusque socii acquisivit quid fue-
39 rit; neque propterea meritum unius, vel alterius socii in his spectatur, sit acquisitio indistincte facta, vel per actum inter vivos, vel etiam ultimae voluntatis, vel communi, et
40 sociali, vel proprio etiam unius socii nomine; et quamvis legatum, donatum, aut quocumque alio titulo uni socio universali relictum, acceptari ab ipso, cui relictum est, debeat, nihilominus, et alteri socio facta statim communicatione, ea
41 prodest, ut promiscue observant *Connan. comment. jur.*
civ. lib. 7 *cap.* 13. *sub* n. 8. *Alexand cons* 48 *n.* 1. *et*
2. *lib.* 2. *Ciarlin. contr. jur. cap.* 16. *num.* 32. *Rota dec.*
86. n. 5. *cor. Ubngo, et dec.* 783. *n.* 7. *tom.* 3. *cor. Lancetta, et in Romana cambii se* 100. 19. *jan.* 1753. §. 5.
cor. cl. mem. Card. Bussio, atque latius in superiore *part.*
2. *cap.* 4.

Elegantissima quaestio; an uni sociorum universalium ex haereditate relictum, legatum, aut donatum, ab eo possit,
altero socio invito repudiari? Est textus in *leg. nemo* 69. §. 42
illud quaeritur ff. pro socio; ubi quod socius personale privilegium habens, ne in plus conveniatur, quam facere possit, si omittat occasionem acquirendi, acquirere cum posset, quod non dolo facit, quominus facere possit, ita ut non per hoc, d. legis beneficio privetur, quemadmodum in pro-
ximo superiore *cap.* 9. *n.* 87. *et* 88. adnotavi. Utrum vero 43
dispositio dict. textus *in leg.* 69. *ff. pro socio.* Valeat praesenti quaestioni accommodari, pluribus rationibus negavi
superius *part.* 1. *cap* 4. *n.* 42. *ad seq.* et quae ibi ad rem 44
dixi, ita confirmo. Textus enim proxime recitatus in *d. leg.*
74. *ff. pro socio*, ait = *Haereditatem cuivis eorum delatam*
in commune redigendam = Delata autem haereditas intelli- 45
gitur, quam quis possit adeundo consequi, sunt verba textus
in *leg. delata* 151. *ff. de verb. signific.* Nonne itaque finis 46
cujusque societatis unicus, quaestus est a sociis praevolitus,
et a lege ipsa praescriptus? ita sane in superiore *part.* 2. 47
cap. 9. n. 1. demonstravi.

Quamobrem, si negligentia ipsa quoque sua socius ple- 48
ctitur, *leg. et ideo* 26. *ff. pro socio*, et hoc in omittendo; in facendo, seu repudiando, multo magis, unde *Connanus*
haec eleganter habet in suis *comment. jur. civ. lib.* 7. *cap.* 49
13. *sub n.* 10. *vers. quidquid* enim ibi » Quidquid enim
» potest in causa societatis facere socius, id debet facere,
» quod quantocumque magnum sit, non potest esse majus
» officio debito, quo defungi videtur, non novo beneficio
» societatem augere » atque iterum, *n.* 11. *vers. quidquid* 50
ibi » Quidquid enim bene fit (per socium) debetur, nec in
» beneficii loco ponitur, sed in officii, et debiti ». Vis pro- 51
pterea, quae suadeat assignari potest ratio, quaeque impune posse unum socium compendium aliquod sibi a fortuna oblatum in damnum, et societatis, et sociorum respuere,
doceat; nam eo socii animo hanc universalem societatem co- 52
ierunt, ut quoad se pertinet, quantum possent maximum lucrum, facerent; intrinsecus ergo habet hoc societas universalis pactum, vice mutuo volitum, et a lege ipsa indu-
ctum; absit propterea, ut sociorum alter valeat, non sibi 53
tantum, repudiando, sed consocio etiam irrogare praejudicium; unde liquido patet, hunc talem socium, si posset non acquirere, leges ipsas societatis ad lucrum directas destrue-
re, quod utique non ferendum, *Felic. de societ. cap.* 14. 54
n. 19. *et cap.* 20. *n.* 17. *Voet in Pandect. lib.* 17. *tit.* 2.
n. 12. in *princ. pro socio.* Et quod socius in dolo censeatur,
qui lucrari omittit, tradit idem *Felic. de societat. cap.* 21. 55
sub n. 19.

Neque *Fabro* hac in re assentior, ajenti in *d. leg. nemo*
§. *illud quaeritur ff. pro socio*, ut sequitur, ibi » Qui enim
» contrahunt societatem intueri videntur invicem patrimo-
» nium, quod habent eo tempore, non quod iis singulis 56
» accedere potest ». Si ratio haec porro vim habere aliquam posset, deberet intelligi quoad personale competentiae be-
neficium de quo ibi Faber taxative loquitur; seu verius in- 57
telligi deberet, quod socii creditores, qui eorum debitorem acquirere nolentem, ejusque patrimonium non diminuere
limitate obligatum, cogere non valent, juxta terminos, *leg.* 58
qui autem 6. *ff. quae in fraud. credit.* Non autem quoad subjectam quaestionem, in qua de natura, et indole societatis universalis est, ut non praesentia dumtaxat, sed futura etiam bona conferantur, et ad haec perinde socii universa-
les respectum habere necessario debuerint, ut supra *part.* 59
2. *cap.* 4. *n.* 78.

Addo *Felic. de societ. cap.* 31. n. 40. qui substinet suprascriptum textum in *leg. nemo* 69. §. *illud pro socio.* Non
loqui de socio, seu de societate, universali, de qua hic stri- 60
cte agitur, bene vero de societate particulari: quo in casu totum rueret contrariae opinionis fundamentum, nam socius particularis omne sibi a fortuna oblatum, alteri socio non communicat, ita ut sibi integrum sit illud, sine ullo
consocii praejudicio, repudiare, quemadmodum adnotavi in 61
superiore *part.* 1. *c.* 4. *n.* 55. Et quod *in d.* § *illud quaeritur d. l.* 69. *ff. pro socio.* Sermo sit de particulari societate, litera ipsius suadere videtur, ait enim. » Illud quae-

» ritor, utrum is demom facere videatur, quominus face-
» re possit, qui erogat bona sua in fraodem futurae actio-
» nis, an quod occasione acquirendi non utitur? Sed verius
» est, de eo sentire proconsulem, qui erogat bona sua ».
61 Bis in hoc §. *illud* dicitur, *qui erogat bona suo*; foret plane
improprie dictum *bona sua*, socii videlicet erogantis, aut
dissipantis, si universalis socius esset, nam nihil explora-
tius, quam quod inter socios universales illud *meum*, *ut*
tuum sublatum est, et unum, seu commune duorum, vel
63 plurium sociorum est patrimonium effectum, *ut in cap.* 4.
part. 2. *n.* 100. atque in identifica, subjectaque quaestione,
64 *Felic. de societ. d. cap.* 31. *n.* 40.

Ad hoc etiam pertinet illa quaestio; si sociorum univer-
salium unus invenerit thesaurum, an illum conferre in so-
cietate teneatur? Principio, de jure non dubium, quin in-
65 ventus thesaurus non fiat inventoris, ad textum in *l. nun-*
quam 31. *ff. de acquir. rer. domin.* ibi = *Sic enim fit (the-*
saurus) ejus, qui invenit = late *Menoch. de praesumpt. lib.*
5. *praesumpt.* 30. *n.* 5. *ad seq.* Thesaurum ergo a fortuna
oblatum, et ab uno sociorum inventum, debere societati
66 conferri, adnotavit *Connan. comment. jur. civ. lib.* 7. *cap.*
13. *sub n.* 6. *vers. quid ergo*, ibi » Quid ergo, si thesau-
» rum alter invenerit, an conferre debebit? Nihil enim est
» magis fortuitum, aut praeter spem; nihil quod magis sit
67 » in lucris adnumerandum. Existimo tamen, eum quem
» quis in suo invenerit, non esse contribuendum, quia pe-
» riude est fere, ac si rem suam perditam, aut ignorans ubi
68 » esset, postea reperiisset, sin autem in alieno offenderit,
» aut occultum, aut relictum, et amissum ab aliquo, de-
» beri societati, intervenit enim aliqua in eo sua opera, id
» ut speciem quaestus habere videatur; lucri quidem et
69 » compendii certe habet; ideoque lucrorum, et compendio-
» rum socio conferendum est ». Jam quisque videt, Con-
nanum de particolari socio loqui, cum distinguendo dixit
= *existimo tamen, eum quem quis in suo invenerit* = si-
militer = *ut speciem quaestus habere videatur* = nam illud
meum, et tuum in sociis universalibus evanescit, ut hic in
superiore *num.* 22., et quaestus species ad generalem, seu
70 particularem societatem singillatim pertinet. Et de lapillis
pretiosis aliisque rebus, quae nullius sunt, casu repertis.
71 conferendis tradit *Petr. de Ubald. de duob. fratrib. part.*
5. *n.* 9. Sed quoad thesaurum hodie ex universali consue-
72 tudine, ad fiscum, illum pertinere, demonstratum est supra
part. 2. *cap.* 4. *n.* 133.

Atque hoc etiam ita probatur assumptum; ex universali
non solum consuetudine, sed ex eadem quoque intima juris
dispositione. Thesaurum eo quis animo recondit, non ut
ipsum pro derelicto habeat, sed imo, ut in tuto magis col-
73 locet; non ergo occupationis jure nobis acquirere id possu-
mus quod nullius non sit; sicuti propterea dominus thesau-
74 ri ignoratur, ita quoque ignoratur haeres; haerede autem
non existente, patrimonium vacans fiscus vindicat, tamquam
haeres anomalus ultimo loco a jure vocatus *l.* 1. §. *divus*
75 *Pius ff. de jure fisci, et leg.* 1. 4. *et* 5. *c. de bonis vacan.*
lib. 10. ad hanc vero thesauri materiam praesentis etiam
quaestionis terminos tangentem, erudite plura congerit
76 *Vinn. ad* §. *thesauros* 39. *n.* 6. 8., *et per tot. instit. de*
rer. divis. et acquir. ipsar. domin.

Tertio haec spectatur universalis societas in ordine ad
acquisitiones ab uno, vel altero socio divisim, et respective
77 suo cujusque nomine factas, ut eadem conferri nihilominus
debeant acquisitiones, ad textum *in leg. si quis societatem*
75. *ff. pro socio*, ibi » Siquis societatem contraxerit, quod
» emit ipsius fit, non commune, sed societatis judicio, cogi-
» tur rem communicare » et hunc textum loqui de societate
universali advertit *Faber. in sad. l. si quis societatem ff.*
pro socio; ipsius fit, non commune ait *textus*, hoc est ipso
jure et non quemadmodum fiunt res initio in societatem
78 collatae, nam cogitur rem communicare, concludit *textus*
actione videlicet pro socio, ut rejecto *Felic. de societ.*. ex-
plicat *Rota in dec.* 51. *n.* 16. *et seq. coram Arguell.* re-
petita *in rec. part.* 10. *decis.* 129. *n.* 10. *et seq.* Eaque hu-
jus conclusionis ratio est, quia sociorum praecipue univer-
salium quisque habet de jure mandatum ab altero socio
acquirendi, ita ut acquisitionis actus tamquam per se utilis,
quamtumvis unius socii nomine gestus dumtaxat, de alte-
79 rius socii mandato gestus praesumatur *Surd. cons.* 43. *n.*
9. *vol.* 1. *Decian. resp.* 85. *n.* 5. *in fin. et n.* 14. *vol.* 2.
Gratian. discept. for. cap. 547. *n.* 13. *Ciarlin. controv.*
for. cap. 16. *n.* 32. De hac re autem, aliisque pluribus ci-

dem proximis, latius egi superius *part.* 2. *cap.* 4. *n.* 139. 80
ad sequen.

Quid praeterea si sociorum unus injuriam sit passus,
utrum, si quid ea sibi de causa debetur, aut poenae, aut
damnorum nomine, conferre id totum in societatem teneа-
tur? Papinianus affirmat in *leg. si fratres* 53. §. *socium ff.*
pro socio, ibi » Socium universa in societatem conferre de- 81
» bere Neratius ait, si omnium bonorum socius sit, et ideo,
» sive ob injuriam sibi factam, vel ex lege aquilia, sive
» ipsius, sive filii corpori, nocitum sit, conferre debere
» respondit » concordant alia jura allegata in superiore
part. 2. *cap* 4. *n.* 137. *et* 138. In contrarium tamen facere 82
videtur alter textus *in leg. cum emancipati* 2. §. *emancipa-*
tus ff. de collat. bonor. ibi » Emancipatus filius, si inju- 83
» riarum habeat actionem, nihil conferre debet, magis
» enim vindictae, quam pecuniae habet persecutionem » et 84
huic famulantur textui, quoad identificam societatis quae-
stionem *Giovagnon. respons.* 95. *n.* 4. *lib.* 1. *Havia de* 85
commerc. terrestr. lib. 1. *cap.* 3. *n.* 23. *in fin.* Superior
tamen conclusio verior est, nam ibi de societate universali
vere agitur *Faber. in d. leg. si fratres* §. *socium ff. pro* 86
socio; et sic de collatione debita ex contractu sociali; hic au-
tem de collatione bonorum, et jurium facienda agitur, ex
lege per filios emancipatos, et non emancipatos patri, vel
avo succedere volentes, qui vel socii non sunt. vel impro-
prie sunt, tamquam fortuito concursu ad avitam, seu pa-
ternam haereditatem vocati, ut superius in *part.* 1. *cap* 7. 87
n. 3. *et* 4.

Qua in parte demum conferuntur utilia in societate uni-
versali, eadem prorsus, et damna, dispendia. aliaque in-
commoda conferri debent, ut in superiore *part.* 2. *cap.* 4.
n. 160. Dummodo haec tamen damna, atque dispendia ex
causa societatis contingant, secus si extra societatis causam; 88
verum quia hoc non est indistincte, ac perpetuo verum, nam
dubitum extra quoque societatis causam contractum in hac 89
universali societate confertur, ut in eadem *part.* 2. *cap.* 4.
n. 161. ita conclusio in contrarium vigens sequentibus de-
claratur exemplis; ut puta si quae rixa contigerit, vulnus
intervenerit, poenaque socio indicta fuerit, et omnia haec
secuta fuisse constiterit, propter societatis defensionem, seu
propter tuitionem bonorum socialium, nam aequum est,
omnes ad hoc socios debere aequis portionibus contribuere
Costa de ratione ratae qu. 154. *n.* 7. Idem juris est in eo, 90
qui ex causa societatis peregrinatus fuit, et ab hostibus, seu
pyratis captus, seu a latronibus spoliatus, nam quidquid
pro redemptione, curatione, et hujusmodi impensum est,
societati imputatur *leg. cum duobus* 52. §. *damna*, *ff. pro* 91
socio, *Imola in cap. eum pro causa num.* 4. *de procurat.*
Alexand. cons. 99. *n.* 7. *lib.* 2. *Costa de ratione ratae qu.*
154. *n.* 7. *Sebast. Medic. de casib. fortuit. part.* 2. *qu.*
10. *n.* 7. *et* 8. *Felic. de societ. cap.* 27. *n.* 13. *Petr. de*
Ubald. de duob. fratrib. part. 8. *n.* 8. *Leotard. de usur.*
qu. 31. *n.* 43. Verius tamen dixerim allata haec exempla
societatem magis generalem, aut particularem concernere,
quam aliam, de qua nunc agitur, universalem, in qua prae-
missa debere conferri, nulla potest dubitatio inesse. 92

Congruentius itaque dico, conferri in societate universa-
li debere omnia damna ex casibus fortuitis non culpabilibus
provenientia, ut per *Alderis. de symbolic. contract. tit.* 3. 93
cap. 8. *n.* 15. Secus vero, si ex inexcusabili unius socii cul-
pa vel dolo, similia damna, seu dispendia contigerint, ut in
d. part. 2. *cap.* 4. *n.* 169. Hinc Pomponius recte in *leg.* 94
adeo 60. *in fin. ff. pro socio*, ibi » Quod in alea, vel adul-
» terio perdiderit socius, ex medio non est laturus; siquid
» vero dolo nostro socius damni cepit, a nobis repetet » pu-
ta si se sociorum unus curandi causa propter morbum galli- 95
cum quidquam impenderit *Felic. de societ. cap.* 26. *n.* 6. 96
idque correspectivitatis ipsa suadet ratio; nam si, veluti in-
fra proxime, socius unus turpiter, illicite, flagitioseque ac-
quirens, taliter quaesitum conferre non cogitur, ita siquae
damna, aut impendia, culpa sua, dolove societati intulerit,
illorum ipse pondus sentiat solus oportet, optime *Faber. in* 97
leg. adeo §. *fin. ff. pro socio.*

Eademque ratione, si ex causa societatis omnium bono-
rum, socius quid mali sensit, societati imputat, si vero ra-
tione sui ipsius, non imputat, prout late Papinianus *in leg.* 98
si fratres 53. § *ff. pro socio*, ibi » Socium universa in so-
» cietatem conferre debere, Neratius ait, si omnium bono-
» rum socius sit, et ideo, sive ob injuriam sibi factam, vel
» ex lege aquilia, sive ipsius, sive filii corpori nocitum sit,

99 » conferre debere respondit, idem ait, socium omnium bo-
» norum, non cogi conferre, quae ex prohibitis causis ac-
100 » quisierit; per contrarium quoque apud veteres tractaba-
» tur, an omnium bonorum socius, siquod ob injuriarum
» actionem damnatus praestiterit, ex communi consequa-
» tur, ut praestet, et Attilicinus, Sabinus, Cassius respon-
» derunt, si injuria judicis damnatus sit, consecuturum;
101 » si ob maleficium suom, ipsum tantum, damnum sentire
» debere; cui congruit, quod Servium respondisse Aufilius
» refert; si socii bonorum fuerint, deinde unus, cum ad
» judicium non adesset, condemnatus sit, non debere eum
» de communi id consequi; si vero praesens injuriam judi-
102 » cis passus sit de communi sarciendum » quem textum la-
te, et promiscue exornant *Connan. comment. jur. civ. lib.*
7. *cap.* 13 *sub* n. 7. *Faber.* in *d. leg. si fratres* ?. 16. 17.
18. *ff. pro socio*, *Alderis. de symbolic. contract. tit.* 3. *cap.*
8. n. 1. 6. 7. 8. *et* 9.

Paulus ergo in superius recitata *leg.* 3. *ff. pro socio*. So-
cietati acquiri docet haereditatem, et legatum, et quod do-
103 natum est, aut quaqua ratione acquisitum; *quaqua ratione*
ait acquisitum; generalis quidem, atque indefinita, haec
locutio est, sed ipso ministerio juris restricta ad rationem
104 licitam, honestam, et ab jure minime improbatam, ut *in*
leg. si fratres 53. ?. *fin. ff. pro socio*, ibi » Idem ait, so-
105 » cium omnium bonorum, non cogi conferre, quae ex pro-
» hibitis causis acquisierit » *et in l. quod autem* 54. *ff. eod.*
tit. ibi » Quod autem ex furto, vel ex alio maleficio quae-
» situm est, in societatem non oportere conferri, palam est
106 » quia delictorum, turpis, atque foeda communio est » un-
de *Connanus* elegantissime in *suis comment. jur. civ. lib.*
7. *cap.* 13. n. 7. ibi » Quod enim scelere partum est, lege
» nostrum non est, quare nec in commune societatis confe-
» rendum, qua res nostras, et jure quidem nostras com-
» municavimus, alioquin de delicto meo appellari posset so-
107 » cius, et damna, aut damnationis meae, et mulctae partem
» ipso solvere, quod absurdum sit ».

Subdit his vero Ulpianus in *d. leg. quod autem* 54. *ff.*
pro socio, ut sequitur » *Si in medium, collata sint, com-*
mune erit lucrum ». Eatenus tamen jure civili, quatenus,
qui rem turpem, illicitamve contulit, non sit ea de causa
condemnatus, nam hoc casu, alter socius, qui rem taliter
108 quaesitam, et collatam nescius admisit; rem restituere sim-
pliciter cogitur, quod si sciens prudens admisit, qua parte
lucri participavit, eadem poenae parte distringetur, late
109 *Connan. comment. jur. civ. lib.* 7. *cap.* 13. *sub* n. 7. Jure
tamen pontificio, qui de re prohibita, illicitave per alterum
collata participavit, expectare non debet socii sui conferen-
tis condemnationem, sed statim atque comperiit, rem colla-
tam illicitam esse, atque turpiter, quaesitam, eamdem re-
110 stituere tenetur, veluti est latius in superiore *part.* 1. *cap.*
3. n. 31. demonstratum, ubi *sub* n. 42. dixi, idem juris
111 esse in quaesitis ex ludo prohibito, ut communicandi cesset
obligatio.

Hactenus de societate universali; quoad alteram vero ge-
neralem, ita nomine distinctam, societatem, sicuti eadem ge-
neraliter in iis, quae ex quaestu veniunt consistit, puta ex
emptione, venditione, locatione, conductione, et hujusmo-
di, ita per consequens universa, quae ex quaestu veniunt,
112 idest, quae ex pecunia, opera, industriave cujusque socii
descendunt, inter socios conferuntur *l. coire* 7. *et leg. quaest.*
8. *ff. pro socio*. Qua ex re, siquid sit, vel haereditatis titulo,
ut legati, aut donationis uni socio relictum, cum id, ex
quaestu non descendat, sed magis ex aliquo ejusdem socii
113 merito, conferri non debere scribit Ulpianus in *leg. nec ad-*
jecit 9. *ff. pro socio*, ibi » Nec adjecit Sabinus haeredita
» tem, vel legatum, vel donationem mortis causa, fortassis
» hoc, imo quia non sine causa obveniunt, sed ob meritum
114 » aliquod accedunt » additur *Connan. comment. jur. civ.*
lib. 7. *cap.* 13. *sub* n. 5. Hac de re latius supra est actum
part. 2. *cap.* 5. n. 58. *et* 59. Patet igitur in hac generali
societate, utilia tantum, quaestus nomine comprehensa, non
capitalia conferri, nisi specialiter id actum sit, ut capitalia
etiam conferrentur, nam hoc erit semper a provisione homi-
115 nis, a pacto videlicet, non a provisione legis repetendum,
ut in eodem *cap.* 5. n. 22. *part.* 2.

Quo vero facilius cognoscatur quando conferri debent
quaesita ex hac generali societate, et insimul quando hic
quaestus interveniat titulus, hoc unice spectandum, utrum
sociorum unus rem quamtumvis proprio acquirens nomine
ita acquirat, ut iterum occasione data lucri faciendi causa
in sequentem distrahat emptorem, seu potius ut apud se
retineat; si primum licet socius acquirens, proprio acquirat 116
nomine, conferre nihilominus cogitur alteri socio, illa ra-
tione quia, quidquid negotiando ordinatur ad quaestum,
hoc est ad emendum, ut in sequentem distrahatur empto-
rem lucrifaciendi causa, est principale hujus societatis sub-
jectum ex ejus natura omnino conferendum; si vero secun- 117
dum, communicatio cessat, quia vera quaestus causa desi-
deratur, juxta distinctionem datam in superiore *par.* 2. *cap.* 118
5. *n.* 47. *ad seq.*

In his autem actibus semper fraus intelligitur excepta;
nam fieri quandoque potest, ut socius ita acquirens, dicis
causa, ut ajunt, seu apparenter apud se rem quaesitam,
retinendi causa habeat, ut postea nacta occasione, in se-
quentem quanti pluris distrahat, quoniam si de hac frau-
de, boni judicis arbitrio, et cognitioni remissa, constiterit, 119
res taliter quaesita in ea causa est, ut una cum fructibus, si-
qui sint, conferatur; nihil enim magis est juri contrarium,
quam ut quis ex sua fraude, vel culpa, in alterius praeci-
pue praejudicium, lucrum sentiat, *leg. si ab hostibus* 10. 120
in *fin. ff. soluto matrim.*, *et leg.* 13. *ff. de dolo malo*.

Paritis quoque in damnis, atque impendiis est, quae in
lucris, ut supra conferendis ratio; puta si debita per unum
socium contracta sint ex causa quaestus, seu societatis, se- 121
cus si extra causam societatis, ad textum *in leg. sed nec*
12. *ff. pro socio*, ibi » sed nec aes alienum, nisi quod ex
» quaestu pendebit, veniet in rationem societatis » *et in* 122
leg. si unus 68. ?. *si unus ff. pro socio*, ibi » Siquid unus
» ex sociis necessario de suo impenderit in commune ne-
» gotium, judicium societatis servabit, et usuras, si forte
» mutuatus sub usuris dedit ». Ergo veluti concludit Pa- 123
pinianus in *leg. si fratres* 52. ?. *penult. ff. pro socio*, ibi
» Siquis ex sociis propter societatem profectus sit, veluti ad
» merces emendas, eos dumtaxat sumptus societati impu-
» tabit, qui in eam pensi sunt; viatica igitur, et meritorio-
» rum, et stabulorum; jumentorum, carrulorum vecturas, 124
» vel sui, vel sarcinarum suarum gratia, vel mercium recte
» imputabit » et ad rem promiscue observant *De Ponte* 125
cons. 2. n. 188. *tom.* 1. *Noguerol. allegat.* 33. *n.* 55. *Ca-*
rocc. de locato. et conduct. tit. de socio personam exer-
cente q. 2. n. 16. *et* 17. *Alderis. de symbolic. contract.*
tit. 3. *cap.* 8. n. 30. *Molin. de just. et jur. tract.* 2. *disput.*
418. *per tot. Garzia de expensis cap.* 19. n. 4. Ergo si
debita sumptus, et hujusmodi fuerint per unum socium ex-
tra causam societatis facta, seu facti, non imputabuntur so- 126
cietati *Schroder. de contract. tit.* 26. *de societ.* n. 49. *Ro-*
ta in dec. 23. n. 3. *cor. Dunoz. Jun.* plura alia, hac de re
dixi *in part.* 2. *cap.* 5. *n.* 104.

Ratio quoque damnorum uni socio obvenientium, eadem
semper est, ut si ratione personae, vel aeris nocitum ei sit,
ita demum conferatur, et de communi sarciatur, si ex cau-
sa societatis, non utique si propter societatem, damnum ob-
venerit *Roland. a Valle cons.* 91. n. 36. *vol.* 1. *Alderis.* 127
de symbolic. contract. tit. 3. *cap.* 8. n. 30. fuitque in supe-
riore *cap* 6. *part.* 2. *num.* 32. *ad seq.* demonstratum, et
quamvis Pomponius ex Labeone ita putaverit, seu respon-
derit *in leg. socium* 61. ?. *socius ff. pro socio*, ibi » Socius 128
» cum resisteret communibus servis venalibus ad fugam
» erumpentibus, vulneratus est, impensam, quam in cu-
» rando se fecerit, non consecuturum pro socio actione,
» Labeo ait, quia id non in societatem, quamvis propter
» societatem impensum sit ». Ulpianus tamen rectius ita 129
existimavit in *leg. secundum* 62. *ff. pro socio*, ibi » Secun-
» dum Julianum tamen, et quod medicis pro se datum est,
» recipere potest, quod et verum est » additur *Schroder.* 130
de contract. tit. 26. *de societ.* n. 48.

At vero id, si ex causa tantum personae socii, secus si oc-
casione personae socii acciderit, intelligendum; puta unus 131
socius damnum occasione alterius socii sentit, quia ei non
obvenit compendium aliquod, ut puta haereditatis, legati,
donationis, et hujusmodi, propterea quod, qui illa relin-
quere instituerat, mutavit ea de causa voluntatem, nempe
quia alter socius ipsi inimicus erat, vel aliam ob causam a
societate extrinsecam, juxta terminos *leg. socium qui* 61. 132
?. *fin. ff. pro socio* idque clarius proposito casu explicat
Connan. comment. jur. civ. lib. 7. *cap.* 13. n. 6. ibi » Te-
„ cum societatem inii, Titius, qui tibi erat inimicus, mu-
„ tavit testamentum, in quo me haeredem scripserat, at
„ cum id deliberasset facere, non fecit, a societate mihi ve-
„ nit, haereditatis calamitas, nam importata est, quia fui 133

„ tibi socius; a societate igitur aequum esse videbatur, ut
134 „ haec ipsa calamitas detraheretur: at non est ita, nam ne-
„ que in te, neque in societate ullum peccatum est, nec
„ tam causam, quam occasionem exhaeredationis dedisti,
„ quin ego ipse dedi, qui me ad tuam familiaritatem, so-
„ cietatemque applicavi, quod cum facerem, dubitare non
„ debui, quin ut rerum, ita amicorum, et inimicorum,
„ quae nam nobis communio futura esset, quin isti mihi
„ videntur ponendi in parte lucri, et damni, cujus utrius-
„ que dubium eventum, aequo animo socii ferre debent;
135 „ ut enim inimicitiis, quae tecum erant Titii, afflictus sum,
„ ita, et alterius tui socii beneficiis augeri potero, quae
„ tibi non tenebor communicare, ut dicit Pomponius, nam
„ si me amicus tuus haeredem scripsit, mihi adibo haeredi-
„ tatem soli, non etiam tibi, quamquam mihi societas no-
136 „ stra fores amicitiae ejus aperuerunt; occasionem enim so-
„ cietas attulit, causam ipsemet dedi, ut ab eo cognoscere
„ effecit societas, ut cognitione primum, deinde etiam ami-
„ citia sua dignum me existimaret, merito meo factum est,
„ ut cum me inimicus tuus exhaeredavit, occasionem prae-
„ buerit societas, non causam, quae in me sita fuit; poteram
137 „ enim illum obsequio vel beneficio aliquo meo mihi reti-
„ nere, aut conciliare „.
138 Caetera, quae collationem in hac generali societate facien-
dam respiciunt, ex *cap*. 5. *part*. 2. possunt clarius intelli-
gi; neque ad rem denique omitto casum referre, in quo so-
ciorum unus voluerit nundinas, vel ad aliud sociale nego-
tium, invitis aliis sociis gerendum, adire, ut hic socius
sponte sua proficiscens, et hujusmodi negotia invitis aliis
sociis gerens, sicuti lucrum, quodcumque facit, sibi facit,
ita aeque damnum, siquod erumpit, sibi totum adscribit,
139 *Alexand. in leg. in his* 67. *§. mancipia n.* 1. *ff. solut. ma-
trim. Rimin. in §.* 1. *n.* 111. *instit. per quas personas no-
bis acquir. Decian. respons.* 39. *n.* 9. *Sabell. in summa
verbo societas n.* 37. *Gratian. discept. for. cap.* 243. *n.* 44.
Quoad vero societatem particularem, superiori societati ge-
140 nerali finitimam, paolo tamen restrictiorem ex *Vinn. ad §.
societatem n.* 2. *instit. de societ.* plura collationem quoque
141 utilium, et damnorum concernentia adnotavi in superiore
part. 2. *cap*. 6. simpliciter hic nunc addo; quod si initio
sociorum alter centum conferre promisit, et quinquaginta
contulit, pro his dubio procul quinquaginta, participabit,
si centum ab altero socio sint collata, sic collationis propor-
142 tione servata; sed quia insuper hic socius, qui integra cen-
tum contulit de minore lucro in societate facto conqueri ju-
ste potest; quaeritur an ille, qui dimidiam, aliamve mino-
rem contulit partem erga alterum socium, qui totum, quod
initio promisit, contulit, ad id quod interest teneatur? Di-
143 stinguendum ita videtur, aut liquido constat de aequali por-
tione conventa in societatem initio conferenda, atque ad id
quod interest tenetur, aut liquido non constat, et non tene-
144 tur ut per *Rotam in Romana societatis, et pecuniario su-
per actione quanti interest super creditis* 1. *maji* 1760. *§*
2. *cor. bon. mem. Uboldo* nisi is, qui fuit jacturam passus
in posteriore casu alterum socium qui a pacto recessit, in-
terpellaverit, et ad conferendam integram portionem suam
145 in mora constituerit *Rot. ibidem §*. 5. Quod si e contrario,
clara est pro aequali capitalis collatione, conventio, et tunc
nulla erit opus interpellatione, quia de bonae fidei contra-
146 ctu agitur, veluti concludit *Rot. loc. prox. cit. §*. 7.
Verum si sociorum alter (relatum prosequor casum) ope-
ram conferre dumtaxat initio promisit, eamque reapse con-
tulit, propterea quod ex dimidiata collatione pecuniae, aut
rei facta per alterum socium, minus compendium ex negotio
facere necessario debuit, quam fecisset, si d. socius integra
centum contulisset, cum in hoc posteriore casu subdifficilior
sit proportionata ad capitale non integre collatum participa-
147 tio; quid sit faciendum, quaeritur? Eadem videtur retinen-
da distinctio; hoc est, si liquido constat de certa pecuniae
quantitate per alterum conferenda, non sit interpellatio, aut
ulla morae constitutio necessaria, ut is qui posuit operam, ad
148 id quod sua interest directo agat; quod si de ea liquido non
constet, interpellatio, et respectiva morae constitutio, re-
quiritur, cum eadem sit ratio, eademque propterea esse de- 149
bet juris dispositio *l. illud* 32. *ff. ad leg. aquil.*
Quid si inter socios aequalis sit facta pecuniarum confe-
rendarum conventio, pecunia tamen unius socii periisset,
utrum societati, vel socio magis illius domino, illa periit?
Ulpianus refert. Celsum ita respondisse *in l. si id quod* 59. 150
ff. pro socio ibi » Item Celsus tractat, si pecuniam contu-
» lissemus ad mercem emendam, et mea pecunia periisset,
» cui perierit ea? Et ait, si post collationem evenit, ut pe-
» cunia perierit, quod non fieret, nisi societas esset, utrique
» perire, ut puta si pecunia cum peregre portaretur ad mer-
» cem emendam, periit; si vero ante collationem, postequam 151
» eam destinasses tunc perierit, nihil eo nomine conseque-
» ris, inquit, quia non societati periit » Ait textus *postea-* 152
quam eam destinasses, nam subdit Connanus destinatio
communicandae rei, vel pecuniae societatem non constituit,
sed communicatio ipsa, *in suis comment. jur. civ. lib.* 7. 153
cap. 13. *n.* 16. *in fin.*
Caeterum in hac particulari, seu unius negotiationis, aut
etiam rei unius societate, illud unice confertur, et lucri, et
damni, quod ab ea proficiscitur, secus si extra illius causam
obvenerit *Connan. comment. jur. civ. lib.* 7. *cap.* 13. *n.* 6. 154
in fin. Quod ut plene dignoscatur, id spectandum, an res
quaesita ex eadem certa negotiatione suscepta provenerit,
ut hoc casu conferri ea debeat, quamquam appareat solo
unius socii nomine quaesita, ut in superiore *part.* 2. *cap.* 155
6. *n.* 70. Quod si id, quod quaesitum est, aliunde descen-
derit, ejus erit privative, qui illud acquisivit, licet etiam
cum pecunia sociali quaesierit, *Alexand. cons* 152. n. 3. 156
lib. 7. *Rot. in Romana societatis* 7. *maii* 1753. *§*. 5. *cor.
bon. mem. Amadeo, et in eadem* 6. *decemb.* 1754. *§*. 14. *cor.
cl. mem. Card. Caprara* et hoc verum, licet credito sociali
usus sit, eoque pro se, haeredibus, ac successoribus in so-
lutum aliquam rem a sociali debitore acceperit *Rot. d. Ro-* 157
mana societatis 7. *maii* 1753. *§*. 6. *cor. bon. mem. Ama-
deo.* Eatenus etiam ut socius suo taliter acquirens nomine
ad usuras loco damnorum, et interesse non teneatur, nisi
liquido probetur, societatem, damnum fuisse ea de causa,
passam et lucrum amisisse *Connan. comment. jur. civ. lib.* 158
7. *cap.* 13. *sub n.* 11. *Rot. in d. Romana societatis* 6. *de-
cemb.* 1754. *§*. 15. *cor. cl. mem. Card. Caprara.*
Postremo, illud etiam quaeritur, an si sociorum unus,
pro aliquo gerendo contractu quidquam donavit, societati
imputet; puta donavit centum, pro obtinendo illo tali affe-
ctu? Pro imputatione facit *Ansald. de commerc. et mercat.* 159
disc. 98. *n.* 23. *ad* 27. Equidem vero ita distinguendum
existimo: si quidem, hoc fecerit, nempe donaverit sociorum
unus cum consensu aliorum sociorum, nullum videtur du-
bium inesse, quominus donatum societati imputetur; sed si 160
hoc alii socii ignoraverint, tunc insurgit dubium, nam fieri
quandoque potest, ut levitate ejus, qui donavit, id factum
fuerit, puta quia magno studio obtinendi illum affectum solus
flagrabat, et hoc casu, si probabilis spes lucri inesse initio ap-
paruerit, ut puta si alii multum in eo affectu profecerint, vi-
dentur hujusmodi sumptus imputari societati posse, tamquam 161
societati utiles; quod ipsum admittendum videtur, si ante sti-
pulationem affectus, alii socii, donatum quid fuisse sciverint,
nam per stipulationem instrumenti ratificasse intelligeren-
tur. Quod si spes magni lucri probabilis abfuerit, propter 162
nimiam boni, vel mali exitus incertitudinem, praecipue ve-
ro, si de magna summa dono data agitur; non modice de
imputatione facienda haererem, si res praesertim male ces-
serit, secus si bene cesserit, nam hoc posteriore casu alii so- 163
cii cum alterius jactura locupletati dicerentur; id quod jus
naturae non patitur. *l. jure naturae* 207. *ff. de regul. jur.*, 164
et in cap. locupletari 48. *eod. tit. in* 6. de similibus sum-
ptibus factis in gratiam, et honorem mercatorum, ad eorum
animos societati conciliandos, eidemque societati imputandis,
agitur in superiore *part.* 2. *cap.* 11. *num.* 122. *et* 123. Et 165
quid de sumptibus per unum socium factis ad invisenda lo-
ca sancta, et in causam eleemosynae, conferendis, seu im-
putandis, vide supra *part.* 2. *cap.* 9. *n.* 44. *ad seq.* 166

CAPUT XI.

De Societate ad haeredes transmissibili.

SUMMARIUM

1. Nemo potest privatam societatem ita concipere, ut transeat ad haeredem.
2. Quod si indirecte fieri non potest, multo minus directe, nimirum pacto, n. 3.
4. In societate electione opus est libera non aliunde imperata.
5. Ratio, quia in societate certa eligitur persona, certique hominis fides, atque industria n. 7. et 9.
6. Si haeres socius fieret, invito altero talis fieret, invitus autem dissentit, nec ideo potest ei socius dari.
8. Regula ideo certa in foro est, ut societas, non transeat in haeredem, tempore etiam societatis non completo.
10. Ratio, quia societas non cadit in persona incerta, cujusmodi est haeres.
11. Quod si in apocha societatis, unus socius certum sibi eligit haeredem, ad hunc poterit transmitti societas.
12. Contrarium verius est, quia sibi socius auferret testandi libertatem, num. 13.
14. Ratio incertitudinis personae, est una, non sola, propter quam in haeredem non transit societas.
15. Altera major ratio est, quia in societate eligitur industria personae
16. Industria personae etiam sola tanti est, ut aequivaleat capitali alterius socii, imo quandoque sit ipso capitali pretiosior.
17. Ex quo fit, ut si industria personae electa non fuisset, impropria societas esset.
18. Et dante hac impropria societate, eadem ad haeredes jure transmittitur.
19. Industria autem haec, licet major quandoque esse possit in haerede, non tamen erit illa in certo homine specialiter contemplata, quae unice spectatur.
20. In conclusionibus ratio naturalis est lex quaedam.
21. Qui solam confert pecuniam, ad haeredem transmittit societatem, quia quicumque sit, potest implere officium suum sociale cum alia pecunia, n. 22.
23. Ratio haec non concludit, sicuti non suffragatur, quod socius defunctus sibi haeredes scripserit socios superstites, in quos etiam non continuat societas, n. 24. 25. et 27.
26. Per mortem unius socii jus pleno quaesitum est aliis sociis pro solutione societatis.
28. Amplia, verum non esse, quod solam conferens pecuniam, ad aliud non teneatur, nam cum potest debet coadjuvare societatem, et remissive, n. 29.
30. Amplia etiam, ut possit coadjuvare, gratia, favore, praesentia, consilio, auctoritate, et remissive, n. 31.
32. Quod si socii superstites, haeredem defuncti socii ultro admiserint; erit societatis renovatio, non autem continuatio, et remissive.
33. Illa conclusio, quod ubi non habetur electa industria personae, societas transit ad haeredem.
34. Intelligitur de societate impropria, atque incidenti et n. 35.
36. Nam societas initio vera post mortem unius socii continuata cum illius haerede, est renovatio societatis.
37. Et remanet simplex bonorum communio, quae transit ad haeredem.
38. Certum ergo est, quod solam pecuniam conferens, societatem non transmittit.
39. Nam sicuti socius pecuniam conferens, si haec perdatur, non tenetur reponere, ita qui confert industriam, non tenetur continuare.
40. Dubitatur an per mortem participis in societate, haec transeat in haeredem.
41. Affirmative resolvitur, quia particeps vere non est socius.
42. Amplia ad eum, qui est in communione bonorum, et pro indiviso possidet.
43. Sunt in societate quidam, qui dant solum nomen honoris causa sine ulla participatione, negotio ad alios pertinente.
44. Dubitatur an moriente uno verorum sociorum, transeat in ejus haeredem societas.
45. Veritas spectanda est, ita ut si verus socius moriatur, non transeat societas in haeredem, n. 47.
46. Veri socii, licet palam eorum nomen non expendentes, apparent tamen ex capitulis socialibus, mercaturibus, notificatis, quorum aliquo moriente solvitur societas.
48. Pactum juratum initio stipulatum, ut societas transeat ad haeredem, propter vim juramenti servatur, secundum aliquos.
49. Sed contrarium alii numero plures rectius sustinent.
50. Nam non est contractus hodie in quo non interveniat juramentum explicitum, aut ex obligatione camerali implicitum, et n. 51.
52. Juramentum servari non expedit, ubi sit quietis publicae turbativum, scandalorum, et rixarum nutritivum prout in societate, num. 53.
54. Amplia licet juramentum dirigatur ad firmationem contractus.
55. Haeres socii, socius non est, commoda tamen, et incommoda transeunt in haeredem socii defuncti.
56. Adeo quidem ut socii mors non solvant negotia praeterita, licet mille anni intercesserint.
57. Amplia, ut mors socii, ne futura quidem negotia resolvat, dummodo fuerint inchoata, cum haec transeant in haeredem perficienda.
58. Inchoatum vero dicitur negotium si scriptura confecta, aut instrumentum stipulatum habeatur super illo tali negotio, licet tempus, illud gerendi nondum advenerit.
59. Pactum initio conventum, ut mortuo uno socio, societas transeat in haeredem, non valet.
60. Ergo si tale pactum fiat ex post valebit, secundum *Dreiganum.*
61. Puta si unus socius in testamento jubeat haeredem continuare in societate.
62. Declara, hoc verum per modum renovationis, et non continuationis, et remissive, n. 63.
64. Si testator jubet, haeredem continuare in societate *per modo di stralcio.* Intelligitur quoad negotia inchoata, et pendentia, non utique quoad negotia nova.
65. Publica societas vectigalium manet etiam post mortem unius socii.
66. Et interveniente pacto transit in haeredem, quatuor concurrentibus requisitis, de quibus remissive, n. 67.
68. Ars argentaria, seu nummulariorum licet habeat fere causam publicam, attamen non transit in haeredem.
69. Quaeritur, an societas contracta super uno negotio transeat in haeredem?
70. Affirmative resolvitur, et datur ratio.
71. Cum par sit ratio cum negotio per defunctum inchoato, quod transit in haeredem.
72. Societas impropria, puta colonia partiaria transit in haeredem, et remissive, n. 73.
74. Amplia ad eum, qui cum alio pro indiviso possidet.
75. Licebit tamen alteri socio agere communi dividundo.
76. Societas complicata cum locationis existente pacto, ut transeat ad haeredem, transit.
77. Sed melius distingue, aut societas est contractus principalior, et non transit, aut est locatio, sive conductio principalior, et transit.
78. Societas in superstites socios, indubie transit, si fuerit ita initio pactum, et remissive, n. 79
80. Per mortem unius socii solvitur societas, licet plures fuerint socii superstites, et hi in solidum obligati et datur ratio.
81. Amplia in fidejussore cum uno socio in solidum obligato, ut fidejussio resolvatur,
82. Unus socius si moritur, altero ex causa societatis peregrinante, et hic ineat atque perficiat negotia, haeres defuncti socii pro illis tenetur.
83. Declara si peregrinans ignoraverit mortem socii secus si sciverit, ad instar mandatarii.

Est in hac materie societatis regula ubique firmissima, ut
sociorum unus privatam societatem contrahens, nequeat il-
lam taliter concipere, ut ad haeredem suum transmittat *leg.*
1 *nemo* 35. *ff. pro socio*, ibi » Nemo potest societatem haere-
» di suo sic parare, ut ipse haeres socius sit » quod si indi-
recte fieri nequit, multo sane minus directe, hoc est pacto,
2 ut ad haeredes societas transeat, expressim inito, *leg. adeo*
60. *in princ. ff. pro socio*, ibi » Adeo morte socii solvitur
» societas, ut nec ab initio pacisci possimus, ut haeres etiam
3 » succedat societati ». Nam, veluti subdit *Connanus* in so-
cietate electione opus est, certoque animi judicio, quod ha-
bet quisque ex se natum de socio, non aliunde imperatum,
4 et jussum, in suis *comment. jur. civ. lib. 7. c.* 13. *n.* 1. *in fin.*
Clarius vero: in societate certa eligitur persona, certique
hominis fides, atque industria in eligendo socio spectatur;
5 ita ut si haeres defuncti socii, socius fieret, invito altero
socio, talis fieret, invitus autem dissentit, nec ideo potest ei
6 socius dari, prout erudite advertit *Berens. Hamburg. dis-
sert. accademic. disput.* 12. *them.* 1. *in notis.* Eleganter
etiam in idem fere *Vinnius*, inquiens, in societate, non
tantum rei familiaris, ut fere in aliis contractibus, verum
insuper etiam fidei, et industriae, quae ad haeredes non

Zanchio

transeunt, contemplatio versatur *ad §. solvitur sub n.* 1. 7
instit. de societ. Atque ex his rationibus in foro invaluit
conclusio, ut societas non transeat in haeredem unius socii,
durante etiam societate, defuncti, ut post Justinianum *in* 8
§. solvitur instit. de societate, advertunt *Duaren. comment.
jur. civ. in tit.* 37. *pandect. pro socio cap.* 3. *vers. secun-
do* ubi late eruditeque *Cujac. observ. lib.* 10. *cap.* 25. *tom.*
3. *col.* 280. *lit. B.*, *Alexand. cons.* 34. *n.* 4. *lib.* 2. *Ca-
cheran. decis. Pedemont.* 76. *n.* 7. *et* 8. *et dec.* 150. *n.* 1.
Thesaur. dec. 242. *n.* 2. *Capon. discept. for.* 114. *n.* 4.
tom. 2., *et discept.* 361. *n.* 16. *tom.* 5. *Calcagnin. ad ma-
ter. feudal. vot.* 18. *n.* 33. *et* 34. *Jov. de contract. min.
gloss.* 25. *§.* 13. *n.* 301. *Rota dec.* 345. *n.* 2. *cor. Celso. et
dec.* 4. *n.* 12. *part.* 14. *rec. et in Romana societatis* 14.
aprilis 1738. *§. quibus ita constabilitis coram cl. mem.
Card. Millino.*
Ex principiis dudum jactis, ideo ad haeredem non tran-
sit societas, quia certa persona socii eligitur, ad textum *in
d. §. solvitur instit. de societ.* ibi » qui societatem contra- 9
» hit, certam personam sibi eligit ». Atque in incertam per-
sona non cadit societas, quae si ita fieret, nulla esset *Gra-* 10
tus cons. 15. *n.* 34. *lib.* 1. *Mantica de tacit. et ambig. lib.*

6. *tit.* 24. *n.* 15. *tom.* 1. *Cocheran. dec.* 76. *n.* 8. *Micha-*
lor. de fratribus part. 2. *q.* 40. *n.* 13. *Torr. de pact. fu-*
tur. success. lib. 3. *cap.* 10. *n.* 21. *Jov. de contract. min.*
gloss. 25. § 13. *n.* 309. Ergo cessante hac personae futuri
socii incertitudine, puta si in apocha societatis fuerit utriu-
que certus electus haeres, eisdem sociis plene jam cognitus,
tunc poterit pactum transmittendi societatem ad haeredes
subsistere, ea regula, quod cessante causa, cessat effectus,
11 *ad textum in cap. cum cessante* 60. *de appellat.*

Et quamvis ratio haec, persuadere videatur; mitto nunc,
an haeres in apocha sociali destinatus, succedendi jus habeat;
quoad rem pertinet, in contrarium potior stat ratio, et com-
12 munior opinio; nam socius eligendo sibi in apocha sociali
certum haeredem ipse pariter sibi auferret testandi liberta-
tem, sit haec coercita testandi libertas in parte, sit in toto
13 bonorum suorum, veluti in subjecta quaestione docet *textus*
in leg. si fratres 53. § *idem respondit ff. pro socio. Man-*
tica de tacit. et ambig. lib. 6. *tit.* 24. *n.* 20. *et* 21. *tom.* 1.
Michalor. de fratrib. part. 2. *cap.* 40. *n.* 14. *et* 16. *Ca-*
cheran. dec. 76. *n.* 8. *Felic. de societ. cap.* 32. *n.* 4. *Giur-*
ba ad consuet. Messan. cap. 5. *gloss.* 3. *part.* 1. *num.* 25.
Torr. de pact. futur. success. lib. 3. *cap.* 10. *n.* 21. *in fin.*
Jov. de contract. min. gloss. 25. § 13. *n.* 316. Additur
incertitudinem personae, esse unam, non solam, ex ratio-
14 nibus, propter quas ad haeredem non transit societas.

Altera enim fundamentalis ratio principalis conclusionis
15 est, quia in societate, certa personae eligitur industria *Fe-*
lic. de societ. cap. 32. *n.* 3. atque haec industria in contra-
ctu societatis, tanti est, ut pro capitali ea parte ejus, qui il-
lam confert, quandoque habeatur, quamvis nulla bona con-
ferat, cum plerumque pauperior opera suppleat, quantum
si per comparationem patrimonii deest, sunt verba textus
16 *in leg. societas* 5. *ff. pro socio*, et hinc plane fit, ut si ta-
lis industria socii electa non fuisset, impropria societas esset
17 *Jov. de contract. min. gloss.* 25. § 13. *num.* 286. *Rota in*
dec. 87. *n.* 10 *part.* 4. *tom.* 2., *et decis.* 269. *n.* 31. *part.*
16. *recen.* ubi quod hac stante societatis improprietate, non
repugnet illius ad haeredes transmissio, ut puta si agatur de
18 colonis partiariis *Handed. cons.* 85. *n.* 17. *vol.* 1. *Mantica*
de tacit. et ambig. lib. 6. *tit.* 24. *n.* 30. *tom.* 1. *Giurba ad*
consuet. Messan. cap. 5. *gloss.* 3. *part.* 1. *n.* 9. E contra-
rio autem, cum primum industria personae habetur in con-
tractu societatis electa, eodem moriente socio, si in aliis in ge-
nere hominibus non periit industria similis, non forte etiam
major inveniri possit alterius hominis qui subrogandus ex-
hibeatur, industria, periit tamen industria in illo certo so-
cio specialiter contemplata, quae cum sit personalis, et in
haeredem non transeat, longe minus societas transire potest
19 *Crott. cons.* 15. *n.* 6. *vol.* 1. *Contri discept. for. causa* 25.
n. 3. *Michalor. de fratrib. part.* 2. *cap.* 40. *n.* 8. *Jov. de*
contract. min. glossa 25. § 13. *n.* 290. *Costantin. vot.* 201.
n. 4. *tom.* 2.

Naturalis in conclusionibus ratio, lex quaedam est, *ad*
20 *textum in leg. cum ratio* 7. *ff. de bon. damnat.* si ideo
igitur per mortem socii, ad ejus haeredem non transit so-
cietas, quia contemplata in eo periit industria, sequitur pe-
rinde quod si ex duobus sociis, altero pecuniam, industriam
altero conferentibus, fato, is cedit, qui pecuniam contulit,
sed qui deinceps supplere promisit, aliam non adhibet in-
dustriam, quam illam numerandi pecuniam promissam, id
quod quisque facultatibus praecipue affluens, explere com-
21 mode potest: quamobrem in hac ita proposita facti specie,
receptum est, societatem in haeredem illius, qui pecuniam
simpliciter contulit, transire, licet talis haeres socii defuncti
22 fuerit pupillus, ut per *de Ponte cons.* 90. *n.* 14. *et* 15. *tom.*
2. *Andreol. contr. for.* 32. *sub n.* 7. *Giurba ad consuet.*
Messan. cap. 5. *gloss.* 3. *part.* 1. *n.* 26. *Mantica de tacit.*
et ambig. lib. 6. *tit.* 24. *n.* 25. *et* 26. *Anton. Capyc. dec.*
174. *n.* 9. *Torr. de pact. futur. success. lib.* 3. *cap.* 10. *n.*
28. *Rot. in dec.* 557. *n.* 4. *part.* 3. *rec. atque in Terraci-*
nen. societatis 11. *martii* 1771. § 6. *cor. Emo. D. Card.*
Cornelio, et in ejus confirmatoria 28. *junii* 1771. § 5.
coram eodem.

De hac tandem conclusionis veritate, et rationabilitate,
23 equidem satis dubito; quia si adducta ratio subsisteret, par
quoque eadem altari esset casui, in quo per defunctum so-
cium habeantur scripti haeredes socii superstites, in quibus
eadem manet industria, eadem bona fides, probitasque eos
inter initio jam cognita, atque deinceps experta, acceptata-
que, (quae est tertia fundamentalis principalis conclusionis
ratio) perinde sequitur, quod cum, eisdem sociis supersti-
tibus haeredibus a defuncto socio scriptis, nullus eisdem in-
vitis extraneus addatur socius, videbatur hisce de causis di- 24
cendum, continuationem societatis in eos fore admittendam.

Hisce tamen rationibus nequaquam obstantibus, in su- 25
periore *part.* 2. *cap.* 12. *n.* 22. *ad seq.* fuit resolutum, so-
cietatem, per mortem unius socii remansisse solutam, illa
ratione legis semper una, et constanti, ut per mortem unius
socii solvatur societas, et pro hac solutione, aliis sociis su-
perstitibus sit jus plene quaesitum; et quamvis *Jo. Fran-* 26
ciscus de Ponte cons. 90. *num. fin. lib.* 2. nonnullos ex
allegatis supra proxime doctoribus in contrarium, aiderit,
non sivit tamen advertere, d. conclusionem esse contra omnia
jura, et decisiones, quemadmodum videre *est sub n.* 15. 27

Neque aera superius adducta non subsistit ratio, quod so-
lam pecuniam conferens, ad nihil aliud pro societate tenea-
tur, nam nihilominus tenetur aliquando alterum socium in-
dustriam, et operam conferentem coadjuvare, nec suffraga-
tur ei, quod pecuniam conferre solum debuit, prout hisce
verbis adnotavit *Connan. comment. jur. civ. lib.* 7. *cap.* 13. 28
sub n. 9. per me recitatus in superiori *part.* 2. *cap.* 9. *num.*
12. *ad seq.* Additur, socium solam pecuniam conferentem, 29
licet fingi otiosus velit, attamen sua persona potest, suaque
gratia, favore, praesentia, auctoritate, et consilio conciliare,
atque dirigere contractus, et societati compendium afferre,
ut bene per *Corneum cons.* 121. *sub n.* 2. *vol.* 1. atque su- 30
perius demonstratum est *part.* 2. *cap.* 7. *n.* 29. ita ut hisce
de causis rectius putaverim, socium, qui solam pecuniam
contulit, non posse ad suos haeredes societatem transmitte-
re; quod si socii superstites defuncti socii haeredem, ultro 31
admiserint, aut etiam non contradixeriut id quod fieri posse
statuitur in d. *Terracinen. societatis* 11. *martii* 1771. *sub*
§ 6. *cor. Emo. D. Card. Cornelio, et in confirmatoria*
diei 28. *junii ejusdem anni* § 6. *cor. eod* erit quidem al-
terius societatis tacita renovatio, non autem ejusdem primae
continuatio, ut superius *in d. part.* 2. *cap.* 12. *n.* 27. et 32
dixit *Rot. in d. Terracinen. societatis* la prima § 7. *cor.*
eodem, et in ejus confirmatoria diei 28. *junii ejusdem an-*
ni § 9. *coram eodem.*

Hinc alia, atque alia conclusio est illa, quae docet socie-
tatem, in qua non habetur electa industria personae tran-
sire ad haeredem veluti pro veritate tenent *Giurba ad con-* 33
suet. Messan. cap. 5. *gloss.* 3. *part.* 1. *n.* 26. *Rot. post*
Torr. de pact. futur. success. dec. 56. *n.* 4. 5. *et* 6. *et in*
dec. 23. *n.* 19. 20. *et* 21. *part.* 13., *et in dec.* 269. *n.* 31.
et 32. *part.* 16. *recent.*, *et in senogallien Salviani* 2. *maii*
1760. § 6. *cor. R. P. D. Olivatio* nam in superiore *n.* 17.
hujus capitis adnotavi jam societatem illam, in qua non eli-
gitur industria personae, non esse veram societatem, sed 34
magis impropriam societatem, cujusmodi est fortuita com-
munio ex successione, aut alia pro indiviso possessio ex ali-
quo incidenti contractu; in his porro sunt verificabiles ter-
mini transitus societatis in haeredem; nam quae quae sit so- 35
cietas in sui primordio etiam vera, si sociorum unum mori
contingat, et ejus haeredes in eadem societate perseverent,
habilibus non concurrentibus renovatae societatis, terminis,
secundum ea, quae dixi *part.* 2. *cap.* 12. remanet simplex 36
bonorum communio, quae tamquam realis societas, transit
ad haeredem, atque in ea cum regulis ejusdem communio-
nis, proceditur, ut per *Connan. comment. jur. civ. lib.* 7. 37
cap. 13. *n.* 1. *in fin. Bellon. cons.* 93. *n.* 11. *et* 12. *Rot. in*
dec. 269. *n.* 27. 28. *et* 29. *part.* 16. *rec. et in dec.* 154. *n.*
6. *tom.* 8., *et dec.* 87. *n.* 6. *tom.* 9. *in nuperrim.*, *et in d.*
senogallien Salviani 2. *maii* 1760. § 6. *coram R. P. D.*
Olivatio.

Sed ut illuc, unde egressus sum revertar; ergo socius so-
lam quoque pecuniam conferens licet directo operam, indu-
striamque suam nullam interponat, ad suum haeredem, ex
allegatis rationibus, non transmittit societatem quemadmo-
dum sentiunt *Franciscus de Ponte cons* 90. *n.* 15. *vol.* 2. 38
Jov. de contract. min. gloss. 25. § 13. *n.* 338. *cum seq.* ubi
adducta ratio perstringit, quod sicuti is, qui pecuniam con-
tulit, ea deperdita, non cogitur aliam subrogare, ita ex na-
tura correspectivorum, nec is, qui industriam conferre pro-
misit per suum haeredem continuare obstringitur, juxta ea
etiam, quae infra adnotavi *part.* 4. *cap.* 5. *n.* 67. *ad seq.* 39

Quid vero si hujusmodi socius fuerit particeps, qui suum
plerumque nomen supprimit in societate, forte ne sua de-
honestetur nobilitas, ut in superiore *part.* 1. *cap.* 8. *n.* 17.
numquid per ejusdem participis mortem, ita solvatur socie-

40 tas, ut ejus haeres non succedat in participatione? Et socie-
tatem non solvi, et participationem ad haeredem transmitti
patet, non propterea quod particeps nullam ponit in socie-
tate industriam, sed quia particeps, socius vere non est,
nullamque jus formale societatis habet, quemadmodum per-
41 strinxi in d. superiore part. 2. cap. 8. n. 26. quod ipsum
extenditur ad communionem bonorum pro indiviso possesso-
rum, nam quia proprie societas non est, per mortem natu-
ralem, aut civilem unius socii vel consortis non solvitur,
42 sed ad ejus haeredes transmittitur Rota in dec. 154. n. 6.
tom. 8. in nuperr.

At vero sunt quandoque nonnulli, qui honoris causa
tantum dant nomen in societate, quamvis nullam in ea ha-
beant interesse, et sub ratione cautantis nomine obtegentur,
cum totam caeteroquin interesse ad alios non nominatos
43 pertineat, id quod fieri posse adnotavi in superiore part. 2.
cap. 10. n. 8. utrum verorum sociorum altero moriente ejus
44 haeres in eadem societate per tertium complementarium
praecipue, seu institorem administrata, succedat? Admitto in
his veritatem sequi, et veros socios illos esse, quorum prin-
cipaliter interest, quamvis non nominentur, eorumque in-
45 dustriam nullam conferant; verum quia in his societatibus,
capitala socialia patefiunt, literae oblatoriae mercatoribus
transmittuntur, et veros illi socios, quibuscum contrahent,
et quorum fidem, contrahendo sequuntur, sciant, ac scire
debeant, non dubito quin per obitum unius illorum vero-
rum sociorum societas dissolvatur, nec transmittatur ad
haeredem, ex jam indicata ratione, quia tam unusquisque
sociorum fidem, personam, facultates, et probitatem alterius
socii contemplavit, quae qualitates personales sunt, et ideo
ad haeredes nequaquam transmissibiles, quam aeque mer-
catores cum societate contrahentes, haec omnia prae oculis
46 habent; ita ut prima resurgat conclusio, per mortem unius
ex sociis solvi societatem, neque hanc ad defuncti socii
haeredem transmitti; de similibus sociis nomen supprimen-
tibus, et per complementarium, seu institorem negotia so-
47 cialia administrantibus, plura dixi part. 2. cap. 11.

Sed quid praeterea juris, si pactum initio fuerit inter so-
cios, ut per alterius mortem in haeredem transiret societas,
et tale hoc pactum fuerit juramento roboratum? Sunt qui-
propter jusjurandum interpositum, posse societatem in
48 haeredem transire sustinent, eosque inter praecipue Bene-
dict. in cap. Raynutius verbo testamentum 3. num. 40. de
testament., Bruneman. in l. cum societas 3. sub num. 3. c.
pro socio. Guttier. de juram. part. 2 cap. 48. n. 5. An-
dreol. contr. for. 32. n. 10. et 15. Molin. de just. et jur.
tract. 2. disput. 414. n. 6. Bonacina opera moralia dis-
put. 3. qu. 6. punct. ult. sub n. 3. vers hinc sequitur tom.
2. Castropolao eod. opera moralia disput. 7. punct. 11. n.
10 tom. 6. Hevia de commerc. terrestr. lib. 1. cap. 3. sub
n. 3. Alii vero numero plures contrarium sentiunt, hoc est,
ut societas, jurato etiam pacto minime suffragante, ad hae-
49 redes non transeat Botta cons. 94. n. 18. Gratus cons. 15.
n. 27. ad seq. lib. 1. Thesaur. dec. 242. n. 3. Gratian.
discept. for. cap. 276. num. 7. 8. et 9. Carpan. ad statut.
Mediolan. cap. 483. n. 89. Torr. de pact. futur. success
lib. 3. cap. 10. n. 17. ad 21. Michalor. de fratrib. part.
2. cap. 37. n. 18. Jov. de contract. min. gloss. 25. § 13.
n. 302. ad 305. Constantin. vot. 201. n. 3. tom. 2. Casa-
reg. de commerc. disc. 146. n. 33., et 50. Rot. post Cal-
cagnin. de Trebellianica dec. 3. n. 29., et dec. 4. n. 12.
part. 14. rec., et dec. 213. n. 17 et 18. cor. Ubaldo, et
dec. 345. n. 5. et 6. cor Celso, et in Romana pecuniaria,
seu reintegrationis 5. maii 1719. § hujusmodi autem cor.
cl. mem. Card. Corio.

Veruntamen vis tota hujus quaestionis non consistit in
juramento, cum hodie nou sit contractus, in quo juramen-
tum non interveniat, vel quia illud notarii ex consuetudine
magis, quam de expressa contrahentium voluntate assoleant
in contractibus apponere, veluti sibi exploratum habere di-
50 cunt, atque testantur. Tiraquell. in leg. si umquam in
praefat. n. 172. c. de revoc. donat. Gozzadin. cons. 80.
sub n. 15. Carpan. ad stat. mediolan. cap. 453. num. 85.
tom. 1. Seraphin. de privil. jurament. 22. n. 107. cum seq.
vel etiam quia contrahentes in quavis facile scriptura obli-
gationem cameralem juramentum implicite continentem ap-
51 ponunt Zacchias de oblig. cameral. quaest. 25. n. 7. Rot.
dec. 29. n. 3. dec. 162. n. 5. et dec. 227. n. 4. et 5. post
eumdem Zacchia, et in dec. 4. n. 12. de senatusconsult.
Vellejan. cor. Falconer. Sed consistit in distinctione certo-
rum casuum quos juramento nequaquam obstante servari
non expedit, tamquam quietis publicae turbativos, et rixa-
rum, scandalorumque nutritivos Jov. de contract. min. 52
gloss. 25. § 13. n. 310. Usus quippe rerum edocet, inter
socios ipsos voluntarios, quotidie discordias insurgere; quid 53
vero de sociis manere in societate ex pacto coactis futurum?
Quamvis propterea juramentum indole sua ad firmationem
contractus dirigatur, tamen expedit quandoque, uti dixi,
non servari illud, veluti ad rem bene considerat. Michalor. 54
de fratrib. part. 2. cap. 37. n. fin.

Socii quidem defuncti haeres, socius non est, commoda
tamen, atque incommoda eo tone actae societatis, in eum-
dem socii defuncti haeredem transeunt, ut in leg. verum 55
64. § in haeredem ff. pro socio, et in leg cum in societatis
3. c. eod. tit. ubi Baldus et Bruneman. utrobique n. 1.
Scheidewin. in § solvitur n. 2. in fin. instit. de societ.
Honded. cons. 85. num. 24. tom. 1. Mantica de tacit., et
ambig. lib. 6. tit. 24. n. 32. et 33. tom. 1. Hodierno contr.
for. cap. 22. n. 23. Carpan. ad stat. Mediol. cap. 483. n.
9. tom. 2. Thesaur. d. c. 242. n. 4. Jov. de contract. min.
gloss. 25. § 13. n. 326. Ita quidem ut socii mors non solvat
negotia praeterita, neque eorum effectus remittat, etiamsi
mille annorum curricula intercesserint Gratian. discept. 56
for. cap. 852. n. 19. Rot. dec. 269. n. 30. part. 16. recen.

Eoque amplius, et unius socii mors, durante societate
contingens, non solum praeterita negotia non destruat, sed
imo futura etiam dummodo inchoata, seu praeparata per
haeredem illius explicari seu consumari efficiat. leg. haeres 57
socii 40., et leg. actione 66. § morte ff. pro socio. Bald.
in d. leg. haeres socii ff. eodem tit. Bruneman. in leg. 3.
n. 1. c. eod. tit. Connan comment. jur. civ. lib. 7. cap.
13. n. 17. Surd. cons. 20. n. 18. Mantica de tacit. et am-
big. lib. 6. tit. 24. n. 31. Michalor. de fratrib. part. 2. cap.
40. n. 47. Alderis. de symbolic. contract. tit. 3. cap. 8.
n. 54. Hodier. contr. for cap. 22. n. 22. Hevia de com-
merc. terrestr. cap. 3. n. 42. Rot. dec. 909. n. 6., et dec.
1055. n. 10. cor. Emerix. jun., et in nuperrim. dec. 166.
n. 31., et dec. 218. n. 10. et 11. tom. 4. Inchoata vero ne-
gotia, seu caepta, seu praeparata tum intelliguntur, cum
per socios super aliquo negotio, vel contractu sociali sit con-
fecta scriptura, vel stipulatum instrumentum, tametsi tem- 58
pus gerendi negotii nondum advenerit: Rot. in dec. 909. n.
8., et dec. 1055. n. 10. cor. Emerix. jun.

Adeo morte socii solvitur societas, ut nec ab initio paci-
sci possimus, ut haeres etiam succedat societati, sunt verba 59
leg. Adeo 60. ff. pro socio. Ut nec initio pacisci possimus,
ait textus; ergo si non initio, sed ex post pactum hoc tale
fiat, poterit ad haeredem transmitti societas, ut per Decian. 60
respons. 22. n. 12. et 13. vol. 3. et casus est, si sociorum
unus, durante societate testamentum faciat, et per suos hae-
redes continuari in societate jubeat, nam hujusmodi ex
praecepto testatoris ad haeredes, societatis transmissio vale-
bit. Decian. loc. prox. cit. n. 10. 11. ad seq. Mantica de 61
tacit., et ambig. lib. 6. tit. 24. n. 29. tom. 1. Cocheran.
dec. 150. n. 4. Molin. de just. et jur. tract. 2. disput. 418.
n. 8. Alderis. de simbolic. contract. tit. 3. cap. 2. n. 18.
et 19. Jov. de contract. min. gloss. 25. § 13. n. 294. Rota
in Terracin. societ. 11. martii 1771. § 5. et 6. cor. Emo.
Card. Cornelio, et in ejus confirmatoria 28. junii ejusdem
anni § 6. et 7. cor. eodem. De hoc puncto latius egi supe-
rius part. 2. cap. 12. n. 54. ubi verius dixi, hanc ad hae- 62
redem societatis transmissionem per modum renovationis
contingere, non autem per modum continuationis, hoc est,
et novo consenso, nova creatur societas, et ad rem hanc
praeterea addo textum in leg. plane si 37. ff. pro socio 63
Connan. comment. jur. civ. lib. 7. cap 13. sub n. 1. Fa-
ber in d. l. 37. ff. pro socio Bruneman. in l. 3. n. 3. c. eod.
tit. Quod si testator jubeat per suos haeredes societatem pro-
sequi per modo di Stralcio, intelligitur, ut ipsi haeredes,
negotia societatis inchoata, et pendentia perficiant, id quod
jure permittitur, veluti proxime superius dixi, atque statuit
Rot. in dec. 1246. n. 3. et 4. tom. 5. cor. Lancetta. 64

Quae hactenus vero dixi, in privatis societatibus, locum
obtinent; at in societate vectigalium, quae publica societas
nuncupatur, manet societas etiam post mortem alicujus so-
cii, ut ait Pomponius in leg. Adeo 60. ff. pro socio ita ut 65
vectigalium societas, pacto interveniente, transeat in hae-
redem ex Cujac. comment. jur. civ. lib. 10. observat. cap. 66
25. tom. 3 col. 279. et 280. de Ponte cons. 90. n. 5. tom.
2. Petr. de Ubald. de duob. fratrib. part 11. n. 82. Mi-

chalor. de fratrib. part. a. *cap.* 40. *n.* 29. *ad seq. Jov. de*
contract. min. gloss. a5. ʔ. 13. *n.* 333. *Card. de Luca de*
regal. disc. 91. *n.* 4. De hac re tamen latissime superius
67 egi *part.* 1. *cap.* a. *n.* 70. *ad plur. seq.* ubi de quatuor re-
quisitis ad hoc necessariis agitur, ut non sit opus pluribus.
Et quamvis ars quoque argentaria, seu nummulariorum,
causam fere habeat publicam, societas tamen in re argenta-
ria, ad haeredem non transmittitur, etiamsi ut transiret,
68 pactum intervenerit. *Mastrill. dec. sicil.* 135. *n.* 27. *ad seq.*
et n. 86. *tom.* a.

Illud etiam quaeritur, an contracta societate super uno
negotio, si interim decedat unus socius, talia haec ad ejus
haeredem transeat societas? et transire ex necessitate vide-
69 tur; illa ratione, quia statim atque societas contracta est su-
per uno, certoque negotio, puta super aliquo afflictu, et
hujusmodi, jam illud negotium caeptum dicitur per simpli-
cem contractus stipulationem, ut in proximo superiore *n.*
70 58. multo vero magis, si inchoati sint actus illud perficien-
di, qua ea re hujusmodi societas super d. uno, certoque ne-
gotio in causa est, ut veluti inchoata, et praeparata, explica-
ri, atque ad consummationem deduci per defuncti socii hae-
redem possit, secundum jura superius hic *n.* 57. allegata, et
71 in proposita, subjectaque quaestione, advertunt. *Surd. cons.*
20. *n.* 22. *tom.* 1. *Gratian. discept. for. cap.* 276. *n.* 6. *Ca-*
rol. Anton. de Luca ad eumd. Gratian. ibid. n. 1. *Jov. de*
contract. min. gloss. a5. ʔ. 13. *n.* 317.

In singularem pari modo socii successorem transit socie-
tas; de illa hic tamen societate intelligitur, quae impropria
72 nuncupatur, puta in haerede coloni partiarii *Mantica de*
tacit. et ambig. lib. 5. *tit.* 11. *n.* 5. *tom.* 1. veluti etiam fuit
73 adnotatum superius hic *n.* 18. similiter in singulari succes-
sore ejus, qui pro indiviso cum alio possidebat, nam per
partis suae venditionem, emptor tamquam singularis succes-
sor in d. communione, seu impropria societate succedit *Rom.*
74 *cons.* 309. *n.* 1. *in fin.* poterit tamen uterque impropria socius
communi dividundo judicio agere ad sui cujusque libitum
75 *leg. in hoc judicium* 14. ʔ. *fin. ff. commun. divid.*, *et leg.*
idemque 16. ʔ. *fin. ff. pro socio.*

Qua etiam ratione, si societas cum conductione complica-
te habeatur, et pactum fuerit, ut transiret ad haeredes, ea-
78 dem transit. *Rota dec.* 213. *post n.* 10. *coram Ubaldo*, et
dec. 166. *n.* 31., *et dec.* 218. *n.* 11. *tom.* 4. *in nuperrim.*
Conclusio haec tamen, sine difficultate non est, nam ea eis-
dem duobus complicatis contractibus, qui sit principalior
spectari debet, ita ut si principalior contractus sit condu-
ctio, et locatio, transeat, si vero societas non transeat, ut
superius in *part.* 1. *cap.* 8. *n.* 56. et iterum *part.* 3. *cap.* 77
3. *n.* 13. sine difficultate vero societas per mortem unius so-
cii transit, atque perseveret in aliis sociis superstitibus, si
pactum ita fuerit *leg. actio* 66. ʔ. *morte ff. pro socio, Vinn.* 78
in ʔ. *solvitur n.* 2. *instit. de societ. Mantica de tacit.*, *et*
ambig. lib. 6. *tit.* 24. *n.* 28. *tom.* 1. *Michalor. de fratrib.*
par. a. c. 40. *n.* 6. hac de re, vide superius *par.* a. c. 12. *n.* 11. 79

Quoties dictum supra est, ut per mortem unius socii tota
solvatur societas, nec ad defuncti haeredem transeat, verum
est, quamquam reliqui socii, et plures, et superstites, fue-
rint, seque insuper pro observantia pactorum in apocha so-
ciali conventorum in solidum obligaverint, nam societas ni-
hilominus soluta intelligitur, et d. clausula in solidum, in-
telligi debet, juxta naturam societatis, sitque inter ipsos ope-
rativa, durante societate dumtaxat, et ad formam juris *Ale-* 80
xand. cons. 60. *n.* 1. 4. *et* 5. *lib.* 7. *Gratian. discept. for. c.*
852. *n.* 7. *et* 8., *ubi Carol. Ant. de Luca n.* 4. *Michalor. de*
fratrib. part. a. *c.* 40. *n.* a. *et* 3. *Torr. de pact. futur. success.*
lib. 3. *c.* 10. *n.* 26. ubi rejiciuntur contrarii. Idem juris est
in fidejussore in solidum cum uno vel altero socio, pro ob-
servantia pactorum socialium obligato, ut exceptis iis, quae
usque ad mortem unius socii gesta sunt, ad nihilum dein-
ceps teneatur talis fidejussor *Giurba ad consuet. messan.* 81
cap. 5. *gloss.* 3. *part.* 1. *n.* 29.

Potest quidem fieri, ut sociorum unus, durante societa-
te, peregre societatis causa profectus, ac de morte socii in-
terim contingente ignarus, negotia socialia ineat, perficiet-
que ut horum emolumenta, atque damna, defuncti socii
haeredem afficiant, secus si socius absens consocii sui mor-
tem sciverit, re integra, ad instar mandatarii, ad *textum in* 82
leg. actione 66. ʔ. *item si alicujus ff. pro socio* ibi » Item
» si alicujus rei societas sit, et finis negotio impositus, fini-
» tur societas; quod si integris omnibus manentibus alter
» decesserit, deinde tum sequatur res, de qua societatem
» coierunt, tunc eadem distinctione utemur, qua in man-
» dato, ut si quidem ignorata fuerit mors alterius, valeat
» societas, si nota non valeat » ubi *Faber*, et alii adde *Con-* 83
nan. comment. jur. civ. lib. 7 *cap.* 13. *sub n.* 16.

CAPUT XII.

De societate temporali, et perpetua.

SUMMARIUM

1. Societas coiri potest, vel in perpetuum, vel ad tempus, vel ex tempore.
2. Nulla societatis in aeternum coitio est et n. 7. et 23.
3. Societas alia est perpetua, alia temporalis, alia longior, alia brevior.
4. Temporis praefinitio est de substantia in societate, veluti est partium socialium constitutio.
5. Sex societatum species quoad sui durationem adnotantur, atque exponuntur n. 6.
8. Est differentia inter *aeternum* atque *perpetuum* ipsaque utriusque vocabuli significatio demonstrat n. 9.
10. Dum dicitur paries *perpetuus*, non intelligitur *aeternus*.
11. Aeternum dicitur, quod semper fuit, et est, ut Deus.
12. Naturaliter fieri imo potest, ut corporale quidquam sit aeternum.
13. Societas non potest ultra mortem porrigi.
14. Si in aeternum societas coiri posset, transiret in haeredes, et in incertas personas dubiae fidei, contra regulas societatis et n. 15. et 18.
16. Non potest societas continuare in haeredes in infinitum,
17. Non possunt posteri nostri perpetuae societati alligari.
    In aeternum societatem fieri, impossibile est ibid. et n. 20.
19. Aeternae societatis coitio in pactum deducta est hominis temeritas, atque superbia, et datur ratio n. 21. et 22.
24 Societas in perpetuum contrahi potest, hoc est ad vitam, seu usquedum sociorum alter vivit.
25. Dictio haec in *perpetuum* plures habet in jure sensus, in specie vero usque ad unius socii mortem n. 26. et 30.
27. Dotis etiam causa dicitur perpetua, hoc est quousque durat matrimonium.
28. In sociis probitas, industria, peritia, fides sunt qualitates personales, quae pereunt cum ipsa persona.
29. Dictio in *perpetuum* in foro, intelligitur secundum subjectam materiam, et ad naturam actus restringitur.
30. In subjecta societatis quaestione d. dictio intelligitur ad vitam socii.
31. Coitio societatis in perpetuum tollit naturalem libertatem, atque est fomes rixarum, et discordiarum.
32. Nemo cogitur ad perpetuo manendum in societate, licet deprecatoriis, aut etiam obligatoriis verbis testator praeceperit.
33 Amplia licet inter socios pactum intervenerit.
34. Pactum quoque juratum manendi in perpetua commun. improbatur
35 Amplia licet idem pactum fuerit pluries ratificatum.
36. Amplia etiam, licet socio discedere volenti, aliquid initio promissum fuerit.
37. Atque demum amplia licet d. pactum fuerit in transactione firmatum.
38. Ex his vacillare videtur illa conclusio, quod societas possit coiri in perpetuum, seu ad vitam.
39. Distingue tamen, aut pactum est, ne vel socius quousque vivit, vel infra certum tempus societatem dividat, aut potius, ne a societate omnino discedat.
40. Primi generis pactum societati non opponitur quia habet conditionem rebus in eodem statu manentibus secus adveniente discedendi causa.
41. Alterum vero pactum opponitur societati, et non valet n. 42 et 43.
44. Contra hanc distinctionem facit regula quod societas in perpetuum, seu donec socius vivit, coiri recte potest.
45. Contractus initio est voluntatis postea vero quam initus est, fit necessitatis n. 46. et 47.
48. Respondetur, pactum, ne intra certum tempus a societate discedatur intelligitur nisi partes alias consenserint, vel justa discedendi causa non supervenerit.
49. Tertio modo societas initur ad tempus determinatum.
50. Puta usque ad mensem aprilem, vel usque ad triennium n. 51. et 52.
53. Vel ad aliud simile tempus beneplacitum, et durante termino, nulli socio licet extrahere lucrum, aut capitale a societate.
54 Moriente autem aliquo socio infra tempus praestitutum, quisque socius capitale suum repetit.
55. Lapso autem tempore praefinito, non admittitur prorogatio, licet negotium nondum fuerit consummatum.
56. Societas ad haeredes non transmittitur, durante etiam tempore a partibus praefinito.
57. A societate ad tempus inita, receditur, justa concurrente causa, licet tempus non sit elapsum.
58. Contra conclusionem, de qua supra n. 55. facit, regula textus etc. ubi quod mortuo socio negotium coeptum explicat haeres n. 59
60. Respondetur, hic per mortem finitur de jure societas, ibi per lapsum temporis ex pacto praefiniti, quod fortius est.
61. Alia ratio, socius sciens tempus praefinitum poterat se abstinere ab inchoandis aliis negotiis, et remissive n. 62.
63. Societas coita ad centum annos, eadem ipsa est cum alia in perpetuum n. 73.

64. Qui societatem soeunt, sui juris esse debent, seu aetatis 25. annorum de jure, seu annorum 20. de statuto n. 65. et 66.
67. Ita ut idem sit ad centum annos, atque ad 120 seu 125. annos.
68. Fieri non potest regulariter, ut homo tantam aetatem attingat.
69. Vita longaeva hominis ad centum dumtaxat protrahitur annos, n. 70.
71. Declara praesumptionem juris in hoc esse, ut homo non excedat centum annos, non ut debeat hanc aetatem attingere.
72. Nam vita hominis regulariter finem habet in 70. circiter annis.
74. Societas coita ad centum annos, haeredes etiam videtur includere.
75. Moriente autem uno sociorum citra centum annos, solvitur, societas.
76. Quaevis societas ultra mortem non porrigitur.
77. De societate inita ad centum annos remissive.
78. Societas quarto modo contrahitur ex tempore.
79. Puta ex biennio, novennio, decennio, a mense aprilis, a Natali Christi proximo, ut eo tempore adveniente, incipiat societas, n. 80. 81. 82. et 83.
84. Societas est contractus bonae fidei, nominatus, correspectivus, et ultro citroque obligatorius.
85. Coita ergo societate ex tali designato tempore, hoc adveniente, nascitur actio pro adimplemento, exclusa poenitentia, alias ad interesse, et remissive n. 86.
87. Quintus modus est, si societas sit coita sine temporis praefinitione; nam potest socius quandocumque recedere, dummodo alter socius certioretur.
88. Societas si reovetur sine praefinitione temporis ad unum saltem durat annum.
89. Intellige semper si res integra sit, puta si negotia non sint coepta.
90. Explicatius vero, si societas sit indefinite contracta, seu renovata hodie, socius non potest in crastinum recedere.
91. Sed tamdiu expectandum est, donec aliquod sit expletum negotium.
92. Expectatio haec non consistit in majori, vel minori tempore, sed in occasione, puta primarum nundinarum, licet in iis nihil actum sit.
93. Societas in suis effectibus est triplex, lucrosa, sterilis, et damnosa.
94. Occasione data, si nihil actum fuerit, societas erit sterilis.
95. Societate ad vendendum vinum indefinite contracta, aut fuit designatum vinum in illa tali cella vinaria existens, et societas durat, quousque illud vendatur vinum n. 96.
97. Aut vinum emendum, vendendumque non fuit designatum, fuerat tamen conducta taberna, puta ad annum, et societas durat, quousque durat locatio.
98. Quid si inter socios actum sit, de emenda certa quantitate musti proximo autumno, ut inde vinum defaecatum venderetur, nullo definito tempore.
99. An vini venditio facienda sit post primam vel post secundam vini purgationem?
100. Bonus judex arbitrabitur, non quod unius vel alterius socii interest, sed quod societati interest.
101. Amplius ut judex, loci consuetudinem spectabit, circa primam, vel secundam vini vendendi purgationem.
102. Quod si nihil apparuerit, judex periculum corruptionis vini, aut majus, minusve sibi pretium futurum spectabit, ad decernendam vini venditionem.
103. Uno quoque verbo, spectabit judex, quod societati expedit, et non sociorum uni.
104. Finis societatis est quaestus, qui quo major erit, eo vel melior, et societati conformior.
105. Quod si protrahatur vini venditio, altero socio invito, hic debet protestari de vini corruptione, et de periculo, ad protrahentem spectante.
106. Ad instar socii, invitis aliis sociis, nundinas adeuntis, et remiss.
107. Postremus modus est, si societas coeatur ad beneplacitum.
108. Et haec tamdiu societas durat, quamdiu consensus partium integer perseverat.
109. Nam ideo dicitur ad beneplacitum, quia societas durat, quantum sociis placet, seu quantum ipsi voluerint n. 110.
111. Hic contrahendi modus affinis est proximo superiori, et ideo illud ad beneplacitum intelligitur arbitrio boni viri.
112. Societas contracta ad beneplacitum seu ad arbitrium unius socii, quomodo intelligenda sit, remissive et n. 113.

1 Paulus ita scribit in *leg. 1. ff. pro socio* ibi « Societas coiri
» potest, vel in perpetuum, id est dum vivunt, vel ad tem-
» pus, vel ex tempore » Caeterum *nulla societatis in ae-*
ternum coitio est, quemadmodum hisce verba idem subdit
2 Paulus in *leg. nulla 71. ff. eod. tit.* Ex his recitatis nostri
juris fontibus, patet, aliam esse societatem perpetuam, aliam
3 temporalem, aliam breviorem, aliam longiorem: hoc tamen
interest, ut temporis praefinitio aeque sit de substantia so-
4 cietatis, atque partium socialium constitutio *Mart. medic.*
dec. senen. 67. *n.* 10. Hinc sex societatum species quoad
5 earum durationem expresse dimanant; prima videlicet so-
cietas est illa, quae dicitur in aeternum; secunda in perpe-
tuum; tertia ad tempus praefinitum; quarta ex tempore desi-
6 gnato; quinta sine praefinitione temporis; et sexta demum
ad beneplacitum: singulas percurram, illarumque respecti-
vam naturam, et qualitatem, quoad licebit, exponam.
7 Et quoad primam societatis speciem, quam nulliter in ae-
ternum coiri docet *d. l. nulla 71. ff. pro socio.* Praemitto
8 discrimen esse plane maximum utriusque verbi *in perpe-*
tuum, necnon *in aeternum*, ut per *Jov. de contract. min.*
gloss. 25. § 13. *n.* 249. *in fin.* ipsaque per se, quae cuique
9 se primum objicit, naturalis utriusque verbi significatio in-
digitat, et hoc, idem semper Paulus jurisconsultus exemplo
demonstrat in *leg. eum debere* 32. *ff. de servit. urb. prae-*
dior. ibi « Satis aperte significari *in perpetuum* parietem
» esse debere, non hoc his verbis dici, ut *in perpetuum*
» idem paries *aeternus* esset, quod ne fieri quidem posset,
10 » sed uti ejusdem modi paries in *perpetuum* esset, qui onus
» sustineret ».
Vim ejus propterea, quod aeternum est, explicat *Glossa*
in ead. leg. 32. *verbo aeternus ff. de servit. urban. praed.*,
ut sequitur « Aeternus, idest sempiternus, nam aeternum
11 » dicitur, quod semper fuit, et est ut Deus » additur *Jov. de*
contract. min. gloss. 2. § 1. *n.* 39. *et* 40. atque ideo elegan-
tissime *Faber. in d. leg. eum debere in prima ratione de-*
cidendi ff. de servit. urban. praed. ibi « nec enim per rerum
» naturam fieri potest, ut corporale quidquam sit aeter-
12 » num » Hinc etiam Papinianus prudentissime cujusque so-
cietatis finem, seu terminum per mortem ita statuit *in leg.*
si fratres 53. § *idem respondit ff. pro socio* ibi « *Socieта-*
13 *tem non posse ultra mortem porrigi* » additur *Torr. de*
pact. futur. success. lib. 1. *cap.* 6. *n.* 15. Persuadetque ra-
tio; quia si societas in aeternum coiri posset, oporteret illam
14 in haeredes in infinitum transire; similiter in incertas per-
sonas, dubiae fidei, ac disparis industriae transmittere, et
ipsum quoque socium contrahentem, facultate testandi pri-
vare, quae omnia principiis verae societatis in superiore ca-
15 pite proximo jactis, directo pugnarent; unde *Cujacius* opti-
me *in lib.* 32. *Pauli ad edict. ad leg.* 1. *ff. pro socio tom.*
5. *col.* 479. *lit. B.* ibi « Non potest igitur societas continua-
16 » re in haeredes in infinitum etc. denique non possunt po-
» steri nostri perpetuae societati alligari, quia et perpetuam
» societatem in aeternum tueri, perdifficile, imo impossibile
» est » concordat *Faber. in d. leg. nulla ff. pro socio* ibi
» At si in aeternum coiri societas posset, non finiretur mor- 17
» te, sed ad haeredem usque extenderetur, nec tantummo-
» do ad primum usque, sed etiam ad ulteriores omnes, na-
» que in infinitum, *et Rot. in Rom. quintae partis negotii*
serici super negotio princip. 20. *apr.* 1742. § 4. *cor. bon.* 18
mem. de Vais.
Quid quod! Aeternae societatis coitio in pactum deducta,
esset hominis vera temeritas, imo superbia intolerabilis;
nam licet, quoad factum pertinet, frustranee esset coitio, ex 19
ratione *Cujacii* dudum recitata, quia nempe societatem in
aeternum servari, impossibile est; quoad ipsos etiam socios 20
ita contrahentes, illa erumperet intolerabilis superbia, qua
illam in re sociali aeternitatem, seu infinitatem constituere
tentarent, quam solus Deus jure suo privativo in rerum na-
tura constituit; unde philosophi recte, non dari infinitum 21
docent, quod a re finita, hoc est ab homine, suum agnoscat
principium; quamobrem ex his, aliisque rationibus, firme 22
in jure conclusio est; nullam in aeternum dari, seu admitti
societatis coitionem, veluti praeter indicata jura, et doctores
affirmat *Zasius in § quaedam n.* 17. et 18. *instit. de action.* 23
Connan. comment. jur. civ. lib. 7. *cap.* 13. *sub n.* 1. *Rom.*
cons. 171. *n.* 5. *Cujà de feriis quaest.* 5. *n.* 225. *Montica*
de tacit. et ambig. lib. 6. *tit.* 23. *n.* 5. *Jov. de contract.*
min. glossa 25. § 13. *n.* 249.
Ad secundam perpetuae societatis speciem descendo, in
qua Paulus docet, illam posse contrahi in perpetuum, hoc
est ad vitam, seu usquedum sociorum alter vivit *d. leg.* 1. 24
ff. pro socio. Nam dictio haec *in perpetuum* multos habet
in jure sensus, quemadmodum exponit. *Glossa in eadem* 25
leg. 1. *ff. eod. tit.* et praecipue in hypothesi subjecta, perpe-
tuum dicitur, cujus finis esse aliquando potest, puta per so-
cii mortem *Jov. de contract. min. glossa* 2. § 1. *n.* 41. *Mi-* 26
chalor. de fratrib. part. 2. *cap.* 37. *n.* 10. unde etiam di-
citur dotis causam perpetuam esse, ut ea semper apud ma-
ritum sit, videlicet, usquedum manet matrimonium, ut *in*
leg. 1. *ff. de jur. dotium* et optime *Alciat. in leg. soluto* 27
matrimonio 2. *n.* 9. *ff. soluto matrim., quemadmod. dos pet.*
Ita pariformiter cum ex eisdem in superiore capite jactis
principiis, in societate sociorum probitas, industria, peri-
tia, fides, contemplentur, hae personales sunt qualitates,
quae cum ipsa pereunt persona, neque sunt ad haeredes 28
transmissibiles.
Qua ex re receptum in foro est, d. clausulam *in perpetuum*
secundum subjectam materiam intelligi, ac perinde ad per-
sonam ipsam contrahentium, juxta naturam actus, restringi
Connan. comment. jur. civ. lib. 7. *cap.* 13. *sub n.* 1. *Fa-* 29
ber. in d. leg. 1. *ff. pro socio. Alciat. in leg. soluto matri-*
monio n. 9. *ff. soluto matrim. Decion. respons.* 13. *n.* 53.

vol. 2. *Giurba cons.* 12. *n.* 3. *Borbosa tract. var. diction.*
254. *sub n.* 5. 6. *et* 7. *Rodulphin. allegat.* 115. *n.* 85. *Rot.*
in dec. 422. *n.* 18. *cor. Priolo*, *et in firmana manutentio-*
nis 12. *martii* 1756. §. 12. *cor. bon. mem. Borral. confir-*
mata die 28. *junii ejusdem anni* §. *fin. cor. eodem* atque
in subjecta, identificaque societatis materia, quod d. dictio
in perpetuum intelligatur ad vitam socii, seu usquedum so-
30 cius vivit, pro explorato jure admittunt *Duaren. comment.*
jur. civ. ad tit. 38. *Pandect. pro socio cap.* 2. *Connan.*
comment. jur. civ. lib. 7. *cap.* 13. *sub n.* 1. *Zosius in* §.
quaedam num. 16. *et* 17. *instit. de action. Wesembec. in*
pandect. lib. 17. *tit.* 2. *pro socio sub n.* 6. *Faber. in d.*
leg. 1. *ff. pro socio Arias de Mesa var. resol. lib.* 3. *cap.*
28. *n.* 17., *Calà de feriis quaest.* 5. *n.* 225. *Fontanell. de*
pact. nupt. claus. 4. *gloss.* 9. *part.* 2. *n.* 111. *Seraphin. de*
privil. juram. privileg. 58. *n.* 12. *de Graffiis dec. cas. con-*
scient. lib. 2. *cap.* 120. *n.* 3. *Jov. de contract. min. glosso*
25. §. 13. *n.* 249. *et* 252. *Rot. in firmana communionis*, *et*
pecuniaria 27. *junii* 1760. §. 3. *coram cl. mem. Card. Pa-*
racciano.

Quid vero! nonne hujusmodi societatis in perpetuum coi-
tio libertatem naturalem laedit? nonne coacta ad vitam com-
munio rixarum, discordiarumque est fomes, atque origo?
31 Vere durum est, sociali se pacto taliter socios alligari, ut abire
societate non liceat, seque restitui in libertatem sociati ho-
mines nequeant; neque nemo cogitur ad perpetuo manen-
dum in societate licet testator, vel deprecativis, vel obliga-
32 toriis quoque verbis praeceperit *Rot. in Romana quintae*
partis negotii serici super negotio principali 20. *aprilis*
33 1742. §. 7. *cor. bon. mem. de Vais.* Imo vero licet inter so-
cios pactum intervenerit *Rot. in Romana, seu Novarien.*
7. *martii* 1757. §. 8. *cor. cl. mem. Card. Elephantutio*, *et*
in nullius, seu farfen. divisionis 17. *junii* 1757. §. 2. *coram*
R. P. D. Olivatio eoque amplius, ut pactum quoque jura-
tum manendi in perpetua communione, tamquam rixarum
34 fomes, et libertatis laesivum improbetur, ut per *Decian.*
respons. 97. *n.* 9. *ad seq. tom.* 2. *Montica de tacit. et am-*
big. lib. 6. *tit.* 23. *n.* 4. *t.* 1. *Rot. in firmana communionis*,
et pecuniaria 25. *junii* 1759. §. 4. *cor. cl. mem. Card. Pa-*
racciano, *confirmata die* 27. *junii* 1760. §. 1. *et* 2. *cor. eo-*
dem et hoc verum, quamvis idem pactum fuerit plories ra-
35 tificatum, ut in eadem *firmano communionis*, *et pecunia-*
ria 25. *junii* 1759. §. 6. *coram eodem Paracciano* quamvis
etiam socio discedere a societate volenti aliquid, ne discedat,
36 promittatur *ibid.* §. 5. et quamvis denique suprascriptum
perpetuitatis pactum fuerit transactione firmatum, nam tran-
sactio, nec societati quidquam perpetuitatis addit, neque
37 naturam solubilitatis diminuit *Rot. in nullius*, *seu farfen.*
divisionis 17. *junii* 1757. §. 15. *coram R. P. D. Olivatio*
confirmata die 13. *januarii* 1758. §. 19. *cor. eodem.* Et si
haec vera esse admittantur, principium illud, societatem coiri
posse in perpetuum, seu ad vitam, a Paulo laudatum in *d.*
38 *leg.* 1. *ff. pro socio* correctioni suppositum dici oporteret.

Distinctione ea quippe opus est; aut pactum in coeund.
societate interpositum, tale est, ne socium, vel usquedum
39 vivit, vel infra certum tempus, rem socialem dividat, aut
potius, ne a societate omnino discedat; primi generis pactum
non infringit naturam societatis, nam intrinsecus conditio-
nem habet, si res in eodem statu permaneat *de Ponte cons.*
90. *n.* 8. *t.* 2. hoc est, nisi a societate discesserit, aut justam
40 discedendi causam non habuerit; secundi autem generis pa-
ctum directo laedit libertatem utendi jure societatis, nempe
41 discedendi a contractu, justa interveniente causa, ita Ulpia-
nus *in leg. si convenitur* 14. *ff. pro socio* ibi » si convenitur
» inter socios, ne intra certum tempus communis res divi-
42 » datur, non videtur convenisse, ne societate abeatur: quid
» tamen si hoc convenerit, ne abeatur, an valeat? Elegan-
» ter Pomponius scribit, frustra hoc convenire » atque ad
43 rem *Connan. comment. jur. civ. lib.* 7. *cap.* 13. *sub n.* 17.
circa fin. Arias de mesa var. res. lib. 3. *cap.* 28. *n.* 17.

At huic distinctioni adversari videtur illud, quod pro
explorato habetur in jure, nempe societatem in perpetuum,
44 hoc est usque dum socii vivunt, coiri recte posse *d. leg.* 1,
ff. pro socio. Contractum autem inire initio voluntatis est.
postea vero quam initus sit, necessitatis efficitur, ad *text. in*
45 *l. in commodato* 17. §. *sicut. ff. commodati*, *vel contra*, *et in*
l. sicut initio 5. *c. de act. et oblig.* ibi » sicut initio libera
» potestas unicuique est habendi, vel non habendi contractus,
» ita renunciare semel constitutae obligationi, adversario non
46 » consentiente, nemo potest; quapropter intelligere debetis
» voluntariae obligationi semel vos nexos, ab hac, non con-
» sentiente altera parte, cujus precibus fecistis mentionem,
» minime posse discedere » Facilis responsio, nam quoties 47
dicitur improbari pactum, ne quis intra tempus praestitu-
tum a societate discedat, intelligitur, juxta naturam socie-
tatis, hoc est si partes aliae non consenserint, vel si justa di-
scedendi causa non intervenerit, id quod pertinet ad ulti-
mam, quae sequens est, hujus tractatus partem, ubi pecu- 48
liaria hoc desuper subjiciuntur capita.

Tertia societatis species ea est, quae contrahitur ad tem-
pus determinatum *leg.* 1. *ff. pro socio. Azo in summo cod.* 49
ad lib. 4. *tit. pro socio n.* 2. *Carpan. ad statut. Mediolan.*
cap. 483. *n.* 64. *tom.* 2. Puta usque ad mensem aprilem *de*
Graffiis dec. cas. conscient. lib. 2. *cap.* 120. *n.* 3. vel usque 50
ad biennium *Bront. in lib.* 17. *digest. vet. ad tit. pro socio*
circa fin. vel usque ad triennium *Ancharan. cons.* 394. *n.* 51
1. *Bellon. dec. Genuae* 27. *n.* 7. *et* 8. vel ad aliud simile 52
tempus praefinitum, et contrahentibus benevisum, adeo sa-
ne, quod durante termino societati praefinito, nulli socio-
rum licet extrahere quidquam, vel capitalis, vel lucri a so-
cietate *Hevia de commerc. terrestr. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 12. 53
quod si nondum elapso hoc praestituto tempore, unus socio-
rum moriatur, capitale suum quisque repetit *Ancharan. d.* 54
cons. 394. *n.* 1. et si elapsum fuerit tempus societati prae-
stitutum, prorogatio non admittatur, etiamsi negotium non-
dum fuerit plene consummatum *Bellon. dec. Genuae* 27. *n.* 55
7. *et* 9. nam ad haeredes societas non trasmittitur, durante
etiam tempore a partibus praefinito *Grotian. discept. for.* 56
cap. 276. *n.* 31. *et* 32. Ab hac etiam societate ad tempus
inita, potest termino nondum expleto recedi, justa tamen
concurrente causa *Decian. respons.* 97. *n.* 11. *tom.* 2. 57

Dixi tempore societatis expleto, eamdem finire societatem,
quamvis negotium sit pendens, hoc est coeptum, atque prae-
paratum, et nondum consummatum, ex *Bellon. d. dec. Ge-* 58
nuae 27. *n.* 9. In contrarium tamen facere videtur *textus in*
leg. haeres socii 40. *et leg. actione* 66. §. *morte ff. pro socio*,
ubi quod soluta societate per unius socii mortem, negotium 59
a defuncto inchoatum, explicat haeres, verum quia hic per
mortem finitur societas, ibi per lapsum temporis, fortior est
hominis pactio, quam legis provisio *Arg. textus in leg. fin.* 60
c. de pact. convent. quia poterat ibi socius, imo debebat fi-
nem temporis proximum, sibique cognitum spectare, seque
ab inchoandis aliis negotiis abstinere, et *Bellono* superius 61
citato, plaudit *Roxas de incompatibilit. part.* 2. *c.* 2. *n.* 18.
Verum de hoc iterum infra loco suo redibit sermo *p.* 4. *c.* 5. 62

Quid vero si societas ad centum annos coita habeatur, an
sit standum placitis? Ei proxima est, haec talis societatis 63
coitio, imo etiam major illa in perpetuum, de qua superius
proxime, nam societatem contrahentes, sui juris esse regu-
lariter debent *part.* 2. *cop.* 1. *n.* 5. et perinde ea aetate ad 64
contrahendum habili, puta 25. annorum de jure communi
l. 1. *ff. de min.* 25. *annor.* et annorum 20. de statuto urbis 65
Constantin. ad stat. urb. annot. 44. *art.* 1. *n.* 55. *ad seq.* 66
Idem propterea est in hisce circumstantiis dicere ad centum
annos, atque ad 120. seu respective ad 125. annos; quomo- 67
do fieri vero potest, ut tamdiu a contrahentibus possit pro-
trahi societas, si vita cujusque longaevi hominis annorum 68
centum est de jure dumtaxat? ita *in leg. an ususfructus* 62. 69
in fin. ff. de ususfruct., *et quemadmod. quis utatur* ibi
» Et placuit centum annos tuendos esse municipes, quia is
» finis vitae longaevi hominis est » addita *leg. fin. c. de sa-* 70
crosanct. eccles. Haec tamen juris praesumptio vera est, ut
homo metam centum annorum non dicatur excedere, non 71
ut illam debeat attingere; cum vita hominis septuaginta cir-
citer annis finem regulariter habeat, late *Antonell. de tem-* 72
pore legal. lib. 2. *cap.* 15. *per tot.*

Ad rem itaque: cum ad centum annos sit contracta so-
cietas, perinde hoc habetur pactum, quasi in perpetuum,
dictum esset, hoc est usquedum socii vivunt, et quia hu- 73
jusmodi societatis coitio haeredes sociorum contemplare
necessario videatur, cum regulariter impossibile fere sit
socios tantam posse aetatem attingere, inde contractus suam 74
retinet societatis naturam, hoc est, ut sociorum altero citra
centum annos moriente, solvatur societas, nam certum est, 75
exploratumque in quaque societate principium, societatem
non posse ultra mortem porrigi, prout totidem verbis docet
textus in *leg. si fratres* 63. §. *idem respondit ff. pro socio* 76
et in subjecta, atque identifica quaestione societatis ad cen-
tum annos coitae, consuluerunt *Corneus cons.* 310. *per tot.* 77
vol. 4., *et Jo. Francisc. de Ponte cons.* 90. *sub n.* 8. *tom.*

2. *Castracan. de societ. offic. cap.* 47. *n.* 5. *Felic. de societ cap.* 32. *n.* 5.

78 Succedit in ordine quarta species societatis, quae ex tempore contrahi dicitur *in d. leg.* 1. *ff. pro socio.* Puta ex no-
79 vennio, aut decennio proximo *Faber. in ead. leg.* 2. *ff. eod. tit.* seu clarius ex biennio, ut nempe socii simus post bien-
80 nium proxime transactum *Cujac. ad eamdem leg.* 1. *ff. pro socio in lib.* 32. *Paoli ad edict. tom.* 5. *col.* 479. *lit. B. C.*
81 seu a mense aprilis proximo, *de Graffiis dec. cas. conscient. lib.* 2. *cap.* 120. *n.* 3. seu a Natali Christi proximo. *Brant. in lib.* 17. *digest. veter. ad tit. pro socio circa fin.* vel ab
82 alio simili tempore, vel post aliud simile tempus, ut hoc
83 adveniente tempore, incipiat societas.

Alibi jam dixi, hunc societatis contractum esse bonae fi-
84 dei, nominatum, correspectivum, atque ideo ultro, citroque obligatorium *Felic. de societ. cap.* 7. *n.* 1. *Tartaglia de reservat. statutar. art.* 59. *n.* 1. *et* 8. tum primum igitur, cum est contracta societas post tale praestitutum tempus incipienda, illo adveniente tempore nascitur utrinque actio pro socio, qua socius forte alter poenitendo a societate recedens, aut promissa non adimplens, ad implendum cogi pot-
85 est, et ad id quod interest condemnari. *Alderis. de simbolic. contract. tit.* 3. *c.* 1. *n.* 3. *Tartaglia de reservat. statutor. art.* 59. *n.* 5. Ad rem nonnulla adnotavi in superiore
86 proximo *cap.* 10. *n.* 143. *ad seq.* circa collationem, et morae constitutionem pro eo quod interest.

Quinta species societatis ea est, quae sine temporis praefinitione contrahitur, et ab hac societate sociorum quisque recedere quandocumque potest, dummodo suo notum fa-
87 ciat alteri socio recessum *Arg. leg. sed et socius* 17. *§. absenti ff. pro socio Gratian. discept. for. cap.* 697. *num.* 6. Quod si de renovatione societatis agitur sine temporis praefinitione, secuta, quod annus expectari debeat saltem unus
88 a renovatione facta *Barbosa in repert. jur. canon. et civil. verbo societas vers. socius ad tempus circa fin. Hevia de commerc. terrestr. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 37. Equidem si res integra est, puto facultatem socio esse discedendi a societate indefinite contracta, seu renovata, secus si res integra non sit, puta quia sit coepta, videlicet, merces emptae, et hujus-
89 modi, veluti ad rem proxime *textus in leg. actione* 64. *§. item si alicujus ff. pro socio Manoz. de escobar. de ratiocin. cap.* 6. *n.* 83.

Explicatu vero digna clarius haec quaestio est: si plane ad tempus indefinitum sit facta societatis coitio, seu renovatio, deque ea constet sicuti societas nominatus est, bonaeque fidei contractus, et poenitentiam excludit, non propterea sociorum alter potest, societatem, modo, quo supra, indefinite
90 hodie contractam, pro arbitrio in crastinum revocare, nam secus lusoria esset societas, tamdiu ergo videtur expectandum, donec aliquod sit expletum negotium eamdem societatem initam pertingens, puta si super mercibus, donec ali-
91 quae emantur, seu vendantur merces, et sic deinceps. Expectatio haec autem non sistit in majori, vel minori tempore, sed in occasione opportuna, puta, sequendo casum propositum, ut primae expectentur nundinae, in quibus fiat mercium emptio, seu venditio, vel non fiat, parvi refert,
92 quoniam potest sociorum alter societatem solutam dicere, licet fuerit nihil actum, hoc est nihil emptum, venditumve; nam cum societas triplex sit in suis effectibus, scilicet lu-
93 crosa, sterilis, et damnosa, ut per *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 8. *n.* 4. *Rot. in dec.* 763. *n.* 19. *part.* 1. *di-*
94 *versor.* erit in casu proposito vera quidem societas, sterilis tamen, nulliusque compendii.

Quid si societas fuerit ad emendum, et vendendum vinum indefinite contracta? Ea placet distinctio, aut de certo, designatoque vino agitur in illa identifica cella vinaria existen- 95
te, et patet tamdiu societatem durare, quoadusque illud tale indicatum vinum integre ematur, atque vendatur; aut in 96
genere de non designato vino emendo, vendendoque agitur, fuerit tamen ea de causa per socios conducta, ad idem vinum servandum, atque vendendum taberna, et similiter dicendum, eatenus durare societatem, quatenus tabernae locatio, et respective conductio durat, tamquam argumentum reciprocae voluntatis univocum, ita resolvit *Bellon. decis. Ge-* 97
nuae 17. *n.* 6. *in fin.*

Praeterea illud notum est inter socios, ut tanta musti quantitas proximo autumno emeretur, ut defaecatum inde venderetur vinum, nullo, ad hoc, tempore praestituto; so- 98
ciorum alter priorem vini purgationem, posteriorem vero alter expectari contendit, uter sit audiendus, quaeritur? Bo- 99
nus judex, cui dirimendae quaestionis summa delegatur, spectabit monitum Pauli ajentis, semper enim, non id quod privatim interest unius ex sociis servari solet, sed quod societati expedit *in leg. actione* 65. *§. diximus ff. pro socio.* 100
Quamobrem, si regionis mos sit ut post primam, vel secundam vini purgationem, vendatur vinum, et judex id spectabit, quod est servari solitum, nam quae solita sunt fieri, habent semper praesumptionem pro se *Decian. respons.* 65. 101
n. 18. *et respons.* 124. *n.* 7. *et* 8. *lib.* 3. *Rot. dec.* 93. *n.* 81. *part.* 5. *tom.* 1. *recentior.*

Quod si solitum hoc, vel desideretur, seu varium sit, et hoc posteriore casu judex pericula, ex circumstantiis spectabit, puta corruptionis vini, si longius protrahatur venditio, aut sit difficilior, viliorque futura distractio; unoque verbo, 102
id quod societati magis expedit, non quod privatim unius 103
ex sociis interest spectabit judex; nam finis societatis est quaestus, qui quo major, eo erit melior, ac societati confor- 104
mior; quod si nihilominus alter socius subire periculum incertae corruptionis vini minime intendat, protestari de hoc debebit, nam tunc, qui socios longius protrahi vini venditionem exoptaverit, sciat illud majus lucrum ad se quidem pertinere, sed aeque corruptionis, aut vilis quoque pretii, 105
alteriusve periculi damnum, siquod futurum sit, exemplo socii, contradicente altero negotiatum proficiscentis, ut in 106
proximo superiore *cap.* 10. *n.* 139.

Postrema societatis species indefinite contracta dicitur ad beneplacitum sociorum, in eaque locum obtinet regula tex- 107
tus *in leg. tamdiu* 5. *cod. pro socio* ibi » Tamdiu societas » durat, quamdiu consensus partium integer perseverat » ubi *Baldus num.* 1. *cod. eod. tit.* atque ideo societas coiri 108
dicitur ad beneplacitum, quia tantum durat, quantum sociis placet *Cyn. in d. leg. tamdiu n.* 1. *c. pro socio.* Seu 109
quantum ipsi voluerint *Alexand. cons.* 136. *num.* 1. *lib.* 5.
Verum quia haec societatis species, alteri de qua dudum 110
proxime egi, affinis, ac similis pene est, in hac, quemadmodum illa, idem juris est; nam dictio illa *ad beneplacitum* non absolutam indicat voluntatem, sed arbitrium boni viri a jure, et ratione pendens *Abbas Panormit. in cap. verum* 111
7. *n.* 6., *et in addit. lit. D. Felin. in cap.* 1. *n.* 51. *in fin. de constit. Rot. dec.* 330. *n.* 1. *part.* 4. *tom.* 1. *recentior.*

Difficultas inerit, si contracta fuerit societas ad beneplacitum, seu ad arbitrium unius socii tantum duratura; et hac 112
in re servandae erunt regulae jam traditae in superiore *par.* 2. *cap.* 2. *n.* 70. *ad seq.* et in hac iterum *part.* 3. *cap.* 8. *n.* 113
130. *ad plur. seq.* ad quas me refero.

PARS QUARTA.

CAPUT PRIMUM

De probatione societatis.

SUMMARIUM

1. Probationis assumptum, est onus grave atque durum.
2. Et pertinet ad actorem, nam reo negare redundat.
3. Reus tamen excipiens fit in exceptione sua actor, et eam plene probare tenetur.
4. Secus enim reus semper negabit.
5. Qui societatem contractam allegat, factum allegat, quod non praesumitur.
6. Ideo manifestis probationibus ostendere eam tenetur.
7. Amplia fortius ad effectum agendi, aut de re, aut pro re, aut contra rem societatis.

8. Census, et monumenta publica potiora sunt testibus.
9. Societas plane probatur per publicum instrumentum.
10. Arallmum pari modo continens capitalia sociali nomine adnotata probant societatem.
11. Instrumentum, etiam defectuosum, puta cursu testibus probat societatem aliunde suppletam.
12. Societatis contractus est quid diversum ab instrumento, ita ut consistat societas, licet in instrumento una dicatur.
13. Hinc simplex scriptura privata, etiam sine instrumento, probatur societas.
14. Limita si scriptum privatum fuerit imperfectum, aut inobservatum.
15. Folium etiam informe, concurrente observantia probat societatem.
16. Societas solo consensu probatur, nulla etiam scriptura interveniente.
17. Capitula socialia optime probant societatem.
18. Amplia si quis in eisdem capitulis, aliave scriptura, denominetur socius.
19. Bilancia inter socios optime probant societatem.
Amplia praesertim si bilancia fuerint per socios approbata ibid.
20. Libri sociales, seu rationum societatem optime probant maxime inter socios, et contra socios, et n. 21.
21. Amplia si iidem libri sociales reperiantur communi nomine inscripti.
22. Inscriptio alicujus in libris socialibus, non semper est univocum probationis argumentum nisi de illius mandato constet inscriptae aut veritas aliunde appareat.
23. Et e contra quandoque is, cujus nomine canlet societas, socius non est.
24. Ex partitis in libros sociales relatis communi nomine, probatur societas.
25. Declara ut partitae descriptae ibi sint nomine illius tamquam socii non tamquam creditoris, secus etc.
26. Computa sociali nomine subscripta, probant societatem.
27. Rationis pariter redditio, et computorum solidatio eamdem probant societatem.
28. Receptae similiter, et solutiones communi nomine factae habent eamdem vim probationis.
29. Epistolae societatem probant.
30. Sententiae vero, et res judicatae multo magis probant.
31. Amplia ex positionibus judicialiter admissis.
32. Juramentum probat societatem, et potest dari illam neganti.
33. Amplia fortius si societas reperiatur in libro fori mercatorum.
34. Propriam confessionem nemo potest impugnare.
35. Confessio superat omne genus probationis.
36. Confessio societatis contra eum, qui illam admisit, est omnium probationum major.
37. Confessio plurium sociorum, aliis etiam praejudicat.
38. Amplia si talis confessio fuerit judicialis, puta in positionibus emissa.
39. Confessio etiam extrajudicialis facta praesente parte coram duobus testibus, societatem probat.
40. Amplia absente etiam parte, de aequitate canonica, et n. 41.
42. Fortius si talis extrajudicialis confessio fuerit geminata.
43. Geminata enim extrajudicialis confessio aequivalet judiciali.
44. Confessio praecipue per sacerdotem emissa in articulo mortis, magni fieri solet.
45. Amplia etiam si confessio fiat in mandato procurae.
46. Limita in procuratore confitente societatem, sine ullo mandato.
47. Amplia limitationem, si confessio tendat in ipsius confitentis commodum.
48. Puta si dicat, se fuisse ab alio tamquam socio fraudatum.
49. Societas per confessionem probata de tempore praesenti, praesumitur etiam in praeteritum.
50. Testium usus est frequens, ac necessarius tam in civilibus, quam in criminalibus.
51. In judicio eamdem vim obtinet fides instrumentorum, ac depositionum testium.
52. Amplia ut iidem testes dicantur instrumenta, et datur ratio.
53. Testes ad probandam societatem, deficiente scriptura, admittuntur.
54. Praesertim si plures, quam duo fuerint, et de socialibus actibus deponunt, n. 55.
56. Amplia ut testes etiam singulares, si actus sociales perstringunt, probant societatem.
57. Amplia etiam licet non sint formiter examinati, si de particulari societate agitur, secus si de universali, cujus probatio durior est.
58. Facilius probatur societas particularis, quam universalis.
59. In societate particulari sufficit testis etiam unicus, si sit examinatus, et adminiculis fulcitus.
60. Declara ut hic testis debeat deponere de tempore, de capitali, aliisque socialibus actibus.
61. Unus testis singularis deponens ad proprium commodum non probat societatem.
62. Testes ad probandam societatem universalem debent formiter examinari, et de tribus notis requisitis deponere.
63. Amplia, ut eorum dicti, ac scientiae causam ab actibus qui citra jus, et nomen societatis fieri nequeunt, deductam, reddant.
64. Testes circa praecedentem societatis tractatum deponentes, admittuntur.
65. Testes in quavis societatis adminiculative admitti, opus non habent formali examine, ad probandam societatem.
66. In concursu testium affirmantium, et negantium societatem, affirmativi praeferuntur negativis.
67. Testes ad probandam societatem inducti, non debent exceptionem pati, vel in dicto, vel in persona.
68. Testes deponentes de auditu, informes, et pendente lite capiscati, non probant.
69. Amplia si se retractaverint, neque examini subjici voluerint, ibid.
Amplia si testes dicant, illum talem esse socium, non reddita eorum dicti causa super actibus, ibidem.
70. Amplia etiam si indefinite deponant, et non dicant, quid de lucris, et fructibus communibus actum sit.
71. Societatem non probat testis, si sit alteri parti infensus, propter litem, in qua succubuit, item pauper, mendicans, et sibi contrarius.
72. Declara ut varietas in teste debeat substantialis esse, non accidentalis.
73. Exceptiones personales testium, non attenduntur, si a numero, vel a formali examine suppleantur.
74. Exceptio etiam amici, aut compatris unius socii removetur, si fuerit utrique socio amicus.
Exceptio item testis salariati, et familiaris, non excludit societatis probationem, ibid.
75. Testis excludens societatem debet concludere, et conreddere suam negativam.
Limita si excludit societatem in eo, qui illum penes acta produxit nam plenissime probat contra producentem, ibid.
76. Societas probatur levioribus probationibus.
77. Videlicet praesumptionibus, conjecturis, argumentis, atque adminiculis.
78. Praesumptio tamen sola non sufficit ad probandam societatem, universalis haec sit, sive particularis, et n. 79.
80. Societas tamen inter eos praesumitur, qui alias eam sunt contrahere assueti.
81. Societas si appareat in antecessum contracta, continuata praesumitur.
82. Amplia ut societas semel contracta conservatur per unicum actum
83. Amplia fortius, ut societas renovata praesumatur, si de praecedenti illius coitione liquido constat.
84. Societas semel probata praesumitur continuata usque ad mortem.
85. Limita si de expressa societate praecedenter inita non constat, nam tacita non praesumitur, nisi univocae, et urgentes concurrant conjecturae.
86. Conjecturis etiam recte probatur societas.
87. Declara si conjecturae sint graves, et ita urgentes, ut actus fieri nequiverint citra jus, et nomen societatis.
88. Conjecturae in probanda societate universali debent esse in suo genere perfectae.
89. In particulari autem societate, leviores quoque sufficiunt.
90. Conjecturae tamen hac in re, debent simul accipi, et ponderari.
91. Concurrentibus hinc inde conjecturis, praeferuntur majores, urgentiores, et numero plures.
92. Societatis probatio inducitur ex actibus extrinsecis, non autem modus societatis, seu qualitas partium.
93. Nam consensus partium non apparet oculis, nec sensu corporeo percipitur.
94. Actus antecedentes concomitantes, et subsequentes societatem probant.
95. Actus nobiliores inducentes societatis probationem, illi sunt, qui citra jus, et nomen societatis fieri nequeunt.
96. Ad hujusmodi referuntur actus, capitalis collatio in societate.
97. Item communis, et reciproca negotii socialis administratio.
98. Item negotiorum gestio, et contractuum stipulatio communi nomine.
99. Item promiscua debitorum, et expensarum solutio.
100. Item institoris deputatio communi nomine facta.
101. Item usus communis signi socialis.
102. Item reciproca lucri, et damni communicatio. Item rationis redditio recepta per eum, qui se socium dicit, ibid.
103. Item si plures in eadem domo, et apotheca eamdem exerceant artem
104. Item disdicta societatis, quae illius existentiam praesupponit.
105. Item subsequens rerum socialium divisio, quae praecedentis societatis existentiam necessario inducit.
106. Et tandem socius est, qui cum administro habuit commercium litterarum.
107. Si notulas introitus, et exitus ab eo recepit, si pecuniam exegit, et solvit, sine alterius mandato.
108. Si negotium invisere pluries advenit, de re prospera laetum, de re adversa se tristem praebuit.
109. Si demum sine praemio pro sociali negotio fidejussit, eique mutuavit.
110. Intellige si pro negotio sociali fidejubens, non cavit sibi de indemnitate.
111. Auctoritas, cura, et sollicitudo perficiendi hoc, vel illud negotium, maxime si de proprio pecunias dedit, est actus societatis inductivus.
112. Amplia si alii socii hujusmodi actus viderint, atque tacuerint.
113. Argumentum societatis est si in aliqua scriptura, ille, de quo quaestio est, socius nominetur.
114. Amplia si fuerit dictum *per compagno* ad negotium assumptus.
115. Amplia si in litteris ultro, citroque scriptis, dicatur *siamo a metà con V. S.*
116. Amplia si dictum fuerit *correre ugual fortuna*
117. Amplia etiam si dictum fuerit *a comodo, ed incomodo.*
118. Similiter *stare al bene, ed al male.*
119. Verba etiam illa *noi, nostro, nostra* societatem coitam arguunt.
120. Item illa *la bottega, lo faremo per noi.*
121. Item illa *la nostra compagnia, il nostro negozio.*
122. Atque demum illa verba *negozio fra di noi finito.*
123. Verba tamen noi, *nostro, nostra*, non semper arguunt societatem, puta si societas non praeextiterit.
124. Amplia si dicta verba, ad alia referri possint, quam ad societatem.
125. Nam verba regulariter, et actus semper interpretantur adversus eum, qui societatem allegat.
126. In quovis igitur dubio pronunciandum est contra probationem societatis.
127. Observantia societatem arguit, si sit regulis illius conformis, secus si talis non sit
128. Fama publica, et communis opinio non sufficit ad probandam societatem, nisi alia argumenta, et conjecturae concurrant.
129. Publica tamen vox, et fama, necnon communis opinio semiplene societatem probant.
130. Actus consulti, qui institori conveniunt non probant qualitatem socii, in eo, qui illos gerit.
131. Puta si quis pro administratione rei socialis, salarium postulat.

132. Secuti e contra defectus salarii arguit socii qualitatem.
133. Attamen salarii constitutio non est semper signum qualitatis socii exclusivum.
134. Puta, sicuti parvitas capitalis in eo, qui simul operam praestat, non excludit societatem.
135. Ita si capitale suppar contulit, et operam simul promisit, hic socius dignus est aliqua mercede, vel salario.
136. Quod si sub nomine Titii, et Caji, et sociorum sit contracta societas; qui comprehendantur sub nomine sociorum?
137. Hoc probari debet, quod si non probetur socii Titius, et Cajus erunt socii.
138. In hac materia probandae societatis si plura sint argumenta, levia tamen simul jungenda sunt, ad plenam probationem societatis assequendam, n. 139.

Grave; et onerosum esse probationis assumptum, scribit
1 Ulpianus *in leg. voluit* 4. *ff. de interrogat. act.* idque estenus ei, qui in judicio agit, incumbit, ut reus conventus
necessitate monstrandi contrarium non adstringatur, cum
per rerum naturam, factum negantis, probatio nulla sit *leg*
2 *actor.* 23. *c. de probat.*, si tamen actor intentionem suam
impleverit, reus excipiens partibus actoris fungi debebit,
suamque exceptionem, velut intentionem, implere *leg. in*
3 *exceptionibus* 19. *in princ. ff. probat.*, alioquin semper negabit reus, veluti concludit Paulus *in leg. inter stipulan-*
4 *tem* 83. *§. si stichum ff. de verb. oblig.*
Secundum haec jacta principia, is, qui coitam societatem
allegat, sicuti factum allegat, et id, quod facti est, nequa-
5 quam praesumitur *l. in bello §. factae ff. de captiv. et post-*
limin. revers. Menoch. de praesumpt. lib. 2. *praesumpt.* 2.
n. 3. *Mascard. de probat. concl.* 732. *n.* 1. *vol.* 2. *Rot.*
dec. 64. *n.* 17. *part.* 4. *tom.* 2. *et dec.* 274. *n.* 11. *part.* 5.
tom. 1. *recent.*, *et dec.* 53. *n.* 8. *cor. Tanar.*, ideo tenetur
illam manifestis probationibus, univocis argumentis, et ur-
6 gentibus conjecturis, simul praecipue junctis ostendere *Fab.*
Anna cons. 59. *n.* 33. *Catan. cons.* 16. *n.* 22. *et* 23. *Cephal.*
cons. 247. *n.* 20. *tom.* 2. *et cons.* 340. *n.* 14. *cum seq. tom.*
3. *Botta cons.* 81. *n.* 41. *Corpan. ad stat. Mediolan. cap.*
483. *n.* 39. *Cyriac. contr. for.* 478. *n.* 7. *et contr.* 504. *n.*
73. *Capyc. latr. dec.* 189. *num.* 9. *lib.* 2. *Ansald. de commerc. et mercat. disc.* 87. *n.* 2. *Panimoll. dec.* 152. *n.* 34.
Constant. vot. 113. *n.* 9. *et vot.* 255. *n.* 44. *Rota dec.* 228.
n. 13. *cor. Priolo*, *et decis.* 275. *n.* 21. *tom.* 1. *in nuperr.*
et in Romana societatis 5. *julii* 1751. *§.* 3. *cor. cl. mem.*
Card. Bussio, *et in Romana*, *seu Sabinen. societatis* 3.
martii 1753. *§.* 4. *cor. R. P. D. Figueroa.* Maxime vero ad
effectum agendi, aut de re, aut pro re, aut contra rem so-
7 cietatis *Ancharan. cons.* 33a. *n.* 6. *Zacchia de oblig. cameral. qu.* 4. *n.* 20. *Felic. de societ. cap.* 31. *n.* 59. *Ansold. de commerc. et mercat. disc.* 87. *n.* 3. *Rota in Romana*, *seu florentina pecuniaria* 12. *apr.* 1723. *§. ratio*, *et §.*
qua vero cor. cl. mem. Card. Cerro.
Multimode respectivas probari societates, pro re, et consilio, sparsim adnotavi superius; potiores, frequentioresque
societatem probandi modus, subjiciam hic synoptice dumtaxat. Ex Marcello, census, et monumenta publica, potiora
testibus esse, senatus censuit, ut in *leg. census* 10. *ff. de*
8 *probat.* Non dubium itaque, quin per publica instrumenta
desuper stipulata, probetur plene societas *Gloss. in leg. so-*
9 *cietatum* 4. *ff. pro socio*, *Mascard. de probat. conclus.*
1309. *n.* 5. *vol.* 3. quam fere vim identificam etiam habet,
ex lege proximo indicata, aestimum, puta si capitalia ibi
cum qualitate sociali adnotata reperiantur, vel publica pensitatio sociali, seu communi nomine expleta demonstretur
10 *Purpurat. cons.* 403. *n.* 23. *tom.* 2. *Mantica de tacit. et*
ambig. lib. 6. *tit.* 10. *n.* 19. *Michalor. de fratrib. part.* 2.
cap. 17. *n.* 11. *Jov. de contract. min. gloss.* 25. *§.* 13. *n.*
113., et quoad instrumenta, suis conclusio viribus consistit,
quamvis illa, aliquem habeant defectum, puta si careant te-
11 stibus, dummodo facti veritas aliunde suppleatur *Constantin. vot.* 66. *n.* 3. 4. *et* 5. *tom.* 1. et ratio est, quia contractus societatis est quid diversum ab instrumento, ita ut fieri
possit, ut sit societas, licet in instrumento non dicatur *Spa-*
12 *da cons.* 246. *sub n.* 6. *lib.* 2. *Ansold. de commerc. et*
mercat disc. 51. *n.* 11.
Atque hinc est, quod licet instrumentum publicum, sit
modus ubique optimus probandi societatem, non tamen est
necessarius, nam simplex quoque privata scriptura redundat
13 *Spada d. cons.* 246. *n.* 6. *vol.* 2. *Mascard. de probat. conclus.* 1309. *n.* 5. *vol.* 3. *Giurba ad consuet. Messan. cap.*
1. *glos.* 7. *part.* 1. *n.* 52. *Panimoll. dec.* 152. *in annot.* 1.
n. 23. *ad* 27. *Constantin. vot.* 255. *num.* 6. *et* 45. *tom.* 2.
dummodo talis scriptura privata non fuerit imperfecta, et
quod magis interest, inobservata, quia hoc casu, societatem
14 nequaquam probaret *Rota post Salgad. labyrint. credit.*
dec. 168. *n.* 4. *inter collectas cor. Ottubono decis.* 94. *n.* 4.
Sed cum pro societate observantia, aliudve simile adminiculum concurrat, folium etiam informe sine die, et consule
Zanchio

exaratum, sufficit ad probationem societatis, *Rota in decis.* 15
203. *n.* 5. *coram Tanar.* Rationum vero maxima illa est,
quia societas solo, consensu contrahitur, nulla etiam interveniente scriptura *Spada cons.* 246. *n.* 6. *lib.* 2. *Rota dec.* 16
213. *n.* 4. *coram Manzonedo*, *et in decis.* 582. *n.* 14. *tom.*
2., ut *decis.* 1125. *n.* 1. *tom.* 4. *cor. Malin.*, *et in nuperr.*
tom. 4. *dec.* 166. *n.* 30., *et tum.* 9. *dec.* 261. *n.* 5.
Multo vero magis societatem probant capitula societatis,
quae omnimodam executionem, atque observantiam sibi
conciliant *Rota decis.* 1316. *n.* 1. *coram Seraphin.*, *et dec.* 17
369. *n.* 2. *cor. Pamphil.*, *et dec.* 68. *n.* 2. *tom.* 6. *in nuperrim.* et satis est, ut quia in eisdem capitulis, instrumento, quave alia scriptura societatis, denominetur socius, nam
vere erit, plenissimaque societatis probatio *Rota in Romano Thesaurariae Marchiae super creditis* 11. *decembris* 18
1719. *§. in eumdem quoque cor. bon. mem. Crispo.* Similiter bilancia inter socios exarari assueta, inter eosdem praecipue socios maxime probant, ex collectis per *Constantin.* 19
vot. 255. n. 50. *tom.* 2. *Rota in decis.* 168. *n.* 3. *et* 4., *et decis.* 202. *n.* 2. *et* 3. *cor. Tanar.* potissimum si fuerint ab
eisdem sociis approbata, *Rot. in civitatis vetulae concursus*
27. *junii* 1785. *§* 5. *cor. R. P. D. de Strasoldo.* Ac pari ratione ex libris socialibus, seu ex libris rationum societatis,
ipsa plene probatur societas *Escobar. de ratiocin. cap.* 12. 20
n. 1. *Mascard. de probat. concl.* 1309. *n.* 16. *vol.* 3. *Gratian. discept. for. cap.* 336. *n.* 14. 29. *et* 30. *Ciroce. discept. for.* 65. *n.* 2. *Ilevin de commerc. terrestr. cap.* 3. *n.*
1. *lib.* 1. *Panimoll. dec.* 152. *in annot.* 1. *n.* 14. 15. 16. *et*
seq. Jov. de contract. min. gloss. 25. *§.* 13. *n.* 112. *Rota*
dec. 700. *n.* 8. *in fin. part.* 1. *rec.*, *et dec.* 169. *n.* 17. *cor.*
Tanar., *et in Reatino societ.* 9. *junii* 1760. *§.* 9. *cor. bon.*
mem. Azpuru, puta si iidem libri sociales reperiantur com-
muni nomine omnium sociorum inscripti *Aretin. cons.* 51. 21
n. 1. *Ansald. de commerc. et mercat. disc.* 50. *n.* 18. *et*
disc. 87. *n.* 8. *in fin. Rota in dec.* 106. *n.* 3. *et dec.* 293. *n.*
2. *tom.* 5. *part.* 3. *in nuperr.* Nam regulare est, libros sociales inter eosdem praecipue socios, et contra ipsos legalem
probationem constituere *Rota dec.* 600. *num.* 1. *cor. Seraphin. dec.* 641. *n.* 5. *part.* 1. *et dec.* 244. *n.* 12. *part.* 6.
recentior., *et dec.* 826. *n.* 3. *tom.* 7. *cor. Ansaldo*, *et in*
civitatis vetulae concursus 27. *junii* 1785. *§.* 5. *cor. R. P.*
D. de Strasoldo.
Haec tamen nominum inscriptio in libro sociali, non est
semper argumentum societatis univocum, nisi probetur mandatum illorum, qui inscripti reperiuntur, vel nisi de veritate rei constet aliunde *Alexand. cons.* 186. *n.* 1. *et* 2. *lib.* 22
2. *Ansald. de commerc. et mercat. disc.* 87. *n.* 4. et 5. Sicuti ex diverso, verus quandoque socius est, non is, cujus
nomine cantat societas, sed alius minime nominatus, ita ut
semper sit spectanda veritas *Carena resol.* 183. *n.* 7. *Gra-* 23
tian. discept. for. cap. 767. *num.* 1. *et* 2. *Ansald. de commerc. et mercat. disc.* 51. *n.* 9. 10. *et* 11.
Quoad vero partitas in libros sociales, relatas, ut ex iis
probata societas dicatur, requiritur, non solum ut illae sint
communi omnium sociorum nomine conscriptae, ut per *Rot.* 24
in montis Fulisci societ. 28. *apr.* 1758. *§.* 6. *cor. bon. mem.*
Ratto, sed insuper ut eaedem partitae, puta subministrationes pecuniarum, descriptae habeantur in persona illius,
tamquam socii subministrantis, non in figura creditoris fidem habentis, quod ultimum eveniret, si eadem partita ad
illius creditum, postea ad illius debitum adnotata reperiretur, id utique repugnaret naturae societatis, quae ideo
probata dici non posset *Gratus cons.* 118. *num.* 15. *lib.* 1. 25
Rot. dec. 228. *n.* 17. *cor. Priolo.*
Computa similiter sociali nomine subscripta societatem
optime probant *Rot. in dec.* 672. n. 3. *part.* 4. *tom.* 3. *rec.*, 26
et in Romana societatis 15. *aprilis* 1738. *§.* 8. *cor. Millino impresso apud Constantin. vot.* 255. *num.* 52. *tom.* 2.
Quemadmodum etiam rationis redditio, et computorum solidatio probationem societatis constituit. *Jov. de contract.* 27
min. gloss. 25. *§.* 13. *n.* 111. *Rot. Lucen. apud Balducc.*
ad Ramun. tom. 4. *dec.* 63. *n.* 16. *et Rot. Romana in dec.*
1125. *n.* 9. *tom.* 4. *cor. Molin. et in Humano*, *seu Alba-*

51

nen societotis super primo dubio 28. febr. 1757. §. 13. cor.
el. mem. Card. Bussio. Et buc ntiam spectaat receptuta,
et solutiones, communi, sea sociali nomine factae, nut in
28 sociales codices relatau Ansald. dz commerc. et mercot.
disc. 50. n. 13. Rot. in dec. 95. n. 3. et 4. cor. Emerix.
sen., et dec. 1125. n. 11. tom. 4. cor. Molin.

Et prosequendo terminos probandae societatis per scri-
pturam: epistolae eamdem societatem indicantes, illam opti-
29 mo probaat Hering. de fidzjass. cap. 11. n. 81. Giurba ad
consuet. messan. cap. 1. gloss. 7. part. 1. n. 51. Mascard.
de probat. conclus. 1309. n. 6. et 7. vol. 3. Ansald. de com-
merc. et marcat. disc. 60. n. 10. et 11. Cirocch. discept
for. 65. n. 3. Jov. dn contract. min. gloss. 25. §. 13. n. 95.
Rot. in dzc. 123. n. 1. part. 13. rec., et in dec. 574. n. 2.
3. et 5. cor. Ansaldo, et dec. 3. n. 4. de societ. cor. Fal-
coner., nt in Romana societatis, nt pecuniaria 25. janua-
rii 1751. §. 9. in fin. cor. ol. mem. Card. Molino. Senten-
tiae, atqae res judicatae, societatem multo magis probant.
30 Rot. in Romana haereditatis super fidejuss. 5. maii 1751.
§. 5. cor. cl. mem. Card. Bussio. Positiones item super exi-
stentia societatis datae, atque admissae, eamdem vim pro-
31 bationis habeut. Micholor. de frotrib. port. 2. cap. 14. n.
19. Panimoll. dec. 152. in annot. 1. n. 29. 30. 31. tom. 3.
Rot. dec. 118. n. 18. cor. Benincasa et perindn juramentum,
tam super existentia, quam super qualitate, et modo socie-
tatis, negenti datum, quod dari posse extra dubium est.
32 Ciarlin. contr. for. cap. 177. n. 12. Atque demum adnota-
tio societatis, si mos sit, in foro mercatorum, societatem
33 plenissime probat. Ansald. dz commerc. disc. 51. n. 8. Rot.
dzc. 213. sub n. 2., et dec. 238. ante n. 1. cor. Manzanedo.

Nimis enim indignum esse judicamus, quod sua quisque
voce dilucide protestatus est, id in eumdem casum infirma-
34 re, testimonioque proprio resistere, rescripsit Justiaus Im-
perator in leg. generaliter 13. in fin. c. de non numer. pe-
cun. et ratio potissima est, quia proprin cujasque confessio,
35 omne superat genus probationis ad textum in cop. per tuas
10. dz probat. ex quibus profluit juribus, nobilliman esse
potentissimumque societatis probationem, ex confessione
36 cjus, contra quem agitur, inductam Angel. de confess. lib.
2. quaest. 73. n. 1. Balduc. ad Ramon. dec. Lucen. 63. n.
17. tom. 4. Ansald. dn commerc. et mercat. disc. 60. n. 12.
et 20. Rot. in Romana societatis 10. maii 1751. §. 8. cor.
bon. mem. Amadeo et in Romana societatis super perti-
nentia capitalium 6. junii 1785. §. 11. cor. R. P. D. So-
derino at si plures socii fuerint, talis haec confessio unius,
37 aliis ntiam praejudicet Gratian. discept. for. cap. 677. n.
53. Ansald. dz commerc. et mercat. disc. 51. n. 15. Pluri-
mum vero si talis confessio judicialis fuerit Rot. in Bricti-
38 norien. pecuniaria 26. febr. 1749. §. 6. cor. cl. mem. Card.
Bussio puta in positionibus, emissa ut in proximo superio-
re, n. 31. addita Rot. in Rom. haereditatis super fidejuss.
5. maii 1751. §. 5. cor. cl. mem. Card. Bussio, et in Ro-
mana societatis 5. julii ejusdem anni §. 10. cor. eodem.

Quamquam vere extrajudicialis etiam confessio redundat,
ad habendam societatis probationem, si praesente parte co-
39 ram duobus testibus facta habeatur Angel. de confess. lib.
1. quaest. 8. limit. 9. n. 24. et 25. Panimoll. dec. 152. in
onnot. 1. n. 6. 7. et 8. Constantin. vol. 255. n. 25. et 33.
tom. 2. et Rot. in Tiburtina societatis, et redditionis ra-
tionis 8. maii 1750. §. 6. cor. b. m. Card. Caprara ubi quod
absente etiam parte confessio probat de aequitate canonica
40 Constant. vot. 255. n. 23. ad seq., ubi n. 32. declarat dec.
1833. cor. Coccino. editam, in contrarium se habentem; et
pro confessione extrajudiciali ad societatem probandam suf-
41 ficientissima, constanter statuit Rot. in dec. 90. n. 5. cor.
Durano, et dec. 213. n. 3. cor. Monzanedo, et dec. 1125.
n. 12. tom. 4. cor. Molin., et in nuperr. tom. 1. dec. 254.
n. 19. et tom. 4. dec. 166. n. 28. et 29., et in Tibertina so-
cietatis, et redditionis rationis 8. maii 1750. §. 6. cor. cl.
mem. Card. Caprara. Fortius si talis confessio fuerit gemi-
42 nata Gratian. discept. for. cap. 336. num. 5. et 12. Con-
stantin. vot. 255. n. 23. 24. 25. et 33. nam confessio extra-
43 judicialis geminata, aequivalet judiciali. Michalor. de fra-
trib. part. 2. cap. 14. n. 17. Jov. de contract. min. glossa
25. §. 13. n. 115. ad seq. Rot. dec. 27. n. 1. et 4. part. 17.
recentior. Quomodocumque haec fiat societatis confessio,
puta per juratam declarationem sacerdotis in articulo mor-
tis, commune fuisse negotium, ejusque causa, debitum con-
44 tractum, asseverantis Rot. in Senogallien. Salviani 30.
aprilis 1759. §. 7. cor. R. P. D. Olivatio, seu in mandato
procuras Rot. in Romona societatis et pecuniaria 25. ja- 45
nuarii 1751. §. 11. cor. cl. mem. Card. Molino, seeus si
procurator ipse sine ullo mandato societatem fateatur Cal- 46
cagnin. ad mater. feud. observat. 18. n. 53. vel confessio
fiat in proprio ejusdem confitentis libro, Rot. in Romono 47
societatis, et pecuniaria 25. januarii 1751. §. 8. cor. co-
dem Molino, vel si dicat se fuisse ab altero tamquam socio 48
fraudatum Rot. in dec. 648. n. 2. et in dec. 731. n. 3. cor.
Cerro, et talis societas per confessionem probata de tempo-
re praesenti, praesumitur etiam in praeteritum Ansald. de 49
commerc. disc. 50. n. 21.

» Testimoniorum usus frequens, ac necessarius est, et
» ab his praecipue exigendus, quorum fides non vacillat;
» adhiberi quoque testes possunt, non solum in criminali-
» bus causis, sed etiam in pecuniariis litibus, sic ubi res
» postulat, et iis quibus non interdicitur testimonium, nec 50
» ulla lege a dicendo testimonio excusantur » sunt verba
textus in leg. 1. ff. de testib. Imperator Constantinus ratio-
nem assignat in leg. exercendis 15. c. de fide instrument. ibi
» In exercendis litibus, eamdem vim obtinet, tam fides in-
» strumentorum, quam depositiones testium ». Imo vero 51
testes ipsi, instrumenta dicuntur, quia eisdem instruitur in
judicio causa leg. 1. ff. de fide instrum. ut quod revera ad 52
probandam societatem testes, recte, utiliter, et juste, defi-
ciente instrumento, vel scriptura, admittantur, affirmant
Jason. in leg. cum proponas 16. a. 3. c. de pact. Joannes 53
Croti de testibus part. 4. n. 168. praecipue si plures, quam
duo fuerint. Mascard. de probat. conclus. 1309. n. 50. vol. 54
3. Ciarlin. contr. for. cap. 16. n. 8. Rot. in dec. 582. n.
15. tom. 2. et dec. 1125. n. 2. et 3. tom. 4. cor. Molin., et
in nuperr. tom. 3. dec. 6. n. 5. et tom. 4. dec. 166. n. 2.
et si de actibus socialibus adminiculati praesertim deponant
Rot. in Romana societatis, et pecuniaria 25. jan. 1751. §. 55
12. cor. cl. mem. Card. Molino.

Eoque amplius, ut testes etiam singulares in dicto, socie-
tatem probent, si actus sociales perstringant Gratian. di- 56
scept. for. cap. 336. n. 37. Carpan. ad stat. mediolan. cap.
483. a. 40. Ansald. de commerc. disc. 50. a. 22. 23. cum
seq. Panimoll. dec. 152. in annot. 1. n. 35. ad seq. Calca-
gnin. ad mater. feud. observat. 16. a. 66. Jovius de con-
tract. min. gloss. 25. §. 13. n. 120. Constantin. vot. 255.
n. 17. tom. 2. Rot. apud statut. Agricoltar. dec. 10. n. 4.,
et in rec. part. 7. dec. 28. a. 4., et cor. Buratto dec. 225.
n. 8., et dec. 95. n. 6. cor. Emerix. Sen. etiamsi non sint
formiter examinati, si agitur tamen de probanda particulari
societate, secus si de universali, quae majora exigit requisi-
ta ad sui probationem, agitur. Ansald. de commerc. et mer- 57
cat. disc. 50. n. 17. et 23. Constantin. vot. 255, n. 15. 16.
et 18. tom. 2. Nam certa conclusio est, ut facilius probetur
societas particularis; quam universalis, in qua probatio esse
debet concludentissima Tartoglia de reservat. statutar. art. 58
59. a. 22. 23. ad seq. Calcagnin. ad mater. feud. observ.
18. n. 4. Constantin. vot. 255. n. 16. tom. 2., et Rot. Ty-
burtina societatis, et redditionis 8. maii 1750. §. 5. cor. cl.
mem. Card. Caprara in Albanen. communionis universa-
lis 20. febr. 1782. §. 3. cor. Santmanat., et quod in socie-
tate particulari sufficiat testis etiam unicus, si sit examinatus,
et adminiculis fulcitus, tradunt Calcagnin. ad mater. feud. 59
observat. 16. n. 67. Jov. de contract. min. gloss. 25. §. 13.
n. 123. Rot. dec. 68. n. 2. part. 16. rec., et in nuperrim.
tom. 9. dec. 261. n. 8., et in Romana societatis 10. maii
1751. §. 6. cor. bon. mem. Amadeo qui tamen testis depo-
nere debet de tempore, de capitali, aliis socialibus actibus,
aliisque adminiculis debet esse fulcitus Constantin vot. 255.
n. 20. et 21. tom. 2. secus societatem minime probat. Rot. 60
in d. Romano societatis 10. maii 1751. §. 4. cor. d. bon.
mem. Amadeo, quemadmodum etiam non probat societatem
unus testis singularis, si ad proprium deponat commodum,
Rot. in Romana seu Sabinen societatis 30. martii 1753. §. 61
5. cor. R. P. D. Figueroa.

Caeterum quoad universalem societatem pertinet, ejus
probatio concludentissima erit si fiat per testes, qui se for-
mali examini subjiciant, et illa tria requisita concludant,
hoc est, quod dia socii simul habitaverint, quod omnia
lucra, et redditus communicaverint, quodque rationis red-
ditio inter se se expleta unquam fuerit. Rot. in dec. 473.
num. 6. coram Caprara, et in decis. 218. num. 9. tom. 4. 62
in nuperrim. et in Albanen. communionis universalis 20.
februarii 1782. §. 5. coram R. P. D. Santmant, et eorum
quoque dicti, ac scientiae causam ab actibus socialibus, qui

citra jus, et nomen societatis fieri non possunt, deducuni,
63 reddunt, Rot. in decis. 240. num. 10. coram Kaunitz.,
et in Recineten. communionis universalis 23. junii 1747.
§. 8. cor. bon. mem. Viceccomite, et in Reatina cambii so.
100. 19. januar. 1753. §. 6. cor. cl. mem. Card. Bussio,
et in Bononien. transactionis, seu obligationis 14. maii
1753. §. 5. et 9. cor. Viceccomite, nec a testimonio ferendo
ii rejiciuntur testes, qui circa praecedentem societatis tra-
64 ctatum, varia deponunt Rot. in Romana societatis 10. maii
1751. §. 4. cor. bon. mem. Amadeo.

Hoc autem in quovis societate, universalis sit, sive par-
ticularis, est maxime advertendum, ut si testes adminiculati-
tive adducantur, et non pro fundamento intentionis ad pro-
bandam societatem, opus non sit formali illorum examine
65 Rot. in Romana, seu florentina pecuniaria 12. aprilis
1723. §. qua vero cor. cl. mem. Card. Cerro, et in Romana
societatis 5. julii 1751. §. 13. cor. bon. mem. Amadeo, et
si utrinque sint testes societatem negantes, atque admitten-
tes, quod affirmantes debeant negantibus praeferri, statuit
66 Rot. in dec. 241. n. 7. part. 14. recentior., et in Tiburtina
societatis, et redditionis rationis 8. maii 1750. §. 6. cor. cl.
mem. Card. Caprara.

Generaliter quoque hoc verum in testibus ad probandam
societatem inductis, ut nullam ipsi pati debeant exceptio-
67 nem, vel in dicto, vel in persona, Rot. in Romana, seu
Sabinen. societatis 30. martii 1753. §. 5. cor. R. P. D. Fi-
gueroa. In dicto quidem exceptionem patiuntur, puta si de
auditu deponant, sintque informes, seu extrajudiciales, ac
68 pendente lite expiscati Rot. in Romana seu florentina pe-
cuniaria 12. aprilis 1723. §. quo vero cor. cl. mem. Card.
Cerro, et in Montis Falisci societatis 28. aprilis 1758. §.
9. cor. bon. mem. Rutta amplius si se retractaverint, vel exa-
69 mini se subjici refugerint testes Rot. in d. Romana seu flo-
rentina loco cit. Similiter si dicant, illum talem socium es-
se, non reddita eorum dicti causa, super actibus, ut alias
dixi, socialibus fundata Jov. de contract. min. gloss. 25. §.
13. n. 121. Carena resol. 194. n. 13. 14. et seq. Rot. dec.
117. n. 13. et 14. cor. Buratto, et in Albanen. communio-
70 nis universalis 20. febr. 1782. §. 5. cor. R. P. D. Sentmanat
prout etiam si indefinite deponant, et non dicant, quid de
fructibus, et lucris communibus factum fuerit Andreol.
controv. for. 98. n. 8. ut 9. Jov. de contract. min. gloss.
25. §. 13. n. 121. et 122.

Exceptiones vero in persona testium societatem conclude-
re inhabilium, hae sunt; puta si testis sit alteri parti infen-
sus, propter litem, in qua succubuit, item pauper, et in
71 trivio mendicans, veluti etiam si sit sibi contrarius l. te-
stium 3. ff. de testibus. Rot. in Romana, seu Sabinen so-
cietatis 30. martii 1753. §. 10. cor. R. P. D. Figueroa.
Varietas tamen si fuerit accidentalis, non substantialis nihil
72 detrahit testibus ad probandam societatem inductis Rot. in
Romana societatis 5. julii §. 9. cor. bon. mem. Amadeo.

Est tamen advertendum, quod exceptiones personales in
testibus non attenduntur, si vel a numero, vel a formali ex-
73 amine suppleantur Rot. in dec. 471. n. 11. cor. Ludovis,
et in dec. 1125. n. 16. tom. 4. cor. Molin., et in Romana
societatis 10. maii 1751. §. 10. cor. bon. mem. Amadeo que-
madmodum etiam personalis suppletur exceptio amici, aut
compatris, si talis testis fuerit utrique parti, vel socio, ami-
74 cus Rot. in eadem Rom. societatis §. 9. cor. eod. Amadeo.
Testis item salariatus, et familiaris non excludit societatis
probationem, si ab eo allegetur qui societatem impugnat
Bononien. societatis 14. martii 1707. §. fin. cor. bon. mem.
Omanna. Testis tamen excludens societatem licet suam ne-
gativam concludere et coarctare debeat Rot. in Tiburtina
societatis, et redditionis rationis 8. maii 1750. §. 6. cor.
cl. mem. Card. Caprara, attamen si testis excludit socie-
tatem in eo, qui illum penes acta produxit, contra ipsum
producentem plenissime probat Rot. in Romana, seu Sabi-
75 nen. societatis 18. junii 1753. §. 2. cor. R. P. D. Figueroa.

Dicitur probari societatem levioribus quoque probationi-
76 bus Postius decis. Bononien. 58. n. 21. Ansald. de comm.
et mercat. disc. 51. n. 6. Jov. de contract. min. gloss. 25.
§. 13. n. 119. hoc est, praesumptionibus, conjecturis, acti-
bus, argumentis, atque adminiculis, veluti promiscue tra-
77 dunt Mantica de tacit., et ambig. lib. 6. tit. 10. per tot.
tom. 1. Gratian. discept. for. cap. 336. n. 1. Rot. in dec.
58. n. 3. part. 15. recent. et dec. 90. n. 6. cor. Durano, et
dec. 1125. n. 1. tom. 4. cor. Molin., et in nuperr. tom. 2.
dec. 254. n. 5., et in Tiburtina societatis, et redditionis
rationis 8. maii 1750. §. 5. cor. cl. mem. Card. Caprara et
in Rom. pecuniaria 11. maii 1772. §. 3. coram bon. mem.
Muto. Praesumptio quidem regulariter per se sola non suf-
ficit ad plenam societatis probationem, sive de universali so-
cietate agatur, ut per Carol. Anton. de Luca ad Gratian. 78
discept. for. c. 993. n. 9. Calcagnin. ad mater. feud. ob-
servat. 18. n. 4. 5. et 6. Jov. de contract. min. gloss. 25. §.
13. n. 81. Rot. in dec. 186. n. 16. cor. Bichio, sive de par-
ticulari etiam Michalor. de fratrib. part. 2. cap. 19. n. 1. 79
ad seq. Jov. de contract. min. gloss. 25. §. 13. n. 83.

His vero nihilo secius obstantibus, societas praesumitur
inter eos coita, qui eam sunt, vel alias fuerunt contrahere
assueti, Decian. respons. 60. n. 39. vol. 2. Mascard. de 80
probat. conclus. 1309. num. 47. vol. 3. et si in antecessum
appareat contracta societas, eadem continuata praesumitur
Ansald. de commerc. et mercat. disc. 60. n. 21. Rot. in Ro- 81
mana societatis super pertinentia capitalium 6. junii 1785.
§. 16. coram R. P. D. Soderino itemque conservatur per
unicum quoque socialem actum Felic. de societ. cap. 10. n.
37. Multo vero magis praesumitur tacite renovata societas, 82
si de illius praecedenti, atque expressa coitione liquido con-
stet Calcagnin. ad mater. feud. observat. 18. n. 19. et 20. 83
illa ratione, quia societate semel probata, perdurare ea di-
citur, ac tacite praesumitur usque ad mortem, nisi contra-
rium ostendatur. Jov. de contract. min. glossa 25. §. 13. 84
n. 86. Rot. apud statut. agricoltur. dec. 10. n. 2. et in rec.
part. 7. dec. 28. n. 2. Secus si de expressa societate praece-
denter inita non constet, nam hoc posteriore casu, tacita non
praesumitur, nisi univocis argumentis, urgentibusque con-
jecturis, et actibus undique claris, et concludentibus probe-
tur Rot. in Romana, seu Sabinen. societatis 30. martii 85
1753. §. 4. cor. R. P. D. Figueroa, et in Romana pecu-
niaria super reservatis in sententia A. C. 4. junii ejusdem
anni 1753. §. 8. cor. cl. mem. Card. Elephantutio.

Conjecturis pari modo societas recte probatur Menoch. de 86
praesumpt. lib. 3. praesumpt. 56. n. 4. post dec. Bononien.
58. n. 21. Gratian. discept. for. cap. 336. n. 1. Thomat.
dec. 124. n. 3. Jov. de contract. min. gloss. 25. §. 13. n.
119. Ansald. de commerc. disc. 50. n. 6., et disc. 51. n.
6. Panimoll. decis. 162. in annot. 1. n. 37. Calcagnin. ad
mater. feud. observat. 18. n. 21. et 26. Rot. apud statut.
agricoltur. dec. 10. n. 10., et dec. 582. n. 15. tom. 2., et
dec. 1125. n. 1. tom. 4. cor. Molin., et in nuperr. 299. n.
2. tom. 3. Conjecturae hae tamen debent esse graves, urgen-
tes, atque tales, ut versentur circa actus; qui citra jus, et
nomen societatis fieri nequeunt Gratian. discept. for. cap. 87
336. n. 1. et 2. Ansald. de commerc. et mercat. disc. 50.
n. 5. Rot. dec. 368. n. 2. part. 15. recent. Ita quidem, ut
si agatur de universali societate, nisi conjecturae fuerint in
suo genere perfectae, probatam non constituant illam Rot.
dec. 240. n. 4. cor. Kaunitz. ad differentiam societatis par- 88
ticularis, quae levioribus etiam probatur conjecturis Con-
stantin. vot. 255. n. 2. et 16. tom. 2. Rot. dec. 90. n. 6. cor. 89
Durano. Conjecturae hae tamen simul accipi debent, atque
ponderari Constantin. d. vot. 255. n. 22. Rot. dec. 368. n. 90
6. part. 15. rec. quod si utrinque sint conjecturae, tam pro
inclusione, quam pro exclusione societatis, illae praeferri
debeant, quae majores sunt, urgentiores, ac numero plures
Michalor. de fratrib. part. 2. c. 18. n. 14. ad 18. Sabell. 91
in summa verbo societas num. 5. vers. item cessat. Jov. de
contract. min. gloss. 25. §. 13. n. 123.

Actibus praecipue extrinsecis, probatio societatis induci-
tur, licet ut eis ad modum, seu pacta ejusdem societatis non 92
recte inferatur Rot. in Romana societatis, et pecuniaria
super actione quanti interest 2. maii 1760. §. 4. cor. bon.
mem. Ubaldo, nam cum principaliter ex consensu partium
constet societas, isque consensus non appareat oculis, nec
sensu corporeo percipiatur, ut dixit Rota in recineten. com- 93
munionis universalis 23. junii 1747. §. 8. coram bon. mem.
Viceccomite. Necessarium inde fit, ab actibus extrinsecis, qui
pandunt animum contrahentium, societatis probationem in-
duci, maxime si hujusmodi actus pro societate, anteceden-
tes, concomitantes, et subsequentes interfuerint Rot. in 94
Romana societatis, et pecuniaria 25. januarii 1751. §. ad-
stipulatur cor. cl. mem. Card. Molino. Nobiliores itaque
actus, ac potentiores societatem arguentes, ii sunt, qui ci-
tra jus, et nomen societatis fieri nequeunt Simon. de Praet.
cons. 24. n. 7. cont. 1. Cassan. ad consuet. Burgund. ru- 95
brica 7. §. 5. vers. advertendum pag. mihi 986. Ciriac.
contr. for. 384. n. 50. et contr. 478. n. 8. Panimoll. dec.

152. in annot. 1. num. 3. Ansald. de commerc. et mercat. disc. 50. n. 6. Calcagnin. ad mater. feud. observat. 18. n. 35. Jov. de contract. min. gloss. 25. § 13. n. 85. et 88. Rot. in dec. 194. n. 1. et dec. 212. n. 7. coram Carillo, et dec. 228. n. 12. et 13. cor. Priolo, et dec. 40. n. 6. et 7. coram Otthobono, et dec. 682. n. 15. cor. Molin. et dec. 3. n. 3. de societ. cor. Falconer., et dec. 240. n. 1. cor. Kaunitz., et in Romana, seu Sabinen. societatis 18. junii 1753. § 3. cor. R. P. D. Figueroa.

Atque ad similium actuum classem referri possunt, capi-
96 talis collatio in negotio sociali. Constantin. vot. 255. num.
13. tom. 2. Rot. dec. 657. n. 3. part. 3. rec., et dec. 504.
n. 8. cor. Caprara et in Tiburtina societatis, et redditio-
nis rationis 8. maii 1750. § 9. cor. cl. mem. Card. Capra-
ra. Communis, et reciproca negotiorum socialium admini-
97 stratio Ansald. de commerc. et mercat. disc. 49. n. 18. Rot.
in dec. 166. n. 27. tom. 4. in nuperrim. Item emptionis,
conductionis, aut alterius contractus, seu negotii facta com-
98 muni nomine stipulatio Hevia de commerc. terrestr. cap.
3. lib. 1. n. 1. Panimoll. dec. 152. in annot. 1. n. 28. Jo-
vius de contract. min. gloss. 26. § 13. n. 99. Ansald. de
commerc. et mercat. disc. 49. n. 8. et 9. Item communis at-
que promiscua debitorum, atque expensarum socialium so-
99 lutio, ac respectiva erogatio Ansald. de commerc. et mer-
cat. disc. 50. n. 13. Rot. dec. 221. n. 15. et 16. part. 12.
rec., et in Senogallien. Salviani 2. maii 1760. § 4. cor.
R. P. D. Olivatio. Item deputatio institoris, aut alterius
100 praepositi facta communi nomine Hevia de commerc. ter-
restr. cap. 3. n. 2. lib. 1. Mascard. de probat. conclus.
1309. n. 14. vol. 3. Ansald. de commerc. et mercat. disc.
51. n. 7. et disc. 87. n. 40. Rot. dec. 254. n. 2. tom. 2., et
dec. 261. n. 16. tom. 9. in nuperr. et in Bononien societa-
tis 14. martii 1702. § Porro in casu cor. bo. mem. Oman-
101 na. Item usus communis signi socialis Ansald. de commerc.
et mercat. disc. 60. n. 19. Constantin. vot. 255. n. 10. tom.
102 2. Rot. in dec. 504. n. 9. cor. Caprara. Item reciproca lu-
cri, et damni communicatio Constantin. d. vot. 255. n. 48.
tom. 2. Bolducc. ad Ramon. decis. 63. n. 15. tom. 4. Jo-
vius de contract. min. gloss. 25. § 13. n. 108. et 109., Rot.
dec. 303. n. 6. cor. Molin. Item rationis redditio eorum
quae gessit administer facta in manibus ejus qui se sociam
103 proponit Rot. in Bononien societatis 14. martii 1707. § et
denique cor. bon. mem. Omanna. Item si plures exercent
eamdem artem in eadem domo, et apotheca Rot. dec. 65. n.
6. part. 4. tom. 2. recentior. Item disdicta societatis, quae
104 illius existentiam praesupponit Ansold. de commerc. disc.
51. n. 16. Multo vero magis subsecuta bonorum socialium
divisio, nam existentiam praecedentis societatis necessario
105 induceit Ansald. de commerc. et mercat. disc. 51. n. 16.
Rot. in dec. 295. n. 5. tom. 1. et dec. 303. n. 6. tom. 2. cor.
Molin. et in Senogallien. Salviani 30. april. 1759. § 6.
cor. R. P. D. Olivatio.

Unoque verbo societas contracta intelligitur, et probata
106 constituitur, siquis habuit cum administro negotii commer-
cium literarum, si notulas introitus et exitus ab eo recepit,
si istos in suum particularem codicem retulit, si pecunias
107 exegit, et vice mutua solvit sine alterius socii mandato; si
negotium invisere pluries adivit, de bona sorte se laetum de
108 mala vero sorte dolentem praebuit, si denique sine ullo
praemio pro sociali negotio fidejussit, sique pecunias submi-
nistravit, hujusmodi actus tamquam societatis arcessario in-
109 ductivos refert, atque laudat Rota Bononien. societatis 14.
martii 1707. § Porro cum seq. cor. bon. mem. Omanna,
atque latius in Romana societatis, et pecuniaria 25. januar.
1751. § 6. et 7. cor. cl. mem. Card. Molino. Adde, quoad
actum fidejussionis, si fidejubeas ab aliis sociis, se inde-
110 mnem relevari non cavit Rota in decis. 27. n. 17. part. 17.
recent. Idem juris est, si in illo, qui se socium proponit,
quaedam apparuit anxietas, seu studium, cura, atque solli-
111 citudo perficiendi hoc, vel illud negotium, maxime si in id
pecunias etiam de proprio erogaverit, ut per Rotam in Ro-
mana societatis 10. maii 1751. § 5. cor. bon. mem. Ama-
deo, et in Romana pecuniaria 11. maii 1772. § 4. cor.
bon. mem. Muto. Dubio vero procul, si alii socii hujusmodi
112 actus viderint, atque toleraverint Rot. in dec. 95. n. 5. cor.
Emerix. sen.

Argumenta vero societatem probatam constituentia sunt
haec: si in aliqua scriptura, ille, de quo quaestio est, socius
113 nominetur Ansald. de commerc. et mercat. disc. 51. n. 14.
Rota in Romana thesaurariae Marchiae super creditis 11.
decemb 1719. § in eumdem quoque cor. bon. mem. Crispo.
Item si disserte ille fuerit per compagno assumptus Rota in 114
Forolivien. locationis 28. aprilis 1758. § 6. et 8. cor. b. m.
de Canilliac, et in Romana societatis super pertinentia
capitalium 6. junii 1785. § 10. cor. R. P. D. Soderino. Item
multo fortius, si alter alteri, vel per epistolam, vel per aliam
similem proportionatum actum significaverit etiamo a metà
con V. S., ut pluribus allegatis statuit Rota in dec. 574. 115
n. 3. tom. 5. cor. Ansaldo. Eadem via est illorum verbo-
rum correre egual fortuna, ut per Ansald. de commerc. 116
et mercat. disc. 87. n. 33. Jov. de contract. min. gloss. 25.
§ 13. n. 96. Rot. dec. 221. n. 3. part. 12. rec., et in Fo-
rolivien. locationis 12. martii 1759. § 6. cor. bon. mem.
de Canilliac. Eadem quoque vis illorum a comodo, ed in-
comodo, ut per Jov. de contract. min. gloss. 25. § 13. n. 117
98. Rota decis. 221. n. 6. part. 12. rec. seu etiam di stare
al bene, ed al male, quemadmodum observant Thomat. 118
dec. 132. n. 27. 28. et 29. Sabell. in summa verbo societas
n. 14. Ansald. de commerc. et mercat. disc. 87. n. 14. Jov.
de contract. min. gloss. 25. § 13. n. 98. Rota d. dec. 221.
n. 5. part. 11. recent., et in nuperr. tom. 9. dec. 161. n. 7.

Huc etiam pertinent illa verba noi, nostro, nostra, ut
clarum suppeditent coitae societatis argumentum, veluti pro-
miscue observant Ansald. de commerc. et mercat. disc. 50. 119
n. 10. et 11., et disc. 51. n. 12. et 13. Rota dec. 574. n. 3.
et 5. cor. Ansald., et dec. 1125. n. 13. cor. Molin., et in
Romana, seu Antcurpien. pecuniaria 16. febr. 1759. cor.
b. m. Ubaldo, et in Romana societatis super pertinentia
capitalium 17. febr. 1783. § 11. cor. R. P. D. Sentma-
nat, et in eadem 6. junii 1785. § 18. cor. R. P. D. Sode-
rino. Talisque naturae erit illa loquendi formula la bottega
la faremo per noi, ut per Constantin. vot. 255. n. 5. tom. 2. 120
similiter illa la nostra compagnia, seu il nostro negozio, ut
per Mans. consult. for. 439. num. 24. tom. 5. Ejusmodi 121
quoque erit illa negozio fra di noi finito, ut per Jov. de
contract. min. gloss. 35. § 13. n. 97. 122

Est tamen observatu dignum, non semper suprascripta
verba noi, nostro, nostra, et similia, esse argumenta socie-
tatis univoca; idque praesertim evenit, quando societas vere 123
non praeexistit, ut per Rotam in Romana, seu Sabinen.
societatis 30. martii 1753. § 7. cor. R. P. D. Figueroa, et
in ejus confirmatoria diei 18. junii ejusd. anni § 6. cor.
eodem. Seu quando indicata verba noi, nostri, nostro, no-
stra ad alia commodius referri possunt diversa, quam ad so-
cietatem Rota in montis Falisci societatis 28. april. 1758. 124
§ 7. cor. bon. mem. Ratta. Nam verba, et actus in hac pro-
bandae societatis materia interpretari in dubia regulariter
debent adversus eum, qui societatem, tamquam fundamen-
tum suae intentionis exhibet Rota in Romana, seu Sabi- 125
nen. societatis 18. junii 1753. § 8. cor. R. P. D. Figue-
roa. Unde est generaliter verum, ut in quocumque dubio
contra societatis probationem pronunciandum sit Ansald. de 126
commerc. et mercat. disc. 87. n. 15. Rota dec. 68. n. 24.
et 25. par. 8. recen., et in d. Romana, seu Sabinen. socie-
tatis § 10. cor. eod. Figueroa.

Observantia etiam subsecuta maxime spectatur ad proba-
tionem societatis habendam, si ejusdem societatis regulis sit
conformis, secus si talis non sit Tartaglia de reservat. sta- 127
tutar. artic. 59. n. 38. Ansald. de commerc. et mercat. di-
sc. 49. n. 24., et disc. 50. n. 16. Jov. de contract. min.
gloss. 25. § 13. n. 101., Rot. dec. 2. n. 7. cor. Celso, et
dec. 441. n. 3. cor. Romboldo. Fama tamen publica, seu
communis opinio, quod ille sit socius, sitque contracta so-
cietas, ad plenam ejusdem societatis probationem, non suf-
ficit, nisi alia argumenta, et conjecturae concurrant. Man- 128
tica de tacit. et ambig. lib. 6. tit. 10. n. 23. Gratian. di-
scept. for. cap. 336. n. 34. Ansald. de commerc. et mercat.
disc. 87. n. 11. Jov. de contract. min. glossa 25. § 13.
n. 93. Rota in dec. 256. n. 10. part. 6. rec., et in dec. 64.
n. 14. cor. Otthobono. Verum tamen est, quod publica vox,
et fama, seu communis opinio, semiplenam societatis proba-
tionem constituit, ex Michalor. de fratribus part. 2. cap. 14. 129
n. 10. Panimoll. decis. 152. in annot. 1. n. 33. Rota in
dec. 256. n. 11. part. 6. recentior.

Certum est, quod nonnulli actus, qui institori, seu prae-
posito convenire possunt, non probant in illo socii qualitatem
Rota in Romana, seu Sabinen. societatis 30. martii 1753. 130
§ 6. cor. R. P. D. Figueroa, et in ejus confirmatoria 18.
junii ejusdem anni § 5. cor. eodem Puta siquis constitu-
tum sibi, pro administratione salarium, postulat; Rota in 131

Albanen. communionis universalis 20. *febr.* 1782. §. 8. *cor. Sentmanat.* Attamen hoc non est perpetuo verum; nam licet salarii defectus, in socialia negotia administrante, qua-
132 litatem socii in eo vere praeseferat *Gratian. discept. for. cap.* 714. *n.* 18. tamen solarii constitutio non est signum univocum qualitatis socialis exclusivum *Rota in decis.* 1316.
133 *n.* 3. *cor. Seraphin.* et ratio est, quia sicuti parvitas capitalis collati per eum, qui operam quoque suam praestat, non excludit societatem, propterea quod opera supplet illam ca-
134 pitalis minoris partem, ut per *Rot. in Romana, seu Albanen. societatis super primo dubio* 28. *febr.* 1757. §. 16. *cor. cl. mem. Card. Bussio.* Ita si capitale suppar contulit, et insimul operam praestare promisit, videtur aequum, salva
135 societate, posse eum salarium pacisci, et consequi *Rota in Romana societatis* 10. *maji* 1751. §. 7. *cor. b. m. Amadeo.*

Quid postremo si sub nomine Titii, Caji, et sociorum coita habeatur societas? Certe illa generalis dictio *sociorum* explicanda est, et qui comprehendantur, digito monstrandi;
quod si eo desuper plena non adducatur probatio, soli Ti- 136
tius, et Cajus socii erunt *Mensius consult. for.* 55. *n.* 42. 137
tom. 1. In hac ita demum probatione societatis, quemadmodum in caeteris aliis rebus, evenit, ut si quae sunt argumenta plura quidem numero, pondere tamen, ad constituendum plenae probationis gradum, levia, et ideo, non sufficiant, jungenda sint invicem, et insimul conservanda, ad finem plenae probationis assequendum, juxta regulam *textus in leg. spadonem* 17. §. *si civitatis in fin. ff. de excusat.*
tutor., et in subjecta probandae societatis materia statuit 138
Rot. in montis Falisci societatis 28. *april.* 1758. §. 10. *cor.* 139
bon. mem. Ratta.

CAPUT II.

De exclusione societatis.

SUMMARIUM

1. Quo gravior est societatis probatio, eo levior illius exclusio n. 2
3. Amplia si probationes hinc, inde concurrant, et sunt in aequilibrio.
4. Nam societas est quid facti, quod non praesumitur, nisi probetur.
5. Volenti excludere societatem sufficit negare, nam factum negantis nulla probatio est.
6. Societas solo consensu contrahitur, neque requirit scripturam.
7. Scriptura tamen si fiat, et imperfecta sit, puta in terminis minutae remaneat, non probat societatem et n. 8.
9. Multa tractantur, quae postea non perficiuntur, et n. 10.
11. Declara tamen ut scriptura etiam imperfecta, executa tamen, atque observata probet societatem.
12. Divisio hujus capitis in duas partes traditur.
13. Regula est, ut societas per actus negativos, seu naturae societatis contrarios, eamdem excludant societatem.
14. Negativa communicationis lucrorum, et damnorum excludit societatem et num. 18.
15. Cum societas contrahatur lucri, et damni communio initur.
17. Clericus beneficii sui fructus non communicans in societate universali, per hoc exclusa remanet societas.
18. Pactum non communicandi lucra non cadit in societate, imo directe illam excludit.
19. Interveniente autem lucrorum communicatione, conjecturae contra societatem omnes conticescunt.
20. Limita nisi communicatio lucrorum, et damnorum referatur ad simplicem bonorum communionem.
21. Stipulatio indemnitatis in fidejussione, aut solutione, seu pactum relevationis factum ab uno socio favore alterius excludit societatem.
22. Amplia hoc, tam ad societatem universalem, quam particularem num. 23.
24. Amplia etiam in eo qui solvendo debitum sociale, cessionem jurium a creditore reportat.
25. Vel in eo, qui mutuavit, animo repetendi, socio creditorem socialem dimittere volenti.
26. Actus gesti proprio unius nomine, inter fratres praesertim, excludent societatem.
27. Puta si unus suo debitum nomine vel contrahat, vel solvat.
28. Vel rem conducat, fructus percipiat, pensionem solvat, aut sublocet, uno, eoque semper nomine, et n. 29.
30. Distincta aliqua, et separata negotiatio, praesertim in universali societate, eamdem excludit.
31. Amplia etiam in particulari societate, altero praesertim socio vidente, et tacente.
32. Amplia in administratione gesta per unum socium.
33. Limita si solus administrat, quia major, prudentior, atque peritior.
34. Puta si solus literas scribat, debita solvat, socialis capsae claves retineat, in figura socii.
35. Si unus gerit nomine alterius contractus, suae exclusionis a societate, ipse est auctor.
36. Amplia si tamquam procurator alterius actus gerat, emat, vendat, et hujusmodi.
37. Qui petit, et accipit tamquam creditor ab aliquo res sociales in solutum, non potest dici illius socius, et datur ratio.
38. Amplia multo fortius in societate universali, in qua socius nihil sibi proprium reservat, n. 39.
40. Separata in sextimo elibratio rerum, excludit societatem universalem.
41. Inventarium inter fratres bonorum paternorum, secundum aliquos eamdem excludit societatem.
42. Contrarium, et affertur ratio.
43. Inventarium itaque est actus aequivocus, qui societatem neque probat, neque excludit.
44. Universalis societas, quo difficilius, probatur, eo facilius excluditur.
    Amplia pro exclusione, ut leviores quoque probationes sufficiant ibidem.
46. Maxime inter fratres, qui fortuito saepe coeunt, quidquid sit de extraneis n. 48.
47. De pluribus argumentis societatem universalem inter fratres excludentibus remissive.
48. Unum ex requisitis pro universali societate est nunquam redditа ratio, quae si petatur, illa excluditur n. 50.
49. Argumentum a contrario sensu, est in jure validum.
51. Redditio tamen rationis debet esse magna, et finalis, nam secus fieri dicitur ad sciendum statum lucri, et damni societatis.
52. Confessio magnam vim habet probandi, atque excludendi societatem.
53. Amplia ut pro exclusione societatis non detur major probatio, quam propria confessio.
54. Fortius si talis confessio sit emissa in testamento, ut nequeat heres illam impugnare.
55. Et hoc verum, licet testamentum fuerit nullum.
56. Qui producit testem qualitatem socialem excludentem, propria quasi confessione a societate excluditur.
57. Societas coiri potest sub conditione.
58. Si conditio proinde apposita fuerit in contractu societatis, ut per alterum ratificetur, si ratificatio non intervenit, pro non facta societas reputatur.
59. Amplia si societas coita fuerit circa partes sociales, habita relatione ad aliquod instrumentum, de quo non constat.
60. Qualitas institoris repugnat sociali contractui mixto.
61. Petens salarium pro gesta sociali administratione, a societate eo ipsum excludit.
62. Intellige in societate universali, nam in particulari, conclusio multipliciter limitatur.
63. Actus aequivoci et vagi non probant societatem.
64. Puta si actus cum jus, et nomen societatis fieri potuerunt.
65. Veluti si actus referri potest ad qualitatem mediatoris, et non socii.
66. Subsequens divisio, indicat praecedentem societatem, hoc tamen non semper verum est, puta inter fratres fortuitam saepe bonorum paternorum communionem dividentes n. 67.
68. Bonorum pro indiviso paternorum retentio non semper arguit universalem societatem.
69. Societas particularis inter fratres, et sanguine conjunctos facilius praesumitur, secus si societas fuerit universalis.
70. Frater retinens fratrem in apotheca inservientem praesumitur socius, concurrente praesertim publica fama, et opinione.
71. Contrarium verius est, et datur ratio.
72. In societate universali, socius proprio etiam acquirens nomine societati acquirit.
73. Intellige si de praecedenti constat societate.
74. Imo praecedenti etiam existente societate, per actus contrarios ab ea saepe receditur.
75. Libri sociales unius tantum nomine inscripti, excludunt alios ibi non adnotatos n. 76.
77. Amplia in illis, in quorum faciem lucrorum descriptio non extat.
78. Hi tamen actus non semper excludent societatem quia quandoque, non descriptus, est socius, et descriptus non est.
79. Sicuti etiam non omnis intitulatio facta nomine sociali, semper societatem demonstrat.
    De pluribus aliis actibus aequivocis remissive ibidem.
80. Ad facti probationes ideo recurrendum hac in re est.
81. In obscuris spectatur quod verisimilius est.
82. Amplia in materia probationis.
83. Calamitas per auctorem, dum haec scribebat, passa enarratur et n. 84.
85. Inverisimile habet speciem falsitatis.
86. Inverisimilitudo excludit probationem societatis.
87. Puta si socius initio in societate nihil contulit, aut conferre nequivit, ne industriam quidem.
88. Non verisimilitudo, aut inverisimilitudo, sed certa, et univoca probatio societatem includit.
89. Quae argumenta, et conjecturae ad probandam societatem perpendi simul assolent.
90. Eadem quoque simul spectantur, ad societatem excludendam.

1 Quo gravior est societatis probatio *l. volnit* 4. *ff. de interrogat. act.* eo levior, seu facilior illius exclusio, in quovis
2 dubio praesertim *Ansald. de commerc. et mercat. disc.* 87. *n.* 15. *Calcagnin. ad mater. feud. observat.* 38. *n.* 59. Ma-
Zanchio

xime si conjecturae, argumenta, aliaeque probationes utrinque concurrant, et in aequilibrio, ut ajunt, esse appareant. 3
Tartaglia de reservat. statutar. artic. 59 *n.* 25. *Rot. dec.* 94. *n.* 7. *cor. Otthobono*, et ratio potissima est, quia socie-

tss est quid facti, quod de jure non praesumitur, ut in pro-
4 simo superiore cap. 1. n. 5. et 6., et alibi, ita ut ei, qui so-
cietatem excludere contendit, negare sufficiat, illa ratione
testus, quia per rerum naturam factum negantis, probatio
5 nulla est in l. actor. 23. c. de probat.

Certissimi quidem juris est, societatem, solo consensu
contrahi, neque scripturam requiri, ut in eodem superiore
6 prox. cap. 2. n. 16. Scriptura tamen si fiat, sed imperfecta
sit, puta quod in minutae terminis sine subscriptione par-
7 tium existat, apta non est praebere societatis probationem,
nam persaepe minuta, simplicis tractatus habet imaginem,
neque est ad concludendum societatis contractum habilis
8 Rot. in dec. 40. n. 8. et 9. cor. Otthobono, protritaque ra-
tio est, quia multa tractantur, quae postea non perficiuntur,
9 ad textum in leg. juris gentium 7. § adeo ff. de pact. Rot.
in dec. 677. n. 3. in fin. part. 2. et dec. 26. n. 13. part. 5.
tom. 1. et dec. 155. n. 25. part. 9. tom. 1. rec. et in subje-
10 cta societatis quaestione Rot. in d. dec. 40. n. 8. et 9. cor.
Otthobono, nisi aliunde scriptura etiam imperfecta, deinceps
executa, atque observata demonstretur, ut in prox. supe-
11 riore capite 1. n. 14. et 15.

Ut hic etiam, aliquo procedam ordine, hona in duas di-
vido partes titulum, altera actus continet societatem directo
excludentes. altera vero actus societatem minime probantes.
12 Et quoad priorem, regula generalis est ut societas per actus
negativos, seu naturae, et indoli societatis contrarios, intelli-
13 gatur exclusa Roman. cons. 418. n. 2. Decian. respons. 36.
n. 26. lib. 1. Rot. dec. 156. n. 9. part. 8. recent. Inter hu-
jusmodi actus negativos seu societati contrarios principalem
14 locum obtinet, negativa communicationis lucrorum, et dam-
norum quoniam cum societas contrahitur, tam lucri, quam
damni communio initur, sunt verba textus in leg. si unus
15 68. ff. pro socio adducitur Tartaglia de reservat. statutar.
artic. 59. n. 12. 13., et 60. Ansald. de commerc. et mercat.
disc. 87. n. 37. Jov. de contract. min. gloss. 25. § 13. n.
370. Rot. dec. 66. n. 11. part. 10. rec.

Et quod non detur societas sine communicatione lucrorum,
quodque ex defectu hujusmodi lucrorum communicationis
16 exclusa dicatur societas advertunt Simon. de Praet. cons.
142. n. 6. et 40. centur. 2. Gratus cons. 118. n. 12. lib. 1.
Cephal. cons. 247. n. 21. et 22. lib. 2. Conciol. allegat. 33.
n. 6. Ansald. de commerc., et mercat. disc. 87. n. 13. Tar-
taglia de reservat. statutar. artic. 59. n. 26. Rot. dec. 126.
n. 6. part. 8. rec. et in dec. 288. n. 5. cor. Priolo, et de
clerico fructus sui beneficii in universali societate non com-
municante, quod sit tutum argumentum d. societatis exclu-
17 sivum statuit Rot. in dec. 100. n. 4. et 5. part. 13. recent.
Adeo sane quod si fiat pactum, ne lucra communicentur, non
solum incivile erit pactum imo iniquum, et ideo nullum,
18 sed insuper directo societatem excludet Castropalao opera
moralia disput. 8. punct. 1. n. 2. vers. dixi tom. 6. Sicuti
ex diverso, quando intervenit lucrorum, et damnorum com-
municatio, non attenduntur conjecturae societatis exclusivae
19 Gratian. discept. for. cap. 547. n. 10. et cap. 714. num. 1.
Mantica de tacit. lib. 6. tit. 11. n. 6. Jovius de contract.
min. gloss. 16. § 12. art. 1. n. 47. nisi ad simplicem com-
munionem bonorum reciproca lucrorum, et damnorum com-
20 municatio, seu participatio referatur, ad textum in l. si
fratres 53. ff. pro socio. Rot. dec. 240. n. 8. cor. Kaunitz.

Ad hanc etiam seriem actuum negativorum societatem ex-
cludentium refertur stipulata indemnitatis relevatio per unum
assertum socium qui forte fidejussit, aut solvit, erga alterum,
seu declaratio per unum assertum socium, omissa se reva-
21 lendi adversus alium pariter socium. Rot. in Romana seu
florentina pecuniaria 12. aprilis 1723. § pedagiorum cor.
el. mem. Card. Cerra, idque locum indistincte obtinet,
cum in societate universali, in qua non datur meum, et
tuum, nullaque inter socios actio activa, seu passiva admit-
22 titur, sed omnia communia sunt, ut supra part. 2. cap. 4.
n. 100. Tum quoque in societate particulari, si antedicta
relevatio, et respectiva declaratio in re, seu contractu socia-
li, vel ad societatem pertinente, interponitur, ut promiscue
23 per Decian. respons. 36. n. 37. et 38. vol. 1. Carena resol.
238. n. 2. et 3. Tartaglia de reservat. statutar. artic. 59.
n. 26. Constantin. vot. 321. n. 7. tom. 2. Rot. post Zuc-
chia de oblig. cameral. dec. 264. n. 20., et in dec. 40. n.
19. cor. Otthobono, et dec. 118. n. 7. et 8. cor. Benincasa.
Idem juris est in eo, qui solvendo debitum societatis prae-
cipue universalis, solvit de proprio, et adversus alterum ass.
24 socium jurium cessionem reportat Rot. in dec. 170. n. 8.
tom. 7. nuperr., et dec. 240. n. 16. coram Kaunitz, et in
dec. 474. a n. 32. ad 35. tom. 4. cor. Olivatio, vel qui al-
teri ass. socio, ut debitorem suum dimitteret, animo repe-
tendi mutuavit Rot. in d. dec. 474. a n. 32. ad 35. tom. 4. 25
cor. Olivatio et in Albanen. communionis universalis 20.
feb. 1782. § 8. cor. R. P. D. Sentmanat.

Huc illi etiam pertinent actus, et contractus, qui cum
active, tum passive unius dumtaxat geruntur nomine, alte-
rius socii nomine reticito, nam hi regulariter actus, inter
fratres praecipue, societatem excludunt Tartaglia de reser- 26
vat. statutar. art. 59. n. 26. Constantin. ad stat. urb. an-
not. 21. n. 33. idem Constantin. vot. 321. n. 6. tom. 2. Jov.
de contract. min. gloss. 25. § 13. n. 82. Rot. post Zucchia
de oblig. cameral. dec. 264. n. 20., et in dec. 118. n. 7.
cor. Benincasa, et in nuperr. tom 7. dec. 170. n. 7. et in
Albanen. communionis universalis 20. febr. 1782. § 6. et
7. cor. R. P. D. Sentmanat puta si proprio unus nomine,
debitum, vel contrahat, vel solvat. Rot. d. dec. 170. n. 7. 27
tom. 1. in nuperr. vel rem conducat, et suo tantum nomine
fructus percipiat, et affictum solvat, vel sublocet solus, et
pensionem uti ad se pertinentem accipiat, Rot. post Zac- 28
chia de oblig. cameral. dec. 264. n. 20. et cor. Otnobon.
dec. 40. n. 17. et 18., et in Romana, seu Sabinen. societa-
tis 30. martii 1753. § 8. cor. R. P. D. Figueroa, per hos
actus regulariter dixi, excludi societatem, nam siquae sunt 29
limitationes, illas in suos supra locos conjeci.

Ad hanc quoque pertinet actuum classem, distincta ali-
qua, ac separata negotiatio in universali praesertim societa-
te, quae ob id semper excluditur Rot. dec. 118. n. 22. cor.
Benincasa. Id quod in particulari etiam societate locum ob- 30
tinet, si praecipue separata negotiatio, sciente, et patiente
altero socio fiet Rot. dec. 51. n. 20. cor. Arguelles. Idem ju- 31
ris est in administratione gesta per unum socium Rot. d. dec.
51. n. 31. cor. Arguelles nisi ille socius administrans, fuerit 32
natu major, prudentior, et in gerendis socialibus negotiis
solertior, peritior, atque assuetus Rot. apud statut. Agri-
culturae urbis dec. 10. n. 12. et 13. puta si in hac figura unus 33
socius literas solus, scribat socialia debita solus solvat, cla-
ves socialis capsae retineat solus, nam hoc, incolume socie-
tate, ad ejus majorem solertiam, peritiamque, ut dixi, in
dirigendis, atque administrandis socialibus negotiis quando-
que refertur. Rot. in dec. 416. n. 15. tom. 2. cor. Durano. 34

Contra ea vero, si is, qui se socium proclamat, gessisse
comperiatur actus nomine alterius dumtaxat, quocum socie-
tatem coitam asseverat, ipsemet erit exclusae societatis au-
ctor, nam hujusmodi etiam actus sunt cujusque societatis
exclusivi. Rot. post Costantin. ad statut. urb. dec. 144. n. 35
7., et dec. 145. n. 17. tom. 3. Puta siquis tamquam procu-
rator fratris vel alterius ass. consocii aliquem gessit actum,
aut in emendo, vendendo, locando, conducendo, atque exi-
gendo ut per Costantin. ad statut. urbis. annot. 21. n. 34. 36
Rot. in dec. 129. n. 19. et seq. part. 10. rec. et in dec. 51.
n. 26. et 27. cor. Arguell., et dec. 240. n. 19. cor. Kaunitz.

Similiter, si is qui se socium proponit, se ass. socii credi-
torem dicat, resque punctim sociales in solutum accipiat, ta-
lis profecto in solutum acceptio, et respectiva datio manife-
ste excludit societatem, illa ratione. quia rem pro dimidia
saltem parte suam accepto ferret, et in re sibi propria sati-
sfaceret Rot. post Zucchia de oblig. cameral. dec. 264. sub 37
n. 22., et cor. Otthobono dec. 40. n. 21., et in Eugubina
immissionis 16. martii 1753. § 7. cor. el. me. Card. Bus-
sia. Quae conclusio, locum multo fortius obtinet in societate
universali, in qua sociorum unus, nihil peculiare, aut sepa- 38
ratum habet ab altero; imo vero si in hac coeunda universali
societate, quidquam sibi reservasset socius, talis haec quan-
tumvis minima reservatio ad exclusionem societatis redunda-
ret Surd. cons. 138. n. 14. tom. 1. Jov. de contract. minor. 39
gloss. 25. § 13. n. 82. Rot. in dec. 51. n. 25. cor. Arguelles
et in dec. 240. n. 22. et 30. cor. Kaunitz.

Ejusdem roboris, ac virtutis est, ad excludendam univer-
salem praecipue societatem, separata, seu unius, et alterius
nomine distincta in codicibus censualibus bonorum allibratio
Mantica de tacit. lib. 6. tit. 10. n. 19. tom. 1. Michalor. de 40
fratrib. part. 2. cap. 17. n. 11. et cap. 18. n. 13. Jov. de
contract. min. gloss. 25. § 13. n. 82. Sunt qui referunt re-
pertorii, seu inventarii confectionem inter fratres post obi-
tum communis patris ad exclusionem universalis societatis,
perinde quasi, meum, et tuum ita secernatur, ut per Cassa- 41
naeum ad consuet. Burgund. rubrica 7. § 5. n. 35. pag.
mihi 966. Sed mihi haec non placet conclusio, cum actus ad

dubiam, et latentem creditorum haereditariorum existentiam
referri commode possit, et consequenter ad beneficium legis,
42 ne ultra vires teneatur haeres assequendum, ut *in l. fin. c.*
de jur. deliberan., quamobrem potius ad actus aequivocos
hanc repertorii exarationem referendam puto, qui sane actus
aequivoci, si societatem positive non probant, non tamen
43 illam directo excludunt, quemadmodum infra subjiciam.

Quo difficilius, ut alibi dixi, universalis societas probatur,
eo facilius excluditur, cum ad hoc leviores quoque probatio-
44 nes redundent *Rot. dec.* 783. *n.* 12. *tom.* 3. *cor. Lancetta*
maxime inter fratres, illa ratione manifesta, quia si fratres
cohabitent, si lucra, et damna communicant, et si ad extre-
mum communia bona dividunt, hi actus in sociis estraneis
45 societatem facilius inducunt, at vero in fratribus non item,
propterea quod ad illam incidentem, atque fortuitam bono-
rum paternorum communionem referri quandoque commode
46 possunt, ad textum *in l. si fratres* 53. *ff. pro socio. Paris*
cons. 100. *n.* 38. *vol.* 2. *Rot. dec.* 240. *n.* 8. *cor. Kaunitz.*
Deque pluribus argumentis societatem universalem inter
47 fratres excludentibus, tradunt *Costantin. ad stat. urb. an-*
not. 21. *n.* 33. *ad* 43. *idem Costantin. vot.* 321. *n.* 7.
tom. 3. *Rot. in dec.* 783. *n.* 8. *ad* 14. *tom.* 3. *cor. Lancetta*,
et in dec. 240. *fere per totam cor. Kaunitz.*

Unum ex necessariis requisitis ad universalem societatem
48 includendam, est nunquam reddita ratio, ut in superiore
part. 2. *cap.* 4. *n.* 43. ergo juxta argumentum a contrario
49 sensu in jure validum *l.* 1. *ff. de offic. ejus cui mandata est*
jurisdictio, et in §. *sequitur, instit. de iis, qui sui, vel alieni*
jur. sunt, ubi Vinn. Si rationis redditio petatur, vel pacto
conveniatur, vel quoquo modo interveniat, magnum suppe-
50 ditat exclusionis societatis argumentum *Simon. de Praet.*
cons. 142. *n.* 6. *cent.* 2. *Natta cons.* 100. *n.* 3. *tom.* 1. *Cephal.*
cons. 340. *n.* 11. *tom.* 3. *Mascard. de probat. conclus.* 1309.
n. 33. *vol.* 3. verum tamen est, quamcumque rationis reddi-
tionem, seu dati, acceptique revisionem, ad hoc non suffice-
re, nam quandoque, ut videatur negotii socialis utilitas, vel
jactura, similia exarantur computa, ita ut hujusmodi ra-
tionis redditio, magna, cum effectu, seu finalis sit oportet,
ut legitimum praebeat exclusae, seu finitae universalis socie-
51 tatis monumentum *Rot. in dec.* 473. *n.* 30. *et* 31., *et dec.* 103.
n. 10. *cor. Caprara.*

Qua ratione, confessio societatem maxime probat, ut in
proximo superiore *cap.* 1. *n.* 35. *ad seq.* eadem in contrarium
52 se habens illam excludit, *Rota dec.* 77. *n.* 17. *tom.* 1. *in nu-*
perrim. imo ad excludendam societatem non datur in jure
53 major probatio, quam proprii oris confessio *Rota in Bono-*
nien. transactionis, seu obligationis 14. *maji* 1753. §. 7.
cor. b. m. Vicecomite. Praecipue si talis confessio societatis
exclusiva, habeatur emissa in testamento, nam ab haerede
54 impugnari non potest, *Rota in d. Bononien transactionis,*
seu obligationis 1. *julii* 1754. §. 8. *cor. b. m. Amadeo.* Et
hoc verum, quamvis postea tale testamentum fuerit revoca-
55 tum, *Rota ibidem* §. 6. *cor. eodem b. me. Amadeo.* Idem
omnino juris est, si is, qui se socium exhibet, testem, hanc
qualitatem socialem, excludentem producat, nam sua quo-
56 dammodo confessione a societate repellitur *Rota in Romana*
seu Sabinen. societatis 18. *junii* 1752. §. 2. *cor. R. P. D.*
Figueroa.

Societatem contrahi posse, non solum pure, sed etiam sub
57 conditione, vel quovis alio pacto, sancivit Justinianus *in leg.*
penult. c. pro socio. Si coita proinde sit societas sub pacto,
vel conditione ratificationis per alterum faciendae, utrum
non superventa ratificatione, consistat societas, seu potius
haec exclusa dicatur? Et perinde societatem intelligi, quasi
non fuisset contracta, et ideo quod censeatur exclusa, statuit
58 *Rot. in dec.* 316. *n.* 3. *et* 4. *tom.* 1. *in neperr.* quae conclu-
sio extenditur etiam ad illam societatem, seu societatis par-
tes conventas relate ad aliquem contractum praeexistentem,
et appareat hunc praeventivum contractum, vel non praexi-
59 stere, vel non esse executum *Rota in d. dec.* 317. *n.* 3. *tom.*
1. *in nuperr.*

Ad extremum; is etiam, qui se institorem exhibet socii
qualitatem excludit, qualitas enim simplicis institoris repu-
60 gnat sociali qualitati in eadem persona *Rota in Tyburtina*
societatis. et redditionis rationis 8. *maii* 1750. §. 10. *cor.*
cl. mem. Card. Caprara; similiter qui salarium a sociis pro
gesta administratione societatis postulat, sociali veste se exu-
61 tum praebet *Rota in Albanen. communionis universalis* 20.
febr. 1782. §. 8. *cor. R. P. D. Seatmanat.* Hoc tamen accipe
verum in universali societate, nam quoad particularem so-
cietatem pertinet, salarii petitio non semper excludit socie-
tatem, si salarium pacto fuerit constitutum, vel si in loco vi-
geat solvendi salarium consuetudo, cum naturalis cuique
suggerat ratio, ut sociorum unus administrans aliquod me-
reatur ex administratione compendium, veluti late in supe-
riore *part.* 2. *cap.* 9. *n.* 147. *et par.* 4. *cap.* 1. *n.* 133. *ad seq.* 62

Hactenus de actibus societatem directo excludentibus: quo-
ad alios vero actus eamdem societatem minime probantes; con-
sistunt hi primo in actibus aequivocis, et vagis; qui tamquam
ad alium referibiles, quam ad titulum societatis, non valent
eamdem societatem probatam constituere *Card. de Luca de* 63
credit. disc. 88. *n.* 6. *Jov. de contract. min. gloss.* 25. §. 13.
n. 90. *Rota dec.* 194. *n.* 3. *cor. Carillo, et dec.* 40. *n.* 24.
et 25. *cor. Otthobono, et dec.* 118. *n.* 15. *cor. Benincasa,*
et in nuper. decis. 72. *n.* 7. *tom.* 1. *et in Romana, seu Flo-*
rentina pecuniaria 12. *apr.* 1723. §. *quo vero cor. cl. mem.*
Card. Cerro, et in Romana, seu Sabinen. societatis 30.
martii 1753. §. 6. *cor. R. P. D. Figueroa.* Atque hujus-
modi erunt actus, quotiescumque appareat, eos fieri potuis-
se citra jus, et nomen societatis *Cephal. cons.* 635. *n.* 6. *t.* 64
5. *Surd. cons.* 441. *n.* 9. *et* 10. *vol.* 3. *idem Surd. in decis.*
267. *n.* 6. *et* 7. *Mascard. de probat. conclus.* 1309. *n.* 43.
vol. 3. *Jov. de contract. min. gloss.* 25. §. 13. *n.* 80. *Rota*
in dec. 212. *n.* 7. *cor. Carillo.*

Sitque exemplo, si ille, qui se socium proclamat, gerat
actus mediatori convenientibus, *Rot. in Romana, seu Flo-* 65
rentina pecuniaria 12. *aprilis* 1723. §. *ejusdem ponderis*
cor. cl. mem. Card. Cerro. Similiter subsequens divisio bo-
norum in communi possessorum, praeexistentem indicat so-
cietatem, ut in proximo superiore *cap.* 1. *n.* 105. Sed hoc
non est perpetuo verum, veluti observat *Cassan. ad con-* 66
suet. Burgund. rubrica 7. §. 6. *n.* 35. *pag. mihi* 966. quia
potest fieri, ut quis plures relinquat filios, seu cohaeredes,
qui in communione diu permanserint, et postea ad divisio-
nem devenerint, talis divisio, tum fiet actione non pro so-
cio, sed alia communi dividundo, cum praecedens commu-
nio non fuerit vera, et quaestuaria societas, sed acciденta-
lis, atque impropria communio, prout alias dixi *part.* 1. *cap.* 67
7. *n.* 14. *et part.* 2. *cap.* 8. *n.* 10. nam retentio bonorum
haereditariorum in communi, et pro indiviso non permees-
se universalem arguit societatem *Constantin. ad stat. urb.* 68
annot. 21. *art.* 1. *n.* 31. 43. *et* 46. *tom.* 1. *Rota in dec.* 29.
n. 16. *part.* 10. *recent.*

Dicitur etiam, et verum est, societatem inter fratres, et
alios sanguine conjunctos facilius praesumi, si de societate
praesertim particulari agitur, secus si de universali *Mantica* 69
de tacit. et ambig. lib. 6. *tit.* 10. *n.* 3. *tom.* 1. *Ansald. de*
commerc. et mercat. disc. 50. *n.* 7. *Calcagnin. ad mater.*
feud. observat. 18. *n.* 22. 28. *et* 60. *Tartaglio de reservat.*
statutar. art. 59. *n.* 21. *et* 22. Si frater ergo alium suum
fratrem in apotheca negotii actu inservientem retineat, jun-
cta praesertim fama, et communi opinione, videbatur dici
posse inductam eos inter societatem, sed nihilominus quia 70
frater in apotheca ita inserviens potest alio titulo, puta ju-
venis inservientis, aut artem mercatoriam addiscentis reti-
neri, actus hic per se non est ad inducendam societatem u-
nivocus, et ideo minus sufficiens, nisi aliunde probationes
societatem perstringentes accesserint *Jovius de contract.* 71
min. gloss. 25. §. 13. *n.* 93. *et* 94. *Rota decis.* 228. *n.* 19.
et 20. *cor. Priolo.*

Huc etiam pertinet illa conclusio, ut in societate univer-
sali, quidquid socius proprio acquirit nomine, societati ac-
quirat, cum hoc desuper, nulla sit repugnantia *Valent. de* 72
contract. vot. 51. *n.* 71. attamen hoc eatenus verum est, si
de praeexistenti universali societate non dubitatur, quemad-
modum latius probatum est in superiore *part.* 2. *c.* 4. *n.* 145.
Imo vero etiamsi universalis praeexistat societas, tum pro- 73
prio acquirens nomine illam excludit, atque destruit, si ab
societate universali recessus appareat, nam per actus con-
trarios, veluti est proprio unius socii nomine facta acquisi-
tio, a societate etiam universali receditur, *Rota dec.* 118. *n.* 74
5. 6. 17., *et per tot. cor. Benincasa.*

Est pariter generalis regula, ut libri sociales proprio u-
nius nomine inscripti, societatem quoad alios ibi non ex-
pressos excludant, *Mascard. de probat. concl.* 1309. *n.* 18. 75
et 35. *vol.* 3. *Gratian. discep. for. c.* 547. *n.* 9. *et* 11., *et*
cap. 632. *n.* 4. *et* 10. *et cap.* 714. *n.* 1. *Cantri discept. for.*
caus. 25. *n.* 6. *Calcagnin. ad mater. feud. observ.* 18. *n.* 46.
Rot. post Zacchia de oblig. camer. dec. 264. *n.* 18. *et cor.*
Otthobono dec. 40. *n.* 15. ita ut non descriptus in libro, non 76

dicatur socius *Mons. consul. for.* 601. *n.* 35. *tom.* 6. minus-
que socii dicuntur illi, in quorum faciem utilium, et lucro-
77 rum non cantat descriptio *Rot. in decis.* 228. *n.* 3. 4. *et* 5.
cor. Priolo. Sed hi revera non sunt per se actus necessario
societatem excludentes, cum fieri possit, ut socius etiam sit,
78 qui in sociali codice non reperitur descriptus; sicuti ex di-
verso potest fieri, ut ne is quidem socius sit cujus nomine
cantat societas, cum quandoque aliquis, nudum honoris
causa tantum, suum det societati *nomen*; unde fit, non om-
nem intitulationem sub nomine sociali factam praeseferre
societatis demonstrationem, nisi de aliorum sociorum con-
79 stet mandato *Rota in Romano, seu Florentina pecuniaria*
12. *apr.* 1723. §. *nulla tamen cor. cl. mem. Card. Cerro*,
ubi sub §. *nullius ad fin.* recensentur plures actus, vel ae-
quivoci, vel clandestini per illum, qui se socium dicit gesti,
qui nisi de consensu, et mandato aliorum sociorum, docean-
tur appositi, vel gesti, inutiles ad probandam societatem re-
putantur. In his ergo non fidendum generalibus conclusio-
80 nibus, sed aliunde sunt repetendae facti probationes, ut il-
luceat veritas, quae semper spectanda est quemadmodum
adnotavi in proximo superiore *capite* 1. *n.* 28. *ad seq.*

In obscuris, ait textus, inspici solet, quod verisimilius
81 est, aut quod plerumque fieri solet, *in leg. in obscuris* 115.
ff. de regul. jur. et in materia probationis, quod verisimi-
82 le, sit maxime spectandum; observant *Constantin. vot.* 84.
num. 18. *tom.* 1. *et vot.* 255. *num.* 9. *tom.* 2. *Rota in dec.*
11. *num.* 19. *de fide instrum. coram Falconer.* (Siste
Lector, et nostrae ter miserae humanitatis accipe monu-
83 mentum: huc, dum scriberem perveni, erat enim dies Di-
vo Philippo Neri sacra, de repente manus mea torpore cor-
repta, calamum injussa dimisit; gelidus mox mea manavit
fronte sudor, vocisque, manusque usu amisso, defeci. Inde in
lectulum perductus, rem in hemiplexiam erupisse postea ac-
cepi; deinceps vero, exanguis fere equidem prae venia sæ ca-
tis effectus, artis medicae tormentis undique circumdatus,
inedia quasi consumptus, in lectulo ad dies undecim stratus
permansi; Dei beneficio ad sanitatem restitutus, convolui,
statimque hunc meum de societate libellum, prosecutus fui; 84
interim rogo te, ut cum haec legeris, felicem mihi, et lon-
gam, si vixero, quietam, et sempiternam, si mortuus fuero,
augureris vitam, et hac mei laboris mercede contentus ero.)

Sicuti e contra, inverisimile, quamdam habet falsitatis
speciem *Surd. cons.* 35. *n.* 45. *lib.* 1. *Constantin. vot.* 506. 85
n. 16. *tom.* 4. *Rot. dec.* 619. *n.* 6. *part.* 18. *tom.* 2. *rec.*, *et*
dec. 5. *n.* 2. *de probat. cor. Falconer.* Haec in genere, in
proposita autem societatis specie, inverisimilitudo excludit
probationem societatis *Calcagnin. ad mater. feud. observ.* 86
18. *n.* 61. *Rot. post Constantin. ad stat. urb. dec.* 144. *n.*
5. *tom.* 3., puta si unus socius nihil initio contulit, vel con-
ferre quidquam nequivit, non solum rei, sed etiam indu-
striae; qua penitus, ea in negotiatione, forte carebat, *Rota* 87
in Albanen. communionis universalis 20. *febr.* 1782. §. 10.
et 11. *cor. R. P. Sentmanat.* Etenim non verisimilitudo,
aut inverisimilitudo, sed certa, et univoca probatio socie- 88
tatem includit *Rota in montis Falisci societatis* 28. *apr.* 1758.
§. 6. *cor. bon. mem. Rotta.*

Argumenta demum, et conjecturae, sicuti ad probandam
societatem simul perpendi, et coacervari debent, ut in pro-
ximo superiore *cap.* 1. *n. fin.*, ita pariter ad illam excluden- 89
dam, coacervatio similis facienda est, ut per *Rotam in d.*
montis Falisci societatis 28. *apr.* 1758. §. 10. *cor. d. bon.* 90
mem. Rotta, et in Albanen. communionis universalis 20.
febr. 1782. §. 8. *cor. R. P. D. Sentmanat.*

CAPUT III.

De dissolutione in genere.

SUMMARIUM

1. Nulla in aeternum societatis coitio est, secus nullus rei finis inve-
niretur, n. 2.
3. Quemadmodum ergo omnium rerum, ita et societatis certus est finis.
4. Dissocietio fit quatuor modis, renunciatione, morte, maxima capitis
diminutione, et egestate.
5. Totidem aliis assignantur modis alibi dissociatio, hoc est, ex perso-
nis, ex rebus, ex voluntate, et ex actione, n. 6.
7. Sunt doctores, qui quinque dissociandi modos assignant, atque in-
dicentur.
8. *Schraderus* vero omnium melius, decem assignat dissociandi modos,
et per partes exponuntur, n. 9.
10. In his decem modis continentur alii, de quibus supra.
11. Renunciatione fit dissociatio, dummodo omnes socii consentiant.
12. Ratio quia societas consensu contrahitur, ita pari dissensu dissolvitur.
13. Quibus modis obligamur, iisdem in contrarium actis liberamur, et
n. 111.
14. Nil tam naturale est, quam eo genere quodque dissolvere, quo col-
ligatum est.
15. Amplia licet societatis finis non advenerit.
16. Unius, vel alterius socii consensus non sufficit ad renunciandum so-
cietati, sed omnium sociorum intervenire debet consensus, et af-
fertur ratio, n. 17. et 18.
19. Si unus renunciat societati, a se quidem liberat socios suos, se au-
tem ab illis non liberat.
20. Hinc est ut renuncians teneatur aliis dissentientibus, ad quanti interest.
21. Tamdiu societas durat, quamdiu consensus partium integer perse-
verat.
22. A societate recedi libere potest per unum socium, jure quodam sin-
gulari societatis.
23. Nemo in societate detinetur invitus, propter incommoda, quae pro-
veniunt ex communione.
24. Societas unius etiam consensu dissolvitur.
25. Intellige tamen, si alii socii tacite consentiant, puta cum separa-
tim omnes socii negotiari coeperint, n. 26.
27. Limita si initio pactum fuerit, ut alteruter socius separatim nego-
tiando, societati acquireret.
28. Dissociandi voluntas resultat ex restitutione capitalis.
29. Amplia si pacta, et conditiones per alterum socium inadimpleta
doceantur.
30. Declara tamen si pacta concepta sint per modum resolutivae con-
ditionis, secus si per viam modi.
31. Cessante autem expressa, vel tacita sociorum voluntate, aut justis
cessantibus causis a societate non receditur per unum socium.
32. Amplia fortius si renunciatio dolo arguatur, et datur exemplum.
33. Ita ut soli renuncianti tunc noceat renunciatio, et remissive n. 34.
35. Mors omnia solvit, et consequenter societatem, quae ne pacto qui-
dem ad haeredes transmittitur, et remissive, n. 36. et 37.
38. Publicatio, seu proscriptio bonorum socii solvit societatem, si sit
totalis, secus si sit partialis, n. 39. et 40.
41. Amplia ut publicatio debeat comprehendere proprietatem, et usum-
fructum.
42. Publicatis bonis, bona ipsa interiisse dicuntur.
43. Rei, quae non extat, non datur societas.
44. Item publicatis bonis unius socii, hic pro mortuo habetur, nec so-
cietas transit in fiscum haeredis locum obtinentem.
45. Amplia licet socius proscriptus solam operam conferre promiserit.
46. Poenoia etiam peremptia solvitur societas.
47. Solvitur societas per mediam, et maximam capitis diminutionem,
quae tollit libertatem.
48. Per minimam vero capitis diminutionem puta per emancipationem,
seu adrogationem, non solvitur societas.
49. Solvitur etiam societas per formalem unius socii decoctionem, et
quodvis mandatum revocatur.
50. Item solvitur per excommunicationem unius socii, si haec prae-
cessit, secus etc. n. 51.
52. Res item socialis si in toto perimatur, seu de commercio exima-
tur, societatem solvit, puta si sit consecrata. n. 53. 54. 55. et 56.
57. Res sacra quomodo efficiatur, remissive.
58. Finito negotio, vel ratione temporis, vel ratione ejusdem negotii,
solvitur societas.
59. Videlicet ratione temporis, si hoc elapsum sit, et n. 60.
61. Ratione vero negotii, si hoc sit ad finem perductum, n. 62. et re-
missive n. 63.
64. Dissensus expressus, vel tacitus sociorum societatem solvit, n. 65.
et 66. et remissive, n. 67.
68. Stipulatio item, in judicio causae mutatio, et respectiva transactio
societatem solvunt.
69. Hae solutiones causae in substantia induunt novationem, quae qua-
lis sit traditur, et n. 70. 71. et 72.
73. Transactio licet perpetua sit, non per hoc tollit societati dissolu-
bilitatem.
74. Per mutatam quoque in judicio causam, solvitur societas, et quo-
modo fit, traditur, n. 75. et n. 76.
77. Intellige si causa mutetur in judicio, vel actio sit generalis, secus
si partialis sit n. 78.
79. Haec tamen in judicio causae mutatio non nocet creditoribus prae-
cipue ignorantibus.
80. Per mutationem formae librorum socialium, puta si omittetur de-
scriptio nominis alicujus socii solvitur societas.
81. Amplia si per socios discedatur a primaevo exercitio societatis.
82. Sed hujusmodi actus, veluti quoque est mutatio administri, et ca-
pitulorum socialium, sunt aequivoci, et ad solvendam societa-
tem, nisi alia concurrant, inhabiles.
83. Actus nedum aequivoci, sed etiam clandestini non sunt apti ad sol-
vendam societatem.
84. Amplia ad actus mala fide, malaque conscientia alterius socii gestos.
85. Actus distrahentes societatem, debent esse eidem contrarii publice,
palam, sciente, et non contradicente altero socio, gesti.
86. Super dissociatione in animalibus extat statutum agriculturae ur-
bis extensum ad totum districtum 40. milliarum.
87. Statutum agriculturae inducit solutionem societatis ex certis cau-
sis justis.
88. Hoc statutum est juri communi conforme, ut non admittatur re-
cessus societate in praejudicium aliorum sociorum, n. 89. et 90.

91. Causae recedendi per statutum agriculturae approbatae, sunt hae: longa infirmitas, paupertas, captura personalis, mors, inimicitia, atque bellum.
92. Hujusmodi causae dissolvendae societatis per statutum agriculturae, exornantur omnes n. 93. 94. 95. 96. 97. et 98
99. Ex his causis, non cogitur unus socius stare societati.
100. An justae vero, seu injustae fuerint dd. causae, arbitrio consulum relinquitur, n. 101. et 102.
103. Regula est, ut ad judicem pertineat cognoscere justitiam, vel injustitiam causarum recedendi a societate.
104. Societate intempestive soluta, divisio utilium fit pro rata temporis.
105. Et si soluta societate aliquid lucri, aut damni accedit societati, non intrat actio pro socio, sed communi dividundo, et datur ratio, n. 106.
107. Unus socius, si paciscatur non petere partem suam ab alio socio, inducitur societatis distractio, et n. 108.
109. Soluta societate, hujus administrator non debet illam deinceps obligare, et talis solutio notificari debet mercatoribus.
110. Socii a societate recedentes debent cavere de solvendis debitis societatibus.
111. Intellige conclusionem de qua n. 112. ut certiorandi sint mercatores, si initio coitae societatis publica edicta, et literae oblatoriae intervenerint, et n. 112. et 113.
114. Amplia fortius si mercatores dissolutae societatis notitiam habuerint.
115. Declara tamen, ut cessantibus etiam edictis etc. initio publicatis si fuerit ille, cui ille mercator privatim insinuatus hic debeat de successiva societatis alteratione certiorari, et affertur ratio, et n. 116.

1 Scribit Paulus, nulla societatis in aeternum coitio est *leg.*
nulla 71. *ff. pro socio*; nam secus nullus finis rei invenietur,
2 veluti subdit Ulpianus *leg. si finita* 15. §. *postea autem ff.*
de damno infecto. quemadmodum ergo rerum omnium, ita
et societatis est finis, quem Modestinus a quatuor repetit
3 causis adnotatis *in leg. societatem* 4. *ff. pro socio*, ibi » Dis-
» sociamur renunciatione, morte, maxima capitis minutione,
4 » et egestate » plaudunt *Azon. in summa ad lib.* 4. *cod*
n. 14., *et* 15. *pro socio*, *Duaren. comment. jur. civ. tit.* 38.
Pandect. pro socio cap. 3. *in prin. Connan. in eisd. commun. jur. civ. lib.* 7. *cap.* 13. *n.* 12. *Schrader. de contract.*
tit. 26. *de societ. n.* 59. *Tholosan. syntagm. univers. jur.*
part. 3. *lib.* 27. *cap.* 4. *n.* 17. Totidem nempe quatuor assi-
5 gnat dissociationis causas textus in alia *leg. verum* 64. §.
fin. ff. eod. tit. pro socio » Societas solvitur ex personis, ex
6 » rebus, ex voluntate, ex actione » quocum consonant *Connan. commun. jur. civ. lib.* 7. *cap.* 13. *n.* 14. *Crott. cons.*
308. *n.* 23. *tom.* 3. *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.*
23. *n.* 2. *tom.* 1. *Michalor. de fratrib. part.* 2. *cap.* 36. *n.* 1.

Sunt autem doctores, qui addunt quintum dissolvendae
societatis modum, unde quinque modos assignant; suntque
renunciatio, mors, finita negotiatio, publicatio, seu proscri-
7 ptio, et formalis bonorum cessio, *Mynsinger. in* §. *manet.*
n. 1. *instit. de societ. Jov. de contract. minor. glossa* 25.
§. 13. *n.* 243. Hujusce autem quinque modos, re subtilius
8 perpensa, ad decem alii doctores extendunt, quos decem mo-
dos recenset *Schroder*, atque sunt, videlicet 1. renunciatio,
2. mora, 3. publicatio bonorum, 4. maxima, atque media
capitis diminutio, 5. decoctio, 6. rei peremptio, et respecti-
va a commercio hominum exemptio, 7. finitum negotium,
vel ratione temporis, vel ratione ejusdem negotii, 8. dissen-
sus expressus, vel etiam tacitus sociorum, 9. stipulatio, et
respectiva novatio. *Decimo* tandem pro rerum socialium di-
9 visione, proposita actio, ita idem *Schrader. de contractib.*
tit. 26. *de societ. sub n.* 59. Propterea vero quod in indica-
tis decem dissolvendae societatis modis, vel causis, ii, atque
eae continentur, quos, et quas recitatae leges praescribunt,
10 ita *Schraderum* sequar, et unumquemque modum summa-
tim, atque ex ordine exponam.

Primus dissolvendae societatis modus est renunciatio; re-
nunciatio haec societati, expleta sit oportet, omnium socio-
rum consensu, et voluntate, et ideo voluntaria est dissocia-
tio, ac proinde omnium aliarum dissociationum melior, at-
11 que nobilior *Connan. comment. jur. civ. lib.* 7. *cap.* 13.
num. 12. *Mynsinger. in* §. *manet. n.* 2. *instit. de societ.*
illa ratione, quia sicuti societas consensu expresso, vel etiam
12 tacito rite contrahitur, ita pari dissensu dissolvitur *Connan.*
commun. jur. civ. lib. 7. *cap.* 13. *n.* 11. *Mantica de tacit.*
lib. 6. *tit.* 23. *n.* 3. *Michalor. de fratribus part.* 2. *cap.* 36.
n. 3. *Rot. in centumcellarum pecuniaria* 4. *martii* 1785.
§. 4. *cor. R. P. D. Azedo*. Unde Paulus recte » Fere qui-
» buscumque modis obligamur, iisdem in contrarium actis,
13 » liberamur » *in leg. fere* 196. *ff. de regul. jur.* atque ele-
gantius in *leg. nihil* 36. *ff. eod. tit.* ibi » Nihil tam natura-
» le est, quam eo genere quodque dissolvere, quo colligatum
» est; ideo etc. nudi consensus obligatio, contrario consensu
» dissolvitur » quos textus ad rem referunt, atque exornant
14 *Michalor. de fratrib. part* 2. *cap.* 26. *n.* 3. *Jov. de contract. minor. gloss.* 25. §. 13. *n.* 252. idque catenus, licet
15 tempus societati praestitutum necdum advenerit *Spoda cons.*
297. *n.* 3. *lib.* 3.

Omnium, uti dixi, sociorum consensus requiritur, non
ergo unius, vel alterius socii tantum voluntas, ad societati
16 renunciandum sufficit, nam hoc repugnaret naturae cujus-
que obligationis, et praecipue societatis ultro, citroque obli-
gatoriae, si unius socii placito, invito, seu dissentiente alte-
17 ro, societas dissolvi jure posset; unde textus recte *in leg.*
actione 66. §. *diximus ff. pro socio*, ibi » Diximus dissensu
» solvi societatem, hoc ita est, si omnes dissentiant. Quid
» ergo si unus renunciet? Cassius scribit, eum, qui renun- 18
» ciaverit societati, a se quidem liberare socios suos, se au-
» tem ab illis non liberare » videlicet in hunc socium, actio- 19
ne ad quanti interest, aliis renunciationi dissentientibus,
tributa, *d. leg. actione* 66. §. *si renunciaverint ff. pro so-* 20
cio, *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 23. *n.* 16. *tom.*
1. *Michalor. de fratribus part.* 2. *cap.* 36. *n.* 18. *Jov. de*
contract. min. gloss. 25. §. 13. *n.* 272.

Adversus haec, urget textus *in leg. tamdiu* 5. *c. pro socio*, ibi » Tamdiu societas durat, quamdiu consensus partium
» integer perseverat ». Hinc sunt, qui pro libido recedi pos- 21
se a societate per unum socium tuentur, et hoc in contractu
societatis jure singulari, receptum esse *Vinn. in* §. *manet.* 22
post n. 1. *instit. de societ. Castropalao opera moralia disp.*
7. *punct.* 10. *n.* 1. *tom.* 6. *Costa de scient. et ignor. fact.*
et jur. cent. 1. *distinct.* 80. *n.* 2. *ut* 3. *Jov. de contract.*
min. gloss. 25. §. 13. *n.* 255. et ratio est, quia cum societas
plura inferat incommoda, et nemo in ea detineri possit invi-
tus *leg. fin. c. commun. divid.* Hinc doctores, societatem 23
unius etiam consensu dissolvi posse affirmant *Duaren. comment. jur. civ. ad tit.* 38. *Pandectar. pro socio cap.* 3. *in* 24
princ. vers. quin imo Bruneman. in d. leg. tamdiu 5. *n.* 3.
et c. pro socio, *Vinn. in d.* §. *manet. n.* 1. *et* 2. *instit. de*
societ. Jov. de contract. min. gloss. 25. §. 13. *n.* 253. *et* 254.

Hunc tamen legis locum, intelligendum ait, *Duaren. com-* 25
ment. jur. civ. in tit. 38. *Pandect. pro socio cap.* 3. *sub*
princ. ut unius quoque renunciatio societatem dissolvat, si
alter socius tacite consentiat; puta cum separatim socii agere
coeperint, et unusquisque eorum sibi negotietur ad formam 26
leg. itaque 65. *ff. pro socio*. Consentiunt, et plaudunt *Connan. commun. jur. civ. lib.* 7. *cap.* 13. *sub n.* 12. *Vinn. in*
d. §. *manet. n.* 2. *instit. de societ. Alexand. cons.* 56. *n.*
10. *lib.* 4. *Tholosan. syntagm. univers. jur. part.* 3. *lib.* 27.
cap. 4. *sub n.* 20. *Schrader. ex contract. tit.* 26. *de societ.*
n. 59. *circa fin. Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 23.
n. 30. *et* 33 *tom.* 1. *Ansald. de commerc. disc.* 53. *n.* 17.
Jov. de contract. min. gloss. 25. §. 13. *n.* 256. *Rota dec.*
372. *n.* 7. *part.* 16. *rec.*, *et in Brictinorien pecuniaria* 3.
jul. 1745. §. *fin. cor. cl. mem. Card. Bussio*. Nisi pactum
initio fuerit, ut alteruter socius separatim negotiando socie-
tati acquireret, nam hoc casu argumentum distractae societa-
tis frigesceret *Rota in dec.* 909 *n.* 2., *et decis.* 1055. *n.* 2. 27
cor. Emerix. jun. Similiter dissociandi voluntas resurgit,
si capitale restituatur *Rot. in decis.* 251. *num.* 3. *coram*
Merlin. Atque demum, si pacta et conditiones per alterum 28
socium inadimpleta demonstrentur *Decian. respons* 97. *n.*
12. *vol.* 2. *Spada cons.* 297. *n.* 4. *lib.* 2. *Michalor. de* 29
fratrib. part. 2. *cap.* 36. *num.* 22. *Gratian. discept. for.*
301. *n.* 16. *Capon. discept. for.* 114. *n.* 11. *tom.* 2. *Rocca*
disput. jur. cap. 158. *n.* 16. *tom.* 2. Haec tamen ultima
conclusio intelligenda est, si pacta fuerint stipulata per mo-
dum resolutivae conditionis, non item si per viam simplicis
modi, aut pacti, nam tunc non resolveretur societas, sed actio
ad implementum, seu ad id quod interest daretur *Rota in* 30
dec. 730. *n.* 6. *cor. Emerix. jun.*, *et in Maceraten. contractus super praetensa restitutione in integrum* 11. *maji*
1781. §. 16. *cor. Reverendissimo P. D. Origo*.

Secus voluntate omnium sociorum tacita, vel expressa non
interveniente, aut saltem justis cessantibus causis, unus so-
cius nequit societati renunciare: maxime, ut subdit Paulus, 31
si dolo malo renunciatio facta est, veluti si cum omnium bo-
norum societatem iniissemus, deinde cum obvenisset uni hae-
reditas propter hoc renunciavit, sunt verba *leg. actione* 66. 32
§. *diximus ff. pro socio*; quem textum catenus laudant do-
ctores, ut soli renuncianti nocere renunciationem affirment

33 Duaren. comment. jur. civ. in tit. 38. Pondector. pro so-
cio c. 3. vers. quaestio olim, Connan. in eisdem comment.
jur. lib. 7. cap. 13. sub n. 22. Hastien. in summo ad lib.
4. cod. pro socio n. 17. Tholosan. syntagm. univer. jur.
part. 3. lib. 27. cap. 4. n. 18. Vinn. § monet. n. 3. instit.
de societ. Verum de hoc primo dissolvendae societatis modo
34 per renunciationem, infra opportunior, latiorque redibit
sermo cap. 7.
Secundus dissolvendae societatis modus est mors unius ex
35 sociis: protrita namque est regula; mors omnia solvit, de qua
in auth. de nuptiis § deinceps collat. 4., et adeo, subdit
Pomponius, morte unius socii solvitur societas, ut nec ab
initio pacisci possimus, ut haeres etiam succedat societati
36 leg. adeo 60. ff. pro socio, veluti etiam observant De-
cian. respons. 97. num. 8. ad seq. vol. 2. Michalor. de fra-
trib. part. 2. cap. 40. n. 12. et 13. Jovius de contract. min.
gloss. 25. § 13. n. 297. ad plur. seq. Rota penes Constan-
tin. vot. 255. n. 66. tom. 2. et in Maceraten. contractus su-
per praetensa restitutione in integrum 12. maji 1781. § 5.
cor. reverendissimo P. D. Origo. Multa hac in re dixi su-
37 perius part. 3. cap. 21. Plura dicam infra cap. 8. hujus par-
tis ultimae.
Sequitur tertius modus solvendae societatis in publicatio-
38 ne bonorum locatus, unde Paulus in l. actione 66. § publi-
catione ff. pro socio; ita subdit, ibi » Publicatione quoque
» distrahi societatem, diximus, quod videtur spectare ad
» universorum bonorum publicationem si socii bona omnia
» publicentur, nam cum ejus locum alius succedat, pro mor-
39 » tuo habetur » et hunc Pauli locum ad verbum recitat Ju-
stinianus in § publicatione instit. de societ. quos testus ex-
ornant Rota in dec. 356. n. 1. et 2. cor. Manzanedo. Pu-
blicatio tamen, seu bonorum proscriptio universa socii bona
contineat, oportet, nam si in parte dumtaxat illorum con-
tingat publicatio, in eo, quod reliquum est, manet socie-
40 tas, ita Connan. comment. jur. civ. lib. 7. cap. 13. n. 13.
in fin. Micholor. de fratribus part. 2. cap. 38. n. 3. et 4.
eoque amplius, ut publicatio proprietatem, et usumfructum
41 aeque comprehendat gloss. in leg. verum 64. § fin. verbo
publicatove ff. pro socio.
Duplex hujusce conclusionis ratio est; altera quia publi-
catis omnibus bonis, bona interiisse dicuntur, hinc recte
42 Ulpianus in leg. verum 64. § fin. ff. pro socio, ibi » Neque
» enim ejus rei, quae jam nulla sit, quisquam socius est,
» neque ejus, quae consecrata, publicatave sit » Altera vero
43 quia publicationem, seu proscriptionem bonorum passus, pro
mortuo habetur, ejusque haeres fiscus est; jam dixi ad hae-
redem non transire societatem in superiore part. 3. cap. 12.
44 ita ad rem late, et eleganter Micholor. de fratribus part.
2. cap. 38. n. 6. Antunez. de donat. reg. lib. 3. cap. 26.
n. 43. Jov. de contract. min. gloss. 25. § 13. n. 40. vers.
quarto solvitur, Rota dec. 356. n. 1. et 2. cor. Monzane-
do. Et hoc verum, licet socius proscriptus operam dumtaxat
in societate contulerit, quia cum pro mortuo habeatur, ope-
ra ejus loco capitalis est, nullaque est deinceps futura Mi-
45 chalor. de fratrib. part. 2. cap. 39. n. 7. quemadmodum
etiam perempta pecunia, aliave re sociali, solvi societas in-
telligitur, quod eum quoque, qui operam conferre initio
46 convenit, pertingit Azo. in leg. societatem n. 1. c. de societ.
Sabell. in summo verbo societas n. 41. vers. tertio in fin.
Et hinc pari ratione (et est quartus dissolvendae societa-
tis modus) per capitis diminutionem mediam, atque maxi-
47 mam resolvitur societas, nam per utramque libertas ad hoc
necessaria amittitur, et mors civilis inducitur ad text. in l.
verum 64. § fin. ff. pro socio. Duaren. comment. jur. civ.
in tit. 38. Pondectar. pro socio cap. 3. vers. fin. Vinn. ad
§ publicatione instit. de societ. Antunez. de donat. reg
lib. 3. cap. 26. n. 43. Schrader. de contractib. tit. 26. de
societ. n. 59. Jovius de contract. min. gloss. 25. § 13. n.
340. vers. quarto solvitur societas. Ergo per emancipatio-
nem, aut adrogationem, quae minima capitis diminutio est,
48 non solvitur societas Azon. in summa ad lib. 4. cod. pro
socio n. 21. Petr. de Ubald. de duob. fratibus part. 11. n.
2. Felic. de societ. cap. 33. n. 3. Jov. de contract. minor.
gloss. 25. § 13. n. 340. vers. quarto.
Et sicuti praeterea mors civilis formali etiam decoctione,
seu effectiva bonorum cessione inducitur, (qui est quintus
dissolvendae societatis modus) ita societas per eam pari ra-
49 tione resolvitur l. actione in princ. 66. ff. pro socio, et in §
publicatione instit. eod. tit. Cujac. ad leg. 65. ff. pro socio,
col. 481. lit. E. tom. 5. Duaren comment. jur. civ. in tit.
38. Pondector. pro socio cap. 3. vers. secundo in fin. Con-
nan. in eisd. comment. jur. civ. lib. 7. cap. 13. circa fin.
Giurbo ad consuet. Messan. part. 1. cap. 1. gloss. 6. n.
45. Michalor. de fratrib. part. 2. cap. 38. n. 10., et cap.
40. n. 48. cum seq. Jov. de contract. min. gloss. 25. § 13.
n. 345. Rot. in Romana pecuniaria 12. junii 1778. § 5.
cor. R. P. D. Sentmanat. et quodvis mandatum revocatur
ibidem § 8. excommunicatus tamen non resolvit societa-
tem, si haec excommunicationem praevenit, secus e contra
Barbosa in jus cannon. cap. si vera 34. n. 6. de Sent. ex- 50
communic. Felic. de societ. c. 33. n. 8. Michalor. de fra-
trib. part. 2. cap. 40. n. 50. et 51. Ricciull. de jure person.
lib. 4. cap. 56. n. 7. juxta distinctionem alias traditam su- 51
perius part. 2. cap. 1. n. 182. ad seq.
Sextus sequitur dissolvendae societatis modus in rei pe-
remptione, et respectiva ejusdem rei a commercio exem- 52
ptione, receptus ad textum in leg. verum 64. § fin. ff. pro
socio ibi » Neque ejus rei, quae jam nulla sit, quisquam
» socius est, nec ejus, quae consecrata, publicatave sit » 53
veluti de peremptione rei tradunt Schrader. de contract. 54
tit. 26. de societ. sub num. 59. Micholor. de fratrib. part.
2. cap. 38. fere per tot. Mantica de tacit. et ambig. lib.
6. tit. 25. n. 1. ad seq. tom. 1. Petr. de Ubald. de duob.
fatrib. part. 11. num. 3. quod intelligitur, si res in toto
perempta sit, secus si in parte, nam in eo, quod reliquum
est manet societas, Michalor. de fratrib. part. 2. cap. 38. 55
n. 3. et 4. Gration. discept. for. cap. 900. n. 10. Jov. de
contract. min. gloss. 25. § 13. n. 344. Rot. dec. 224. n.
6. cor. Bichio, et de re sacra Deo dicata, aut aliasa commer-
cio hominum exempta advertunt. Connan. comment. jur. 56
civ. lib. 7. cap. 13. n. 14. sub princ. Montica de tacit. et
ambig. lib. 6. tit. 25. n. 1. tom. 1. Petr. de Ubald. de duab.
fratrib. part. 11. n. 3. Schrader. de contract. tit. 26. de
societ. sub n. 59. quomodo vero res. sacra efficiatur, docet
Justinianus in § sacrae res, ubi Vinnius late instit. de 57
rer. division, et acquiren. ipsar. domin.
Modus succedit septimus dissociandi, atque consistit in fi-
nito negotio, vel ratione temporis, vel ratione ejusdem ne- 58
gotii Schroder. de contract. tit. 26. de societ. sub n. 59.
vers. septimo. Ratione temporis in societate praestituti atque
elapsi, eamdem solvi societatem docet textus in l. actione 66. 59
§ diximus in fin. ff. pro socio, ibi » Quod si tempus finitum
» est, liberum est recedere » atque observant. Vinn. in § 60
item si alicujus instit. de societ. Rot. Genuen. apud Bel-
lon. dec. 27. n. 7. et 8. Montica de tac. et ambig. lib. 6.
tit. 23. n. 10. et 20. tom. 1. Michalor. de fratrib. part. 2.
cap. 36. n. 26. ad seq. Ratione vero negotii ad finem per-
ducti, docet pariter textus in l. actione 65. § morte ff. pro 61
socio ibi » Item si alicujus rei societas sit, et finis negotio
» impositus, finitur societas » quae verba ipsa repetit Justi-
nianus in § item si alicujus instit. de societ. Atque obser- 62
vant Mynsinger. in § solvitur adhuc n. 3. instit. de societ.
Schneidewin. in § solvitur n. 3. instit. eod. tit. Rot. Ge-
nuen. apud Bellon. dec. 27. num. 6. Michalor. de fratrib.
part. 2. cap. 38. n. 5. Montica de tacit. et ambig. lib. 6. tit.
23. n. 19. tom. 1. Jov. de contract. min. gloss. 25. § 13.
n. 340. vers. tertio. Verum de utroque dissolvendae societa-
tis modo, videlicet, tam ratione temporis exacti, quam fini-
ti negotii, iterum infra latius, ac separatim cap. 4. et 5. 63
Ad octavum descendens dissolvendae societatis modum in
dissensu expresso, vel tacito sociorum, repositum, ut per
Schroder. de contractib. tit. 26. de societ. sub n. 59. Non- 64
nulla superius hic indicata reperiuntur, et haec erit volun-
taria dissociatio Rot. dec. 68. n. 14. tom. 6. in nuperrim.
Addo nunc dubio procul, societatem resolvi consensu par- 65
tium, tam expresso, quam tacito Alexand. cons 78. n. 1. et 66
2. lib. 2. Mantica de tacit. et ambig. lib. 6. tit. 23. n. 28.
et 29. tom. 1. Sebast. Medic. de novat. part. 2. verbo socie-
tas Michalor. de fratr. part. 2. cap. 26. n. 34. Jov. de con-
tract. min. gloss. 25. § 13. n. 252. imo potiorem, nobilio-
remque dissolvendae societatis modum, esse mutuum utrius-
que socii consensum, supra hic n. 11. demonstravi exem- 67
plis ibi allegatis.
Nonus modus dissolvendae societatis est stipulatio, in ju-
dicio causae mutatio, et respectiva transactio Connan. com- 68
ment. jur. civ. lib. 7. cap. 13. n. 12. Azon. in summa cod.
ad lib. 4. tit. pro socio n. 20. Schrader. de contract. tit.
26. de societ. sub n. 59. Jov. de contract. min. gloss. 25.
§ 13. n. 266. 267. cum seq. haec tamen omnia novationem 69
indicant in substantia. Alia namque novatio non est, quam

priorie debiti in aliam obligationem vel civilem, vel natu-
ralem transfusio, atque translatio, hoc est cum ea praece-
denti causa, ita nova constituitur, ut prior perimatur prout
70 totidem verbis ait textus in l. 1. ff. de novot. et delegot.
Quamobrem societas solvitur quoquo modo novatio fiat, aut
per stipulationem, in quam praecedens obligatio transfun-
ditur, id quod nunquam faciunt socii, nisi cum volunt di-
71 scedere a societate, ut ait Cujoc. od lib. 32. Pouli od edi-
ctum in leg. 65. ff. pro socio col 482. lit. E. in fin. tom.
72 5. Aut per transactionem Decius cons. 943. n. 3. lib. 2.
Lourent Kirchoff. impress. inter consilio Germaniae cons.
8. n. 6. quae licet per se perpetua sit, super societate tamen
interposita, eadem societas suam non amittit dissolubilitatis
73 naturam Rot. in nullius, seu Forfen divisionis 17. junii
1757. §. 15. cor. R. P. D. Olivatio. Aut denique per mu-
tatam in judicio causam, nam hoc ipso quod judicium ita di-
ctatum est, ut societas distrahatur, renunciatam haberi so-
cietatem, sive totorum bonorum, sive unius rei societas coi-
74 ta sit, prout similiter totidem verbis ait textus in l. actione
66. sub princ. ff. pro socio cum ita satis declaretur alienatus
75 a societate animus Connon. comment. jur. civ. lib. 7. cap.
13. sub n. 12.

Hinc doctores ajunt, resolutam eo ipso societatem intelli-
gi, cum sociorum unus adversus alios pro sua portione so-
ciali (et est decimus, atque ultimus dissolvendae societatis
76 modus Schrader. de controct. tit. 26. de societ. sub n. 59.)
litem movet Mynsinger. §. solvitur n. 9. instit. de societ.
de Marin. resol. jur. lib. 2. cap. 207. n. 3. Mantica de tacit.
et ambig. lib. 6. tit. 25. n. 8. t. 1. Rot. in Brictinor. pecun.
26. febr. 1749. §. penult. cor. cl. mem. Cord. Bussio. quod
accipe verum si actio intentata pro socio sit generalis, hoc est,
77 suam universorum bonorum socialium partem contineat, se-
cus si non sit generalis, sed vel utilia tantum socialia respi-
ciat, vel suae portionis partem dumtaxat comprehendat, nam
hoc posteriore casu, manente etiam societate, pro socio datur
78 actio Cujac. in lib. 32. Pauli ad edictum l. 65. ff. pro so-
cio col. 483. lit. A. tom. 5. Jov. de controct. min. gloss. 25.
§. 13. n. 269. et an haec societatis distractio noceat credito-
ribus praecipue ignorantibus, negativam tuetor de Morin.
79 resol. jur. lib. 2. cap. 207. n. 4. ibique Carol. Ant. de Lu-
ca od eumdem Morin.

Quid si sit mutata forma inscribendi libros rationum socie-
tatis circa partitarum descriptionem, et circa omissionem
nominis ejus, quocum coita erat societas, an per hoc nova-
tio interjecta, et respectiva societatis resolutio inducta di-
80 catur? Affirmat Mascard. de probot. conclus. 1310. num.
5. vol. 3. quod ipsum in casu, quo disceditur a primae-
81 vo exercitio societatis procedere ait idem Mascard. de pro-
bot. loc. prox. cit. n. 6. At vero hujusmodi actus aequivo-
ci sunt quemadmodum etiam mutatio administri, et capi-
tulorum socialium, ad aequivocos actus pertinet, et ad di-
strahendam societatem minus habiles, nisi alia concurrant,
82 tutiora dissolutae societatis argumenta, Rot. in dec. 68. n.
8. od 12. tom. 6. in nuperr.

Et quod de aequivocis actibus dicitur ad dissolvendam
societatem ineptis, idipsum est de actibus clandestinis di-
83 cendum Notto cons. 100. n. 5. lib. 1. Mascard. de probat.
conclus. 1310. n. 4. vol. 3. multo vero magis de actibus ex
84 mala fide, malaque conscientia alterius socii gestis de Grof-
fis dec. cos. conscient. lib. 2. cap. 120. n. 40. Sed actus dis-
sociantes debent quidem esse societati contrarii, publice ta-
men, et palam gesti sciente, et non contradicente altero so-
85 cio. Costo de juris, et focti scient. et ignor. vent. 1. distinct.
14. n. 1. et distinct 80. n. 6. Rot. dec. 221. n. 13. port.
12. rec.

Quoad resolutionem societatis animalium, extat in ditione
pontificia statutum agriculturae urbis, ad totum districtum,
86 seu ad quadraginta milliaria eatenus, ut ex cap. 31. et
32. ejusdem agriculturae, atque ita disponit in c. 87. part. 4.
ibi » Item quod ille, qui soccitam, vel melioramentum re-
» ceperit, teneatur, et debeat sine contradictionis obstaculo
» retinere, nisi in casibus infrascriptis, et quolibet eorum-
87 » dem » Haec statutarie dispositio super agricultura, conso-
na est dispositioni juris communis, quo in l. g. actione 66.
88 §. labeo ff. pro socio ita cavetur ibi » Labeo autem posterio-
» rum libris scripsit; si renunciaverit societati unus ex so-
» ciis eo tempore, quo interfuit socii non dirimi societatem,
» committere eum in pro socio actionem » et quod unus so-
89 cius non possit a societate recedere in praejudicium alterius
socii, vel ipsius praecipue societatis, eadem societate duran-
te, tradunt Connon. comment. jur. civ. lib. 7. cap. 13. sub 90
n. 13. Decian. resp. 97. n. 59. t. 2. Moscord. de probat. con-
clus. 1310. n. 7. vol. 3. Montico de tacit. lib. 6. tit. 23. n.
8. et 17. tom. 1. Michalor. de fratrib. part. 2. cap. 36. n.
17. et 18. Jov. de contract. min. gloss. 25. §. 13. n. 271.
ad seq.

Sequitur d. statutum agriculturae urbis eod. cop. 87. ibi
» Nisi in casibus infrascriptis, et quolibet eorum, videlicet,
» aut propter longam infirmitatem, aut paupertatem, aut
» capturam personalem, seu mortem, aut inimicitiam illius
» qui d. soccitam receperit; sive bellum, quod in partibus
» oriretur » Quinque hic indicantur causae dissociationis; 91
prima est propter longam infirmitatem; puta si unus socius
operam conferre promisit, et postea in morbum incidat Bo- 92
noocina opera moralia disput. 2. quoest. 6. punct. ult. n.
5. tom. 2. ait similiter statutum agriculturae, solvi socie-
tatem propter paupertatem, scilicet egestate, ut ait textus
in l. societatem 4. ff. pro socio, seu formali decoctione, ut 93
superius hic n. 49. Sequitur agriculturae statutum inquiens,
aut per capturam personalem, hoc est si socius, qui ope- 94
ram promisit, fuerit in carcerem conjectus, illasque praesta-
re nequiverit Bonoccina opera moralia disput. 2. qu. 6. 95
punct. ult. n. 5. tom. 2. dicit statutum, seu per mortem, de
hoc dissolvendi societatis modo, supra hic dixi n. 35. et la-
tius infra dicam cop. 6. Aut denique propter inimicitiam 96
illius, qui soccitam receperit, sive bellum societas enim es-
se debet ex puro corde, et ea bona caritate, quae est inimi-
citiis contraria Jov. de contract. min. gloss. 25. §. 13. sub 97
n. 245. Bellum denique, si libero commercio impedimento
sit, in illis praecipue partibus in quibus negotiaturus erat
socius, societatem dissolvit; vis major, cui resisti non potest,
excusat l. sicut 2. §. idem erit dicendum ff. naut. copon. 98
stabular.

Sequitur etiam d. statutum agriculturae in d. cap. 87. ibi
» In quibus casibus, et quolibet eorum, liceat illi, quid
» soccitam habuerit, et ejus haeredibus d. soccitam renun-
» ciare, si voluerit, et sic ille, qui d. soccitam dederit, te-
» neatur, et debeat ad d. renunciationem admittere, et soc- 99
» citam recipere penes se, qui non possit, durante tempore
» ullo modo a retinente invito soccitam hujusmodi accipere,
» vel auferre sine legitima causa, arbitrio consulum praedi-
» ctorum. Hoc tamen in praedictis, quod de paupertate, aut 100
» inimicitie d. renunciantis, vel bello, aliisque causis su-
» pradictis, an sint sufficientes ad eamdem renunciationem
» an non stetur declarationi, et discretioni consulum d. ar-
» tis; et si dictis consulibus dictae causae non viderentur 101
» sufficere ad praedicta, tunc ad renunciationem dictae socci-
» tae, socius renunciare volens, nullatenus admittatur »
Est quidem conclusio in jure receptissima, ut ad arbitrium 102
judicis pertineat decidere justitiam, vel injustitiam causa-
rum pro intempestiva dissociatione necessariarum Menoch. 103
de orbitr. lib. 2. cent. 2. cas. 138. n. 7. et 8. Sabell. in sum-
mo verbo societas sub n. 41. vers. posset tomen. Ansald.
de commerc. et mercot. 98. n. 28.

Concludit denique d. cap. 87. Statuti agriculturae ur-
bis, ut sequitur ibi » Proviso, quod renunciando soccitam,
» vel quovis modo ad divisionem illius, nondum finito illius
» tempore legitimo veniendo, inter eos debeat fieri taliter
» divisio animalium in soccitam datorum pro rata temporis,
» animalium vero natorum tempore soccitae, et ea durante,
» pro medietate » et hoc si legitimis ex causis sit distracta 104
societas, nam perinde habetur quasi fuisset negotium ex pa-
cto finitum, aut ex tempore completum, aut morte distra-
ctum, ita ut siquid deinceps lucri, aut damni obveniat rebus
socialibus, commune erit, non judicio societatis, sed com-
muni dividundo l. actione 66. §. morte ff. pro socio nam a 105
momento distractae societatis, ad alterum divisionis, com-
munio manet, non societas Connon. comment. jur. civ. lib. 106
7. cap. 13. sub n. 17. verum de his alias alibi.

Solvitur quoque societas, si sociorum alter paciscatur par-
tem suam non petere ab altero socio, nam per hoc tale pa-
ctum hic bonorum socialium dominus solus efficitur, ad te- 107
xtum in l. in hoc judicium 14. in fin. ff. communi divid.
ibi » si paciscatur socius, ne partem suam petat, effectu
» tollitur societas » quam conclusionem ratam habuit Rot. 108
in dec. 320. n. 8. et 9. cor. Merlin. repetita in rec. part.
5. tom. 2. dec. 471. n. 9. Hoc tamen interest, ut dissoluta
societate, administrator illius eamdem societatem de caetero
non obliget, si societatis dissolutio fuerit per publica edicta,
aliove legitimo modo contrahentibus notificata, ne merca-

109 tores decipiantur, *de Marin. resol. jur. lib. 2. cap. 207. n.*
4. Carol. Anton. de Luca de linea legali cap. 42. n. 3.
Snbell. in summu verbo societas sub n. 41. Cord. de Lucu
de regul. disc. 23. sub n. 14. Rot. dec. 151. n. 13. et seq part.
10. rec., et in Bononien. pecuniaria seu cautelae Angeli
28. junii 1719. ꝯ. non ottenta cor. cl. mem. Card. Curio,
et insuper si cautionem praestiterint, qui se dissociarunt
solvendi debita socialia jam contracta, cum apparuerint
110 *Surd. dec. 279. n. 2. Costu de juris, et facti ignorontiu*
cent. 1. distinct. 14. n. 8. Ansald. de commerc. et mercat.
disc. 98. n. 36. Reliqua in sequentibus subjiciam titulis.

Quoad vero in superiorem proximam conclusionem certiorandi mercatores de soluta societate, ne deinceps contrahendo decipiantur, semel, iterumque supra illam tetigi; adnotare hic modo expedit, suprascriptam denunciandi, seu certiorandi conclusionem, intelligi, si initio societatis coitae, ad alliciendos mercatores, edictis, seu literis oblatoriis publice palam mercatores invitati ad contrahendum per socios, eorumve institorem, seu complementarium habeantur; *nam*
quia veteribus placuit, societatem, et quamvis aliam obliga-
111 tionem dissolvi eo modo, quo contracta est, ut hic in supe-
riore *n. 12. et 13.* Ita societas praeeuntibus edictis, et lite-
ris oblatoriis contracta, aequum est, ut quoad mercatorum
112 interesse, ne decipiantur, simili modo dissolvatur, ut sin-
gillatim in *dictu decis. 151. per totam part. 10. recentior.*
magistraliter statuitur. Quod si e contra initio societas taliter, tantaque solemnitate, inita non fuit, hoc est non intervenerunt edicta, non literae oblatoriae, non proclamata, aliaque demum hujus generis solemnia, quae publicam *in* negotio sociali ita proclamatu, fidem induxerint, tunc socii opus non habent post dissociationem, similiter proclamare,

et ne ab institore obligentur, ipsi mercatores certiores face- 113
re, ut optime distinguendo tenet *Castren. cons. 104. n. 2.*
in fin. et n. 3. et per tot. vol. 1. quem laudat, et sequitur
Rot. in dec. 2. n. 4. et 5. de societ. cor. Falconer. et in
Fulginaten pecuniaria, seu cautelae Angeli 17. junii 1737.
ꝯ. ugnoscentes, et ꝯ. in nihilo cor. bon. mem. Vicecomite,
et in centum cellarum pecuniariu 4. martii 1785. ꝯ. 6. cor.
R. P. D. Azedo. Idque vero fortius si mercatores dissolutae
societatis notitiam atque scientiam habuerint *Rot. in d. cen-*
tum cellarum pecuniariu ꝯ. 7. 8. et 9. ac fere per totum 114
cor. eodem.

Non vero dubitaverim, quin si societati praepositus, seu administrator de sociorum praeponentium ordine per literas hunc, aut illum mercatorem privatim etiam, et citra quoque literas oblatorias, aliaque programmata publice denunciari assueta ad secum contrahendum sub certa, ac praestituta rationis cantantis formula invitaverint, siquid deinceps innovaretur in societate, vel per illius solutionem, vel capitalium diminutionem, vel per alicujus ex coobligatis ab eadem societate recessum, teneantur praepositus, seu praeponentes per
literas, aliuve modo certiorare illos, licet privatim allectos, 115
et invitatos, de oborta novitate, aut societatis alteratione; moveor, quia in illis designatis mercatoribus specialiter invitatis, nata est quaedam publica commercii fides, quam violari *non* decet, et insuper societas quoad mercatores privatim quoque denunciatos, eodem modo soluta remansisset, quo fuit initio coita, secundum jura, supra hic *n. 12. et 13.* allegata, aliter enim pateret via fraudibus, atque deceptionibus a commercio penitus exturbandis, juxta spiritum
notissimae *l. sed si 11. ꝯ. de quo ff. de instit. actione.* 116

CAPUT IV.

De dissociatione per lapsum temporis.

SUMMARIUM

1. Societas contracta ad tempus, si ante tempus unus socius renunciat, alius quidem socius a se liberat, se vero ab illis non liberat.
2. Coita ad tempus societas, per lapsum temporis, solvitur, et n. 3.
4. Tempus initii societatis, si est in certa die designatum, illud spectandum est.
5. Certo autem initii tempore non praestituto, spectatur momentum, in quo societatis sit perfecte initus contractus.
6. Quod si modus, aut conditio inest, is, eoru expectari debet.
7. Tempore societatis praestituto adveniente, sive ulla protestatione, aut animi declaratione solvitur societas, et n. 15. et 16.
8. Amplia licet, exacto tempore, negotia socialia fuerint inchoata, et non finita, et affertur ratio.
9. Contra conclusionem, de qua n. 7. sentiunt aliqui, sed prior opinio verior est, et n. 10.
11. Si tamen animi declaratio aut protestatio intervenerit, non spernetur, nam saltem excludet tacitam renovationem n. 12.
13. Et ad hoc dissensus unius redundat.
14. Divisio hujus capitis in tres partes traditur.
17. Quid si fuerint designatae primae nundinae, cessante impedimento? societas finita intelligitur.
Senegalliae anno 1784., nundinae fuerunt propter suspicionem pestis prohibitae, quamvis postea fuerint permissae, ibidem.
18. Intellige si primae nundinae erant habiles, et omnia fuerint parata, nam secus de secundis nundinis actum intelligitur.
19. Declara conclusionem, de qua supra n. 17. ut impedimentum non possit efficere prorogationem societatis, et affertur ratio n. 20
21. In hac tamen quaestione, spectanda est magis contrahentium voluntas.
22. Societas solet, aut lucrosa, aut sterilis, aut damnosa esse.
23. Societas contracta ad primas nundinas, et quoquo modo non extur ad illas, profecto ad secundas erit tacita renovatio societatis.
24. Puta si capitale penes praepositum relinquatur, et aliae concurrant conjecturae, de quibus remissive.
25. Societas contracta ad tempus determinatum, puta ad septennium, cum pacto, ut fiat in fine disdicta, hac non facta renovatio procedit.
26. Amplia ut ab hac renovatione nemo sociorum possit recedere.
27. Amplia etiam circa renovationem ob non factam disdictam, ut illa procedat si dictum fuerit, ut societas duraret ad beneplacitum
28. Quoad praelationem vero creditorum primae, et secundae, seu renovatae societatis, remissive.
29. Societas contracta ad tempus indeterminatum, recessus ab ea, semper, et quandocumque admittitur n. 30. et 47.
31. Declara si sine dolo, et fraude recedatur per unum socium a societate.
32. Fraus aberit, si societatis non interfuerit eamdem durare, in his enim spectatur quod societatis in commune interest, non quod unius vel alterius socii intersit n. 33. et n. 53.
34. Unus itaque socius si societati renunciaverit eo tempore, quo societatis intererat non dirimi, tenetur pro socio, et datur casus num. 35
36. *L. actione* 66. § *diximus ff. pro socio* quomodo sit legenda, et interpretanda, tradit *Cujacius* n. 37. 38. 39. et 40.
41. In hac quaestione consideratur abstractive interesse societatis ab altero sociorum.
Quaestus est finis cujusque societatis, ibidem.
42. Ad quaestum quisque socius impellitur, sed non vero plus sibi, quam societati prospiciet.
43. Ad judicem ideo pertinet, cognoscere quando societati expedit, vel unius ex sociis a societate recessus.
44. Refertur casus in judicio discussus, in quo coita ad tempus indeterminatum societate inter auctorem, et impressorem libelli, auctor cognita sterilitate societatis petebat recessum ab ea, judex negavit n. 45. et 46.
47. Auctor qui causam agebat, contra sentit, et dantur rationes num. 48. ad 58
50. Societas non debet durare in aeternum.
56. Lucrum praetermissum, mercatores damno imputant.
57. Si negotium sociale sit futurum sociis damnosum, potest a societate recedi, et datur casus n. 58.
59. Haec juris dispositio limitatur ex pacto ut si societatis intersit non dirimi societatem, nihilominus pactum est servandum et n. 60. 61 et 62.
63. Finita per lapsum temporis societate non obligantur deinceps socii erga contrahentes, qui investigare debebant.
64. Declara si tempus fuerit determinatum, nam secus certiorari debebant et n. 65.
66. Finita societate, fit statim locus restitutioni capitalis, et divisioni utilium.
67. Limita si urgeant conjecturae pro societatis renovatione.
68. Si societas finem habeat ex parte unius socii, qui retinuerit postea capitale, an ex eo debeantur usurae alteri socio: affirmat *Gabriel.*
69. Secus vero si capitale remanserit penes alterum socium, qui dissociari non postularit.
70. Hoc tamen intelligendum, si capitale per se fuerit fructiferum.
71. Et de pecunia, quando ex ea debentur usurae, remissive.
72. A momento solutae societatis usque ad tempus divisionis, non societas, sed communio durat.
73. Et ex hac communione, illa alteri socio praestantur utilia, quae communio praestat, de quo remissive.

Regula est, ut is, qui societatem in tempus coiit, si ante
tempus eam renunciat, socium a se, non se a socio liberat *l.*
1 *actione 66. ꝯ. item qui societatem ff. pro socio. Poris. cons.*
82. n. 27. lib. 1. Rot. dec. 310. n. 2. cor. Coccinu. Ergo
juxta naturam pacti, per lapsum temporis a partibus contra-

cti societatis praestituti, solvitur societas, ita Paulus in *l.* 2
actione 66. ꝯ. diximus in fin. ff. pro socio ibi » Quod si tem-
» pus finitum est, liberum est recedere, quia sine dolo id
» fiat » atque plaudunt, *Connan. comment. jur. civ. lib. 7.* 3
cap. 13. sub n. 12. Castrens. cons. 415. n. 2. t. 1. Manti-

ca de tacit. et ambig. lib. 6. *tit.* 23. *n.* 10. *t.* 1. *Bellon. dec.*
Genuae 14. *n.* 93. *Hevia de commerc. terrestr.* cap. 3. *n.*
4. *Michalor. de fratrib. part.* 2. *cap.* 36. *num.* 25. *Mans.*
cons. for. 57. *num.* 61. *tom.* 1. *Rot. in Romana societatis*
nundinarum 26. *junii* 1750. § 4. *et* 5. *coram Eminentiss.*
D. Card. Migazzi.

Ut hic tamen cognoscatur finis, puta unius, duorum,
trium, vel plurium annorum, initium spectandum est,
quod initium si fuerit certa die designatum, omnino ser-
4 vandum est *Gration. discept. for. cap.* 725. *n.* 13. *Rot. dec.*
365. *n.* 30. *cor. Durano*, quod si non sit designatum tem-
poris initium, momentum actus, seu contractus perfecti at-
5 tenditur, *Rot. d. dec.* 365. *n.* 30. *cor. Durano.* Quod si de-
mum modus, conditio inest, is, eave expectanda est, ut im-
6 pleatur *Antonell. de tempor. legal. lib.* 1. *c.* 22. *per totum.*

Liberum est recedere, ait textus, scilicet ipso jure, sine
ulla disdicta, interpellatione, protestatione, aliave animi
declaratione, nam dies appositus pro fine societatis, ex ipsa
indole, et natura temporis limitati, interpellat pro homine
7 *Cephal. cons.* 475. *n.* 19. *tom.* 4. *Decinn. respons.* 60. *n.*
19. 30. *et* 31. *vol.* 2. *Cyriac. contr. for.* 123. *n.* 5. *de Ma-*
rin. resol. jur. lib. 2. *cap.* 207. *n.* 1. *t.* 2. *Petr. de Ubald.*
de duob. fratrib. part. 3. *sub n.* 39 *vers. tertio casu, Mi-*
chalor. de fratrib. part. 2. *cap.* 36. *n.* 26. *Capon. discept.*
for. 361. *n.* 15. *tom.* 5. *Jov. de contract. min. gloss.* 25.
§ 13. *n.* 319. *et* 320. *Rota post Salgad. labyrint. creditor.*
dec. 30. *sub n.* 5. quae vera sunt, licet negotium non sit fi-
nitum, sed simpliciter inchoatum, nam sublata prorogatio-
ne, societas soluta intelligitur *Roxas de incompatibilit. part.*
2. *cap.* 2. *n.* 18. *Rot. Genuae apud Bellon. dec.* 27. *sub*
n. 8. *et* 9. *Michalor. de fratribus part.* 2. *cap.* 36. *n.* 25.
et ratio videtur illa esse, quia socius sciens temporis prae-
stituti finem, ab ineundo negotio non facile infra metam ex-
8 plendo, abstinere se debebat; ut infra *n.* 63. *et seq.* alia ra-
tio traditur infra *cap. seq. n.* 15.

Et quamvis non desint doctores tenentes, finito tempore
societati praestituto, necessarium esse factum hominis, nem-
pe renunciationem, aut aliam animi declarationem, ut penes
9 *Cephal. cons.* 475. *n.* 20. *et* 21. *vol.* 4. Contraria tamen
opinio verior est, atque recentior, ut per *Mantica de tacit.*
10 *et ambig. lib.* 6. *tit.* 23. *n.* 20. *et* 21. *tom.* 1. *Michalor. de*
fratrib. part. 2. *cap.* 36. *n.* 25. verum tamen est, d. renun-
ciationem, seu animi declarationem, si fiat, finem societatis
11 magis perstringere, ex *Cyriac. contr. for.* 123. *n.* 5. *Jov.*
de contract. min. gloss. 25. § 13. *n.* 320. solumque ea po-
terit impedire tacitam societatis renovationem, quae per con-
tinuationem post tempus etiam exactum facile inducitur, la-
12 te *Cephal. d. cons.* 475. *n.* 20. *ad seq. et fere per tot. vol.*
4. *Menoch. de praesumpt. lib.* 3. *praesumpt.* 57. *per totam,*
13 et ad hoc dissensus unius redundat. *Decinn. respons.* 60. *n.*
2. *tom.* 2. *post. resol.* 70. *n.* 5.

Tripartire placet hunc titulum, in societatem contractam
primo ad tempus determinatum, puta ad triennium; *secun-*
do ad tempus pariter determinatum, facta tamen tempestive,
14 disdicta, atque *tertio* demum ad tempus indeterminatum,
puta quia de tempore nihil fuerit dictum. Et quoad primum,
conclusiones superius proxime jactae resurgunt, ut eo elapso
termino sub initium praestituto, statim, ipso jure, nullaque
animi declaratione, aut protestatione, aut renunciatione in-
terveniente, finita intelligatur societas, propter illa superius
15 recitati textus verba *liberum est recedere*, quae libertas a
jure tributa eximit socium continuare renuentem, finito
tempore ab omni juris, et facti solemnitate, veluti perpen-
16 dit *Decian. respons.* 60. *n.* 31. *vol.* 2.

Quid si temporis designatio, pro fine societatis, fuerint
proximae nundinae? Si profecto parata erant omnia ad illas
primas nundinas adeundas, et non fuerint in illis negotia
socialia gesta, quovis remoto impedimento, puta prohibitio-
rum illarum primarum nundinarum quemadmodum hoc an-
no 1784. propter pestis suspicionem, Senogalliae accidit,
17 quamvis postea permissae fuerint, societas sublata proroga-
tione, finita censetur; quod si praesto non erant omnia, ad
illas primas nundinas adeundas, et hoc posteriore casu, tem-
poris determinatio, ex ipsa partium voluntate intelligitur ad
secundas nundinas, tamquam habiles protracta, veluti in re
18 simili arguit *Rot. januen. apud Bellon. dec.* 27. *sub n.* 10.
Sed quoad impedimentum, de quo paulo ante, puto verius,
quod partes ad illas primas nundinas habiles postea pro-
hibitas, respexerint, et consequenter, quod prorogatio ad
19 sequentes non procedat, quia impedimentum quaqua ex par-
te, vel casus, vel etiam illius, qui prorogationem petit, pro-
venerit, si aptum quandoque est, ut possit, ad id quod in-
terest actionem praestare; quoad societatis terminum perti-
net, finitam ex mente contrahentium semper dixerim socie-
tatem, quia societas, perlapsum temporis, vel quo alio mo-
do extincta, amplius non est societas *Cephal. cons.* 475. *n.* 20
23. *vol.* 4. Puto itaque in hac quaestione spectandum esse
animum contrahentium, qualis fuerit, id quod erit a con-
jecturis repetendum, sublata iterum repeto, prorogatione,
nam haec potius ad actum renovationis societatis pertinebit
Rot. Genuen. loc. prox. cit. 21

Quamobrem societas, quae solet esse, aut lucrosa, aut
sterilis, aut damnosa, ut per *Mantica de tacit. et ambig.* 22
lib. 6. *tit.* 8. *n.* 4. *tom.* 1. *Rot. dec.* 763. *n.* 19. *part.* 1.
diversor. sterilis in proxime proposito casu existimabitur;
patientia vero successiva siquae inerit sociorum post supra-
scriptas primas nundinas habiles, seu post lapsum determi-
natum tempus, pertinebit ad actum societatis novum, seu
ad illius renovationem, quae ex probabilibus conjecturis re-
sultat, ut in subjecta quaestione. *Cephal. cons.* 475. *n.* 28. 23
vol. 4. *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 23. *n.* 21. *et*
23. *tom.* 1. puta si capitale relinquitur penes eum, qui est
negotiationi praepositus, vel negotiari assuetus *Cephal. d.* 24
cons. 475. *n.* 29. *et* 41. *vol.* 4. ubi usque ad finem plures
aliae renovationis conjecturae indicantur.

Quoad vero societatem secundo modo conceptam, hoc est
ad tempus quidem determinatum, mediante tamen disdicta,
ne ejusdem societatis renovatio subsequatur, praecidendum;
casus fingi ita potest, puta, si coita sit societas ad septen- 25
nium, seu ad aliud tempus praefixum, interjecto pacto, ut
non facta disdicta censeatur societas ad aliud simile tempus,
renovata; profecto si in tempore legitimo non fiat disdicta,
prior quidem societas extinguitur, sed renovatio illius pro-
cedit, ac perinde liberum non est alteri sociorum, invito al-
tero a societate recedere, ut per *Rot. in dec.* 16. *n.* 1. *cor.* 26
Emerix. sen. et dec. 68. *n.* 3. *t.* 6. *in recentiorum.* Idem ju-
ris est, si non facta disdicta, societas elapso tempore, pactum
fuerit, ut continuare intelligatur ad beneplacitum, qua de
re, cum suis declarationibus supra egi *part.* 2. *cap.* 12. *n.* 27
41. *ad seq.* et an rursus creditores prioris societatis, hypo-
thecae jus possint exercere super rebus, seu effectibus proro-
gatae, aut renovatae societatis cum praelatione etiam quoad
creditores ejusdem renovatae societatis pariter egi supra
part. 2. *cap.* 3. *n.* 34. *ad seq. et eadem part.* 2. *cap.* 12. *n.* 28
54. *ad seq. et n.* 190. *ad seq.*

Restat tertius modus contrahendae societatis, videlicet ad
tempus indeterminatum, puta quia de tempore nihil fuerit
dictum, et hoc ultimo casu, recepta conclusio est, a societate
recessum semper, et quandocumque admitti, dummodo fraus
absit, atque dolus, ita *Connan. comment. jur. civ. lib.* 7. *cap.* 29
13. *sub n.* 12. *ante fin.* ibi » Si vero societati nullum est,
» adjectum spatium, semper ab ea licet abire, dum id sine
» dolo, et fraude fiat cujusquam » et hanc conclusionem ra-
tam habuit *Rot. in Tiburtina societatis, et redditionis* 8. 30
maii 1750. § 23. *cor. cl. mem. Card. Caprara.*

Legitima dicitur haec dissociatio quandocumque fiat, dum
id sine dolo, et fraude fiat, ex *Connano* nuper recitato,
quam ipse mutuavit formulam a *textu in leg. actione* 66. §. 31
diximus in princ. ff. pro socio. Aberit autem dolus, atque
fraus, cum societatis non interfuerit eamdem durare socie-
tatem, aut ab ea recedi; in his quippe spectatur, non quod
unius vel alterius socii interest, sed quod societatis ipsius
interest, ut prosequitur *text. in d. leg. actione* 66. § *di-* 32
ximus, vers. semper ff. pro socio, ibi » Semper enim non
» id, quod privatum interest unius ex sociis, servari solet
» sed quod societati expedit » et huic famulantur textui
Connan. comment. jur. civ. lib. 7. *cap.* 13. *n.* 12. *circa fin.* 33
Vinn. in § *manet n.* 3. *inst. de societ. Wesembec. in pan-*
dect. lib. 17. *tit.* 2. *pro socio num.* 11. *circa fin. Castn de*
juris, et facti ignor. centur. 1. *distinct.* 80. *n.* 3. *Petr. de*
Ubald. de duobus fratribus part. 11. *n.* 8., *et Mantica de*
tacit. et ambig. lib. 6. *tit.* 23. *num.* 8. *et* 9. *tom.* 1. *Jov. de*
contract. min. gloss. 25. § 13. *n.* 274.

Remque exemplo clarius aperit idem textus *in d. l. actio-*
ne 66. § *diximus ff. pro socio*, ibi » Labeo autem posterio-
» rum libris scripsit, si renunciaverit societati unus ex so-
» ciis, eo tempore, quo interfuit socii non dirimi societa-
» tem, committere eum in pro socio actionem; nam si emi- 34
» mus mancipia, inita societate, deinde renuncies mihi eo
» tempore, quo vendere mancipia non expedit, hoc casu,

Zanchio

» quis deteriorem causam meam facis, teneri te pro socio
» judicio: Proculus hoc ita verum esse ait, si societatis in-
35 » tersit, non dirimi societatem. »
Hunc legis locum *Cujacius in lib.* 32. *Pauli ad edictum*
leg. 65. ʒ. *labeo ff. pro socio col.* 486. *lit. c. tom.* 5. non
integrum asseverat, eumdem propterea restituit, atque ita
36 legendum, et interpretandum ait ibi » Et hanc quoque scri-
» pturam Labeonis Proculus probat, ut subjicit, cum hac
» exceptione tamen *si societatis non intersit*, sic Florentiae
» recte, *si societatis non intersit dirimi societatem* = quod
» pro eo est, ac si dixisset, nisi societatis intersit dirimi so-
» cietatem, distrahi mancipia quocumque pretio, forte quod
37 » sint nequissima, aut inutilissima; non est culpandus qui
» renunciavit societati, quia id expedit societati, etiamsi for-
» te, et in hoc est vis, etiamsi forte cujusdam ex sociis pri-
» vatim intersit societatem non dirimi, forte quod in casu
» non diremptae societatis ab extraneo stipulatus sit, et spe-
» ret magnum aliquod emolumentum, sed magis spectandum,
» et servandum est, quod societati expedit, idest quod in
38 » commune pluribus utile est, quam quod expedit uni tan-
» tum: et eleganter (quae verba signanda sunt) semper e-
» nim, non id quod privatim interest unius ex sociis servari
39 » solet, sed quod societati expedit, non singularitati. Joan-
» nes hoc loco legit male, aut intelligit male hunc locum,
» perinde ac si in eo scriptum esset = *si societatis intersit*
» *non dirimi societatem* = trajectis verbis; quandoquidem
» recta Florentini = *si societatis non intersit dirimi socie-*
» *tatem* = sic legendum = *si societatis non intersit* = non
40 » = *si societatis intersit non dirimi societatem* = et mirum
» in modum mihi placet glossa ad haec verba *eo tempore*,
» dempto ultimo commate, quod est ex Joanne ».
In hac quaestione, ut modo illuc, unde egressus sum, re-
vertar, consideratur societas abstractive, ac separatim a per-
sona singulorum sociorum; societatis cujusque finis, ad quae-
41 stum dirigitur *Leotard. de usur. quaest.* 1. *n.* 22. *Tholo-*
san. syntagm. univers. jur. part. 3. *lib.* 27. *cap.* 4. *n.* 16.
et quamvis non absimilis sit sociorum animus, non raro ta-
men accidit, ut sociorum unus plus sibi, quam societatis
utilitati prospiciat, qua in re sparsim supra exempla in hoc
meo tractatu proposui; quapropter judex, ad quem pertinet
causas legitimae dissociationis cognoscere, ut in superiore
42 proximo *cap.* 3. *n.* 103. ipse inspectis facti circumstantiis,
judicium dabit, an expediat, vel non, societati, hoc est o-
43 mnium insimul sociorum, et non unius, vel alterius socii
utilitati, recessus.
Reque, superioribus annis, sequentem habui facti spe-
ciem, meo patrocinio commissam: quidam urbis typogra-
phus, coita cum cujusdam libelli auctore, societate, eumdem
libellum imprimendum suscepit, convenitque cum eo, ae-
quales sumptus, et aequalia compendia ex libelli imprimen-
44 di venditione facienda ad tempus indeterminatum profectu-
ra. Impresso libello, publicique juris facto, post biennium
auctor notulam juratam judicialiter tradi postulavit a ty-
pographo socio, et una libellorum venditore, ut quae utilia
societatis essent, apparerent; typographus jurato notulam
dedit, et ex ea parum, aut fere nihil compendii apparuit;
45 quamobrem libelli auctor, et una socius sterilem societatem
videns, postulavit dissociationem, et respectivam libello-
rum divisionem, cum propter illius, ut dixi sterilitatem,
tum propter tempus ut supra indeterminate praestitutum;
judex tamen controversiae aditus, negavit locum esse reces-
sui societatis, licet utrumque juris, meo judicio, principium,
46 separatim quoque perpensum, ad dissociandum sufficeret.
Primum enim principium in tempore indeterminato so-
cietati praestituto, repositum, tanta luce pro beneviso reces-
su a societate coruscat, quemadmodum superius hic *n.* 29.
47 et 30. ut nihil supra. Alterum vero propositam, subjectam-
que quaestionem perstringens; quaerebatur, juxta disposi-
tionem supra recitati textus, doctorumque in ea conformium,
cujus intererat societatem dirimi, an ipsius societatis, seu
48 unius, vel alterius socii; allegabat typographus, suam, reso-
luta societate, conditionem fore deteriorem, propterea nem-
pe quod auctor libellorum longioris morae impatiens, suam
quanti minoris vendidisset, aut permutasset partem, alte-
ramque suam typographus libellorum partem, otiosam reti-
49 nuisset; equidem vero pro libelli auctore dicebam, ex tradi-
ta ab impressore notula, supputationibusque, juxta illam
factis, inutilem pene societatem deinceps futuram, item per-
50 longam, et quasi aeternam, contra monitum textus *in leg.*
nulla 71. *ff. pro socio.* Dicebam quoque cum Paulo *in leg.*
actione 66. ʒ. *diximus vers. semper ff. eod. tit.* Semper non
id, quod privatim interest unius ex sociis, servari solet, sed
quod societati expedit; non expedire societati dicebam in ae- 51
ternum fere illam protrahere, et ratio impressoris suum ip-
sius tantum respiciebat interesse in hac quaestione spernen-
dum; has rationes mea quidem sententia validissimas, post- 52
habuit judex, negavitque imperio suo dissociationem.
Gothofredus quoque locum indicatae legis exponens ait,
spectandam in his esse, non privatam unius, vel alterius
socii utilitatem, sed communem societatis, vel omnium so-
ciorum utilitatem, consentit *Cujacius in lib.* 32. *Pauli ad* 53
edictum leg. 65. ʒ. *labeo ff. pro socio col.* 485. *et seq. t.* 5.
Qualis autem esset societatis futura deinceps utilitas, docuit
facta in casu proposito supputatio ex notula per typographum
jurato tradita, longaevam nempe vitam hominis usque ad
centum quoque annos, satis non fuisse, ad totalem explen-
dam libellorum socialium venditionem, demonstrans, si, quo 54
ordine, et temporis mensura, venditi antea fuerant libelli,
venirent in posterum; jam alias dixi, finem, seu objectum
cujusque societatis, quaestum esse; et mercatores damno
quandoque apponunt lucrum etiam praetermissum, aut longe 55
dilatum, ut per *Rot. in dec.* 46. *n.* 8. *cor. Tanar.* 56
Ita igitur ad rem concludo cum verbis *Connani comment.*
jur. civ. lib. 7. *cap.* 13. *n.* 13. *sub princ.* ibi » Idcirco, si
» cum res, cujus causa coieramus, futura est utrique no-
» strum damnosa, potes renunciare, quamquam id mihi
» fortasse jam non expediat, veluti si conveneramus, ut ae- 57
» des communi pretio emeremus, si postea certior factus es,
» eas ruinosas, aut male materiatas esse, mihi tamen valde
» opus sit illis sedibus, ut jungam meis, quas habeo pro-
» ximas, tibi non item, tibi jus est renunciandae societatis
» cui futurum id est utile, quamvis mihi sit detrimento- 58
» sum ».
Post superius recitata textus verba ex *leg. actione* 66 ʒ.
diximus ff. pro socio. exscripta, Paulus immediate, haec
adjecit alia. » Haec ita accipienda sunt, si nihil de hoc in
» coeunda societate convenit ». Cujacius hunc exponens 59
legis locum, ait, quod si pactum fuerit inter socios, ut licet
unius socii intersit, societatem non dirimi, etiamsi societa-
tis non intersit, ne eadem societas dirimatur; attamen, pa-
ctum dico fuerit ne dirimatur societas, nihilominus hac stan-
te conventione, alter socius, qui se dissociare contendit, et
dissociari ejus interest, ex pacto convento, tenetur stare pla-
citis, seu ad quanti interest actione pro socio condemnari; 60
ita *Cujacius lib.* 32. *ad Pauli edictum leg.* 65. *ad* ʒ. *la-*
beo ff. pro socio col. 486. *lit. D. tom.* 5. ibi » Verum huic
exceptioni Proculi, mox additur alia exceptio his verbis;
» *Haec ita accipienda sunt, si nihil de eo in coeunda so-*
» *cietate convenit*: idest, si de hoc, quo de agitur aliud in
» coeunda societate conventum non sit, puta, ut etsi vel 61
» unius socii interesset societatem non dirimi, etiamsi so-
» cietatis non interesset, ne dirimeretur, si id convenit, si
» vel unius interesset non dirimi, hoc enim casu is, qui re-
» nunciat societati, et cujus interest, ex pacto convento te- 62
» netur actione pro socio ».
Finita per lapsum temporis societate, unus sociorum non
potest alios deinceps socios obligare, propterea nempe quod
contrahentes, scire tenebantur qualitates, pacta, conditiones
ac finem praecipue societatis, sibique imputare debent, si
non investigarunt *Castren. cons.* 104. *n.* 1. *tom.* 1. *Menoch.* 63
de praesumpt. lib. 3. *praesumpt.* 8. *n.* 4. *Sabell. in summa*
verbo societas n. 26. *Rot. decis.* 151. *n.* 5. 6. *et seq. part.*
10. *rec.* Hoc tamen accipe verum, si tempus societati fuerit
initio determinate praestitutum, ita ut contrahentes scire facili
negotio potuerint, atque debuerint societatis finem, secus si
indeterminate, nam hoc posteriore casu, nisi mercatores 64
fuerint de soluta societate legitime certiorati, socii ad unum
omnes ex contractu unius socii vel praepositi obligati rema-
nent *Decian. respons.* 60. *n.* 31. *et* 32. *lib.* 2. *Sabell. in sum-* 65
ma verba societas sub dict. n. 26. *Rot. post Torr. de pact.*
futur. success. dec. 66. *n.* 9. *et in d. dec.* 151. *n.* 11. 13., *ac*
fere per totam part. 10. *recentior.*
Societate demum per lapsum temporis finita, fit statim
locus restitutioni capitalis, et respectivae utilium socialium
divisioni inter socios *Rot. in Romana societatis nundina-* 66
rum 18. *febr.* 1754. ʒ. 4. *cor. cl. me. Card. Elephantutio.*
Secus si urgeant conjecturae pro illius renovatione, nam tunc
societas renovata praesumetur, quemadmodum alias adnota-
vi, atque animadvertit *Cephal. cons.* 475. *n.* 29. 38. 65., *et* 67
fere per tot. vol. 4. Sed vero si necessario desiderentur re-

novationis conjecturae, et res, atque pecuniae sociales remanent penes unum socium, ex parte cujus finem habuit societas, utrum hic erga alterum ad usuras teneatur? Affir-
68 mant *Gabriel. cons.* 78. *in fin. lib.* 1. *Cephal. d. cons.* 475. *n.* 70. *vol.* 4. quia iste socius se ipsum in mora constituit, secus si res; et pecuniae sociales remanserint penes alterum socium, qui dissociari non postulavit, nam hic per acquiescentiam alterius, forte potuit referre d. acquiescentiam alterius ad tacitam societatis renovationem, ut penes proxime
69 allegatos *Gabriel.* et *Cephalum*.

Equidem vero his doctoribus non alias assentior, quam si res sociales per se fructus pariant, justa terminos *leg. cu-* 70
rabit c. de action. empti, et singillatim loquendo etiam de pecunia sociali, justa ea, quae dixi superius *part* 2. *cap.* 3. 71
n. 105. *ad seq.* Alia in id ratione addita, quia videlicet a momento distractae societatis ad effectivam divisionem, si non societas communio tamen manet, ut in proximo superiore *cap.* 3. *n.* 105. *et* 106. Cujus communionis causa so- 72
cius, seu pro indiviso possidens ea lucra suae partis consequitur, quae communio praestat, justa principia per me tradita in superiore *part.* 1. *cap.* 7. hujus tractatus. 73

CAPUT V.

De dissociatione finito negotio.

SUMMARIUM

1. Finito negotio, propter quod coita est societas, ipsa finitur societas, n. 2.
3. Finita causa, cessat effectus.
4. Cum negotium finitum dicitur, intelligitur de negotio ad societatem particularem pertinente.
5. Dantur exempla, et n. 6.
7. Negotium dicitur finitum quatuor modis, qui indicantur.
8. Negotium sociale initum vini aut frumenti vendendi causa, vendito vino aut frumento finitur societas, et n. 9.
10. Societas coita ad vendendum illud designatum vinum, quod est in cella vinaria Titii, eo vendito vino, finitur negotium, et cum eo societas.
11. Societas vero coita ad emendum, vendendumque vinum in genere, ei tendum quid senserint partes, an de prima, vel secunda, vel tertia emptione, et venditione; id quod e conjecturis est repetendum.
12. Quod si hujusmodi socii tabernam conduxerint tamdiu duret societas, quamdiu locatio, et conductio.
13. Si socii conducant viridarium ad rosas legendas et hae bis in anno nascantur; intelligitur de primis rosis.
14. Quo jure finitur societas per lapsum temporis statuti, finita sive, vel non finita negotio.
15. Ita pariformiter per finem negotii, quandocumque intervenist, solvitur societas, et affertur ratio.
16. Si ad emendum granum, aut vinum sit coita societas, intelligitur de vino, et grano illius anni, non autem anni sequentis.
17. Societas non debet durare in aeternum.
18. Socius vinum, seu granum empturus, si impeditur emere, ex quo alter socius promissam pecuniam non subministravit: poterit ille vel ad quanti interest agere, vel societatem ad explendum negotium prorogare.
19. Societas enim alicujus negotiationis, eatenus durat, quousque negotio ponatur finis.
20. Quod si impedimentum fatale fuerit, non prorogatur societas, nisi per renovationem ad annum sequentem, prout de tempore limitato dictum est, et affertur ratio, n. 21.
22. Consumptio capitalium est secundus modus finiendi societatem. Ejus rei, quae jam nulla est, non consistit societas, ibidem.
23. Sine certa re, vel summa nequit consistere societas.
24. Capitale est fundamentum societatis.
25. Idem porro est excinio mori, atque res sociales perire, seu consumi.
26. Pluribus modis hoc accidit, si duo socii emant merces venales, quas paulatim sine subrogatione aliarum distrahunt omnes.
27. Egestate unius socii finitur negotium, itemque societas.
28. Declara, hoc intelligi de egestate extrema: seu formali socii unius decoctione, seu bonis distractis, n. 29. 30. et 31.
32. Egestas haec extrema dupliciter accidit, vel formali decoctione, vel bonorum per creditores obtenta distractione.
33. Socius si obaeratione non obstante, bona possidet, et publice negotiatur, non solvitur societas.
34. Contrarium verius est, et affertur ratio, et conclusio intelligitur de decocto latente, seu intrinsecus, non extrinsecus, et n. 35.
36. Sed hodie solus rumor decoctionis sufficit, et nullus cum eo unio contrahet.
37. Societas solvitur egestate ejus, qui pecuniam contulit, secus alterius qui solam operam contulit, et datur ratio, n. 38. et 39.
40. Declara si talis socius operam conferens decoctus non impeditur agere, et negotiari.
41. Distingui tamen debet decoctus a paupere, ut in hoc procedat conclusio, non in decocto propter malum ejus nomen.
42. In commercio enim non aspicit decoctum, in socium, vel in praepositum habere; et datur ratio.
43. Per formalem decoctionem socii solam quoque industriam conferentis, solvitur societas.
44. Decoctio enim non minus, quam mors, renunciatio, et maxima capitis diminutio solvit societatem.
45. Sunt qui sustinent per mortem socii pecuniam conferentis, non solvi societatem.
46. Contrarium tamen in jure verius est.
47. Sic e pari, per decoctionem unius socii solvitur societas, quae tamen potest renovari, et n. 48.
49. Re perempta finis negotio imponitur, et solvitur societas, et datur ratio, n. 50.
51. Amplia, ut non valeat pactum, ut re perempta, continuet societas.
52. Datur exemplum in furto per auctorem passo.
53. Textus *in leg. si id quod ff. pro socio*, suppeditat aliud exemplum elegans in duobus sociis equos inaequaliter conferentibus ad quadrigam, vel habendam, vel vendendam, et n. 54.
55. Atque d. legis casum elegantissime explicat *Connanus*, et n. 56. 57. 58. et 59.
60. In casu nostro, sive ad habendam, sive ad vendendam quadrigam societas coita sit, et unus equus moriatur, utroque casu solvitur societas.
61. Amplia in animalibus, sive ad vendendum, sive ad habendum gregem, nam si pee illorum mortem non remaneant decem, quae constituunt gregem, solvitur societas.
62. Quod si subrogentur alia animalia gregem constituentia, prima societas soluta semper dicitur, poterit tamen renovari.
63. Regula est, ut parte rei socialis pereunte, in eo, quod reliquum est maneat societas.
64. Mortua vacca si superest vitulus, in eo durat societas.
65. Ratio quia talis societas non est destinata ad habendum, sive ad vendendum gregem, sed ad eum percipiendum fructum, qui communiter solet percipi.
66. Et hac in re voluntas partium spectanda est.
67. Ex duobus sociis, altero pecuniam, et altero industriam conferentibus, si perit pecunia, alter non cogitur manere in societate, licet alter socius velit iterum conferre pecuniam.
68. Ratio, quia rei interitu, statim solvitur societas, nec potest alter ad eam renovandam compelli.
69. Et haec regula reciproce servatur in utroque socio.
70. Vacatio rei est proxima peremptioni, et n. 71.
72. Puta si res promercalis extra commercium fiat.
73. Atque clarius, si res sit, aut publicata, aut consecrata; et similive, n. 74.
75. Coita societas vaccarum ad habendos vitulos, ovium ad habendos agnos, caprarum ad habendos hedos, et similium; si vacca, ovis, capra sit sterilis, utrum solvatur societas?
76. Distingue, si sterilitas sit a natura solvitur, secus si sit accidentalis.
77. Item si sit coita animalium societas ad illa saginanda, ut postea vendantur, si emaciantur, solvitur societas.
78. Ratio, quia spes lucri abest, certaque est jactura.
79. Quod si partes vendiderint hujusmodi animalia, et alia subrogaverint, erit nova societas, non eadem.
80. Cum societas futura est pro certo damnosa, omnino solvitur, et n. 81.
82. Puta si societas super aedibus coita sit, et appareant ruinosae, seu male materiatae.
83. Si pariter tua animalia cum meis commisceri velint, et tua, vel mea appareant morbosa.
Morbida facta pecus totum corrumpit ovile, *ibid.*
84. Atque demum si certa pecus noxia, et pestifera emantur ad usum gregis socialis, nam solvi potest societas.
85. Damnum vero futurum, debet esse certum, et proximum ad solvendam societatem, secus e contra.
86. Unde si tenutam inundationibus, aliisque coeli calamitatibus expositam, socii conduxerint, societas per hoc non rescinditur.
87. Ratio, quia possunt esse, et abesse.
88. Amplia et facile potuerunt similia damna praevideri.
89. Scire enim, ac scire debere, paria in jure sunt, *ibidem*.
90. Si res, cujus gratia coita sit societas, frui non licet solvitur societas.
91. Puta si super usuraria, vel certis mercibus venalitiis coita sit societas, et prohibeantur a principe.
92. Amplia ad quascumque res alias, postea a principe prohibitas.

Si alicujus rei societas contracta sit, et finis negotio impo-
1 situs, finitur societas, sunt verba textus *in leg. actione* 66. *§. morte in princ. ff. pro socio*, cujus legis verba identifica
2 Justinianus repetit *in §. item si alicujus instit. de societ.* illa ratione, quia finita causa alicujus rei, cessat effectus, ve-
3 luti ad rem *Schneidewin in §. solvitur n.* 3. *instit. eod. tit.*

Ait textus *si alicujus rei*; ergo hic dissolvendi societatis modus ad societatem unius rei tantum particularem pertinet, juxta *leg. societas* 5. *ff. pro socio*; et jam superius *part.* 2. 4
cap. 6. peculiarem inscripsi titulum. Neque conformia sunt, quae ea de re praebet exempla *Cujac. in lib.* 32. *ad Pauli* 5
edictum leg. 65. *§. morte ff. pro socio col.* 489. *lit. e. tom.* 5. ibi » Fac alicujus negotii, sive negotiationis coitam socie-
» tatem, veluti quarumdam mercium emendarum, et ven-
» dendarum, et unum ex sociis hoc negotium explicasse, con-
» fecisse, finiisse, certum quidem est hoc casu, finitam esse

» societatem, finito negotio, cujus inita erat societas, nec
6 » superesse aliud quam ut compendii, communisve pecuniae
» divisio fiat » conveniunt etiam in hoc *Connan. comment.*
jur. civil. lib. 7. cap. 13. sub n. 16. Mynsinger §. solvitur
n. 3. instit. de societ., ibique Scheidewin. n. 3. instit. eod.
tit. Bellon. dec. Genuae 27. n. 6. Hevia de commerc. ter-
restr. cap. 3. n. 41. Petr. de Ubald. de duobus fratrib.
part. 11. sub n. 10. Mantica de tacit. et ambig. lib. 6. tit.
23. n. 19. tom. 1. Michalor. de fratrib. part. 2. cap. 38. n.
6. Bonaccina opera moral. disp. 3. qu. 6. punct. ult. n. 1.
tom. 2. Felic. de societ. cap. 33. n. 21. Jov. de contract. min.
gloss. 25. §. 13. n. 340. vers. tertio.

Negotium vero finitum dicitur, quatuor modis, *primo* explicatione, seu perfectione negotii socialis; *secundo* consumptione capitalium socialium; *tertio* interitu totali rei socialis, puta si pereat: et *quarto* variatione, seu mutatione ejusdem rei socialis, puta quia non sit amplius idonea; de sin-
7 gulis per ordinem. Et quoad primum pertinet; explicatione,
seu perfectione negotii finitur societas; exemplum duorum
tabernariorum vinum vendendi causa coeuntium, ut vino
8 vendito distrahatur societas, suppeditat *glossa in §. solvitur*
vers. item si alicujus instit. de societ. quod exemplum latius resumit *Vinnius in §. item si instit. eod. tit.* ibi » Si societas certae alicujus negotiationis causa inita sit, puta » vini, aut frumenti ad certam quantitatem emendi, vendendique, fine negotio imposito, idest, empto, distractoque
» vino, aut frumento, societas extinguitur » atque advertit
9 etiam *Michalor. de fratrib. part. 2. cap. 38. n. 5.*

Explicatius vero: si ad emendum, et vendendum illud vinum sit coita societas, quod singillatim extat in cella vinaria Titii, societas eatenus protrahitur, quatenus vinum in cella vinaria Titii existens veneat, quo designato vino vendito,
10 finitur negotium, et perinde societas; quod si actum fuerit
de emendo, vendendoque vino in genere, videndum, quid partes agere intellexerint, an per primam, vel secundam, vel quoque tertiam vini emptionem, et respectivam venditionem,
11 finitum habeatur negotium, quod erit semper ab indiciis, et
conjecturis repetendum, puta si pro negotiatione vini perficienda, certa ad hoc taberna conducta fuerit; etenim societas tamdiu durabit, quamdiu conductio tabernae protrahetur, si-
12 ve hoc sit ex pacto, sive ex tacita partium voluntate *Rota Ge-*
nuae apud Bellon. decis. 27. n. 6. in fin. Dubia haec quandoque potest res esse, puta si a sociis sit conductum viridarium ad rosas legendas, et hae in viridario bis in anno nascantur, dicit *Petr. de Ubald.* quod intelligitur actum de primis rosis, quibus semel lectis finitur negotium, et cum ipso societas, nisi aliud partes sensisse appareat, in ejus *tra-*
13 *ctat. de duobus fratribus part. 11. n. 52.*

In summa quod in proximo superiore capite dictum est de tempore lapso, pariformiter, hic dicitur de negotio ad finem perducto, videlicet, ut sicuti ibi elapso tempore societati praestituto, eadem extinguitur societas indistincte, vel explicata, vel non explicata fuerint negotia socialia, ut in
14 superiore *cap. 4. n. 8.* Ita similiter, hic non spectatur tem-
pus, sed perfectionis actus, quo solum quandocumque peracto, societas extincta intelligitur, illa ratione quia partes ibi voluntatem limitant tempore, hic perfectione, et consumma-
15 tione negotii socialis limitant. Eatenus vero, ut si tempore
habili coita sit societas ad emendas centum vini amphoras, vel centum grani modia, ad vinum, et granum illius anni inita censeatur societas, sublata illius ad sequentem annum protractione, ne secus res infinitum procedat contra moni-
16 tum textus *in leg. si finita 15. §. postea autem ff. de damn.*
infect. et in subjecta societatis quaestione, quod eadem in
17 aeternum durare non debeat, est pariter *textus in leg. nulla*
71. ff. pro socio.

Quod si ex parte unius sociorum, alter vinum, seu granum seu quid aliud simile empturus, impedimentum habuerit, puta quod ille pecunias pacto promissas tempore habili non subministravit, videtur defendi posse, socium ita impeditum pro arbitrio suo petere, vel negotia in pactum deducta ex-
18 plere anno sequenti, vel de eo, quod sua interest reintegrari,
quia societas alicujus negotiationis, ut hic, eatenus duret,
19 quatenus finis negotio imponatur, *Rota Genuae penes Bel-*
lon. decis. 27. num. 5. in fin. Quod si suprascriptum impedimentum fatali aliquo casu contigerit, non puto in sequentem annum (nisi negotii, aut negotiationis qualitas annalis temporis limitationem excludat) negotiorum explicationem prorogari, prout de societate ad tempus limitata dixi in pro-
20 ximo superiore *cap. 4. n. 17. ad seq.* Sed potius actus, si

partes consenserint, ad renovationem societatis pertinebit;
potest enim fieri, ut sequenti anno, seu frumentum, aut quid
aliud simile pluris ematur, et vendatur, ita ut forte deterior 21
timeri possit negotiatio.

Secundus dissociandi modus, per negotium finitum consistit in consumptione capitalium socialium; neque enim ejus rei, quae jam nulla sit, quisquam socius est, ait textus in
leg. verum 64. §. fin. ff. pro socio. Illa ratione, quia sine 22
certa re vel summa nequit consistere societas *Rot. dec. 86. n.*
2. cor. Millino. Capitale enim est fundamentum societatis
Rota decis. 240. n. 11. part. 2. cor. Kaunitz. Hinc non 23
ineleganter *Vinnius in §. item siquis instit. de societate*, 24
ibi » Cum societas contrahitur, bonorum in commune quaerendorum causa, non magis bonis sublatis societati locus
» esse potest, quam sublata persona socii » adnotavitque et- 25
iam *Mynsinger in §. solvitur adhuc n. 8. instit. eod. tit.*
Idque pluribus contingit modis: duo societatem coeunt, merces emunt postea distrahunt, atque utilia socialia, sive aliarum mercium subrogatione consumunt, non utique dubium,
quin paulatim ita consumpto capitali, finiatur societas *Co-* 26
sareg. de commerc. disc. 144. n. 9. et 26.

Egestate similiter unius sociorum finitur negotium, et per-
inde societas *leg. societatem 4. in fin. ff. pro socio.* Ege- 27
state scilicet extrema, ut ait *Vinnius in dict. §. item siquis*
instit. de societ. quam egestatem obaeratione socii contin- 28
gere ait Justinianus *in d. §. item siquis instit. eodem tit.* ibi
» Item siquis ex socii mole debiti praegravatus bonis suis 29
» cesserit, et ideo propter publica, et privata debita, substan-
» tia ejus veneat, solvitur societas ». Ait Justinianus *sub-* 30
stantia ejus veneat ita edoctus a Paulo, ex Labeone *in leg.*
actione 66. sub princ. ff. pro socio, ibi » Item bonis a venditoribus venditis unius socii, distrahi societatem Labeo
» ait » supra jam adnotavi *part. 4. cap. 3. n. 49. ad seq.* 31
societatem solvi per decoctionem unius ex sociis hoc est decoctione formali inducta per judicis sententiam, ut per effectivam cessionem bonorum socii debitoris, aut multo magis per eorumdem bonorum distractionem a creditoribus factam;
addo hic *Vinnium in d. §. item siquis instit. de societ.* 32
Stracca de decoctor. part. 3. n. 47., et 48. Rota Genuae apud Bellon. decis. 13. n. 20. Michalor. de fratribus part. 2. cap. 38. n. 11. 12. et seq. Jov. de contract. min. gloss. 25. §. 13. n. 245. Rota decis. 827. n. 2. cor. Ansaldo, et in Maceraten. contractus super praetensa restitutione in integrum 11. maji 1781. §. fin. cor. R. P. D. Origa.

Ergo si obaeratione socii nequaquam obstante, bona sua socius obaeratus actu possideat, et publice negotietur, socie-
tatem non solvi dixerunt allegati per *Michalor. de fratrib.* 33
part. 2. cap. 38. n. 15. Verum quomodo fieri potest, ut socius sit obaeratus, vel per cessionem bonorum penes judicem faciendam, vel per totalem distractionem eorumdem bonorum a creditoribus impetratam; quae sunt necessaria formalis decoctionis requisita, et insimul bona possideat, ac publice ne-
gotietur? Incompatibilia haec sunt; nisi dicatur quemadmo- 34
dum existimo, *Michalor. loc. prox. cit.* intelligi de obaera-
to intrinseco; et latente, non autem publico. Verum hodie 35
solertes mercatores nomen ipsum decoctionis horrent, ac simplici etiam rumore perterriti, non expectant formalem cessionem, aut judicis declarationem, aut bonorum distractionem, sed statim de facto se abstinent a contrahendo deinceps
cum illo socio, qui obaeratus praedicatur, ut sequitur *Mi-* 36
chalor. d. part. 2. cap. 38. n. 15.

Haec accipe vera, ut egestate, seu decoctione solvatur societas, si de eo agatur socio, qui capitale contulit in societa-
tem; sed in eo socio, qui industriam loco capitalis contulit, 37
alio jure utimur; nam pauper industrius, non arcetur a con-
trahenda societate, ut dixi *part. 2. cap. 1. n. 161. ad seq.* 38
illa ratione textus *in leg. societas 5. ff. pro socio*, ibi » Cum
» plerumque pauperior opera suppleat quantum ei per com-
» parationem patrimonii deest ». Quamobrem si socius pau- 39
per, qui industriam contulit, fuerit decoctus, dummodo operari, et negotiis insistere non praepediatur, nec dissociare se potest, nec alterum socium a societate recedere invitus pati-
tor, *Vinn. in §. item siquis instit. de societ. Jov. de con-* 40
tract. min. gloss. 25. §. 13. n. 377.

Equidem vero pauperem a decocto sejungo, et conclusionem proxime firmatam, in paupere industrio, ante egestatem ad societatem admisso, verum libenter affirmo, at non in paupere post contractam societatem mole debiti praegravato, nam huic obvenit infamia, et juris, et quandoque etiam facti, unde malum nomen in publico commercio exoritur, ut per

41 *Jovium de contract. min. glossa* 25. § 13. *n.* 364. propte-
reaque oeconomice saltem; expedire non arbitror similes per-
sonas negotio in socii qualitate praeponere, nam, aut nullus
aut minimus erit a societate illa, teste experientia, quaestus,
quantum profecto in gratia socius, in auctoritate, suique no-
42 minis integra opinione proficiat, dictum est superius *par.* 2.
cap. 7. *n.* 29.

Quin et juste etiam puto, per formalem decoctionem socii
industriam conferentis societatem solvi *Rot. in Maceraten.
contractus super praetensa restitutione in integrum* 11.
maii 1781. § 4. *cor. R. P. D. Origo*; etenim cum Modestinus
43 nos dissociari scribat egestate *in l. societatem* 4. *ff. pro so-
cio* de egestate, seu decoctione superventa indubie loquitur,
et unum esse dissociandi modum, quemadmodum etiam est
44 renunciatio, mors, et maxima capitis diminutio *d. l.* 4. *ff.
pro socio* et tamen, quamquam si morte unius socii, qui pe-
cuniam contulit, altero socio superstite, qui industriam po-
suit suam, societatem non solvi aliqui sustineant, ut infra pro-
45 xime *cap.* 8 *n* 77 *et* 78. nihilominus, re per sua principia
mature discussa, contrarium resolvit *de Ponte cons.* 90. *n.*
46 15. *tom.* 2., quem alias in re simili allegavi superius *part.*
2. *cap.* 12. n. 26. *et seq.* Sic pari ratione videtur defendi
posse per formalem decoctionem unius socii solam quoque
industriam conferentis, solvi societatem, propter jus plene
alteri socio, ex ipsa juris dispositione, pro dissociatione quae-
situm, veluti probatum manifeste videtur; jure salvo dumta-
xat eisdem sociis manente, renovandi societatem, ut prose-
47 quitur Justinianus *in § item siquis instit. de societ.* ibi
» Sed hoc casu (secutae obaerationis) si adhuc consentiant
48 » in societatem, nova videtur incipere societas » ibique *Vin-
nius*, et alii.

Ad tertium societatis finiendae modum in interitu rei re-
positum, descendo; re enim perempta finis negotio imponi-
49 tur, ex *Connan. comment. jur. civ. lib.* 7. *cap.* 13. *sub n.*
16. *Gabriel. cons.* 63. *n.* 19. *lib.* 2. *Mantica de tacit.*, et
ambig. lib. 6. *tit.* 25. *n.* 3. *et* 4. *Petr. de Ubald. de duob.
fratrib. part.* 11. *n.* 3. *Michalor. de fratrib. part.* 2. *cap.*
38. *n.* 1. *Jov. de contract. min. gloss.* 25. § 13. *n.* 362. et
huic conclusioni illa accomodatur ratio textus *in leg. verum*
50 64. *in fin. ff. pro socio* ibi » Neque enim ejus rei, quae jam
» nulla sit, quisquam socius est » eoque amplius, ut initum
pactum societatem continuandi, re etiam perempta, jure non
51 valeat, ut per *Cyriac. contr. for.* 357. *n.* 19. 20. *ad* 24. *tom.*
3. *Michalor. de fratrib. part.* 2. *cap.* 38. *n.* 2.

Casum fingo in me ipso scribente, si eam cum amico meo
societatem coïissem, de qua in superiore *part.* 2. *cap.* 7. *n.*
170. 171. et 172. (Adversa enim hoc anno fortuna urgeor,
cum in aere, ut hic, tum in corpore, ut supra *cap.* 2. *n.* 83.
et 84. hujus 4. partis) cum sexto kalendas januarias furtum
domi maximum passus equidem, omnibusque pecuniis, nu-
datus a latrone fuissem, non dubium, quin denunciato, et
apud curiam verificato furto, quemadmodum denunciavi, et
verificavi, non dubium dico, quin pereunte re, ea pecunia
52 scilicet in societatem destinata, simulque conferenda, eadem
societas soluta remansisset, res quidem plana per se est.

Ulpianus autem elegantius rem ita illustrat exemplo *in l.
si id quod* 59. *ff. pro socio* ibi » Si id, quod quis in socie-
» tatem contulit, extinctum sit, videndum est, an pro socio
» agere possit; tractatum id ita est apud Celsum lib. 7. di-
» gestorum, ad epistolam Cornelii Felicis. Cum tres equos
» haberes, et ego unum, societatem, coivimus, ut accepto
» equo meo, quadrigam venderes, et ex pretio quartam mihi
» redderes; si igitur ante venditionem equus meus mortuus
53 » sit, non putare se Celsus ait, societatem manere, nec ex
» pretio equorum tuorum partem deberi, nec enim haben-
» dae quadrigae, sed vendendae coitam esse societatem. Cae-
» terum si id actum dicatur, ut quadriga fieret, eaque com-
» municaretur, tuque in ea tres partes haberes, ego quartam,
54 » non dubie, adhuc socii sumus ».

Hunc ita locum exponit, *Connanus comment. jur. civ.
lib.* 7. *cap.* 13. *sub n.* 16. *circa fin.* ibi » Si cum haberes
» tres equos, ego unum, convenimus, ut communem quadri-
» gam conficeremus, venderemusque, uno equorum mortuo,
» desinit esse quadriga, de qua sociati sumus, itaque et so-
55 » cietas desinit; sin communicavimus equos, non ad venden-
» dam, sed ad habendam quadrigam, quae utriusque no-
56 » strum usui est, statim perfecta est societas, atque uno, aut
» altero equorum perempto perimetur ipsa; equs tamen qui
» periit, et communi utriusque sumptu sufficiendus erit alius,
57 » si velimus novae quadrigae societatem inire; hic labefa-
» ctatur utroque casu societas, sed cum venditio quadrigae
» causam dedit societati, equus ante venditionem mortuus,
» ante societatem perfectam mortuus videtur, atque ita non
» tam dissolvitur, quia nondum coaluerat, quam impeditur
» societas, sic equus mihi soli interiit, non tibi, quia prius-
» quam communis factus esset periit; in posteriore specie 58
» cum de habenda quadriga consociati sumus, simul ac equos
» contulimus, communes fuerunt, ut postea si cui quid
» damni accidat, commune futurum sit ». 59

Et sensus est, cum recitatae legis, tum Connani eam ex-
ponentis, pro eo, quod ad rem praesentem pertinet, quod
societas ita, uti supra coita, sive ad usum habendae, sive
vendendae quadrigae, per mortem unius equi, finitur socie-
tas. Quia in utroque casu per mortem unius equi desinit
quadriga esse, quae ibi est subjectum societatis; quod ipsum 60
dici potest de ovibus, capris, suibus, aliisque animalibus, vel
ad habendum, vel ad vendendum gregem in societatem colla-
tis, ut si animalia hujusmodi, casu aliquo perempta, ad nume-
rum infra decem, gregem constituentis, redigantur, solvatur
societas; quod si partes alia animalia suffecerint, et quadri- 61
gam, aut gregem restituerint, nova erit societas, per illa ver-
ba Connani proxime recitati = *sufficiendus erit alius, si ve-* 62
limus novae quadrigae societatem inire =

Et quamvis vera conclusio sit, regulamque constituat,
ut re sociali pereunte in parte, in eo quod reliquum est ma-
neat societas, et in animalibus, quod mortua vacca in vi- 63
tulo, et sic in foetu superextante perseveret societas veluti
post *Glossam in d. l. si id, quod* 59. *ff. pro socio* promi- 64
scue observant. *Petr. de Ubald. de duob. fratrib. part.* 8.
n. 22. *Mantica de tacit., et ambig. lib.* 6. *tit.* 25. *n.* 6. tom.
1. *Michalor. de fratrib. part.* 2. *cap.* 38. *n.* 4. *Jov. de
contract. min. gloss.* 25. § 13. *n.* 344. *vers. praesertim
Rot. dec.* 175. *n.* 4. *p.* 2. *diversor. et post Cenc. de censib.
dec.* 424. *n.* 9. *et* 10. *et cor. Bichio dec.* 224. *n.* 6. Hoc ideo
accidit, quia partes non respexerunt primario, ad habendum
sive vendendum in animalibus gregem, aut ad bigam, et aut
quadrigam, et hujusmodi, sed ad percipiendum illum ex ea
societate fructum, qui percipi communiter solet. Quid actum 65
igitur, in primis videndum, et quo partes animo societatem
coierint, ut recte inde habeatur quaestionis solutio. 66

Quid praeterea si duo coierint societatem, alter operam,
alter in pecuniis, vel mercibus, mille contulerit, utrum pe-
cuniis, vel mercibus peremptis, industriam conferens tenea-
tur manere in societate, si alter velit tantumdem repone-
re, et societatem redivivam efficere? et negative resolvit
Glossa in l. 1. *c. pro socio Petr. de Ubald. de duob. fra-* 67
trib. part. 8. *num.* 12. *Mantica de tacit.* et *ambig. lib.* 6.
tit. 25. *n.* 5. *tom.* 1. manifestaque ratio est, tum quia rei in-
teritu, indole sua extinguitur societas, nec invitus quisquam
potest ad renovandam societatem cogi; tum fortius quia si- 68
cuti operam conferens non posset, in proposito casu, alterum
socium ad iterum subrogandas easdem merces, vel pecunias
compellere, ex proxime allegatis juribus, ita pariter qui pe-
cuniam contulit, obstringi non debet ab altero manere in so-
cietate, ne alias in contractibus admittantur jurium inae-
qualitas, contra montium textus *in l. si id, quod* 7. § *fin. ff.* 69
de rescind. vendit., et in l. bona fides 52. *ff. de actione
empti.*

Peremptioni rei socialis, proxima est ejusdem variatio,
seu mutatio, *l. verum* 64. § *fin. ff. pro socio* ibi » Res vero 70
» cum aut nullae relinquantur, aut conditionem mutaverint,
» et est quartus atque ultimus modus, qui negotio sociali fi- 71
nem ponit; puta si res promercalis extra commercium fiat
Schrader. de contract. tit. 26. *de societ. n.* 59. exemplum ex- 72
stat in *l. verum* 64. *in fin. ff. pro socio* ibi » neque enim ejus
» rei quae jam nulla sit, quisquam socius est, neque ejus, quae 73
» consecrata, publicatave sit » de utraque re, et Deo dicata,
et per fiscum publicata, seu proscripta, nonnulla superius
proxime adnotavi *part.* 4. *cap.* 3. *n.* 44. *et* 52. *ad* 56. 74

Coita est societas vaccarum ad habendos agnos, et ca-
prarum ad habendos haedos; steriles apparent vaccae, oves, et
caprae, quaeritur an per dissociationem valeat, ab altero so-
ciorum poni negotio finis? Si sterilitas animalium sit a na- 75
tura, atque perpetua, dissociationi locum esse non dubi-
taverim, puta si unius, vel duarum vaccarum sit societas
coita, et ambae sint natura steriles, id quod non rarissime
accidit, et propter hanc sterilitatem perpetuam locum esse
dissociationi, non dubie confirmo. Idem juris est, si coita 76
sit societas ad saginanda animalia vendendi causa, et post-
ea emacientur, nam cum finis in societate contrahenda

volitus, quaestus videlicet, desideretur, magis est ut sol-
77 vatur societas, et horum ratio potissima est, quia spes lu-
cri abest, certaque est jactura *Casareg. de commerc. disc.*
78 146. *n.* 21. *et* 22. Quod si partes vendere voluerint illa
animalia, et alia sobrogare, erit nova societas, priore ex-
79 tincta, ex integro a partibus coeunda.

Multo vero magis idem juris est in ea societate, quae
80 futura sit utrique sociorum damnosa, ex *Connan. comment.*
jur. civil. lib. 7. *cap.* 13. *n.* 13. ibi « Idcirco, cum res,
« cujus causa coieramus futura est utrique nostrum damnosa
81 « potes renunciare » Puta si super aedibus coemendis coita
sit societas, et postea appareant ruinosae, male materiatae,
seu etiam pestilentes et damnosam societatem pro certo
utrique socio praesagiant futuram, nam dissociationi locum
82 esse, simili *Connanus* probat exemplo *loc. prox. cit.* Cui
est proximum, si animalia tua cum meis ex causa societatis
commisceri velint, et tua animalia detegantur morbosa, ut
83 grex totus pro certo corrumpatur; juxta illud = *Morbida*
facta pecus, totum corrumpit ovile; = de quo *in cap. ea*
quae 8. §. 1. *in fine de statu monachorum.* Si rursus certa
pascua ad conservationem gregis socialis emenda, noxia,
atque exitialia detegantur, nam super his, aliisque simi-
84 libus coita societas pro certo damnosa, dissociandi jus prae-
stat.

Damnum hoc vero certum, et proximum debet, non con-
tingibile esse, aut remotum, ut dissociationis causam sup-
peditet; nam si societatis causam tenutam ambo conducere 85
convenimus inundationibus, aliisque coeli calamitatibus
expositam; non dixerim dissociationi locum esse, quia damna 86
hujus generis sunt futura, et non futura, de futuris vero
contingentibus, quae possunt esse, et abesse nullum est ju-
dicium, nec ideo certa dici possunt, arg. *textus in l. ne-* 87
que natales. 10. *c. de probat.* plurimum vero si fuerunt
praecognita, aut praecognosci facile potuerant, scire enim 88
ac scire debere paria in jure sunt *l. si duo* 38. *ff. de ac-* 89
quir. haeredit., et l. error. 8. *ff. de jur. et fact. igno-*
rant.

Ad hanc postremo negotii finiti classem referri quoque
potest Pomponii responsum *in l. vel quod* 15. *ff. pro so-*
cio ibi « vel quod ea re frui non liceat, cujus gratia ne-
« gotiatio suscepta sit » Subdit eo loci *Connanus* rem exem- 90
plo declarans *in suis comment. jur. civil. lib.* 7. *cap.* 13.
n. 13. *circa fin.* ibi « Veluti si sagariam communiter exer-
« cerent, convenerunt (socii), postea prohibetur sagorum
« usus etc. Idem si venalitium facerent, et cautum est, ne
« qui posthac venirent. Complura alia hujus generis exem- 91
pla fingi facile possunt, summatim concludens, societate in-
ter duos, vel plures super certo mercium genere contracta
si earum commercium, et respectiva emptio, et venditio
prohibeatur a principe, statim finitur negotium, et cum eo
societas, illa ratione textus recitati, quia ea re frui non
licet *Brunneman. in l. tamdiu* 5. *n.* 4. *c. pro socio.* 92

CAPUT VI.

De dissociatione intempestiva.

SUMMARIUM

1. Tripliciter intempestive dicitur societas, et traditur: et in omnibus iis tribus casibus non solvitur societas, sed debetur id, quod interest, et n. 2. et 3.
4. Amplia et intempestive solvi non debeat societas, sive id partes pacto convenerint, sive non, et n. 5.
6 Societas renunciata ante finitum negotium, parit eamdem actionem ad id quod interest.
7. Amplia in societate intempestiva renunciata, ex quavis alia causa
8. Dupliciter tamen potest distrahi intempestive societas, si partes consenserint, et si necessaria, vel justa causa urserit.
9. Intempestiva dissociatio, ex reciproco partium consensu, est caeteris major, atque nobilior.
10. Amplia, si socii pacto convenerint, et quandocumque liceat eorum alteri e societate discedere.
11. Similiter causa intempestive dissociandi debet esse gravis, aut justa, aut necessaria, n. 12. et 13
14. Nunquam intempestivum est necessitati rerum occurrere.
15 Sine his causis intempestive renunciatio societati, non valet, ac si facta non fuisset.
16. Ex quatuor causis intempestive solvitur societas, ex personis, ex rebus, ex voluntate, ex actione.
17. Alii doctores totidem quatuor causas dissociationis assignant a praecedentibus diversas.
18. Quinque vero dissociandi causas alii assignant.
19. Septem denique causas tradunt alii.
20. Auctor sequitur textum in superiori n. 16. relatum, et quatuor causas dissociandi intempestive assignantem.
21 Personis nempe, et rebus et voluntate, et actione intereuntibus.
22. Quare, sive homines, sive res, sive voluntas, sive actio interierit, solvitur intempestive societas.
23. Homines intereunt maxima, aut media capitis diminutione, aut morte.
24. Res vero intereunt, aut cum nullae relinquuntur, aut cum conditionem mutaverint
25. Voluntate distrahitur societas, et renunciatione.
26. De dissociatione ex capitis diminutione, ex voluntate, renunciatione, et actione, remissive n. 27. 28. et 29.
30. Morte, non solum naturali, sed etiam civili solvitur societas
31. Amplia ad mortem industriae socii, et quomodo id contingat, exponitur n. 32 33 et 34.
34. Quoties jus societatis integrum, sive in personis, sive in rebus, sive in industria, peritia, ac diligentia ad alios, quam ad socios pervenit, societas perire dicitur, vel deterior fieri, unde ipsa solvitur.
35. Idem juris est in societate coita sub aliqua conditione, nam hac non adimpleta, intrat causa dissociandi, n. 36.
37. Si socius fiat rixosus, seu damnosus, ita ut non expediat cum eo esse, praestat justam intempestivae dissociationis causam et n. 38. 39. 40..
41. Amplia ad socium caecum, negligentem, prodigum, et dissipatorem n. 42
43. Amplia etiam, ut haec rixosi qualitas locum habeat in societate quoque vectigalium
44. Haec intellige vera esse, si qualitas rixosi etc. in socio supervenerit, secus si praeextiterit, et alter non ignoraverit.
45. Amplia in socio post contractam societatem malis moribus infecto, ut justam dissociandi causam praebeat.
46. Extende ad socium post coitam societatem excommunicatum.
47. Omnis societas praesumitur contracta cum tacita conditione, si res in eodem statu maneant, secus si mutatio in deterius supervenias.
48. Qualitas autem socii rixosi, damnosi etc. debet recognosci ab judice.
49. Si absente uno socio, alter renunciet societati, illo praesertim ignaro, quod renuncians acquirit, societati acquirit, quod alter vero absens acquirit, sibi acquirit, praeter damnum, quod cum renuncianti communicet, n. 50.
51. Absens ex causa reipublicae diu, et invitus, nec aliquem idoneum habens, per quem supplere queat, potest dissociari, et n. 52.
53. Absens *diu* potest se dissociare, hoc est decem annis, ex vi d. dictionis *diu*.
54. Declara, ut dictio *diu* significet quandoque unum annum aut biennium.
55. Leges aptantur magis casibus, qui plerumque accidunt, quam qui raro eveniunt.
56. In hac specie societatis d. dictio *diu* importat unum annum, aut biennium absentiae, in justa qualitatem negotii socialis n. 57.
58 Absens, qui dissociandi jus habet, debet invitus abesse.
59. Invitus dicitur, qui contradicit, et non consentit.
60. Ergo non erit hac exceptione dignus, qui sui honoris, vel utilitatis suae causa abesse curaverit, cupierit, atque affectarit.
61. Socius, qui imperio patris, domini, magistratus, et principis paret, velle non intelligitur.
62. Absens si potest in sui locum alium aeque idoneum subrogare, non habet jus dissociandi se.
63. Declara si absens industriam suam conferre promiserit, secus si solam pecuniam et n. 64.
65. Absens igitur dissociare se potest, si nequiverit alium in sui locum subrogare, qui administret.
66. Causa absentiae ad dissociandum, non est de illis, quae solvunt societatem, ipso jure, sed altera que parte volente.
67. Unde alter socius, qui pecuniam contulit, ita demum recedere potest e societate, si absens alium non subrogaverit.
68. An subrogatus vero sit idoneus, vel non, hoc pertinet ad arbitrium judicis.
69. Societas durat quamdiu consensus partium integer perseverat.
70. Videlicet quousque causa justa, gravis, vel necessaria advenerit.
71. Si coita sit societas mercium transvehendarum in certa navi, et sub certo magistro navis, et in alterutro fiat mutatio, inest justa causa dissociandi, et affertur ratio n. 72.
73. Socius effectus caecus, potest se dissociare, licet haec dissociandi causa non reperiatur in corpore juris, n. 74.
75. Caecus, et quicumque alius habens justam causam dissociandi, debet illam opponere, si ei ita placuerit.
76. Declara in caeco industriam ponente, nam si solam pecuniam contulerit, tenetur alium subrogare.
77. Distinctio facta de caeco applicatur etiam socio carcerato, ut si idoneum potest subrogare, a societate non discedat.
78. Amens quoque, seu mente captus potest per suum curatorem petere dissociationem.
79. Amens post coitam societatem effectus procedit a pari cum furioso et n. 80.
81. Furiosus per suum curatorem, si malit, potest se dissociare, quod et alteri socio aequa vice permittitur, et n. 82.
83. Nec societas per furiosum effectum socium ipso jure dissolvitur, sed volente curatore
84. Furiosus, et mente captus non possunt contrahere societatem.
85. Curator tamen plenam habet facultatem contrahendi, et distrahendi ad furiosi commodum, et utilitatem.
86. Discedens intempestive a societate sine causa justa, gravi, vel necessaria, a se liberat socios suos, ab iis tamen se non liberat.

87. Amplia etiam justis causis concurrentibus si aliis sociis, et praecipue mercatoribus non denunciaverit, et tenebitur ad id, quod interest n. 88. et 89.
90. Amplia ut teneatur ad id quod interest, non solum pro gestis ante dissociationem, sed etiam post dissociationem n. 91.
92. Distracta intempestive societate, si quae debita sub conditione debentur, divisa aequaliter societate, cautio interponitur pro debitis, purificata conditione solvendis n. 93. et 94.
95. Amplia ut si unus socius est pro debito personaliter obligatus, non addicit sibi tantumdem rerum socialium, sed simplex cautio interponitur n. 96.
97. Cautio tamen, ne sit inutilis, et alios socios gravet judex providet.

Tripliciter intempestiva contingit dissociatio, vel quando
fit ante tempus societati praestitutum, vel quando ante finitum negotium, eujus causa coita habetur societas, intervenit, vel demum quando non expedit rem socialem extra tem-
1 pus emere, aut distrahere *Michalor. de fratrib. par. 2. cap. 36. n. 18. Jov. de contract. minor. gloss.* 25. ₰. 13. n. 271.
atque in omnibus his tribus casibus = *ipso jure societatis*
2 *intempestiva renunciatio, in aestimationem venit* = sunt
verba textus *in leg. sed et socius* 17. *in fin. ff. pro socio* hoc
est, ut is qui ante tempus et intempestive a societate disce-
3 dit, teneatur ad id, quod interest alterius socii *ex Connan. comment. jur. civ. lib. 7. cap. 13. n. 13. Duaren. in eisd. comment. jur. in tit. 38. cod. lib. 4. pro socio cap. 3. versic. quaestio in fin. Schneidevvin. in ₰. manet n. 5. instit. de societ. Bartozzol. cons.* 442. *n.* 1. *Decion. respons.* 97. n. 42. *vol.* 2. *Asinius prax. judic. cap.* 5. ₰. 7. *limit.* 141. *n.* 3. *Costa de juris, et fact. scient. et ignor. cent.* 1. *dist.* 80. *n.* 2. *Petr. de Ubald. de duob. fratrib. part.* 11. *n.* 8. *Mogon. decis. florent.* 1. *n.* 11. *Guttier. de jurament. confirm. part.* 1. *cap.* 58. *n.* 8. *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 23. *n.* 11. *tom.* 1. *Michalor. de fratrib. part.* 2. *cap.* 38. *n.* 18. *Jov. de contract. min. gloss.* 25. ₰. 13. *n.* 272.
Sive id pacto, socii caverint, sive non caverint ne societate
abiretur, ad textum *in leg. si convenit* 14. *ff. pro socio* ibi
4 » Quid tamen si hoc convenerit, ne abeatur, an valeat? ele-
» ganter Pomponius scribit frustra hoc convenire, nam et si
» non convenerit, si tamen intempestive renuncietur socie-
5 » tati, esse pro socio actionem » at quod idem juris sit in
societate intempestive renunciata ante completum, seu finitum negotium sociale, ut ad id quod interest alterius socii,
6 teneatur qui intempestive renunciavit *Decion. respons.* 97.
n. 41. *vol.* 2. *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 23. *n.* 18. *et seq. tom.* 1. *Schender. de contract. tit.* 26. *de societ. n.* 59. *Michalor. de fratrib. part.* 2. *cap.* 36. *n.* 18. et generaliter quando intempestiva vere dissociatio est, et qua-
7 vis ex causa procedens, docet textus *in leg. sed et socius* 17. *in fin. ff. pro socio.*

Ex duabus tamen causis potest intempestiva dissociatio legitime fieri, et rata haberi, prior si partes consenserint. al-
8 tera vero si necessitas, aliave justa causa urserit; quod dissociatio intempestiva per consensum reciprocum inducta, sit in jure ratihabenda, tamquam nobilior, et omnium potior, ex Ulpiano est, qui ait, voluntate distrahi intempestive so-
9 cietatem *in leg. verum* 64. *in fin. ff. pro socio* quocum in specie concordant *Brunneman. in leg. tamdiu* 5. *n.* 2. et 3. *c. pro socio, Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 23. *n.* 28. *tom.* 1. *Molin. de just. et jur. tract.* 2. *disput.* 415. *n.* 16. *Mascard. de probat. conclus.* 1310. *n.* 2. *et* 3. *vol.* 3. *Jov. de contract. min. gloss.* 25. ₰. 13. *num.* 25*n. cum seq. Constantin. vol.* 291. *n.* 33. 34. 151. *ad* 154. *tom.* 2. *Rot. dec.* 251. *n.* 1. *cor. Merlin. et in rec. part.* 5. *tom* 1. *dec.* 32. *n.* 1. idque non solum per reciprocum consensum sociorum, durante societate, intervenientem, sed etiam per pactum quod ita potest initio conveniri, ut quandocumque, liceat a societate discedere, nam valet hoc de jure pactum
10 *Azon. in summa ad lib.* 4. *cod. tit. pro socio n.* 11. *Cujac. comment. jur. civ.* in *lib.* 32. *Pauli ad edictum ad leg.* 65. ₰. *Inbeo col.* 486. *lit. D. tom.* 5. *Guttier. de jurament. confirm. part.* 1. *cap.* 58. *n.* 8. *Michalor. de fratrib. part.* 2. *cap.* 36. *n.* 21. *Jov. de contract. min. gloss.* 25. ₰. 13. *num.* 281. *vers. tertio.*

Altera vero justa dissociandi causa est, si haec fuerit gra-
11 vis *Brunnemon. in leg. tamdiu* 5. *n.* 1. *c. pro socio.* Item
12 vel justa *Connan. comment. jur. civ. lib.* 7. *cap.* 13. *n.* 12. *vers. quod si tempus Brunneman. loc. prox. cit. n.* 4. *Ansald. de commerc. disc.* 53. *n.* 18. *et disc.* 98. *n.* 28. Item
13 vel necessaria *Connan. loc. prox. cit. sub n.* 13. *circa medium* ubi ait, cum rei necessitas exigit, nunquam enim in-
14 tempestivum est necessitati rerum occurrere: sine his vero causis intempestiva renunciatio societati non valet, et perin-
15 de habetur quasi facta non esset *Magon. dec. florent.* 1. *n.* 2. *Costa de juris, facti ignorantia tract.* 2. *distinct.* 80. *n.* 1. *Jov. de contract. min. gloss.* 25. ₰. 13. *n.* 271. *cum seq.*

Causa haec intempestive solvendi societatem vel gravis, vel justa, vel necessaria, est multiplex, textus *in l. verum* 64. ₰. *fin. ff. pro socio* quatuor adnumerat causas ibi » societas solvitur » ex personis, ex rebus, ex voluntate, ex actione » quas
causas agnoscunt etiam, atque confirmant *Connan. comment.* 16
jur. civ. lib. 7. *cap.* 13. *n.* 14. *Crott. cons.* 308. *n.* 23. *t.* 3.
Totidem, nempe quatuor intempestivae dissociationis cau-
sas, ab illis reciteti textus diversas, assignat *Bonacina opera* 17
moralia disput. 3. *quaest.* 6. *punct. ult. n.* 2. *vers. dixi*
tom. 2. Quinque vero causas innuit *Jov. de contract. min.* 18
gloss. 25. ₰. 13. *n.* 281. septem denique causas, incondite
tamen, ut mihi videtur, indicat *Corpon. ad statut. Me-* 19
diolan. cap. 483. *n.* 79. *ad plur. seq. tom.* 2.

Equidem vero non recedo a recitati textus litera, quatuor
intempestivae dissociationis causas indicante, *ex personis, ex* 20
rebus, ex voluntate, ex actione, his videlicet intereuntibus
veluti exponit *Gothofred. in d. leg. verum* ₰. *societas solvitur* 21
ff. pro socio quae expositio, seu interpretatio extat ad literam
in eadem *leg. verum* ₰. *fin. ff. pro socio* ibi » Ideoque sive
» homines, sive res, sive voluntas, sive actio interierit, di-
» strahi videtur societas » sequitur idem textus se ipsum ex- 22
plicans ibi » Intereunt autem homines quidem, maxima,
» aut media capitis diminutione, morte; res vero, cum, aut 23
» nullae relinquantur, aut conditionem mutaverint etc. vo-
» luntate distrahitur societas, et renunciatione » de capitis 24
diminutione supra egi hac *part.* 4. *cap.* 3. *n.* 47. *ad seq.* De 25
morte infra peculiare subjiciam *cap.* 8. De rei interitu, ejus 26
que mutatione quoad conditionem pariter hic superius egi
cap. 5. n. 49. *ad seq.* De voluntate item, quatenus ad con- 27
sensum pertinet, actum est in eodem superiore *cap.* 3. *n.* 11.
ad seq. et n. 64. *ad seq.* quatenus vero renunciationem re- 28
spicit, sequens extat *cap.* 7. de actione demum quae per
judicium causa mutationis concernit, actum est pariter supra
hic *cap.* 3. *n.* 76. *ad seq.* 29

Ad rem vero praesentem pertinet discussio primae causae
ex personis in morte repositae, quae mors sensum habet,
non tantum naturalem, et civilem, de qua infra *cap.* 8. 30
quam quod referatur etiam ad mortem industriae in societatibus magni fieri solitae, tutumque mihi ita arguendi
praestat fundamentum *Connanus comment. jur. civ. lib* 31
7. cap. 13. *n.* 14. *post princ.* videlicet quoties jus illud
societatis integrum, sive in rebus, sive in personis, sive in
earum industria, peritia, ac diligentia consistens non pervenit ad socios, sed ad alios, quam ad veros socios per-
venit, res ipsa perire, aut deterior fieri dicitur, unde so- 32
cietas desinit, scilicet integra est, quemadmodum partes
initio sibi praestituerunt; et in hoc sensu illam primam
causam *ex personis* exponam. Quamobrem si conditio, qua 33
sub societas initio contracta, a sociorum altero, non adim-
pleatur deterius fit societatis jus, et quodammodo moritur
cum in sua integritate non praestatur, unde est legitima, 34
quamvis intempestiva, ob defectum impletae conditionis,
dissociandi causa, per textum in *leg. si convenit.* 14. *in* 35
ff. pro socio ibi » potest rationem habere renunciatio nec
» tenebitur pro socio, qui ideo renunciavit, quia conditio
» quaedam, qua societas erat coita, ei non praestatur » hac
in re concordant *Connan. comment. jur. civ. lib.* 7. *cap.* 36
13. *n.* 13. *Brunnemon. in leg. tamdiu* 5. *n.* 4. *c. pro socio. Costa de scient. fact., et jur. cent.* 1. *distinct.* 80. *n.* 7. *Carpan. ad statut. mediolan. cap.* 483. *n.* 80. *tom.* 2. *Gratian. discept. for. cap.* 301. *n.* 16. *Hevia de commerc. terrestr. cap.* 3. *n.* 35. *Mantica de tacit., et ambig. lib.* 6. *tit.* 23. *n.* 39. *tom.* 1. *Michalor. de fratrib. part.* 2. *cap.* 36. *n.* 32. *Jov. de contract. min. gloss.* 25. ₰. 13. *n.* 281.

Sequitur textus, in eadem causa esse socium ad rixas
facilem, et ad inferenda damna societati proclivem, neuter
enim jus integrum potest societati praestare, unde non im-
probatur intempestiva renunciatio, *d. leg. si convenit.* 14. 37
ff. pro socio. ibi » Nec tenebitur pro socio, qui ideo re-
» nunciavit, quia conditio etc. non praestatur, aut quid si
» ita injuriosus, et damnosus socius sit, ut non expediat
» eum pati » et damnosus socius sit textus, damnosus hoc loco 38
subdit *Nicol. Catharin. observ. et conject. libr. sing. ad leg.* 14. *ff. pro socio*, significat non certe, quod vulgus putat etc.

Damnosus est, qui neque tempus, neque finem expensarum
habet, sed bona sua dilacerendo, dilapidando, dissipando pro-
fundit, ut loquitur Ulpian. et promiscue de socio rixoso, inju-
rioso, saevo, atque damnoso justam dissociationi causam dante
39 tradunt *Azon. in summa ad lib. 4. cod. tit. pro socio,*
n. 11. Bertol. in leg. si convenit. n. 1. et ff. eod. tit.
Connan. comment. jur. civ. lib. 7. cap. 13. n. 13. Costa
de juris, et fact. scient. et ignor. cent. 1. distinct. 80.
n. 7., et 8. Bonaccina opera moral. disput. 3. quaest. 6.
punct. ult. n. 2. tom. 2. Guttier. de juram. confirm. part.
1. cap. 58. n. 11. vers. hoc tamen, Fontanell. de pact.
nupt. claus. 4. glossa 9. part. 2. n. 103., et 104. Petr.
de Ubald. de duob. fratrib. part. 11. sub n. 6. Felic. de
societ. cap. 35. n. 32. Michalor. de fratrib. part. 2. cap.
36. n. 23. Jov. de contract. min. gloss. 25. ∂. 13. n. 281.
40 ac singillatim de socio damnoso, tradunt *Grat. respons.*
15, n. 48. lib. 1. Merend. controv. jur. lib. 14. cap. 21.
41 *n. 4.* et de socio saevitiam exercente. *Menoch. de arbitr.*
lib. 2. cas. 138. n. 7. Amendol. ad Franch. dec. 160. n.
13., et dec. 249. n. 18. et de socio negligente, prodigo,
42 et dilapidatore *Igneus in leg. contractus. n. 50. ff. de re-*
gul. jur. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. gloss. 9. part.
2. n. 101. Michalor. de fratrib. part. 2. cap. 36. n. 23.
quae rixosi, molesti, tumultuosi, et hujusmodi qualitas, lo-
cum quoque ad dissociandum obtinet in societate vecti-
43 galium ex *Card. de Luca de regal. disc. 91. n. 6.* ubi
fere per totum, quae esse debeat d. rixosi qualitas, dispun-
gitur.

Haec accipe vera, si superscripta rixosi, et hujusmodi
qualitas fuerit initio societatis ignota alteri socio, secus si
ante societatem rixosus fuerit, et hanc qualitatem alter
44 sciverit, eaque non obstante, societatem contraxerit ex *Bart.*
in leg. si convenit. n. 1. in addit. ff. pro socio. Igneus
in leg. contractus n. 50. et 51. ff. de regul. jur. Gau-
fred. in decretal. cap. rex. pacificus n. 5. in procem. de
summa Trinit. Costa de jur. et facti scient., et ignor.
cent. 1. distinct. 80. n. 7. et 8. Felic. de societ. cap. 35.
n. 33. Michalor. de fratrib. part. 2. cap. 36. n. 23. Idem
juris est in socio malis moribus post coitam societatem in-
45 fecto ut distrahi societas possit *Merenda contr. jur. lib*
14. cap. 21. n. 4. Costantin. vot. 88. n. 2. et 3. tom. 1.
similiter in socio post contractam societatem excommuni-
46 cato *gloss. penult. in cap. vere 34. de sentent. excommunic.*
Abb. Panormit. ibidem. n. 10. eod. tit. Soccin. Sen. in
cap. inter. aliam n. 87. eod. tit. Alderis. de contract. sym-
bolic. tit. 3. cap. 2. n. 11. Borbosa in jus. canon. cap. si
vere n. fin. de sentent. excommunic. tom. 3. et praemisso-
rum omnium ratio est, quia societas in jure praesumitur
cum ea conditione contracta, rebus in eodem statu manen-
47 tibus, nec si deinceps acciderit in deterius mutatio *de Pon-*
te cons. 90. n. 8. vol. 2. Costa de juris, et facti ignor.
cent. 1. distinct. 80. n. 12. 13. cum duob. seq. Rot. dec.
169. n. 40. part. 17. rec. haec tamen verum est, quod ut
quis dicatur socius ita rixosus, injuriosus, damnosus, et hu-
48 jusmodi, ut non expediat eum pati, debet ab judice co-
gnosci, ad cujus arbitrium remittitur cognitio *Costa de ju-*
ris, et facti scient., et ignor. cent. 1. distinct. 80. n. 9. 10.
et seq. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 138. n. 8. Card. de
Luca de regal. disc. 91. n. 7. Jov. de contract. min. gloss.
25. ∂. 13. n. 323.

Absentis unius socii in genere, non est civilis ratio se
intempestive dissociandi, et si alter socius a societate di-
scedit, absente altero, multo magis ignaro, tunc id quod
hic acquisierit, in commune redigetur, id autem quod absens
comparaverit, sibi totum addicet, omni damno siquod ac-
cidat, in eum, qui ita a societate intempestive discessit,
49 collato, ad textum *in leg. sed et socius 17. ∂. si absenti*
ff. pro socio ibi » si absenti renunciata societas sit, quoad
» is sciverit, quod is acquisivit, qui renunciavit, in commu-
» ne redigi, detrimentum autem solius ejus esse, qui renun-
» ciavit; sed quod absens acquisivit, ad solum eum pertinere
50 » detrimentum ab eo factum commune esse » ad quem tex-
tum praeter interpretes, late *Petr. de Ubald. de duob. fra-*
trib. part. 11. n. 12. et seq. Mantica de tacit. et ambig.
lib. 6. tit. 23. n. 24. tom. 1. Michalor. de fratrib. part. 2.
cap. 36. n. 13.

Quod si absentia socii fuerit specialis ex causa reipubli-
cae, tunc distrahi jure poterit intempestive societas, si ex
d. causa diu absfuturo non licuerit, per alium aeque ido-
51 neum, societatem administrare *leg. idemque 16. in princ.*
ff. pro socio ibi » idemque erit dicendum si socius re-
» nunciaverit societati, qui reipublicae causa diu, et in-
» vitus sit absfuturus, quamvis nonnunquam ei objici pos-
» sit, quod potuit per alium societatem administrare, vel
» socio committere, sed hoc non alias, nisi valde sit ido-
» neus socius, aut facilis absfuturo sit etiam per alium so-
» cietatis administratio » et cum hoc textu concordant
Azon. in summa ad lib. 4. cod. tit. pro socio n. 11. 52
Connan. comment. jur. civ. lib. 7. cap. 13. n. 13. Brun-
nem. in leg. tamdiu 5. n. 4. c. pro socio. Fulgos. cons.
189. n. 1. Mantica de tacit., et ambig. lib. 6. tit. 23.
n. 15. et seq. tom. 1. Hevia de commerc. terrestr. lib. 1.
cap. 3. n. 35. Bonaccina opera moralia disput. 3. quaest.
6. punct. ult. n. 2. vers. dixi tom. 2. Escobar. de ra-
tiocin. cap. 6. n. 68. Michalor. de fratrib. part. 2. cap.
36. n. 19. Felic. de societ. cap. 35. n. 34.

Ait textus dudum recitatus = *qui reipublicae causa diu,*
et invitus sit absfuturus = qui dissociandi jus habet *diu*
abesse, hoc est decem annis debet, ut sit textus *in leg.*
si cum fideicommissaria 16. ∂. Aristo, ff. qui, et a quib. 53
manumiss. ibi » si non diu in libertate fuisset, id est
» minus decennio » sed ex facti circumstantiis, illa dictio
diu potest quandoque de uno anno aut biennio etiam in-
telligi *gloss. in d. leg. 16. verbo decennio ff. eod. tit.* 54
Barbosa tract. var. dict. 90. n. 4. et 5. Rot. in dec. 108.
n. 13. cor. Emerix Jun. repetita *in rec. part. 17. dec.*
328. n. 16. In hac praesenti autem societatis specie, raro
societates ad decennium, vel supra coeuntur; applicando
legem iis, quae plerumque accidunt, juxta monitum tex-
tus *in leg. neque 10. ff. de legib.* d. dictionem *diu* no- 55
stri textus in absentia unius anni, aut saltem biennii, ju-
xta negotii socialis qualitatem, puto intelligi, ut ad hoc
tempus absens, se dissociandi intempestive jus habeat. Dixi 56
juxta negotii socialis qualitatem, nam socialis quaedam
sunt negotia, quae neque ad paucos dies absentiam socii 57
administrantis patiuntur.

Sequitur idem textus noster = *et invitus sit absfutu-*
rus = Ulpianus vim. d. verbi *invitus* tradens, ita ait *in l.*
filius familias. ff. ∂. invitum ff. de procurat. ibi » Invi- 58
» tum accipere debemus non eum tantum, qui contradi-
» cit, verum eum quoque, qui consensisse non probatur » 59
Ergo si socius abesse curaverit, aut etiam concupierit, ipse
non erit hac exceptione juvandus, puta quia honoris sui,
seu utilitatis suae tantum gratia abesse cupierit, atque ef-
fecerit; talis propterea sit oportet socius, qui imperio pa- 60
tris, vel domini, vel magistratus, vel principis obsequatur,
secundum *l. velle 4. ff. de regul. jur.* ibi » velle non cre-
» ditur, qui obsequitur imperio patris, vel domini ».

Concludit denique textus noster in *d. l. 16. ff. pro so-* 61
cio ibi » Quamvis nonnunquam ei objici possit, quod
» potuit per alium societatem administrare, vel socio com-
» mittere, sed hoc non alias, nisi valde sit idoneus so-
» cius, aut facilis absfuturo sit etiam per alium societatis
» administratio » Textus hic loquitur de illo socio absfu- 62
turo, qui vel operam tantum, vel simul operam, et pecu-
niam conferre promisit, nam si rem, vel pecuniam dum-
taxat contulit, non dixerim suam absentiam impedimento 63
esse protractioni societatis, et in his facti circumstantiis vi-
detur aliquo modo defendi posse, licet generaliter non te-
neri, illorum doctorum opinionem, qui per mortem illius
socii, qui pecuniam, et non industriam contulit, docent 64
non extingui societatem, sed ad haeredes illius transire,
ut in superiore *part. 3. cap. 11. n. 38.* et quoties dicitur,
reipublicae causa absentem dissociare se posse intempestive
etiam, hoc intelligitur eodem socio absente volente, et nego-
tia socialia per alium aeque idoneum administrare non va-
lente, ex *Fulgos. cons. 189. sub n. 1. Felic. de societ. cap.* 65
35. n. 34. et 35.

Haec igitur ex causa absentiae, intuitu reipublicae, in-
tempestiva dissociatio, de illis non est causis, quae ipso jure
societatem solvunt, sed utraque parte volente, et expressim
denunciante; nam alter etiam socius, qui rem vel pecuniam 66
contulit eatenus potest, absente invito etiam societatem sol-
vere, quatenus ab absente, seu absfuturo subrogatus non fue-
rit alter valde idoneus, quo desuper contentio esse poterit; 67
quod si fuerit valde idoneus, atque peritus dissociare se prae-
pedietur. Hoc autem totum pertinebit ad judicis cognitionem,
ejusque arbitrium, ut in superiore n. 48. hujusce capitis. 68

Tamdiu societas durat, quamdiu consensus partium integer
perseverat, sit *textus in leg. tamdiu 5. c. pro socio*; inte- 69

ger, hoc est, quousque causa dissociandi non advenerit. hac
adveniente causa, vel justa, vel gravi, vel uecessaria, libe-
rum est alteri socio a societate intempestive etiam discedere,
70 ut superius hic *n.* 11. 12. *et* 13. si coita proinde sit societas
negotiationis mercium per mare transveheodarum, et desi-
gnata fuerit certa navis, certusque pro illius gubernio magi-
ster, ac deinde, et navis mutetur, atque magister, non du-
71 bium posse locum iotempestivae dissociationi esse, nam sub-
staotialis intervenit mutatio, tum in priore navi mutata, for-
te tutiore, tum in priore magistro, forsan peritiore qua mu-
tatione intervenieote, res desinit esse in eodem statu, quo
72 antea erat *Rot. in dec.* 169. *n.* 36. *et* 40. *part.* 17. *rec. et*
in Melevitana depraedationis super primo dubio 16. *mar-*
tii 1733. *§. prior. enim cor. cl. mem. Card. Aldrovando.*
Ex eadem mutationis personarum causa intempestivus a
societate recessus admittitur ex parte socii, qui post coitam
73 societatem caecus effectus est; et quamvis iu corpore juris
superventa non numeretur caecitas inter causas dissolvendi
74 intempestive societatem, ut per *Fulgos. cons.* 189. *n.* 1. *in*
fin. nihilo secius tamen si socius effectus caecus post coitam
societatem, operam, atque industriam contulit suam, receda-
re volens auditur, dummodo dissociationem opponat, quia
causam intempestive discedendi a societate habens, haec ipso
volente ac denunciante operabitur, non item si societatem
per alium forte aeque idoneum, administrandam continuare
75 voluerit, ut per *Fulgos. d. cons.* 189. *sub n.* 1. quod si so-
cius effectus caecus pecuniam, aut rem, non industriam con-
ferre promisit, jus non habebit opponendi a societate reces-
sum, quatenus per alium valde idoneum, et peritum socie-
76 tati interesse potuerit; prout alias dixi, et probavi superius.
Eademque militabit distinctio in carcerato, vel in socio
diu in carceribus detinendo, ut admittatur intempestiva dis-
sociatio, si industriam contulit, et alium aeque idoneum, pe-
ritumque subrogare societatis administrationi nequiverit at-
77 que intelligi ita debent, quae suprascripsi *cap.* 3. *n.* 95 hu-
jus quartae partis. Amens quoque, et mente, durante socie-
tate, captus, per suum curatorem potest societatem intempe-
78 stive dissolvere, ex *Molin. de justit. et jur. tract.* 2. *disput.*
414. *n. fin.* Verum quia is qui post coitam societatem in a-
79 mentiam incidit, pari gradu procedit cum furioso *Felic. de*
societ. cap 7. *n.* 21. hinc huic applicantur conclusiones,
80 quae de furioso, de quo hic immediate subjicio, praedicantur.
Ad rem itaque de furioso Justinianus agens, ita ait in
81 *leg. fin. c. pro socio* ibi » Sancimus veterum dubitatione
» semota, licentiam habere furiosi curatorem dissolvere, si
» maluerit, societatem, furioso, et socius licere ei renuncia-
» re, et quemadmodum in omnibus contractibus aliis, legi-
» timam auctoritatem ei dedimus, ita et in hac parte eum
» permittimus competenter commodis furiosi providere ».
82 Ait textus *dissolvere si maluerit societatem.* Ergo non ipso
jure societas per hominem sanae mentis coita, propter furo-
rem illius superventum dissolvitur, sed volente curatore ei-
83 dem forioso dari solito, ut per *Barbosa in d. leg. fin. n.* 3.
c. pro socio. Mantica de tacit., et ambig. lib. 6. *tit.* 24. *n.*
7. et quamvis propterea furiosus, et mente captus non pos-
sint contrahere societatem *Schrader. de contractib. tit.* 26. 84
de societ. n. 29. *Felic. de societ. cap.* 7. *n.* 4. *et* 21. et jam
dixi *part.* 2. *cap.* 1. *n.* 9. *ad seq.* Curator tamen, quam in
contrahendo pro furioso generalem facultatem de jure habet,
eamdem, ut hic, in distrahendo ad majus semper furiosi com-
modum respiciens, obtinet *Cujac. in lib.* 4. *cod. tit.* 37. *pro* 85
socio ad leg. fin. col. 362. *lit. D. tom.* 9. *Brunnemann. in*
eand. leg. fin. n. 1. *et* 2. *c. pro socio Barbosa ibidem Giur-*
ba ad consuet. Messan. cap. 16. *gloss.* 4. *part.* 1. *n.* 8. *Mo-*
lin. de just. et jur. tract. 2. *disput.* 414. *n.* 17.
Intempestive discedens a societate ipse liberat socios suos,
se autem ab illis non liberat, non solum si causa, vel gravis,
vel justa, vel necessaria deficiat *leg. verum §. diximus ff. pro* 86
socio. Costa de juris, et facti scient., et ignor. cent. 1. *di-*
stinct. 80. *n.* 5. *Casareg. de commerc. disc.* 146. *n.* 18.
Rot. dec. 123. *n.* 4. *part.* 13. *et dec.* 372. *n.* 7. *part.* 16.
rec. Sed etiam si interveniat una ex dictis causis, quoties
suum discessum, vel consociis, vel contrahentibus, praecipue
mercatoribus legitime non denunciaverit *Jov. de contract.* 87
min. gloss. 25. *§.* 13. *n.* 185. *et seq. Rot. dec.* 151. *n.* 13.
et 14. *part.* 10. *rec.*, nec quoad mercatores scientia prae-
sumpta suffragatur *Jov. loc. prox. cit. n.* 186. et quoad con- 88
socios tenetur ad id, quod interest, ut superius hic *n.* 1. 2.
et 3. pro damnis quidem tenetur, ex negotiis gestis post dis- 89
sociationem, provenientibus, non autem pro damnis ex ne-
gotiis ante dissociationem inchoatis societati illatis, ut per
Casareg. de commerc. disc. 146. *n.* 19. *Jov. de contract.* 90
min. glossa 25. *§.* 13. *n.* 276. *Rot. dec.* 93. *n.* 19. *et* 20.
part. 19. *tom.* 1. *rec.*, nam negotia inchoata, non obstante
successiva dissociatione explicari communi lucro, et damno
debent. *Rot. in d. dec.* 93. *n.* 20. *part.* 19. *tom.* 1. *recent.* 91
Distracta intempestive societate, debita siquae sub condi-
tione contracta solvenda remaneant, sed nondum extiterit
purificata conditio, qua sub deberentur, socii cavere omnes
debent, se adveniente die, vel purificata conditione, de com-
muni soluturum, *ad textum in leg. omne* 27. *ff. pro socio* 92
ibi » Omne aes alienum, quod manente societate actum est,
» de communi solvendum est, licet posteaquam societas di-
» stracta est solutum sit; igitur et si sub conditione promi- 93
» serat, et distracta societate conditio extitit, ex communi
» solvendum est, ideoque si interim societas dirimatur, cau-
» tiones interponendae sunt » neque is socius, qui solus cre- 94
ditori ex causa societatis sub conditione promisit, tantumdem
rerum socialium sibi separatim addicit, quantum aes alie-
num est, sed cautione, ut dictum est, praestita, dirimitur ne-
gotium juxta sequentem *l. si socii* 28. *ff. pro socio*, ibi » Si 95
» socii simus, et unus ex die pecuniam debeat, et dividatur
» societas, non hoc deducere socius, quemadmodum praesens
» deberet, sed omnes dividere, et cavere cum dies venerit
» defensum iri socium » ubi *Faber* scitissime; quid postre- 96
mo si in socio cavente urgeat dilapidationis, seu alterius da-
mni timor? Et aequum est, ne caeteri graventur socii, ut
judex inutilitatem cautionis agnoscat, et periculo remedium
arbitrio suo praestituat *Menoch. de Arbitr. cent.* 2. *lib.* 2. 97
casu 142. *n.* 2. *et* 4.

CAPUT VII.

De dissociatione per renunciationem.

SUMMARIUM.

1. Renunciatione dissocientur socii.
2. Renunciare societati ille dicitur, qui se supponit periculo.
3. Videlicet, qui curat vitare periculum, aut sui ipsius, aut rerum suarum. n. 4.
5. Renunciatio haec nihil discrepat a consensu, seu voluntate, sine quo, vel qua nihil agitur, et n. 6.
7. Interest tamen videre, an tempestive, seu intempestiva renunciatio sit.
8 Utriusque renunciationis effectus indicat Cujacius, n. 9. et 10.
11. Ille intempestivae renunciationis effectus, ut ille qui non renunciat totum lucrum suum faciat: et solum damnum communicet, sapit leoninam societatem, et n. 12.
13. Solvitur objectum, cum dolus intempestive renunciantis non debeat foveri, et n. 15.
14. Semper qui dolo fecit, quo minus haberet, pro eo, habendus est, ac si haberet.
16. Societati, tum universali, tum particulari renunciari potest.
17. Renunciatio universali societati propter haereditatem renuncianti obventam, dicitur dolosa, et ideo commodum haereditatis communicari debet, n. 18. 19. et 20.
21. Quod si tempestiva renunciatio fuerit, sic semoto dolo, haereditas non communicatur, n. 22. 23. et 24.
25. Quaeritur quantum tempus intercedere debeat a renunciatione ad haereditatem obventam, ut dolus abesse dicatur.
26. Resolvitur quaestionem non esse in tempore, sed in animo fraudandi socium, quod est a conjecturis repetendum, et n. 27. 28. 29. et 30.
31. Renunciatio autem societati non requirit disdictam, ut in societate officii, nisi fuerit in pactum deducta, n. 32.
33. Fraudulosa societati particulari renunciatio est, si sit coita societas ad rem emendam, nemque aut non emat, aut pro se solum emat socius, n. 34.
35. Limita si ideo non emit, quia sibi displicuit.
36. Ita disponit *l. actione* § *diximus ff. pro socio*, quam elegantissime exponit Cujacius, n. 37.
38. Socius qui renunciat societati eo tempore quo alterius socii interest non dirimi societatem, tenetur actione pro socio, et datur exemplum, n. 39. et remissive, n. 40.
41. Renuncians intempestive societati, socios a se liberat, se autem ab illis non liberat, secus si tempestive n. 42. et 43.
44. Ita disponit textus in proxima *leg. actione* quam exponit *Cujacius* n. 45. 46. et 47.
48. Sunt tamen causae renunciandi ex necessitate, productae: puta si unus socius sit ita rixosus, et damnosus, ut non expediat eum pati, n. 49.
50. Item si socius, ea re, cujus causa coita est societas frui non liceat.

51. Item si socius abit ex causa reipublicae, et remissive n. 52. et 53.
54. Aliam dolosam renunciationem *Cujacius* indicat, si absenti renuncietur societas, cujus renunciationis effectus assignantur n. 55
56. Renunciari societati per procuratorem generalem potest, nisi ei fuerit expresse prohibitum, n. 57. et 58.
59. Ita disponit textus *in leg. actione* § *renunciare ff. pro socio* quam latissime exponit Cujacius n. 60. 61. 62. et 63
64. Sunt doctores, qui tenent, per mandatum speciale quidem posse renunciari societati, non autem per generale.
65. Sed pro priore opinione sunt textus, et alii doctores n. 66.
67. Procuratori etiam socii renunciari potest societas, si socius dominus ratum habeat, n. 68.
69. Is cujus procuratori renunciatum est societati, liberatus est a renunciante.
70. Is autem, qui renunciavit procuratori socii, ita liber est, si socius ratum habeat.
71. Ratihabitio autem haec retrotrahitur, ut renuncians interim compendia sua faciat, et alteri non communicet.
72. Quod si renunciatum sit absenti, et procuratorem non habenti, retrotractio non procedit, sed habet effectum a die ratificationis, quam absens facit.
73. Renunciari potest societati, tum expresse, tum tacite.
74. Tacite quidem, puta si socii separatim pro se solum agere coeperint.
75. Item si res socialis perempta sit.
76 Item si unus socius portionem suam socialem promisit, et non contulit.
77. Item si fuerit restitutum capitale.
78. Item si stipulata non adimpletur conditio.
79. Item si causa societatis fuerit per novationem mutata.
80. In tacita renunciatione societati requiritur omnium sociorum consensus.
81. Dissensus solvit societatem, si omnes dissentiant.
82. Consensus hic tamen, qualiscumque sit sufficit ad ostendendum animum recedendi a societate.
83. Major pars sociorum ita demum renunciat societati, si renunciatio sit justa.
84. Amplia, ut unius etiam socii voluntas sufficiat.
85. Societas, quae se habet per modum collegii, major pars obliget minorem, et n. 86.
87. Contrarium quod major pars sociorum nihil possit innovare, contradicente minore parte.
88. Inutilis tamen quaestio, quia cum collegio societas coiri non potest.
89. Soluta societate, si major pars sociorum continuet, an illi possit signo communi, contradicente minore parte?
90 Negat *Baldus*, sed melius distinguitur, et remissive.
91. Renunciatio haec societati, fit aeque per socios, atque per judicem, concurrentibus tamen causis justis, et n. 92.

1 Dissociari renunciatione socios posse, docet Modestinus *in leg. societatem* 4. *ff. pro socio*. Renunciare autem societati
2 dicitur ille, qui se supponit periculo *ex Daoyz. in ejus summa jur. civilis verbo renunciare sub n.* 4. ubi allegat
glossam in leg. principes 6. *a. de principum agent. in rebus lib.* 12. Atque sensus ni fallor, est, ut is qui sociali nexu
obstrictus est, pecuniis, aut opera personali collatis, sicuti
periculo se objecit, aut sui ipsius, puta navigando aut pere-
3 grinando, ut *in leg. si non fuerint* 29. § 1. *in fin. ff. pro socio*, aut rerum, seu pecuniarum suarum, quas perire ti-
4 met, ut *in leg. si id quod* 59. *ff. eod. tit.* Alterutar socius,
ut se ab hoc periculo subtrahat, societati renunciat; caeterum
haec societati renunciatio nihil in substantia discrepat a con-
5 sensu, seu voluntate, sine quibus nihil humani legitime agi-
tur, unde Vinnius ait » Porro renunciatione dissociamur,
6 » aut voluntate aperta, aut tacita » *in § manet.* n. 1. *in fin. instit. de societ.*

Illud plane scire interest, utrum tempestiva sit, vel po-
tius intempestiva hujusmodi societati renunciatio, propter
effectus, qui deinceps manant, diversos, ut in superiore pro-
7 ximo *cap.* 6. et magis clare *Cujacius in lib.* 32. *Pauli ad edictum ad lib.* 65. § *diximus ff. pro socio*, *col.* 484. *lit. E. tom.* 5. ibi » Et hac in re Paulus docet, utendum esse
» distinctione; quandoquidem si tempestive, et bona fide so-
» cietati renunciavit, nec deinceps caeteri ei, quod compen-
» dii fecerint communicare tenentur, nec ipse caeteris, de-
» trimenta etiam ab eis facta non erunt communia, et omni-
8 » no utrinque ab obligatione societatis contingit liberatio;
» sed si dolo malo (haec est altera pars distinctionis) et frau-
» dis consilio unus renuntiavit societati, socios a se, non se a
» sociis liberat, et quod ei postea lucri obvenerit, communi-
9 » care cogitur, detrimentum vero solius ejus est; et ea diver-
» so, quod caeteri socii acquisierint ad eos solos pertinet,
» quod autem damnum fecerint, commune est inter eos, et
10 » illum, qui societati dolo malo renunciavit ».

Postrema haec conclusio, ut quidquid caeteri socii acqui-
sierint, ad eos solos pertineat. quod autem damnum fecerint.
commune esse inter eos, et illum, qui societati dolo malo re-
11 nunciavit, deducta ex literali *leg. actione* 66. § *diximus ff. pro socio*. Ad naturam leoninae societatis accedere videtur,
de qua Ulpianus in *leg. si non fuerint* 29. *in fin. ff. pro socio*, ita scribit ibi » societatem talem coiri non posse, ut al-
» ter lucrum tantum, alter damnum sentiret, et hanc socie-
12 » tatem leoninam, esse solitum appellare ». Nam hic Ulpia-
nus de societate bona fide coeunda agit. Cujacius vero Pau-
lum secutus, agit desolvenda per malam fidem, seu dolum
13 malum, societate: intempestive ergo renuncians dolo suo ple-
ctitur, sibique adstruit alterum Ulpiani dictum *in leg. ad ea* 200. *ff. de regul. jur.* ibi » Semper qui dolo fecit, quo
» minus haberet, pro eo habendus est, ac si haberet ». Inte-
14 rim hic notatu dignus est casus, in quo unus ex sociis solum
damnum nullumque lucrum sentit. limitata, ut hic leoninae
15 societatis regula propterea quod ipse est damni sui auctor,
nec ideo alii, quam sibi, illud imputat.

Sed illuc revertur: suprascriptam theoriam, Paulus quatuor, declarat exempla in *leg. actione* 66. *ff. pro socio*,
praemittens societati renunciari posse, sive totorum bono-
16 rum, sive unius rei societas coita sit; *ut ibidem sub princ.*,
et de societate universali agens, hoc primum praebet exem-
plum » Veluti si cum omnium bonorum societatem iniisse-
» mus, deinde, cum obvenisset uni haereditas, propter hoc
» renunciavit » hinc sane patet, quod non sine dolo malo 17
hujusmodi renunciatio facta est ut in *d. leg. actione* 66. § *diximus ff. pro socio*. Hac etiam de re, nonnulla dixi in
proximo superiore *cap.* 3. *n.* 32. *et* 33. Ibique jura allegavi,
iis nunc addo Justinianum *in § manet instit. de societ.* Cu- 18
jac. in lib. 32. *Pauli ad edictum ad leg.* 65. § *diximus ff. pro socio*, *col.* 485. *lit. B. tom.* 5. *Azon. in summa cod. lib.* 4. *tit. pro socio n.* 17. *Vinn. in § manet sub n.* 3. *instit. de societ.* ideoque cum intempestiva haec sit, atque
dolosa renunciatio sequitur Paulus *in d. leg.* 66. § *dixi-* 19
mus ff. pro socio, ibi » Si quidem damnum attulerit haere-
» ditas, hoc ad eum, qui renunciavit, pertinebit, commodum
» autem communicare cogetur actione pro socio ». 20

Quod si tempestiva fuerit societati renunciatio puta post
tempus exactum a sociis praestitutum, ut in proximo supe-
riore *cap.* 4., vel post negotium morte, aut alio modo fini- 21
tum *cap.* 5. et in sequenti *cap.* 8., tunc renuncianti, haere-
ditate praeter expectationem obventa, nihil doli, nihilque 22
fraudis apponetur; sibique is, qui societati renunciavit hae-
reditatem retinebit tutam, ita in *d. leg. actione* 66. § *dixi-* 23
mus ff. pro socio, ibi » Quod siqui post renunciationem ac-
» quisierit, non erit communicandum, quia nec dolus admis- 24
» sus in eo est. »

Sed quantum temporis a societati renunciatione, ad hae-
reditatis delationem requiritur, ut sine dolo malo renuncia-
tio facta dicatur? Potest enim fieri, ut post patris, aut alte- 25
rius conjuncti mortem prae senio proximam, aut prae morbi
qualitate probabilem, renuncians societati, haereditatem, aut 26
liberam aut fideicommissarium expectet, se proximam prae-
veniens obitum, vel dominii parte, si haereditas fuerit libe-
ra, aut fructibus, si fuerit fideicommissaria, ut supra in *part.*
2. *cap.* 4. *n.* 123. socium non incallide privet, *Cujacius in* 27
lib. 32. *Pauli ad edictum ad leg.* 65. § *diximus in fin. ff. pro socio*, *col.* 485. *lit. B. tom.* 5. ad propositum haec habet,
ibi » Sed si post renunciationem societatis, ei ex improviso,
» et insperato obvenerit haereditas, procul dubio, eam com-
» municare non cogitur, quia dolo caret ». *Ex improviso*, 28
ait Cujacius, *ex insperato*, non dubium itaque, quin frau-
dulosa incusari possit renunciatio, non ex materiali tempore
morti proximiore, vel remotiore, sed ex animo, hoc est si ex 29
argumentis, et conjecturis apparuerit renunciantem socium
fraudandi animum habuisse, dolum enim perspicuis probari
indiciis, argumentisque, docet *textus in leg. dolum* 6. *c de* 30
dolo malo Mascard. de probat. concl. 530. n. 2. *vol.* 1.
Menoch. de praesumpt. lib. 5. *praesumpt.* 3. *n.* 42. *Rota in dec.* 242. *n.* 5. *coram Bichio*. Nec applicabilis est con-
clusio disdictae 15. dierum ante in societate officii practicari
solitae, ut in *part.* 1. *cap.* 12. *n.* 181. *ad seq.* nisi disdicta 31
cum appositione termini fuerit, in hac, qua versamur mate-
ria socialis contractus in pactum deducta, ex *Magon. dec.* 32
Floren. 1. *n.* 1. *et fere per tot.*

Secundum fraudolosae renunciationis exemplum, quod in
societate particulari praebet Paulus in *d. leg. actione* 66. § 33
diximus ff. pro socio. Sequens est, ibi » Item si societatem
» inieamus ad aliquam rem emendam, deinde eam solus vo-
» lueris eam emere, imo renunciaveris societati, ut solus
» emeres, teneberis quanti mea interest, sed si imo renun- 34

» cieveris, quia emptio tibi displicebat, non teneberis, quam-
» vis ego emero, quia hic nulla fraus est, eaque et Juliano
35 » placent » hunc locum *Cujacius*, ita exponit *in lib.* 32. *Pauli ad edictum ad leg.* 65. *§. item si ff. pro socio*, *col* 485.
lit. C. tom. 5. ibi » Sequitur aliud exemplum; si cum inter
» me. et te coita esset societas in rem certam emendam; po-
» stea tu renunciaveris societati dolo malo, puta ut eam rem
» tibi solus emeres tuo nomine, non communi nomine, te-
» neberis mihi actione pro socio, in id, quod interest, vel ut
36 » eam rem mihi communices, sed si ideo renunciaveris so-
» cietati, quod postea emptio ejus rei tibi displicere caepe-
» rit, nihil dolo malo facis, et ideo nec mihi teneberis actio-
» ne pro socio, etiamsi postea ego eam rem emero meis num-
37 » mis » de hoc nonnulla superius dixi *par.* a. *cap.* 6. *n.* 1a.

Descendit Paulus ad tertium exemplum *in d. leg. actione* 66. *§. diximus ff pro socio.* Atque ita ait ibi » Labeo autem
» posteriorum libris scripsit, si renunciaverit societati unus
» ex sociis, eo tempore, quo interfuit socii. non dirimi socie-
38 » tatem, committere eum in pro socio actionem; nam si emi-
» mus mancipia, inita societate, deinde renuncies mihi eo
» tempore, quo vendere mancipia non expedit, hoc casu,
» quia deteriorem causam meam facis, teneri te pro socio
39 » judicio. » Hac in re etiam plura adnotavi in proximo su-
40 periore *cap.* 4. *n.* 32. *ad seq.* me illuc refero.

Quartum, atque postremum Pauli exemplum *in d. leg. actione* 66. *§. diximus in fin. ff. pro socio.*

Tale est, ibi » Item qui societatem in tempus coiit, ante
» tempus eam renunciando, socium a se, non se a socio li-
41 » berat; itaque siquid compendii postea factum erit, ejus
» partem non feret, at si dispendium, aeque praestabit por-
42 » tionem, nisi renunciatio ex necessitate quadam facta sit,
» quod si tempus finitum est, liberum est recedere, quia si-
43 » ne dolo id fiat » hunc etiam legis locum *Cujacius* ita ele-
ganter exornat *in lib.* 32. *Pauli ad edictum ad leg.* 65. *§. Labeo in fin. ff. pro socio col.* 487. *lit. C. tom.* 5. ibi
44 » Quartum exemplum est etiam intempestivae renunciatio-
» nis. si societas contracta sit ad tempus, ut ad decennium,
» et unus societati renunciaverit ante tempus, socios qui-
» dem a se liberat, verum ipse a sociis non liberat, et clau-
45 » dicat renunciatio, sive distractio societatis; itaque lucrum,
» quod postea alii socii fecerint, id ei, qui ante tempus re-
» nunciavit, communicare non tenentur, damnum tamen
46 » communicant, si quod incurrerit; excipitur semper juxta
» at necessaria causa renunciandae societatis ante tempus,
» quales, ut dixi multae numerantur in l. 14. 15. et 16. su-
47 pra ». Caetera hac in re supplentur supra *cap.* 4. hujus
quartae partis.

De his exceptis per Cujacium causis renunciationis a ne-
48 cessitate productis, extat prima in *leg. si convenit* 14. *in fin. ff. pro socio*, ubi si tam injuriosus, et damnosus socius sit,
ut non expediat eum pati; hanc necessitatis causam praeoc-
49 cupavi in proximo superiore *cap.* 6. *n.* 37. *ad seq.* Secunda
necessitatis causa reponitur in eo, si a sociis ea re frui non
50 liceat. cujus gratia negotiatio suscepta sit, ut in *leg. vel. quod* 15. *ff. pro socio.* De hoc puncto etiam egi proximo an-
tecedenti *cap.* 5. *n.* 90. Tertia necessitatis causa consistit in
51 absentia socii ex causa reipublicae, ut *in leg. idemque erit* 16. *sub princ. ff. pro socio.* Hanc quoque materiam absen-
tiae, satis, ut opinor, tractavi in immediato superiore *cap.* 6.
52 *n.* 51. *ad seq.* Has necessitatis causas per indicem, et summo
quasi digito a Cujacio indicatas, summatim ego perstrinxi;
quemadmodum alias etiam ejusdem generis causas sparsim
53 in proximis superioribus titulis comprehendi, ut hic, quo
fieri potest absolutus habeatur tractatus.

Ut eo nunc, unde egressus, sum revertar; suprascriptis
quatuor exemplis per Paulum in *d. leg.* 66. *pro socio*, tra-
54 ditis, et per Cujacium enucleatis hic addit quintum *in eumd. lib.* 32. *Pauli ad edictum ad d. leg.* 65. *§. Labeo in fin. ff. pro socio, col.* 487. *lit. D. tom.* 5. prout sequitur, ibi
» Hae sunt quatuor exempla dolo malo factae renunciatio-
» nis; quibus addi etiam potest quintum exemplum ex leg.
» 17. Si absenti renuncietur societas; neque enim recte re-
» nunciatur, nisi quae praesenti renunciatur etc. si absenti
» renuncietur societas, lucrum, quod absens fecerit, non
» communicabitur, damnum communicabitur; et contra
55 » damnum, quod praesens fecerit non communicabitur, lu-
» crum communicabitur » tetigi hoc in proximo superiore
cap 6. *n.* 49. *et* 50.

Renunciare socium posse per alios societati, puta per eum,
qui generaliter omnibus negotiis domini sui praepositus est,
nisi specialiter eum dominus renunciare prohibuerit, seu per
alium specialem procuratorem, nulli dubium est, ut *in leg.* 56
actione 66. *§. renunciare ff. pro socio*, ibi » Renunciare
» societati etiam per alios possumus, et imo dictum est per
» procuratorem quoque posse renunciari societati; sed u- 57
» trum de eo dictum sit, cui omnium bonorum administra-
» tio concessa est, an de eo, cui hoc ipsum nominatim man-
» datum est, videamus, an vero per utrumque recte renun-
» cietur, quod est verius, nisi prohibuerit eum dominus 58
» specialiter renunciare. »

Hunc quoque legis locum elegantissime more suo ita ex-
ponit *Cujacius in saepecitata leg.* 65. *§. renunciare ff. pro socio col.* 487. *lit. E. t.* 5. ibi » Quo *§. renunciare* osten- 59
» ditur, socium societati renunciare posse, non per se tan-
» tum. sed etiam per procuratorem, cui specialiter manda-
» verit, ut socio, vel sociis renunciet, se a societate disce-
» dere; itemque per procuratorem omnium bonorum, qui 60
» generale mandatum habet, nec enim hac in causa exigitur
» speciale mandatum, sufficit generale, quo, et inter alia
» multa, et hoc videtur procuratori mandare dominus, ut
» cum ei id esse fuerit visum ex sua utilitate, renunciet
» societati; itaque procurator, qui generale mandatum ha- 61
» bet, quive liberam administrationem, quod idem est, si
» renunciat societati, cum id ei utile domino expedire vide-
» tur, id facere videtur ex voluntate domini, qui ei permi-
» sit omne arbitrium rerum, utilitatumque suarum, nec 62
» aliter irrita est renunciatio facta a procuratore, qui gene-
» rale mandatum habet, quam si dominus specialiter eum
» prohibuerit renunciare societati, specialis prohibitio est
» necessaria, speciale mandatum non est necessarium ». 63

Adversus hanc Cujseii expositionem, videtur contradi-
cere nonnulli doctores, tenentes, procuratorem generalem
societati renunciare non posse, sed speciale mandatum ad
hoc requiri, eosque inter sunt *Grotiaa. discept. for. cap.* 64
699. *n.* 4., *et cap.* 710. *n.* 1. *Michalar. de fratribus part.* 2. *cap.* 36. *n.* 8. *et* 9. *Golin. de procuratore par.* 2. *cap.* 5.
n. 38 *vers. sicut etiam.* sed contra hanc doctorum sententiam
stat litera textus superius recitati ibi = *utrum de eo dictum sit. cui omnium bonorum administratio concessa est et c. quod est verius* =, et cohaerens aliorum doctorum opinio te- 65
net, procuratorem habentem generale mandatum, seu admi-
nistrationem omnium bonorum cum libera, posse societati
renunciare, concurrente tamen causa, vel gravi, vel justa,
vel necessaria *Duaren. comment. jur. civ. in tit.* 38. *cod* 66
pro socio lib. 4. *cap* 3. *sub princ. Connan. in eisdem comment. jur. civ. lib* 7. *cap.* 13. *n.* 13. *Honded. cons.* 38. *n.* 15. *lib.* 1. *Micholor. de fratribus par* 2. *cap.* 36. *n.* 8. *Corol. Ant. de Luco ad Golin. de procurat. part.* 2. *cap.* 5.
n. 20. *Montica de tacit. et ambig lib.* 6. *tit.* 23 *n.* 26. *tom.* 1. *Jov. de contract. min. gloss.* 25. *§.* 13. *n.* 262.

Numquid etiam procuratori socii renunciare quis potest
societati? Et posse, si dominus ratum inde habuerit docet
textus in leg. actione 66. *§. item scriptum ff. pro socio*, ibi 67
» Item scriptum est posse procuratori quoque meo socium
» meum renunciare, quod Servius. apud Alphenum ita no-
» tat, esse in potestate domini, cum procuratori ejus re-
» nunciatum est, an velit ratam habere renunciationem;
» igitur is, cujus procuratori renunciatum est, liberatus 68
» esse videbitur; an autem ipse quoque, qui renunciavit
» procuratori liberetur, in potestate ejus erit, quemadmo- 69
» dum diximus in eo, qui socio renunciat » et cohaeren-
ter ad hunc textum observant quoque *Cujac. in lib.* 32. 70
Pauli ad edictum ad leg 65. *§. renunciare ff. pro socio col.* 488. *lit. B tom.* 5. *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 23. *n.* 27. *tom.* 1. *Jov. de contract. min. gloss.* 25. *§.* 13. *n.* 260. *cum seq.* Et haec successiva absentis
ratihabitio ita retrotrahitur, ut compendium a renunciante
factum in illo intermedio tempore, suum fecerit, sublata
communicandi necessitate, quod non contingit in simpli- 71
citer absente, et procuratorem, cui renuncietur, non ha-
bente, nam talis socius absens a die tantum, qua scivit
renunciatum societati, desinit socius esse. et de utilibus
participare, quemadmodum bene explicat *Cujac in d. lib.* 72
32. *Pauli ad edictum ad leg.* 65. *§. renunciare circa fin. ff. pro socio col.* 588. *lit. D. E. tom.* 5.

Haec quoque societati renunciatio, nedum expressa, ut
hactenus, sed etiam tacita redundat *Azon. in summa ad* 73
lib. 4 *cod. tit. pro socio n.* 9. *Vinnius in §. manet. a.* 1. *in fin. Instit. de societ. Mantica de tacit., et ambig. lib.* 6. *tit.* 23. *a.* 29 *t.* 1. *Bonaccina opera moralia di-*

sput. 3. *qu.* 6. *punct. ult. sub n.* 2. *tom.* 2. *Jovius de*
contract. min. gloss. 25. ⁊. 13. *n.* 258. *Rota dec.* 730.
n. 2. *cor. Emerix Jun.* Exempla tacitae renunciationis so-
cietati, sunt haec, puta cum separatim socii agere coepe-
rint, et unusquisque eorum sibi negotietur, ad *textum in*
74 *leg. itaque* 65. *ff. pro socio*, atque dixi superius hic *cap.*
3. *n.* 25. *et* 26. Item re sociali perempta *Azon. in sum-*
75 *ma ad lib.* 4. *c. tit. pro socio n.* 19. de qua superius hic
pariter *cap.* 5. *n.* 49. Item si onus quotam socialem con-
ferre promisit, et non contulit, seu conferre non potuit
76 *Mondell. Alba cons.* 53. *n.* 4. *lib.* 1. Item si fuerit pe-
titum, seu restitutum capitale societatis *Jov. de contract.*
77 *min. gloss.* 25. ⁊. 13. *n.* 265. *Rot. dec.* 82. *n.* 4. *cor.*
Remboldo, et dec. 505. *n.* 5. *cor. Caprara.* Item si sti-
pulata non adimpletur conditio *leg. si convenit* 14. *circa*
78 *fin. ff. pro socio, Rota dec.* 372. *n.* 4. *part.* 16. *recen-*
tior. Atque adnotavi superius hic *cap.* 3. *n.* 29. Item
denique si causa societatis per novationem fuerit mutata *leg.*
79 *actione* 66. *in princ. ff. pro socio. Jovius de contract.*
min. gloss. 25. ⁊. 13. *n.* 266. de hac etiam tacita disso-
ciatione egi superius *eod. c.* 3. *n.* 68. *ad seq.* In hac quo-
que tacita renunciatione societati requiritur omnium so-
80 ciorum consensus, ut in *d. leg. actione* 66. ⁊. *diximus ff.*
pro socio, ibi » Diximus dissensu solvi societatem, hoc
81 » est si omnes dissentiunt » atque supra latius *eod. cap.*
3. *n.* 11. *ad seq. et n.* 24. *ad seq., et n.* 64. qui con-
sensus qualiscumque sit ad docendum, socios deseruisse
82 animum manendi in societate, redundat, *Jovius de con-*
tract. min. gloss. 25. ⁊. 13. *n.* 267.

Dubitari potest, an minor pars sociorum renuncians so-
cietati, majorem partem obstringat? Non dubium, si justa, 83
aut gravis, aut necessaria fuerit renunciandi causa, et ratio
est, quia societas in his circumstantiis dissolvitur unius 84
etiam ex sociis voluntate, quemadmodum adnotavit *Duaren.*
comment. jur. civil. in tit. 38. *lib.* 4. *cod. pro socii cap.*
3. *sub princ.* atque indicavi superius hic *cap.* 3. *n.* 21.
ad seq. Quid rursus si societas se habeat per modum col-
legii, utrum major sociorum pars obliget minorem? Affir- 85
mat Scaevola in *leg. quod major.* 19. *ff. ad municip.* ibi
» Quod major pars curiae effecit, pro eo est, ac si omnes
egerint ». Contrarium tamen in hac materia societatis ve- 86
rius est; puta si major pars sociorum per modum etiam
collegii se habentium societati communiter initae oddide-
rit, atque univerit aliam societatem, seu diversam nego-
tiationem, minor pars jus habet contradicendi ex *Bald. in* 87
leg. sancimus n. 2. *c. pro socio*, verum inanis haec quae-
stio est; quia cum collegio coiri societas non valet, ut di-
xi *part.* 2. *cap.* 1. *n.* 122. *ad seq.* Rectius itaque dubi- 88
tat *Baldus loc. cit.* an major sociorum pars perseverans
in societate, seu illam renovans, contradicente altera mi-
nore parte, uti valeat signo communi antiquo societatis *sub*
n. 3. *et seq.* et negativam defendit sententiam; sed ve- 89
rius in hoc, utendum est distinctione superius tradita *par.*
3. *cap.* 4. *n.* 91. *ad seq.* 90

Renunciationem denique hanc, faciat sociorum aliquis
voluntate sua, vel imperio suo judex aditus, nihil est di-
scriminis, ut per *Ansald. de commerc. et mercat. disc.*
98. *n.* 32. Dummodo renunciandi causae intervenerint, 91
eaeque justae fuerint, vel graves, vel necessariae, quas in
superiore proximo *cap.* 6. sufficienter indicavi. 92

CAPUT VIII.

De dissociatione per mortem.

SUMMARIUM

1. Mors omnia solvit, et consequenter etiam societatem.
2. Dissociatio enim contingit renunciatione, morte, maxima capitis diminutione, et egestate.
3. Societas non potest ultra mortem porrigi.
4. Si plures sint socii, et unus moriatur solvitur societas, et n. 6.
5. Ratio, quia, qui societatem contrahit, certam sibi personam eligit et n. 7. et 12. 65.
8. Pactum ut societas porrigatur ultra mortem non valet, nisi quatenus continuet inter socios superstites.
9. Omnis societas morte unius socii solvitur, videlicet tum particularis, tum generalis, tum universalis n. 10.
11. In societate universali non habetur ratio majoris, aut minoris unius, vel alterius socii industriae, ac diligentiae.
13. Attamen in socio etiam universali consideratur gratia, auctoritas, consilium.
14. Hujusmodi qualitates, et similes contemplatae pereunt cum persona
15. Electio personae socii facta certo animi judicio ex se nascitur, non aliunde imperata, aut jussa.
16. *Connanus* elegantissimam tradit rationem dissociationis per mortem, scilicet propter mutationem domini rerum socialium n. 17. 18. 19. 20. et 21.
22. Mors, quae solvit societatem est duplex, naturalis, et civilis.
23. Mors naturalis accidit dissolutione corporis, et animae.
24. Mors vero civilis accidit maxima, aut media capitis diminutione, item publicatione, seu proscriptione bonorum, et remissive n. 25
26. Mors civilis inducitur etiam per oeconomi appositionem ex causa decoctionis, necnon etiam prodigalitatis.
27. Amplia ut inducatur etiam ex causa ingressus in religionem.
28. Creditores oberati debitoris succedunt in omnibus illius juribus.
29. Amplia, ut subeat illius vicem tam in agendo, quam in excipiendo
30. In creditores tamen socii oberati non transit societas.
31. Amplia ut nec lucra socialia pertranseant, nisi ex antegestis, et pendentibus negotiis proveniant.
32. Jura societatis cedi non possunt tamquam electa personae socii
33. Limita in iis juribus socialibus, quae industriam non requirunt.
34. In his autem juribus socialibus cessibilibus, quaeritur, an societas solvatur per mortem cedentis, aut socii?
35. Et mortem cedentis requiri, quatenus alii socii, sponte non admittant cessionarium, nam tunc nova erit societas n. 37.
36. Societas, in qua non intervenit industria personae, societas non est.
38. Societas non solvitur per mortem participis, seu in socium assumpti, sed per mortem socii admittentis et n. 75. et 76.
39. Particeps admissus, si moritur, jura sua participationis ad haeredes transmittit.
40. Amplia in societate impropria, cujusmodi est pro indiviso bonorum communio.
41. Amplia in accommandita, et remissive.
42. Morte unius plurium sociorum solvitur societas ipso jure, et sine ulla denunciatione sociis superstitibus facienda.
43. Amplia ut haeres socii defuncti ne manutentionem quidem petere possit.
44. Declara, morte solvi ipso jure societatem praesentibus, et mortem scientibus aliis sociis
45. Nam socius ignorans alterius socii mortem, si negotia socialia gerat, pro societate gerit, quousque sciat mortem ad instar mandatarii, n. 46. 47. 48 49. et 50.
51. Socius mortuus, si miraculose resurgat, an reviviscat societas? Negative resolvitur nisi nova coeatur societas, n. 56. et 57.
52. Mors solvit omnem societatem, etiam conjugalem, de qua remissive.
53. Mulier mortuo viro, soluta est a lege matrimonii et n. 55.
54. Nec ejus vir, si miraculose resurgat lege matrimoniali ligatur n. 56.
58. Amplia principalem conclusionem in civiliter etiam mortuo, ut non reviviscat societas semel soluta, si ad libertatem, vel ad pinguiorem fortunam restituitur.
59. Inanis quaestio est, an per mortem unius de collegio, solvatur societas et affertur ratio et remissive n. 60. et 61.
62. Societas coita cum haeredibus Titii, an per mortem unius haeredis solvatur societas? Negative resolvitur, n. 63
64. Contrarium sustinet auctor, et afferuntur rationes usque ad n. 71.
66. Societas coita cum persona incerta, non valet.
68. Ut societas per mortem unius socii continuet in superstites, opus est pacto n. 69.
72. Per mortem unius socii, non solvitur societas in iis negotiis vivo socio inchoatis, atque pendentibus.
73. Amplia in societate vectigalium, ut transeat in haeredes concurrentibus requisitis, de quibus remissive.
74. Amplia etiam in societate, locationem admixtam habente.
77. Si ex duobus sociis uno industriam, altero pecuniam conferentibus, hic decedat, quod ad haeredem trasmittat societatem.
78. Contrarium verius est, et remissive.
79. Durior est alia quaestio: si plurium sociorum unus decedat, et superstites haeredes relinquat, quod in his non solvatur societas, n. 80. et 81.
82. Contrarium tamen verius est, et affertur ratio n. 83. 84. et 85.
86. Distracta societate, si quid in eam socius impendit, non repetit actione pro socio, sed communi dividundo, n. 87.
88. Soluta societate, unus socius non tenetur de facto alterius.
89. Soluta tamen societate, quia superest communio, pro interim gestis usque ad divisionem datur actio communi dividundo.
90. Soluta societate superest divisio.
91. Quid si haec divisio protrahatur, utrum socius jure petat suae portionis socialis usuras.
92. Generalis conclusio, negative est, nisi concurrant requisita Pauli de Castro.
93. Limitatur tamen, si res sociales fuerint per se fructiferae.
94. Alter non debet locupletari cum jactura alterius, et n. 95.

Morte omnia solvi, semel, iterumque dixi singillatim in
proximo superiore *cap.* 3. *n.* 35. et per consequens, o-
1 mnem, nulla excepta, dirimi societatem, dixit *Cujac. in*
lib. 9. *quaest. Papiniani ad leg.* 81. *ff. pro socio col.* 219.
lit. A. tom. 4. hinc Modestinus, dissociamur, ait, renuncia-
tione, morte, maxime capitis minutione, et egestate *in leg.* 2
societatem 4. *ff. pro socio*, quia ex Papiniano societas non
potest ultra mortem porrigi, ut *in leg. si fratres* 53. ⁊. *idem* 3

respondit il primo ff. pro socio, et hoc verum quamvis
plures sint socii, et societatem communi consensu coierint,
nam nihilominus unius socii morte, eandem quoad caeteros
distrahi societatem, hujusque conclusionis rationem allegat
4 Justinianus in §. solvitur instit. de societate ibi » solvitur
» ad hoc societas etiam morte socii, quia qui societatem con-
» trahit, certam personam sibi eligit, sed et si consensu plu-
» rium societas contracta sit, morte unius socii solvitur, etsi
5 » plures supersint » quemadmodum de morte unius tantum
ex pluribus sociis, ad hoc sufficiente, est alter textus in leg.
6 actione 66. §. morte ff. pro socio Azon. in summa ad lib. 4.
cod. tit. pro socio n. 4. Jo. de Ponte cons. 90. n. 2. vol. 2.
Michalor de fratribus part. 2. cap. n. n. 1. 2. et 3. Spe-
rell. dec. 91. n. 3. Ansald. de commerc. et mercat. disc.
81. n. 5. Torr. de pact. futur. success. lib. 3. cap. 10. n. 1.
et 3. cum plurib. seq. et de altera conclusione respiciente
7 qualitatem personae electae, consentiunt Duaren. comment.
jur. civil. in tit. 38. lib. 4. cod. pro socio cap. 3. vers. se-
cunda solvitur societas. Cujac in lib. 32. Pauli ad edictum
ad leg. 65. §. morte ff. pro socio col. 488. lit. E. et col.
489. litt. B. tom. 5. Vinnius in §. solvitur ad hoc sub n.
1. instit. de societ. Michalor. de fratrib. part. 2 cap. 40.
n. 1. ad 8. et per tot. Jov. de contract. min. gloss. 25. §.
13. n. 285. nec pactum in contrarium, hoc est, ut societas
ultra mortem porrigatur valet, nisi quatenus maneat, seu
8 continuet societas inter socios superstites, ut supra part. 2.
cap. 12. n. 11. et part. 3. cap. 11. n. 78. et 79.
Omnem, ex Cujacio, dixi socii unius morte, societatem
solvi, quaecumque sit societas, vel particularis, vel genera-
9 lis, ut per Michalor. de fratrib. part. 2. cap. 40. n. 21.,
exemplumque extat in leg. actione 66. §. item si alicujus
10 rei ff. pro socio vel etiam universalis Rot. in Reatina cam-
bii sc. 100. 19. januarii 1753. § 3 et 5. cor. cl. me. Card.
Russio, et quamvis in universali societate nulla habeatur
ratio de majore, aut minore unius, vel alterius socii solertia,
11 industria, atque diligentia, ut supra part. 6. cap. 4. n. 151
ita ut in defuncti socii haerede, non impar, aut quando que
etiam major reperiri valeat industria, quatenus haec spectan-
da esset, nihilominus quia litera textus dudum recitati eam
exhibet rationem = quia qui societatem contrahit certam
12 personam sibi eligit = quam merito rationem laudavit Rot.
in Maceraten. contractus super praetensa restitutione in
integrum 11. maii 1781. §. 4 coram R. P. D. Origo hoc
est referendum, non tantum ad industriam, quantum ad per-
sonalem socii qualitatem, puta ad gratiam, auctoritatem, con-
13 silium ut in d. part. 2. cap. 7. n. 29. eaque propterea per-
sona pereunte, perit etiam illa qualitas, quam socius super-
stes maxime contemplavit. unde fit haeres incognitos ad so-
cietatem admitti non dignus; in societate enim ait Connanus
14 electione opus est, certaque animi judicio, quod habet quis
que ex se natum de socio, non aliunde imperatum, et jus-
15 sum in suis comment jur. civ. lib. 7. cap. 13. n. 1. in fin.
Hic plane doctor, Connanus dico, aeque praesubtilem,
atque elegantem rationem dissociationis per mortem a natura
16 rei petitam allegat; atque per mortem solvi societatem, non
quia socius superstes communicare teneretur haeredibus so-
cii defuncti, sed quia aliis, quam sociis communicaret; so-
17 cietas enim, non personarum est, quae in commercio non
sunt; sed rerum; quoties igitur res sociales mutant dominum,
mutatio intervenit societatis distractiva leg. verum 64. §. fin.
18 ff. pro socio atque ideo desinit societas esse, et verba d. Con-
nani comment. jur. civ lib. 7. cap. 13. n. 14. post princ
ibi » Non enim morte socii finitur societas, quia non com-
» municatur haeredibus, sed quia omnino aliis quam sociis
19 » non communicatur; at jure ita quoties res socii ad alium
» veniunt, sive id publicatione fiat, sive morte naturali, si-
» ve alio ex contractu, et modis desinant ejus esse, desinit
» societas, quae ipsa non personarum est, sed rerum, quae
» mutatione domini jus societatis suae perdunt ut vera cau-
20 » sa solvendae societatis, non sit mors civilis, aut naturalis
» sociorum, sed translatio dominii rerum a sociis ad alienos
21 » ad quos jus societatis non transmittitur ».
Mors haec autem, quae societatem distrahit, duplex tradi-
tur, naturalis, atque civilis, et utraque morte dissolvitur so-
22 cietas leg. verum 64. §. fin. ff. pro socio. Spada cons. 40.
n. 2. lib. 1. Mantica de tacit. et ambig. lib. 6. tit. 14. n. 1.
tom. 1. Michalor. de fratrib. part. 2. cap. 40. n. 48. Spe-
rell. dec. 91. n. 2. Jovin. de contract. min. gloss. 25. §. 13
n. 183. et 340. ad seq. mors quidem naturalis accidit disso-
23 lutione corporis, et animae gloss in d. leg. verum 64 §. fin.
Zanchio

verbo morte ff. pro socio. Jov. de contract. min. gloss. 25.
§. 13. n. 283. Civilis mors autem accidit maxima, aut me-
dia capitis diminutione, item publicatione, seu bonorum o-
mnium proscriptione, d. leg. verum 64 §. fin. et leg. actio- 24
ne 66. §. morte ff. pro socio. Vinnius ad §. publicatione, et
§. item si instit. de societ. Rota in Maceraten. contractus
super praetenso restitutione in integrum 11 maii 1781. §.
4. cor. R. P. D. Origa. De hac posteriore morte, civili sci-
licet, plura adnotavi in superiore proximo cap. 3. n. 35. ad 25
seq. latiusque cap. 5. n. 44. quae inducitur etiam per acco-
nomi appositionem sive ex causa decoctionis, sive ex causa
prodigalitatis secutam; Rot. dec 154. n. 6 et. 8 in nuper- 26
rim. necnon per ingressum socii in religionem Felic. de so- 27
ciet. cap. 33. n. 9.
Nullum sane dubium, quin creditores obaerati debitoris 28
succedant in omnibus juribus ejusdem debitoris Olea de
cess. jur. tit. 1. quaest. 1. n. 7. et tit. 4. quaest. 3. n. 30.
et ex illius persona, actoris, et rei, tum agendo, tum exci-
piendo, subeant vicem Salgad. labyrint. credit. part. 1. 29
cap 3 n. 12. Rocca disput. jur. cap. 48. n. 13. Constantin
ad statut. urb. annot. 30. n. 99. et seq. Quamobrem, si per
mortem civilem in socio debitore, obaeratione inductam, sol-
vitur societas, sicuti morte naturali socii in haeredem non
transit societas, ita nec morte civili in ejus creditores, ex
allegatis per Rot. in Romano societatis 15. aprilis 1738. §. 30
quibus ita constabilitis cor. cl. mem Card. Millino, quae
decisio reperitur impressa apud Constantin vol. 255. n. 59.
cum seq. tom. 2. ita ut iidem creditores nullum quoque jus
habeant super lucris socialibus gestis post solutam decoctione
societatem, nisi lucra provenerint ex negotiis ante gestis,
seu coeptis, et decocto debitore pendentibus, ut sequitur d.
dec. § fin. apud Constantin. loc. prox. cit. n. 63. 31
Alibi dictum est, jura societatis personalia, et industriam
socii requirentia cedi, aut distrahi non posse in tertium 32
part. 1. cap. 9. n. 79. cedi e contra posse ea jura socialis,
quae industriam non requiruntur, ut in eod. cap 9. n. 82. 33
et 83. Hinc dubitatur in hoc posteriore supposito, utrum
per mortem cedentis, vel potius cessionarii solvatur societas?
Et mortem cedentis requiri, quatenus alii socii cessioni, et 34
respectivae admissioni novi socii, non consenserint, resol-
vunt. Olea de cess. jur. tit. 3. quaest. 5. n. 25. ad seq. Ca- 35
rol Anton. de Luca ad Franch. dec. 249. n. fin. sed quia
societas, in qua non intervenit industria personae, societas
non est, melius dixerim, cessa societate, per cessionarium 36
admissum, novam haberi inchoatam societatem, in qua ce-
dens desinit esse socius, Olea loco prox. cit. n. 26. In ter- 37
minis vero ad societatem admissi, seu in participem assumpti
per unum socium, non hujus, sed socii admittentis mors pro
solutione societatis spectatur, prout alias dixi superius part. 38
1. cap 8. n. 38. et 39. et ideo particeps admissus, vivo ad-
mittente, si moritur, ad ejus haeredes jura sua transmittit,
ut pariter dixi part. 3. cap. 11. n. 40. et 41. ubi quod idem 39
juris est in societate impropria communionis bonorum pro
indiviso possessorum, ut in part. 1. cap 7. n. 168. et in ac- 40
commandita etiam, ut morte non solvatur illa, dixit Rot. in
dec. 640. n. 1. part 1. recentior. de qua latius part. 1. cap. 41
9. n. 20.
Morte quidem unius plurium sociorum, solvitur societas
ipso jure. et sine ulla denunciatione, superstitibus sociis sci-
entibus Alexand. cons. 198. n. fin. lib. 7 Rot. in romana 42
pecuniaria seu reintegrationis 14. maii 1728. § absque eo
quod cor. cl. me. card. Aldrovando. eoque amplius, ut de-
functi socii haeres, ne manutentionem quidem allegare pos-
sit Rot. dec. 23. n. 2. 3. 4. ad 11. part. 3. recentior. In- 43
telligi hoc tamen debet praesentibus aliis sociis mortem u-
nius socii scientibus Giurba ad consuet. messan cap. 5. 44
gloss. 3. part. 1. n. 4. Secus si ignoraverint, uti, quae de
mandatario dicuntur, qui legitime negotia sibi concredita
explicat, etiam post mortem mandantis ignoratam, tantum-
dem in sociis sit affirmandum, ad textum in leg. actione 66. 45
§. morte ff. pro socio ibi » Quod si integris omnibus manen-
» tibus, alter decesserit, deinde tunc sequatur res, de qua
» societatem coierunt, tunc eadem distinctione utendum,
» qua in mandato, ut si quidem ignorata fuerit mors al-
» terius, valeat societas, si nota non valeat » quem locum
explicat Connan. comment. jur. civ. lib. 7. cap. 13. n. 16. 46
Latius vero, atque elegantius Cujacius in lib. 32. Pauli
ad edictum ad leg. 65. §. morte circa fin. ff. pro socio
col. 489. lit. E., et seq. tom. 5. ibi » Quod si illud ne-
» gotium ne inchoatum quidem fuerit, idest, si re integra

» non quidem is, qui gerendum negotium in commune
» susceperit, sed alter socius vita decesserit, quo genere sol-
» vitur societas, deinde vero socius superstes, qui se id
» negotii confecturum communi nomine receperat, id con-
47 » fecerit: post finitam igitur societatem morte alterius socii
» recte Paulus, hoc loco eadem distinctione utitur, qua ut
» supra usus est in mandato, ut si ignorans socium vita
» decessisse, negotium illud confecerit valeat societas in-
» quit, idest ut haeres defuncti, id quod pro socio, et com-
» muniter gessit, tueatur, et ratum habeat, et sit ea causa
» inter eum, et socium superstitem actio pro socio, quia
48 » hoc casu, ut et de mandato dictum est, quamvis morte
» solvatur societas, non solvitur tamen obligatio, vel actio
49 » pro socio; sed si sciens mortem socii ad negotium illud
» gerendum accesserit quasi commune tunc, ut non valeat
» societas, idest ut non sit ex causa inter eum, et haere-
» dem actio pro socio, sed ut perinde res habeatur, atque
» si sibi illud negotium gessisset; denique ut hoc casu,
50 » et societas, et obligatio societatis alterius morte solvatur,
» aut soluta intelligatur ».

Non incuriosa se objicit quaestio: dixi superius morte na-
turali distrahi ipso jure societatem, quid si socius vere
mortuus, beneficio Dei resurgat, utrum reviviscat societas?
51 Doctissime *Cujacius in lib. 9. quaest. Papiniani ad leg*
81. *ff. pro socio col.* 219. *lit. A.* *tom.* 4. ait ibi » nam
» mors solvit omnem societatem, nedum conjugalem » quae
sit vero conjugalis societas, dixi *part.* 1. *cap.* 1. *n.* 54. *ad*
52 *seq.* Interim ad propositam quaestionem infero, quod sicuti
ex Apostolo mulier mortuo marito, a lege ejus soluta est
53 *Paul. ad roman. cap. 7. n.* 2. *et ad Corinthior cap. 7. n*
39 *et* 40. nec ad eum miraculose resurrectum redire com-
pellitur; quod ipsum dicitur de beneficiato resurrecto, re-
dire ad suum beneficium non valente, ita similiter dici
posse videtur de socio per mortem alterius a lege societatis
54 soluto *ex Joan. Brunell. in ejus tract. de sponsalib. et*
matrim. conclus. 1. *n.* 6. ibi » Quinto illud in definitione
» positum *vitae*, est considerandum, et ponderandum, sci-
» licet quod matrimonium solvitur morte, scribit enim Apo-
» stolus, mulier, mortuo marito a lege ejus soluta est, ideo
55 » nubat in domino; ita velut beneficiatus, si resurgeret
» non rediret ad beneficium maxime alteri collatum, va-
» cavit enim beneficium morte, ita matrimonium, instar
» societatis, solvitur morte, sic quod miraculose resurgens
56 » non rediret ad uxorem » sed per actum ex integro no-
57 vum, nova esset coeunda societas; et quod dicitur de morte
naturali, intelligitur etiam de alia morte civili, dummodo
societas per eam sit plene, ac legitime soluta, adeo quidem,
ut ad libertatem restitutus, vel ad pinguiorem fortunam
58 respective reversus, novam possit coire, non eamdem jam
plene solutam resumere societatem.

Inanis vero altera quaestio est, utrum coita societate cum
aliquo collegio, per mortem unius de eodem collegio, sol-
59 vatur. Nam societas inter caetera exposcit aequalitatem, et
correspectivitatem periculi pendentis a morte unius, vel
60 alterius socii eam contrahentis, ut per *Anrald. de com-*
merc., et mercat. disc. 81. *n.* 9. 10. *et* 11. ita ut cum ali-
quo corpore, seu collegio non possit quidem coiri societas
61 quemadmodum demonstravi *part.* 2. *cap.* 1. *n.* 122. et ite-
rum in superiore proximo *cap.* 7. *n.* 88. Rectius ideo quae-
ritur, an societas coita cum haeredibus Titii in genere, et
collective sumptis, per obitum unius illorum solvatur so-
62 cietas? Negant communiter multi, illa ratione, quia ad unum
usque haeredum superstitem verificatur nomen haeredis, et
63 socii, per ea, quae singillatim tradunt *Paris. cons.* 82. *n.*
32. *lib.* 1. *Giurba ad consuet. Messan. cap.* 5. *gloss.* 3.
part. 1. *n.* 11. *Michalor. de fratrib. part.* 2. *cap.* 40. *n.* 4.
et 5. *Anrald. de commerc. et mercat. disc.* 81. *n.* 13. *et* 14.

Equidem porro, honore tot doctorum salvo, contrarium
sentio, hoc est, ut per mortem unius haeredum Titii col-
lective, ut supra, contemplatorum, solvatur, societas: ratio;
quia qui societatem coit, certam sibi personam eligit, ut
64 ait Justinianus *in §. solvitur instit. de societ.* catenus qui-
dem, ut coita cum incerta persona societas, minime consi-
65 stat. *Cujac. comment. jur. civ. in lib.* 2. *codic. tit.* 3. *de*
pact. ad leg. 15. *col.* 95. *lit. A. tom.* 9. *Seraphin. de*
privil. jurament. 57. *n.* 6. *Torr. de pact. futur. success.*
lib. 3. *cap.* 10, *n.* 21. Ideo propterea, contracta cum hae-
redibus Titii, valet societas, quia haeredes Titii, numero,
qualitate, et persona certificari possunt, id quod in collegio,
66 quod personas mutationi subjectas minime contingit.

Quamobrem si is, qui coit cum haeredibus Titii socie-
tatem contemplavit, et contemplasse jure praesumitur per-
sonam, qualitatem, et industriam cujusque haeredis, Titii
perinde sequitur, ut per mortem unius haeredis jus habeat
socius allegandi peritiorem, sibique magis acceptum defi-
cisse; et hinc Paulus ad declinandam dissociationem agno- 67
vit, atque indixit necessitatem paciscendi continuationem
inter superstites socios per unius obitum in *l. actione* 66. 68
§. morte ff. pro socio quod Justinianus confirmat *in §. sol-*
vitur instit. de societ. atque alias pluries, dixi, et probavi,
singillatim *part.* 2. *cap* 12. *n.* 11. *et* 15. 69

Additur his in omnibus bonae fidei contractibus, ultro
praecipue, citroque obligatoriis, cujusmodi societas est, sum-
mam requiri bonam fidem, summamque aequalitatem, *ad*
textum in lege bona fides 52. *ff. de act. empti*, et clarius *in* 70
leg. si id quod 7. *§. fin. ff. de rescind. vend.* Inaequalitatem,
quis non percipit in proposita facti specie, in qua socius ille,
qui cum haeredibus Titii societatem coivit fieret ex eo dete-
rioris conditionis, quod ipso solum uno moriente, statim
solveretur societas, uno autem haeredum moriente, non sol-
veretur, sed ab illo expectanda esset omnium haeredum Ti-
tii mors, quae difficilior est, atque remotior, unde conditio- 71
nis inaequalitas.

Regulam societatis distrahendae per mortem unius socii,
doctores multifariam limitant, et primo si coeptum habeatur
ante mortem socii negotium, etenim morte nequaquam ob- 72
stante, est illud explicandum ab haeredibus, ut supra *part.*
2. *cap.* 12. *n.* 17. atque latius *part.* 3. *cap.* 11. *n.* 57. *ad* 73
seq. Item in societate vectigalium quae servatis conditio-
nibus traditis in *part.* 1. *cap.* 2. *n.* 70. *ad plur. seq.* transit 74
ad haeredes, atque iterum *part.* 3. *cap.* 11. *n.* 65. *ad seq.*
Item in societate locationem admixtam habente *Rot. dec.*
147. *n.* 9. *tom.* 2. *in recent.* et in societatis participe, ut
eodem mortuo, non solvatur, societas *Torr. de pact. futur.* 75
success. lib. 3. *cap.* 10. *n.* 32. *Rot. dec.* 663. *n.* 10. 11. *et*
12. *cor. Emerix. jun.* verum de utraque limitatione, vide 76
supra latius *part.* 1. *cap.* 8.

Plures aliae limitationes extant sparsim supra recensitae;
quemadmodum etiam illa traditur limitatio, ut quando unus
socius contulit industriam, rem, seu pecuniam alter, ut hoc
vita functo non distrahatur societas illa ratione, quia qui
rem vel pecuniam contulit, domi sedet otiosus, nec ejus hae- 77
res quidquam detrahit societati; hanc latissime controversiam
tractavi, et limitationem locum non habere, conclusi, supra
d. part. 3. *cap.* 11. *n.* 20. *ad plur. seq.* illuc me refero, ne 78
rem satis actam agere videar.

Durior quidem ad rem hanc, videbatur, quamvis meo ju-
dicio justissima, illa quaestionis resolutio, quam refert *Joan-*
nes Franciscus de Ponte cons. 90. *lib.* 2. videlicet, si plu-
rium sociorum unus decedit, eisdem consociis superstitibus
haeredibus ex asse relictis, utrum per d. socii mortem distra-
cta dicatur societas? Videbatur negative respondendum, quia 79
in proposita facti specie, non intervenit novus socius, forte
invisus, ut alii cum eo non tenerentur inviti continuare so-
cietatem; non item mutatur industria, quia haeredes defun- 80
cti socii, iidem illi sunt, quorum qualitates initio admissae,
cognitae, et ratihabitae vicissim extiterunt, veluti pro hac
opinione, et rationes, et doctores refert, suprascriptus *de Pon-* 81
te cons. 90. *lib.* 2.

Verum hisce rationibus, et juribus nequaquam refragan-
tibus, idem *de Ponte d. cons.* 90. *n.* 15. *lib.* 2. in contra-
riam abiit sententiam, et ideo solutam remansisse per mor-
tem unius societatem, quia mors statim ministerio juris so- 82
cietatem solvit, et quia insuper res socialis defuncti, ad alios
transiens, mutavit dominum, juxta doctrinam *Connani* su- 83
perius hic *n.* 19. recitatam catenus quidem, ut nec volentes
antedicti haeredes socii defuncti, et una consocii superstites
possint continuare societatem, sed renovare dumtaxat, si vo-
luerint, ex eodem *Connan. comment. jur. civ. lib.* 7. *cap.* 13. 84
sub n. 16. non solum quia, filius ille societatis per mortem
intercisus remansit, sed etiam quia intervenit praejudicium,
atque interesse creditorum prioris, atque posterioris renova-
tae societatis, quemadmodum pluries, et sparsim adnotavi in 85
hoc meo tractatu.

Paulus denique in saepecitata *leg. actione* 66. *§. morte*,
vers. si post distractam ff. pro socio ita concludit ibi » Si
» post distractam societatem aliquid in rem communem im-
» penderit socius, actione pro socio id non consequitor, quia 86
» non est verum pro socio, communiterve id gestum esse,
» sed communi dividundo judicio hujus quoque rei ratio

» habetur, nam etsi distracta est societas, nihilominus divi-
87 » sio rerum superest. » Ex quo inferunt nostri, post solutam
legitime societatem, socium non teneri de facto alterius socii,
hoc est ad impendia, debita, aliaque hujusmodi per eum ge-
88 sta non teneri defuncti haeredem, *ex Cujacio in lib.* 32.
Pauli ad edictum ad leg. 65. *§. si post distractam ff. pro
socio col.* 490. *lit. E.*, *et col.* 491. *lit. A. et seq. tom.* 5.
Ansald. de commerc. et mercat. disc. 73. *num.* 10. *Rota
in dec.* 12. 13. *de societ. coram Falconer.* Sed quia nihilo-
minus finita societate, et nondum facta divisione, bona so-
cialia in communi, et pro indiviso remanent, manet com-
munio, hinc pro deinceps gestis, superest actio, non pro so
89 cio, sed communi dividundo, veluti prosequitur *Cujac. loc.
prox. cit. Rot. dec.* 269. *num.* 27. 28. *cum seq. part.* 16. *re-
centior. et in dec.* 87. *n.* 6. *tom.* 9. *in nuperrim.*
Ad extremum, societate legitimis modis soluta, divisio re-
90 rum superest, ut ait *textus in d. leg. actione* 66. *§. morte
vers. si post distractam ff. pro socio.* Sed contingit dubitare
utrum protracta divisione rerum socialium, post solutam le-
gitime societatem, socii de eorum portione, ab eo qui retinet
bona socialia, petant usuras? Generalis regula negat, quia 91
socii, soluta societate, eorum portionis, creditores evaduot
simplices, atque pecuniarii, non alias sibi usuras addicere
valentes, quam si de notis requisitis *Pauli de Castro* legiti- 92
me docuerint. *Rot. in dec.* 169. *n.* 16., *et dec.* 203. *n.* 18.
vers. haud officiente, cum seq. cor. Tanar. Haec tamen re-
gula limitatur, quando portiones sociorum consisterent in re-
bus, vel capitalibus per se fructiferis, nam tunc nec defectus
requisitorum castrensium, nec altera illiquiditatis objectio
prodesset, quoniam cum hi fructus a re ipsa producti sint 93
accessorii ad sortem *leg. usuras* 34. *ff. de usur. leg. fructus*
45. *ff. de rei vindicat.* alter socius locupletaretur cum alte-
rius jactura, contra monitum *textus in leg. jure naturae* 94
207. *ff. de regul. jur. et in cap. locupletari* 48. *eod. tit. in*
6. atque in subjecta, identificaque quaestione *Rot. in d. dec.* 95
169. *n.* 33., *et dec.* 203. *n.* 18. *et* 19. *cor. Tanar.*

CAPUT IX.

De redditione rationis.

SUMMARIUM

1. Distracta societate, divisio superest.
2. Redditio rationis ab omnibus rerum alienarum administratoribus indistincte fieri debet.
3. Conclusio habet summam aequalitatem, dominum aeque, et administratorem, respicientem. n. 4.
5. Reddere rationem obligatus, uno aut altero, si non editis rationibus, reliquum reddat.
6. Reddere rationem est reliqua solvere, pariere, et edere rationes legendas, dispungendasque.
7. Quilibet administrator, sive necessarius, sive voluntarius, sive ab homine, sive lege datus rationem reddere tenetur.
8. Qua item regula administrator societatis adstringitur.
9. Amplia sive administrator sit unus ex sociis, sive institor, sive complementarius, n. 10.
11. Distinguitur socius, ab institore, alio ve societati praeposito.
12. Socius non semper tenetur rationem reddere puta si sit socius universalis, et affertur ratio.
13. Amplia ut repugnet societati universali rationis redditio.
14. Amplia etiam extantibus libris socialibus, nam hi dicuntur expleti ad bonam societatis directionem, et ad sciendum utilia, et debitores.
15. Limita atque damna sint, aut impendia facta, et respective illata per unum socium universalem, puta ex delicto, maleficio, dissipatione, fidejussione, et hujusmodi, nam ipsi imputantur.
16. Fortius si dolus malus intervenerit, puta siquid alea, aut adulterio socius perdiderit n. 17.
18. Amplia limitationem ad lucra etiam ex culpa unius socii praetermissa, puta si haereditatem sibi adventam repudiaverit.
19. Redditio rationis praecipue restringitur ad societatem generalem, et particularem, et harum administratorem illam reddere teneantur, n. 20.
21. Divisio hujus capitis, triplex: a quo sit ratio reddenda; quando sit reddenda; et quomodo sit reddenda.
22. Quicumque societatis administrator, alii, qui non administrarunt, rationem reddere tenentur.
23. Amplia, ut si administrator decesserit, tenetur haeres.
24. Limita, ut haeres non teneatur, si administrator vivens rationem exhibuerit, et per socios steterit, quin reciperetur.
25. Pater, aut mater, filii nomine societatem administrantes, rationem reddere tenentur.
26. Amplia ad fratrem societatem pro fratre administrantem.
27. Unoque verbo, administrator sit directus, vel indirectus, per se, vel per alium administret, rationem reddit.
28. Declara, ut administrator primo loco, deinde vero is qui eum deputavit conveniatur.
29. Socius pariter, qui petit redditionem rationis, primo eum, qui administravit, postea alios qui non administrarunt, convenire tenetur.
30. Amplia conclusionem in creditore sociali, et n. 42.
31. Limita si is, qui non administravit, fuerit superintendens, qui privativam administrationis habuerit, et alios subalternos independenter deputaverit, ut is recta debeat conveniri.
32. Et hujusmodi superintendentia qualiter probetur, remissive.
33. Si duo, vel plures socii promiscue administraverint, inducitur compensatio, nec alter ab altero rationem petit.
34. Amplia etiam, si per alios, concorditer electos, administraverint.
35. Declara si duo, vel plures socii aequaliter, et promiscue administraverint, secus si inaequaliter, nam unusquisque pro sua rata tenebitur, n. 36 et 37.
38. Et hanc rationem reddere tenentur uno, eodemque tempore, non autem unus post alium arbitrio semper boni viri, n. 39.
40. Executor testamentarius jus habet petendi redditionem rationis ab eo, qui bona socialia administravit.
41. Socius insimul tutor filii alterius socii defuncti, rationem reddit.
43. Socius tamen, ut non creditor societatis, rite convenit administratorem, nec ei retardatur solutio crediti praetextu rationis non redditae.
44. Socius potest geminare personam socii, et crediteris.
45. Nemo sociorum dici potest creditor, aut debitor, nisi dispunctis rationibus. n. 46.
47. Declara si debitum, et creditum pendet a societatis dispunctione.
48. Socius non potest repetere suum capitale, nisi dispunctis rationibus. Limita si reciproce omnia capitalia, vel utilia detraherent, *ibid.*
49. Licet enim capitale praesumitur salvum, potest tamen fieri, ut sit diminutum, vel a debitis, vel a sumptibus absorptum, cum ea subduci prius debeant, et n. 50.
51. Limita, si socius initio convenerit, ut ei ante redditam rationem liceret, capitale suum repetere.
52. Amplia limitationem si administrator detrectaret rationem reddere.
53. Rationis redditio ei facienda est, cujus interest.
54. Testator jubens filius continuare societatem cum aliquo, et hunc liberaverit a redditione rationis; hic liberatur.
55. Alii doctores tenent, eum liberari usque ad dolum verum, et n. 56.
57. Dolus futurus remitti non potest, nisi testator vivens redditionem receperit, et eum liberaverit, n. 58.
59. Dolus enim praeteritus remitti potest.
60. Intellige liberationem ut supra procedere in praejudicium haeredis aut causam lucrativam habentis, non creditorum.
61. Tempus reddendae rationis, servari debet, prout fuerit conventum.
62. Rationem non reddens tempore consento, moram incurrit, etiam sine interpellatione.
63. Si nihil conventum fuerit, redditio petitur, finita quomodocumque societate.
64. Alii tenent, redditionem posse peti singulos in annos, non autem in singulos menses n. 65.
66. Conciliantur ita opiniones, ut finita societate, procul dubio petatur rationis redditio.
67. Socius administrator condemnatus ad mortem, debet prius reddere rationem, et fiscus debet supersedere in executione sententiae mortis.
68. Contrarium tenet auctor, quia punitio delicti involvit causam publicam, nec potest differi propter causam privatam n. 69. et 70.
71. Redditio rationis potest peti singulos in annos, non ut distrahatur societas, sed ut videantur illius utilia.
72. Inno causa revidendi computa societatis infra annum multiplex quandoque esse potest.
73. Puta si administrator sit de dilapidatione, decoctione, aut fuga suspectus.
74. Semel facta redditione rationis non debet amplius revideri, quia extincta est omnis actio.
75. Redditio rationis est quid facti, et ideo non praesumitur, nisi exhibeantur et justificentur partitae.
76. Confessio sola solidationis partitarum, et computorum non attenditur, nisi illa fuerit adminiculata conjecturis n. 77.
78. Solidatio tamen computorum, confectio bilancii, et rerum socialium secuta divisio, haec arguunt rationem redditam.
79. Redditionis rationis actio personalis est, et admittit praescriptionem, concurrente tamen bona fide n. 80.
81. Contra alii tenent, hanc actionem nullo temporis spatio praescribi posse.
82. Declara hoc procedere durante adhuc societate.
83. Alii tenent redditionem rationis praescribi decennio inter praesentes, et viceunio inter absentes.
84. Declara hoc procedere ex lege XII. tabularum, quae plures involvebant ambages.
85. Imperatores Arcadius, et Honorius sanxerunt, actiones personales extingui, seu praescribi 30. annis et n. 86.
87. Et quod lapsus trigenarius praescribat actionem redditionis, rationis, est opinio ab omnibus recepta.
88. Quae hactenus dicta sunt de redditione rationis non facta, aeque procedunt in reddita ratione male, aut nulliter facta.
89. Paria enim sunt rationem non reddere, et non bene reddere.
90. Non satis est, computa haberi in judicio producta, nisi appareant discussa, et solidata.
91. Amplia fortius si computa fuerint erronea.
92. Divisio facta in vim erroneae redditionis rationis inter socios, non revidetur nisi ratio per fraudem cum dolo admixto reddita doceatur.
93. Amplia si elapsi inde sint viginti, et ultra anni.
94. Ad excludendum hunc errorem sufficit etiam possibilitas in contrarium.

95. Error calculi opponi solum potest usque ad triginta annos.
96. Dolus, et mala fides non admittit praescriptionem quoque millenariam.
97. Dolus, et mala fides in hac materia praescriptionis aequi parantur.
98. Reddere rationem est, non solum libros rationales edere, sed reliqua etiam in medium proferre.
99. Quatuor exquirit rationis redditio, atque indicantur.
100. Redditio rationis debet in se habere bonam fidem, et inspicienda est loci consuetudo.
101. Caput redditionis rationis est liber socialis qui qualis esse debeat traditur, et remissive, n. 102.
103. Deficientibus requisitis ibi indicatis, redditio non expletur, et expleta non suffragatur.
104. Societas continet bonam fidem in summo gradu, et jus fraternitatis.
105. Potest igitur ratio reddi per libros etiam rudes, et per notulas sciente altero socio scriptas, et in majori parte probatas.
106. Amplius fortius, si in id consuetudo concurrat.
107. Liber tamen socialis si fuerit vitiosus, uno et altero, caractere scriptus, ita ut sit redditio impossibilis, recurritur ad bilancia, aliasque scripturas.
108. Quod si socius libros non fecit, et rationem reddere detrectat, dicitur in dolo, et tenetur alteri dare ea lucra, quae ex alio negotio simili percipi solent.
109. Amplius ut alteri socio detur juramentum in litem, et stari debeat computo per eum facto, n. 110.
110. Declara conclusionem, de qua supra n. 108. ut probatio debeat esse concludens.
111. Socius qui non confecit libros, non potest rationem reddere.
112. Amplia, ut si habeat credita contra alios socios, ei bonificari non debeant n. 114.
113. Imo si in parte rationem reddidit, in parte non, hoc cogitur imputare in suam capitalis, et utilium partem.
115. Inter rusticos texerae, loco librorum sufficiuntur, et singulos in annos fructus dividunt nec cessante pacto debent libros rationales edere.
116. Non potest peti librorum exhibitio, nisi doceatur de illorum praeexistentia.
117. Si ambo socii, ad libros conficere non convenerunt, vel si convenerunt pactum non servarunt, et promiscue administrarunt, admittitur compensatio culpae.
118. Bilancia ad reddendam rationem non valent nisi omnes partitas crediti, et debiti cum suis causis contineant.
119. Amplia si bilancia fuerint facta memoriae causa.
120. Bilancia tamen a partibus subscripta optime probant.
121. Furtius si omnes dati, et accepti contineant partitas.
123. Socius adversus socium ad reddendam rationem non agit via executive, nisi muniitus sit obligatione camerali, n. 123.
124. Doctores tenent procedi per viam gravatoriae, alii, ut restituatur cum utilibus capitale, additur sensus auctoris, n. 125. 126. et 127.
128. Redditio rationis facienda est in loco gestae administrationis, et domicilii.
129. Quod si alter socius velit alio in loco eam reddi, poterit, suis tamen expensis.
130. Sumptus pro redditione rationis subeuntur ab iis, quorum principaliter interest, seu sumptibus societatis n. 131.
132. In his sumptibus comprehenduntur etiam expensae peritorum, quatenus hi sint necessarii.

1 Ait quidem textus, distracta societate, divisio rerum superest in *leg. actionis* 66. *§. morte vero. si post distractam ff. pro socio.* Sed antea praecedere debet rationum discussio. atque redditio, omnibus indistincte rerum alienarum admi-
2 nistratoribus indicta per textum *in leg. ait praetor* 3. *ff. de negot. gest.* Summam jure judicium hoc habere aequitatem.
3 docet Gajus *in leg. si quis* 2. *§. et sane ff. eod. tit.* ibi » Et
» sane sicut aequum est, ipsum actus sui rationem reddere,
» et eo nomine condemnari quidquid, vel non, ut oportuit,
» gessit, vel ex his negotiis retinet, ita ex diverso justum
» est, si utiliter gessit, praestari ei quidquid eo nomine, vel
4 » abest ei, vel abfuturum est ». Ita quidem veluti subdit
Pomponius, ut, qui reddere rationes jussus est, non videatur satisfacere, si reliquum reddat, non editis rationibus. *in*
5 *leg. non solum* 9. *§. si liberationis in fin. ff. de liberatione legata*, unde concludit Cujacius, reddere rationes est reliqua solvere, pariare, seu parem rationem facere, et edere ratio-
6 nes legendas, dispungendas, sunt verba *d. Cujacii in leg.* 86. *circa fin. ff. de regul. jur. col.* 554. *lit. A. tom.* 8.

Regula igitur generalis est, ut quilibet administrator, sive necessarius, sive voluntarius, sive a lege, sive ab judice, sive ab homine privato expresse, aut tacite constitutus de gestis, seu administratis teneatur rationem reddere, ut per
7 *Munoz. de Escobar. de ratiocin. cap.* 5. *n. fin. Rota dec.* 557. *n.* 19. *tom.* 2. *cor. Molin.*, atque in subjecta administratoria
8 societatis specie, post literalem textum *in leg. quaedam* 9. *sub princ. ff. de eden.* tradunt *Voet. in pandect. lib.* 17. *tit.* 2. *n.* 11. *pro socio. Purpurat. cons.* 403. *n.* 15. *tom.* 2. *Schroder. de contract. tit.* 26. *de societ. n.* 50. *Munoz. de Escobar. de ratiocin. cap.* 3. *n.* 6. *Felic. de societ. cap.* 37 *n.* 1. *et fere per tot. Card. de Luca de tutor. disc.* 17. *per tot. Jov. de contract. min. glosso* 25. *§.* 13. *n.* 380. *Rota in decis.* 66. *n.* 6 *part.* 10. *rec.*, *et in dec.* 299. *n.* 25. *tom.* 2 *coram Molin. et in Terracinen. societatis super redditione rationis et divisione* 11. *martii* 1771. *§.* 3. *cor. Eminentiss Card. Cianelio, et in ejus confirmatoria diei* 28. *junii ejusd. anni §.* 4. *cor. eod.* Sive sit unus ex sociis administra-
9 tioni praepositus, ut supra *part.* 2. *cap.* 10. sive sit institor, complementarius, aliusve extraneus, qui societati praeficitur,
10 ut *d. part.* 2. *cap.* 11. *n.* 97.

Principio discriminari oportet socium administratorem, a simplici institore, aliove societati praeposito, nam institor semper debet rationem de gestis reddere, socius autem ad-
11 ministrator, non semper; puta in societate universali, si plures in ea fuerint socii, et unus, vel alter eorum administraverit, rationem reddere non tenetur, quia in eadem societate non datur meum, et tuum, et factum unius dicitur factum alterius, nec actio, aut passio eosdem inter socios universa-
12 les reciproce datur, ut late supra *part.* 1. *cap.* 4. *n.* 100. *et* 171., et quod in societate universali non admittatur rationum redditio, imo quod repugnet eidem societati universali,
13 communiter, et promiscue tradunt *Costa de ratione ratae quaest.* 225. *sub n.* 11. *vers. neque vero Mascard. de probat. conclus.* 1309. *n.* 16. *lib.* 3. *Menoch. de praesumpt.* 56. *n.* 43. *Michalor. de fratrib. part.* 2. *cap.* 13. *n.* 13. *Jov. de contract. min. gloss.* 25. *§.* 13. *n.* 379. *Constantin. vot.* 493. *n.* 15. *tom.* 4. quod si in hac universali societate habeantur libri rationales conscripti, hoc sit magis referendum ad bonam directionem, et regulam societatis, puta debitores societatis sciendi causa, item videndi societatis utilia, vel damna, neutiquam vero ad inducendam in socio administratore, obligationem reddendi rationem, ex *Menoch. de praes.* 14
d. lib. 3. *praesumpt.* 56. *n.* 44. *Michal. de fratr. d. part.* 2. *c.* 13. *n.* 14. *Jov. de contract. min. gloss.* 25. *§.* 13. *n.* 379.

Dixi meum, et tuum in hac universali non reperiri societate, cum communia sint omnia, exceptis tamen impendiis, atque damnis ex causa delicti unius socii, exceptis item jacturis ex causa improvidae dissipationis, ac fidejussionis societati universali per unum socium illatis, exceptisque demum aliis damnis ex causis illicitis, malisque unius socii universalis animi, provenientibus, ut superius
par. 2. *cap.* 4. *n.* 164. et iterum *par.* 3. *cap.* 10. *n.* 93. *ad* 15
seq. De his enim ratio haberi debet in fine societatis, ut eum solum praegravent socium, ejusque partem bonorum diminuant, qui talia gessit, magisque si dolo malo patra-
vit, ut *in d. part.* 2. *cap.* 4. *n.* 164. Ait enim ad rem Pom- 16
ponius *in leg. adeo* 60. *in fin. ff. pro socio.* ibi » Quod
» in alea, vel adulterio perdiderit socius, ex medio non
» est laturus » et latius *part.* 3. *cap.* 10. *n.* 95. *ad seq.* 17
Quinimo ratio habetur etiam de praetermissis culpa sua compendiis, puta si lucrosam sibi, et societati universali,
oblatam respuerit haereditatem, ut supra *par.* 3. *cap.* 10. 18
n. 42. *ad seq.*

Disceptatio itaque praesens, major, quin etiam tota consistit in redditione rationis per socium generalem, aut particularem facienda, juxta naturam utriusque societatis su-
pra traditam *part.* 2. *cap.* 5. *et* 6. ut hujusmodi socii, qui 19
societatem administrarunt, rationem reddere omnino te-
neantur in fine societatis, ut per *Knipschild. de jur. et* 20
privil. civit. imperial. lib. 5. *cap.* 10. *sub n.* 1. *Jovius de contract. min. gloss.* 25. *§.* 13. *n.* 380. *Constantin. vot.* 498. *n.* 16. *tom.* 4. *Rota dec.* 66. *n.* 6. *part.* 10. *recent.*, *et in Interamnen. societatis* 5. *maji* 1719. *§.* 1. *cor. b. m. Foscaro.* Ut autem in hac materia debito prout in aliis, procedam ordine, videndum primo a quo, et cui sit ratio administratae societatis reddenda; secundo quando
sit reddenda; atque tertio quomodo sit reddenda. 21

Et quoad primum; quicumque sit, quemadmodum dixi, societatis administrator, aliis sociis, qui non gesserunt ra-
tionem reddere debet, ad textum *in leg. quaedam* 9. *ff. de* 22
eden. Munoz. de Escobar. de ratiocin. cap. 3. *n.* 6. *Ansald. de commerc. et mercat. disc.* 38. *n.* 11. *Rot. dec.* 168. *n.* 16. *part.* 15. *rec.*, *et in dec.* 41. *n.* 5. *et* 6., *et dec.* 49. *per totam coram Arguell.*, *et dec.* 357. *n.* 44. *tom.* 3. *cor. Crescent. jun.*, *et in Romana redditionis rationis* 24. *januar.* 1755. *§.* 2. *cor. R. P. D. Figueroa.* Et si administrator socius vita sit functus, ejus haeres in-
dubie teneatur *Munoz. de Escobar. de ratiocin. cap.* 3. *n.* 23
31. *in fin. Felic. de societ. cap.* 37. *n.* 2. *Jov. de contract. min. gloss.* 25. *§.* 13. *num.* 511. nisi per admini-

stratorem viventem fuerit exhibita ratio, et per alterum
sociem steterit, quo minus eam reciperet nam propter non
invalidam ejus refutationem non teneretur haeres rei ge-
24 stae non plene informatus Cephal. cons. 8. n. 3. et 6.
Felic. de societ. cap. 37. n. 3. Jovius de contract. min.
gloss. 25. §. 13. n. 514.
Ergo si pater, aut mater, filii socii nomine societatem ad-
25 ministraverint, rationem reddere tenentur Cephal. cons. 363.
n. 9. et 10. tom. 3. Jov. de contract. min. gloss. 25. §. 13.
26 n. 395. et 396. Item et frater pro fratre Cephal. ibid. n. 6.
Jovius pariter ibidem n. 397. Unoque verbo, quicumque
fuerit administrator, non solum directus, sed etiam indire-
ctus, seu ad negotia socialia gerenda praepositus rationem
reddere obstringitur; unde est conclusio, ut socius rationem
reddat, vel per seipsum, vel per alium quoq; negotia socialia
27 gesserit. Felic. de societ. cap. 37. n. 8. Jovius de contract.
min. gloss. 25. §. 13. n. 516. Rota in dec. 355. n. 4. part.
1., et dec. 214. n. 7. part. 17. rec. et in Interamnen. so-
cietatis 5. maji 1719. §. 1. cor. b. m. Foscaro. Hoc tamen
ordine, ut principaliter administrare obligatus, domino rei
gestae, deinde vero ab eo praepositus, seu deputatus, tenea-
28 tur rationem reddere Jov. de contract. min. gloss. 25. §.
13. num. 517. et 518. Rota. decis. 355. sub n. 4. part. 1.
rec. et dec. 625. n. 8. cor. Coccino.
Et sic pariter socius, qui petit redditionem rationis, ut
prius ab eo, qui actu administravit societatem petat, dein-
ceps vero, atque in subsidium ab aliis, qui non administra-
29 runt, Petr. de Ubald. de duob. fratrib. part. 12. n. 2. Rot
dec. 993. n. 1. cor. Seraphin., et dec. 711. n. 5. part. 3.
rec., et in d. Interamnen. societatis 5. maji 1719. §. et
inane cor. b. m. Foscaro. Et hoc verum etiam in creditore
sociali, et cum hic debeat recta via convenire, qui admini-
30 stravit Felic. de societ. cap. 31. n. 26. Quamquam si fuerit
socius administrator in societate superintendens, qui priva-
tivam administrationis habens alios subalternos independen-
ter, et propria auctoritate, deputaverit, recta via conveniri
31 ille possit, atque debeat, ut per Simbonet. de animalib. cur-
rib. et plaustr. cap. 29. n. 3. Rota in d. Interamnen. socie-
tatis 5. maji 1719. §. 2. et fere per tot. cor. b. m. Foscaro
32 Ubi etiam late, qualiter probetur d. superintendentia, atque
independens societatis gubernium.
Quod si duo, vel plures socii promiscue administraverint?
Et patet, alium ab alio redditionem rationis non petere,
quadam compensatione inter eos inducta, aut saltem alterum
non cogi ab altero, nisi per eum quoque ratione reddita, ad
33 textum in leg. si ambo socii 10. ff. de compensat. Rimin.
jun. cons. 280. n. 15. et 16. vol. 3. Gratian. discept. for.
cap. 760. n. 7. Mans. consult. for. 586. n. 15. t. 6. Jov. de
contract. min. gloss. 25. §. 13. n. 631. Constantin. vot. 498.
n. 17. tom. 4. Rot. dec. 65. n. 5. et 6. par. 4. tom. 2., et
dec. 265. n. 10. par. 6. rec. et dec. 546. n. 7. cor. Buratto.
et dec. 61. n. 2. et 15. coram Arguell., et in Veliternu di-
visionis super secundo dubio 26. junii 1782. §. 3. cor. R.
P. D. Riminaldo. Idem juris est, si non per se ipsos, sed
per alios administros concorditer ab ipsis sociis deputatos
34 administrassent Felic. de societ. cap. 37. n. 8. Rot. dec.
168. n. 17. par. 15. rec., et in Interamnen. societatis 5.
maii 1719. §. 2. in fin. cor. b. m. Foscaro.
Hoc tamen intelligitur, quando pariformiter, et aequaliter
35 duo, vel plures socii promiscue bona socialia administra-
verint, secus si inaequaliter, puta si plus administraverit
unus, quam alter, seu plus pecuniarum exegerit unus, quam
alter, nam hoc casu tenetur uterque rationem de propriis
36 gestis reddere Rimin. jun. cons. 280. sub n. 16. vol. 3. Mu-
scard. de probat. conclus. 1256. n. 8. vol. 3. Gratian. di-
scept. for. cap. 760. n. 8. ibique Carol. Ant. de Luca n.
5. Antonel. de tempor. legal. lib. 2. cap. 77. n. 3. Felic.
de societ. cap. 35. n. 14. videlicet unusquisque tenetur pro
37 sua rata administrationis parte Antonell. de loco legal. lib.
2. cap. 4. n. 136. Jovius de contract. min. gloss. 25. §. 13.
n. 631. Rota post Post. de subhastatione dec. 132. n. 8.
et in rec. par. 18. tom. 2. dec. 343. n. 3., et quidem tenetur
rationem reddere, uno eodemque tempore, non autem unus
post alium, ut per Rot. in dec. 612. n. 4. et 5. par. 1. re-
38 centior. et in dec. 61. n. 17. cor. Arguell. Et omnia haec
facere administrator debet arbitrio boni viri, Paris. cons.
39 84. n. 17. 18. et 19. lib. 1. et cons. 83. n. 6. lib. 2.
Executor etiam testamentarius jus habet petendi reddi-
40 tionem rationis a socio, qui bona socialia defuncti testatori
communia administravit Munoz. de Escobar. de ratiocin.

cap. 6. n. 70. et de socio, atque insimul tutore filii alterius
socii defuncti, ut continuata societatem teneatur rationem
reddere Magon. dec. Flor. 1. n. 25. Creditores etiam idem 41
jus habent conveniendi actualem societatis administratorem,
quocum contraxerunt, aliis, in negotio, jus habentibus spre- 42
tis Voet. in Pandect. lib. 17. tit. 2. sub n. 12. pro socio,
Rot. dec. 993. n. 1. cor. Seraphin. Si creditor tamen fuerit
unus ex sociis, qui societati separatim crediderit, non retar-
datur ei debiti solutio, et respective crediti satisfactio per
exceptionem non redditae rationis, Escobar. de ratiocin.
cap. 36. n. 3. Card. de Luca de credit. disc. 62. n. 5. 43
Rota dec. 74. n. 27. part. 10. et dec. 352. n. 17. part.
19. tom. 1. rec., et in dec. 375. n. 6. coram Caprara.
Cum non repugnet personae duplicatio, et socii et credi-
toris, Rota dec. 494. n. 4. et 5. coram Cerro, et in rec. 44
par. 3. n. 380., et cor. Falconer. de societ. dec. 9. n. 2.,
et in dec. 42. n. 7. tom. 1. cor. Olivatio.
Illa proinde regula, ut nemo sociorum sit existimandus
creditor, vel debitor, nisi factis computis, et ratione red-
dita, de qua Rota in Romana societatis, et pecuniaria 25. 45
januarii 1751. §. 4. coram cl. me. Card. Molino, et in ea-
dem super liberatione a molestiis 25. januar. 1751. §. 2.
cor. eodem, et in Romana societatis 20. junii 1760. §. 14.
cor. R. P. D. Olivatio, et in Romana pecuniaria 12. junii
1778. §. 9. cor. R. P. D. Sentmanat. Ita ut non cogatur
suam debiti partem solvere, aut nequeat suam crediti socia-
lis partem petere, nisi ratione prius reddita, ut per Rotam 46
in decis. 11. n. 2. de societ. cor. Falconer. et dec. 10. n.
8. cor. Tonario. Intelligitur, quando creditum, et respecti-
ve debitum a dispunctione ejusdem societatis proficiscitur,
atque pendet, ut penes jura allegata; puta quia capitalis na- 47
turam ex voluntate socii creditoris illud assumpserit, ut per
Rotam in Romana societatis et pecuniaria super creditis
7. april. 1758. §. 14. cor. cl. m. Card. Bussio.
Quamobrem pari ratione non potest socius capitale suum
repetere, nisi post redditam rationem Carleval. de judic. 48
disput. 7. n. 6. tom. 2. Giurba dec. 15. n. 4. 5. et 6. An-
sald. de commerc. et mercat. disc. 37. n. 20. Rota dec. 648.
n. 3. 4. et 5. cor. Cerro et in Ariminen. praelationis su-
per reservatis 20. junii 1738. §. insubsistentiam cor. b. m.
Vicecomite, et in Romana societatis 7. maii 1753. §. 14.
et 15. cor. b. m. Amadeo, et in ead. 6. decembr. 1754. §.
5. cor. Caprara. Imo nec capitalis, utiliumve partem, du-
rante societate, et ratione non reddita, potest unus socius
extrahere, nisi et alter socius tantumdem faceret, nam tunc
reciprocae contraventionis compensatione inducta, legibus
socialibus nulla fieret injuria Rota in Romana pecuniaria
seu reintegrationis 14. maji 1728. §. quo vero cor. cl. me.
Card. Aldrovando. Ratio primae partis est, quia licet capi-
tale in fine societatis praesumatur salvum Carleval. de judic. 49
d. disput. 7. n. 5. tom. 2. Rot. dec. 9. n. 6. de societ. cor.
Falconer., et in dec. 1171. n. 5. et 8. cor. Lancetta. Atta-
men potest fieri, et discussis rationibus, capitale, vel nullum,
vel dimidiatum remaneat, ut penes jura superius allegata cum
aes alienum, et sumptus in causam societatis facti, et omnes
socios proportionabiliter pertingat, et subduci prius debeant
a massa sociali Rota in Bononien. transactionis 11. junii 50
1709. §. et sane cor. bo. m. Omanna. Excipi solum casus
potest, quod initio socii pacti ita fuerint, ut etiam ante red-
ditam rationem capitale repeteretur Carleval. de judic. loco 51
prox. cit. n. 10. Rota in decis. 622. n. 1. et 2. et dec.
1963. n. 2. coram Coccin., et Romana societatis 6. de-
cemb. 1754. §. 6. cor. cl. me. Card. Caprara, vel quando
socius administrator detrectaret, atque refugeret rationem
administratae societatis reddere, late Ansald. de commerc. 52
et mercat. disc. 37. n. 21. cum seq.
Rationis denique redditio per eum facienda est, qui ad-
ministravit, veluti hactenus est demonstratum, et insuper ei
facienda est tantum ad quem negotium administratum per-
tinet, et ideo ei dumtaxat facienda est, cujus interest, et non
alteri, ex Post. resol. 29. n. 1. et 2. Jovius de contract. 53
min. gloss. 25. §. 13. n. 629. Rot post Cenc. de censib.
dec. 178. n. 6., et post Picum ad statut. urb. dec. 9. n. 6.
et cor. Cavaler. dec. 98. n. 6. et dec. 412. n. 3. et in nu-
perr. tom. 7. dec. 390. n. 5. Quid si testator socius moriens
jubet filiis continuare societatem cum altero socio, puta, fra-
tre administrante, et hunc in fine societatis liberaverit ab
onere redditionis rationis; utrum hac nequaquam obstante
liberatione, teneatur illam reddere? Regula generalis negat,
de qua per text. in leg. Aurelius 29. § Titius ff. de libera- 54

Zunchio

58

tione legata, Constantin. vot. 498. num. 18. tom. 4. Rota
dec. 11. per totam coram Penia.
Tenent alii, testatorem in proposito casu liberare utiliter
administratorem usque ad dolum simplici praesumptione in-
55 ductum, et non ultra, ut per Jov. de contract. min. gloss.
25. §. 13. n. 626. Secus vero si dolus malus administratoris
56 vere probatus intervenisset, ut per Antonell. de tempor. le-
gal. lib. 2. cap. 77. n. 9. Constant. vot. 498. n. 19. tom. 4.
Rota dec. 65. n. 3. part. 4. tom. 2. recentior. quia dolus
57 futurus remitti non potest leg. contractus 24. ff. de regul.
jur. Tondut. resol. civil. cap. 31. n. 35. lib. 2. tom. 1. Fe-
lic. de societ. cap. 37. n. 37. Voet. in Pandect. lib. 17. tit.
2 sub n. 11. pro socio, Rota dec. 227. n. 20. par. 17. rec.
nisi quatenus testator vivens redditionem rationem exceпе-
58 rit. et nihilominus socium liberaverit Cephal. cons. 190. n.
11. tom. 2. Covarruv. var. resol. lib. 2. cap. 14. n. 4. vers.
quartum Jov. de contract. min. gloss. 25. §. 13. n. 627.
59 nam dolus praeteritus remitti potest Covarruv. loco prox
cit. Rota in dec. 227. n. 21. par. 17. recentior. omnia haec
tamen intelligo vera, dummodo liberatio fuerit in praejudi-
cium haeredis, legatarii, vel alterius causam lucrativam ha-
bentis, non in praejudicium tertii, puta creditores, vel alterius
60 causam onerosam foventis, argum. text. in leg. 2. §. merito,
et §. si quis a principe ff. ne quid in loco publ. Cephal.
cons. 39. n. 7. tom. 1.
Hinc ad secundam inspectionem descendo, scilicet quan-
do, seu quo tempore facienda sit rationis redditio in socie-
tate. Doctores quidem circa tempus non conveniunt, propter
opinionum diversitatem: principio non dubitatur, quod si
in coeunda societate tempus reddendae rationis fuerit deter-
61 minatum, standum sit pacto Bartol. in leg. Mutius in princ.
ff. pro socio. Munoz. de Escobar. de ratiocin. cap. 6. n.
70., et 83. vers. contrariam, et num. 86. et 88. Rot. Ge-
nuen. penes Bellon. dec. 164. n. 17. Afflict. dec. 150. n.
3. in fin. in quibus etiam juribus habetur, quod rationem
62 non reddens statutis temporibus in pactum deductis, moram
incurrat, interpellatione etiam non interveniente.
Nulla autem interposita, circa tempus reddendae rationis
conventione, eamdem, finita quomodocumque societate, peti
63 posse sustinent Voet. in Pandect. lib. 17. tit. n. 11. in fin.
pro socio. Ubald. de duob. fratrib. part. 12. n. 1. Munoz.
de Escobar. de ratiocin. cap. 6. n. 68. Jov. de contract.
min. gloss. 25. §. 13. n. 616. et peti eam posse singulos in
64 annos volunt Gratus cons. 15. n. 24. lib. 1. Costa de ra-
tione ratae quaest. 99. n. 11. Escobar. de ratiocin. cap. 6.
n. 84. Carpan. ad statut. mediolan. cap. 483. n. 221. tom.
2. Mandoso Annal. cas. 159. vers. trecentesimus Capi-
blanc. de offic. Baron. pragm. 5. n. 7. Schrader. de con-
tract. tit. 26. de societate n. 50. Jov. de contract. min.
gloss. 25. §. 13. n. 616. ad seq. et quod petens, aut petere
volens singulos in menses redditionem rationis a societatis
administratore, nequaquam debeat audiri, sed tantum in fi-
65 ne cujuslibet anni, facit textus in leg. neminem 2. de su-
scept. et Archar. lib. 11. Petr. de Ubaldis de duob. fra-
trib. part. 12. n. 11.
Rem tamen conciliari posse ita opinor; ut finita quando-
cumque societate, sit locus redditioni rationis, ut per succes-
66 sivam divisionem, suum quisque consequatur, atque Esco-
bar de ratiocin. cap. 4. n. 18. non incuriose dicit, quod si
socius, qui societatem administravit, fuerit condemnatus ad
ultimum supplicium, fiscus debeat supersedere in executio-
ne sententiae mortis, quoadusque per eum sit reddita ratio,
67 et quod dicit Escobar. ratum habet Jov. de contract. min.
gloss. 25. §. 13. n. 381. Equidem vero his non assentior, nam
de jure, lata sententia mortis statim, nullaque interposita
68 mora exequenda est, ad textum in leg. cum reis 18. e. de
poenis ibi » Cum et in homicidii crimine, et in aliis de-
» tectis gravioribus causis, ultio differenda non sit » Jul.
69 Clar. sententiar. quaest. 96. lit. B. C. lib. 5. §. fin. quia pu-
nitio reorum involvit causam publicam, cui cedit privata,
70 cujusmodi rationis redditio est l. unico in fin. de caduc. toll.
Durante autem societate, posse redditionem rationis peti
quandocumque, hoc est singulos in annos, non ut distraha-
tur societas, sed ut cognoscatur damnum, vel utile societatis
71 Felic. de societ. cap. 37. n. 19. Hoevia de commerc. terre-
str. lib. 1. cap. 3. n. 45. Jovius de contract. min. gloss. 25.
§. 13. n. 616. vers. sed haec intellige. Rot. in dec. 41. n.
20. et 21. cor. Arguell. Imo vero intra quoque annum, si
subest causa revidendi computa, quae multiplex esse potest,
72 atque recensetur per Jov. de contract. min. gloss. 25. §. 13.
n. 618. eoque amplius, ut societatis administrator, aut de
dilapidatione, aut fuga suspectus possit etiam cogi ad asse-
curandum judicium Rot. penes Balducc. ad Ramon. decis. 73
18. n. 4. tom. 2., et in dec. 781. n. 6. 7. 8. tom. 3. part. 1.
cor. Molin., et in nuperr. tom. 1. dec. 57. n. 11. et 12.
Regula juris est, redditionem rationis semel factam in so-
ciali negotio, non posse amplius revideri, cum omnis per
eam extincta habeatur actio Paris cons. 89. n. 1. lib. 1. Fe- 74
lic. de societ. cap. 38. n. 62. Sabell. in summa verbo socie-
tas n. 28. Maus. consult. for. 737. n. 4. tom. 8. Rot. dec.
125. n. 26. t. 7. in nuperr., et in Bononien. transactionis
11. jun. 1708. §. pen. cor. b. m. Omanna, et in Romana red-
ditionis rationis 24. januarii 1755. §. 2. et 12. cor. R. P. D.
Figueroa. Eamdem nihilominus redditionem rationis, tam-
quam quid facti non praesumi, nisi per exhibitionem computo-
rum, et justificationem partitarum ea probetur Jov. de con- 75
tract. min. gloss. 25. §. 13. num. 382. Nec sola confessio de
solidatione partitarum, et computorum ad hoc sufficit. Ro- 76
land. a Vall. cons. 49. n. 54. lib. 1. Ansald. de commerc.
et mercat. disc. 37. n. 19. Jov. de contract. min. gloss. 25.
§. 13. n. 383. Rot. dec. 240. n. 5. part. 6. rec. nisi confes-
sio fuerit adminiculata conjecturis Cyriac. contr. jur. 280. 77
n. 1. Picus ad stat. urb. lib. 1. cap. 151. gloss. 7. n. 42.
Jov. de contract. minor. gloss. 25. §. 13. num. 385. et 386.
Computorum tamen solidatio, bilancii confectio, et rei so-
cialis secuta divisio, rationem redditam indubie arguunt Rot. 78
dec. 125. n. 2. et 3. tom. 7. in nuperrim.
Nunquid praescribi redditio rationis possit inter socios,
quaeritur? Textus generaliter, cuicumque actioni personali
pro redditione rationis competenti, praescribi posse docet in
leg. 1. §. ad haec e. de annali except. bona fide tamen in- 79
terveniente Munoz. de Escobar. de ratiocin. cap. 5. n. 25.
et 26. Sed quantum temporis ad hoc requiratur, varie di-
sputant doctores: sunt, qui nullo tempore hanc redditionis
rationis actionem praescribi sentiunt, veluti ut Trombett. de 80
societ. c. 7. n. 13. et 17. citatus per Jov. de contract. minor.
gloss. 25. §. 13. sub n. 628. Sed haec procedit opinio du- 81
rante adhuc societate, vel communione, nam tunc rationis
petitio esset facultativa et ideo praescriptioni nequaquam
obnoxia Rot. in dec. 390. n. 2. 3. et 4. tom. 7. in nuperr. 82
Alii tenent decennio actionem pro redditione rationis
praescribi, ita Felic. de societ. cap. 37. n. 55. citatus pari- 83
ter per Jovium de contract. min. gloss. 25. §. 13. n. 628.
vers. sed non conveniunt, verum haec decennalis inter prae-
sentes, et vicennalis inter absentes e jure XII. tabularum
descendens praescriptio, varias involvebat ambages, varias-
que declarationes ut videre est penes Cannan. comment. jur. 84
civ. lib. 3. cap. 11. n. 4. et 5. donec supervenit illa Harca-
dii, et Honorii imperatorum constitutio relata in leg. sicut 85
in rem. 3. e. de praescript. 30. vel. 40. annor. quae actio-
nes personales non amplius temporales, sed perpetuas decla-
ravit, easque 30. annorum curriculo extingui sancivit, veluti
exponit Connan. comment. jur. civ. lib. 3. cap. 11. num. 6. 86
circa fin. et huic sententiae, ut solo 30. annorum lapsu prae-
scribatur actio redditionis rationis administratae societatis,
post textum in l. adversus 8. c. de negot. gest. ubi Bald. in 87
summa se subscribunt Cephal. cons. 466. num. 14. vol. 4.
Mascard. de probat. conclus. 1256. num. 10. et 12. vol. 3.
Post. resol. 29. n. 12. Escobar. de ratiocin. cap. 9. n. 63.
Gratian. decis. march. 46. n. 10. vers. respondetur. Jov.
de contract. min. gloss. 25. §. 13. num. 628. in fin. Rot. in
dec. 213. n. 8. tom. 1. in nuperr.
Et quae hactenus dicta sunt de redditione rationis in ne-
gotiis socialibus non facta, eadem intelligi ipsa debent de
redditione rationis, vel nulliter, seu male, vel non plene, 88
seu non sufficienter facta, paria enim sunt rationem non red-
dere, seu non bene reddere Roland. a Vall. cons. 49. n. 89
48. vol. 1. hinc satis non est computa haberi in judicio
producta, nisi etiam fuerint discussa, et solidata. Gratian. 90
cap. 563. num. 30. et 32. Jovius de contract. minor. gloss.
25. §. 13. num. 387. cum seq. Rot. dec. 382. num. 4. cor.
Coccino multo magis si fuerint erronea leg. 1. c. de error. 91
calcul. Jovius de contract. minor. gloss. 25. §. 13. n. 408.
ad plur. seq. ubi latissime Rot. decis. 617. num. 1. coram
Cerro et in Romana praemiario 10. junii 1778. §. 13. cor.
R. P. D. Sentmanat. Quod si in executionem erroneae red-
ditionis rationis fuerit subsecuta inter socios divisio, tunc
revideri non alias potest ratio, quam si fraudem dolo admi-
stam intervenisse doceatur. Rot. dec. 125. n. 4. tom. 7. in 92
nuperrim. maxime si elapsi inde sint viginti, et ultra anni

93 *Mascard. de probat, conclus.* 1256. *n.* 9. *vol.* 3. *Rota dec.*
343. n. 9. *part.* 18. *tom.* 1. *recentior.* ac pro exclusione hu-
jusmodi erroris, ac doli, sufficit etiam possibilitas in contra-
94 rium. *Rot. in d. dec.* 125. n. 7. *tom.* 7. *nuperr.* eoque am-
plius, ut talis error, puta calculi opponi solum possit, usque
ad triginta annos, quo elapso tempore, praescripta, et con-
95 sequenter exclusa omnis actio remanet. *Jov. de contract.*
min. gloss. 25. §. 13. *n.* 502. *cum seq.* dolum semper exci-
pe, aut malam fidem, nulla praescriptione etiam millenaria
96 tuendum, tuendamque *cap. fin. de praescript. Constantin.*
vot. 280. *num.* 78. *tom.* 2. dolus enim, et mala fides in hac
97 materia praescriptionis aequiparantur. *Petr. Barbosa ad*
tit. cod. de praescript. 30. *vel.* 40. *annor. n.* 55.

Quomodo autem (et est tertia, atque ultima inspectio)
fieri debeat redditio rationis in societate, modo videndum.
Reddere rationem, est non solum libros rationales edere, sed
98 reliqua etiam in medium proferre *Petr. de Udald. de duob.*
fratrib. part. 12. *sub* n. 3. et quatuor exquirit rationis red-
ditio, nempe codices edi, calculum fieri, reliqua restituere,
99 et culpam, atque moram purgare *Felic. de societ. cap.* 38.
n. 6. ubi late; debet autem rationis redditio in se bonam fi-
dem habere, necnon solertiam, et diligentiam, quam natu-
ra societatis desiderat; inspicienda quoque est loci consuetu-
100 do ea in re *Petr. de Ubald. de duob. fratr. d. part.* 12. *n.* 5.
Caput autem redditionis rationis in societate est codex, seu
liber socialis *Rot.* in *Romana pecuniaria* 12. *junii* 1778. §.
10. *cor. R. P. D. Sentmanat.* qui qualia esse debeat, docet
101 *Rot.* in *decis.* 59. *per* totum *cor. Arguell.* de his equidem
alibi plura dixi, singillatim *part.* 2. *cap.* 10. *n.* 25. *ad seq*
102 ita ut, si de requisitis ibi indicatis, non constet, et redditio
rationis non expletur, et expleta non suffragatur. *Rot. in d.*
103 *dec.* 59. n. 19. *cor. Arguell. et in d. Romana pecuniaria*
12. *junii* 1778. §. 10. *cor. R. P. D. Sentmanat.*

Attamen societas, veluti bonam fidem in summo gradu, et
104 jus fraternitatis continens. *leg. verum* 64. *ff. pro socio.* Non
respuit quandoque rationem reddi per libros etiam rudes,
perque alias notulas, per unum socium, altero sciente socio
105 conscriptos, maxime aliunde in majori parte comprobatas.
plurimum vero si consuetudo qualitatis negotii socialis, uti
106 liberendis, notulis cartulisque permiserit. *Rota in Tiburtina*
societatis, et *redditionis* 5. *junii* 1752. §. *fin. cor. b. m. de*
Cavalliec. Quod si liber socialis fuerit vitiosus, puta cancel-
latus, confusus, uno, vel altero caractere conscriptus, eo qui-
dem usque, ut rationis redditio impossibilis fiat, tunc seor-
sim posito codice sociali, tamquam illegali in omni sua par-
te, recurrendum sit ad alias scripturas, puta ad bilancium,
107 siquod praecedenter factum extat, ut per *Rotam in d. dec.*
125. n. 5. *tom.* 7. in *nuperr.*

Quod si forte socius, qui societatem administravit, nullos
scripserit codices rationales, nulla exhibuerit monumenta,
potissime si rationem reddere detrectaverit, dubio procul de
dolo tenetur, eaque utilia obstringitur alteri socio persolve-
108 re, quae ex alio simili negotio percipi solent *Card. de Luca*
de tutor. disc. 17. *num.* 7. *Rot.* in *Tiburtina societatis*, *et*
redditionis 8. *maii* 1750. §. 20. *cor. cl. mem. Card. Capra-*
ra, eoque amplius, ut alteri socio, qui petit redditionem
rationis detur etiam juramentum in litem, quo interesse
109 suum valeat liquidare *Simon. de Praet. cons.* 25. *n.* 16.
cent. 1. *Jov. de contract. min. gloss.* 25. §. 13. n. 567. *ad*
571. *Rot. dec.* 59. *n.* 17. *cor. Arguelles*, *et in d. Tiburti-*
na societatis, *et redditionis rationis* 8. *maii* 1750. §. 20.
cor. cl. mem. Card. Caprara, *et* in *Romana*, *seu Alba-*
nen. societatis super secundo dubio 28. *febr.* 1757. §. 2.
110 *cor. cl. mem. Card. Bussio*, et consequenter statur com-
puto facto per alterum socium. *Rot. dec.* 224. *n.* 11. *cor.*
Bichio superior tamen conclusio quoad lucra possibilia ex
alio negotio percipi solita, intelligitur, ut probatio in hoc
sit per se concludens tam in genere, quam in specie *Rot.*
in dec. 825 *n.* 8. *cor. Ansaldo.*

Praeterea socii, qui societatem administrarunt, et nullos,
aut vitiosos libros exhibuerunt, non solum se in eum conje-
cerunt statum ut nullam valeant rationem administrationis
111 reddere *Felic. de societ. cap.* 38. *n.* 13. sed insuper ut nulla
possint, siquae forte habeant credita adversus alios socios
proferre, atque obtinere, hac poena juste plectuntur illi
administratores, quorum culpa ratio non redditur, aut reddi
112 non potest *Rot.* in *Anconitana societatis* 2. *junii* 1783.
§. *fin. cor. bo. mem. Mannelli* eoque amplius, ut socius
administrator, si rationem reddit in parte, et in parte non
reddit, eam partem, de qua rationem non reddit, teneatur
in suam capitalis, vel utilium portionem imputare. *Jovius* 113
de contract. min. gloss. 25. §. 13. n. 542. *Rot. in dec.*
482. n. 9. *part.* 18. *tom.* 2. *rec.* et generaliter socius, qui
administravit, frustra petit, sibi illas rerum socialium parti-
tas bonificari, quas proponit, nisi libros, istrumenta, et scri-
pturas, partitas illas concernentia, exhibeat, atque alteri so-
cio consignet *Parreza de univers. instrum. edit. tit.* 9. *re-* 114
sol. 1. *n.* 7.

Verum tamen est, non in omnibus societatibus libros ra-
tionales conscribi, puta inter rusticos, animalium, aut rei
agrariae societatem contrahentes, aliosque similes, nam hi
plerumque texeris utuntur, et singulos fere in annos fructus
dividunt, et rationes absolvunt, atque redundat bona fides
Sanbonet. de animalib. currib. et planstr. cap. 29. *n.* 105.
cum seq. ab his, citra pactum, peti codices rationales non 115
debent, hinc illa conclusio, ut libri sociales, exhiberi non
juste petantur ab eis, qui illorum praeexistentiam minime
probant *Rot. dec.* 6. *n.* 9. *cor. Zerata*, *et dec.* 197. *n.* 16. 116
in fin. cor. Bichio et in Bononien. transactionis 11. *junii*
1708. §. *fin. cor. b. m. Omanna.* Praesertim si ambo socii
administraverint, et de conficiendis libris nihil convenerint,
ita ut non appareat, uter in culpa sit; vel si pactum de
conficiendis libris inierint, et promiscue administrando
pactum non servaverint, in his enim viget regula, ut si duo
socii pari culpa notentur, eadem compensetur invicem, et
alter alteri redditionem rationis minime opponat *Card. de* 117
Luca de credito disc. 62. *n.* 7. *Rot. post Post. de subhast.*
dec. 132. n. 9. *et* 10., *et in dec.* 61. *n.* 12. *cor. Arguell.*

Quoad bilancia, receptum in foro est, ut bilancia nihil
valeant ad redditionem rationis modo aliquo adstruendam,
nisi omnes partitas crediti, et debiti cum suis causis singilla-
tim enuncient, prout totidem verbis resolvit *Rot.* in *Anco-* 118
nitana societatis 2. *junii* 1783. §. 10. *cor. b. m. Mannelli*
potissime nullius sunt roboris bilancia, si memoriae causa
exarata conspiciantur *Rot. dec.* 303. *n.* 7. *tom.* 2. *cor. Mo-* 119
lin. quod si bilancia fuerint utrinque subscripta, tunc plene
probant redditionem rationis, quae non est denuo repetenda
Rot. in *dec.* 125. *n.* 1. *tom.* 7. *in nuperrim.* plurimum ve- 120
ro si omnes dati, et accepti contineant partitas *Rot.* in *Ro-*
mana redditionis rationis 24. *januarii* 1755. §. 6. *cor. R.* 121
P. D. Figueroa.

Dicitur, et verum est, quod pro redditione rationis ad-
versus socium administratorem ad hoc obligatum, non pro-
ceditur via executiva, illa ratione ab omnibus doctoribus
amplexa, quia sicuti nulla crediti, aut debiti extat liquida-
tio ante redditam rationem, ideo pro credito, vel summa in-
certa nequit executivum expediri mandatum, ita in subjecta
quaestione arguunt *Ansald. de commerc.*, *et mercat. disc.* 122
37. *n.* 20. *et* 23. *Rot. in dec.* 41. n. 16. *et fere per totam*
cor. Arguell., *et in dec.* 343. n. 2. *part.* 18. *tom.* 1. *recen-*
tior. excipitur solum casus, quo socius administrator se ad
rationem reddendam, cum guarantigia, seu cum obligatione
camerali obligaverit *Gratian. discept. for. cap.* 852. *n.* 25. 123
et 27. *Rot. d. dec.* 343. *n.* 1. *part.* 18. *tom.* 1. *rec.* Sed haec
etiam conclusio, ut infra mox temperatur.

Qua via igitur societatis administrator sit ad reddendam
rationem cogendus, doctores disputant: alii citati per *An-* 124
sald. de commerc. et mercat. disc. 37. n. 20. viam executi-
vam non dari sustinent, ex supraindicata ratione incertitu-
dinis crediti, et respectiva debiti; alii docent relaxandum
esse mandatum ad factum per viam mulctae, puta cum gra-
vatoria alicujus summae arbitrio judicis, donec taedio affe-
ctus rationem reddat is, qui administravit, ut per *Card. de* 125
Luca de tutor. disc. 6. *num.* 15. *Ansald. de commerc.*,
et mercat. disc. 37. *num.* 21. *Rot. dec.* 228. *num.* 4. *part.*
11. *recent.*, *et decis.* 41. *num.* 7. *ad seq. coram Arguell.*
Alii demum asserunt, ut contumace existente administra-
tore in reddenda ratione, relaxetur alteri socio, via execu-
tiva mandatum pro repetitione sui capitalis in societatem
initio collati, et pro utilibus, quae ad ipsius manus perve-
nisse constiterit; *Escobar. de ratiocin. cap.* 21. *n.* 24. *ad* 126
seq. Giurba dec. 15. *n.* 10. *Card. de Luca de tutor. disc.*
17. *sub n.* 9. *Ansald. de commerc. et mercat. disc.* 37. *n.*
22. has equidem approbo theorias praescripto executas ordi-
ne; et juxta hanc postremam opinionem puta administrato-
rem in forma camerae obligatum compelli, tributa desuper
alteri socio facultate jurandi in litem pro utilibus, ut supe- 127
rius *n.* 109.

Rationis autem redditio facienda est in loco gestae admini-
strationis, seu in loco domicilii, ubi sunt scripturae, testes,

128 aliaque monumenta necessaria ad ratiocinia facilius explenda *Roland. a Vall. cons.* 49. *n.* 67. *lib.* 1. *Munoz. de Escobar. de ratiocin. cap.* 7. *sub n.* 3. *Felic. de societ. cap.* 38. *n.* 1. 2. *et* 5. *Voet. in Pandect. lib.* 17. *tit.* 2. *n.* 11. *in fin. pro socio. Antonell. de loco legal. lib.* 2. *cap.* 36. *n.* 11. *Rot. dec.* 13. *n.* 2. *vers. et cum coram Penia.* Quod si alter socius velit alio in loco rationem reddi, debeat ipse cavere de sub-
129 eundis aere suo expensis in id necessariis *Antonell. de loco legal. lib.* 2. *d. cap.* 36. *n.* 11. *vers. haec tamen.*

Sumptus denique necessarii ad explendam redditionem rationis fieri debent ab eis, quorum principaliter interest *Mu- 130
noz. de Escobar. de ratiocin. cap.* 42. *n.* 6. et in subjecta societatis quaestione, rationis redditio fieri debet, sumptibus ejusdem societatis, seu dominorum societatis, quorum principaliter interest, et non sumptibus administratoris *Rot.* 131
dec. 9. *n.* 7. 8. *ad* 11. *cor. Tunar.* et in his sumptibus comprehenduntur expensae peritorum, quatenus tulerit necessitas, eligendorum. *Rot. d. dec.* 9. *n.* 10. 11. *ad fin. coram* 132
eodem Tunar.

CAPUT X.

De divisione rerum socialium.

SUMMARIUM

1. Distracta, seu soluta societate superest divisio.
2. Alia tamen dissociatio est, et alia, atque alia divisio.
3. Potest enim fieri, ut societas intempestive solvatur, et divisio ad praestitutum tempus protrahatur ex pacto, quod servandum est.
4. Hoc enim in casu distractio societatis efficit, ut res transeat in communionem suspensa divisione ad tempus statutum servandam.
5. Et si contrarium fieri contingat, alter durante societate ad id quod interest agit actione pro socio, finita ea vero, communi dividundo.
6. Pactum, ne dividatur valet, si fuerit ad tale tempus determinatum secus si tempus fuerit indeterminatum. n. 7.
8. Pactum itaque, ne perpetuo divisio fiat, non valet, quia nulla in aeternum societatis coitio.
9. Nemo potest in societate invitus detineri.
10. Pactum non dividendi quantumvis juratum, non impedit divisionem, absolutione a juramento impetrata. n. 11.
12. Amplia, licet pactum sit conceptum per modum poenae, seu conditionis, seu caducitatis.
13. Amplia etiam in emphyteuta, seu fideicommissario, qui licet ligentur pacto non alienandi, possunt tamen dividere.
14. Subsequens divisio supponit praecedentem communionem.
15. Ut fiat tamen divisio probari debet praecedens societas, quia societas, non praesumitur, nisi probetur. n. 16.
17. Constito de praecedenti societate, haec continuata praesumitur, usquedum non doceatur de divisione.
18. Divisio non fit nisi soluta societate
19. Declara ut divisio fiat de rebus socialibus, non ad societatem non pertinentibus.
20. Fitque demum divisio de iis rebus, quae soluta societate, et rationibus dispunctis, supersunt, sive capitalia, sive utilia et quae utilium nomine veniant traditur. n. 21.
22. Finita societate, capitale cuique socio restituitur initio collatum.
23. Amplia, ut si initio collata sunt decem postea revidentur capitale, et involvuntur quique, haec sola repetantur.
24. Conclusio, ut capitale initio collatum finita societate restituatur, habet locum non solum in societate generali, et particulari, sed etiam universali. n. 25.
26. Facta loco restitutioni capitalis, qui illud recipit, tenetur cavere de solvendis debitis supervenientibus.
27. Socius, qui pro suo capitale pecuniam contulit, et haec tempore divisionis non extet, sed solum merces extent quid juris?
28. Socius pecuniam immittens in societatem, non habet animum mutuandi, aut deponendi, sed ut emendo, et vendendo negotiaretur
29. Ergo si tempore divisionis non pecuniae, sed merces extent, has, et non illas peti, et recipi debent.
30. Quod si aliquae pecuniae extent, has socius recipit, et reliquum in mercibus, et nominibus arbitrio suo.
Amplia, ut si in nominibus, ratio habeatur sumptuum pro exactione faciendorum *ibidem.*
31. Si initio pactum fuerit, ut socius, qui pecuniam contulit, pecuniam in fine repetat, servetur pactum, et ad pecuniam restituendam merces distrahuntur n. 32.
33. Quod si socius convenerit, ut finita societate capitale restituatur, vel in pecunia, vel in mercibus, intelligitur pactum si pecunia extat, secus in mercibus satisfieri debet, ne alterius socii conditio deterior fiat n. 34.
35. Si unus sociorum discedat a societate, eamdem aliis continuantibus ille suam portionem capitalis, et utilium recipit in pecunia, non in mercibus.
36. Divisio est quid facti, et ideo non praesumitur nisi plene probetur
37. Tacite etiam probatur divisio, puta si socii per decem annos seorsim possederint res sociales licet inaequaliter, nisi inaequalitas magna esset.
38. Actio pro divisione triginta praescribitur annis.
39. Intellige superiorem conclusionem, si separatim quisque socius dominio possederit, secus si pro indiviso, nam tunc ne centenaria quidem proderit praescriptio.
40. Limita si possidens se opposuerit divisioni intentatae, per alterum, et hic acquieverit per 30. annos.
41. Aequalitas servanda est in divisione societatis tum universalis, tum generalis, tum particularis.
42. In divisione tamen societatis universalis non redditur ratio, nec habetur ratio de lucris, et impendiis factis, sed omnia quae extant tempore divisionis aequaliter dividuntur, et n. 43.
44 In societate autem generali, aut particulari, in divisionem venit omne lucrum, damnum, et dispendium.
45. Praestat separatim agere de his societatibus.
46. In societate universali divisio fit, aequaliter in capita, et non in stirpes, nulla habita ratione ad majorem unius, vel alterius industriam.
47. Omnis enim divisio, sicuti omnis ab intestato successio fieri solet, aut in capita, aut in stirpes; et utraque quae sit, exponitur. n. 48. 49. et 52.
50. Capita item, quae sint, et quae stirpes, similiter traditur n. 51.
53. In societate universali, omnes res quae coeuntium sunt continuo communicantur.
54. Amplia communicari non solum res praesentes, sed etiam futuras, puta haereditatem, legatum, donationem, quaestum, nomina, tum active, tum passive, n. 55. et 64.
56. Haec quidem omnia socii universales ex aequo inter se dividunt.
57. Et si sociorum unus filios habuerit, et industriam contulerint, hi in divisione nullam faciunt partem, et eorum operae cum alimentis compensantur n. 58.
59. Amplia, ut nulla quoque habeatur ratio de sumptibus pro filiis factis, puta ex causa studiorum, reipublicae, victus, vestitus, morbi, et hujusmodi. n. 60.
61. Expungitur *Caponius* circa divisionem in capita, aut in stirpes, mobilium, et supellectilium domus in societate universali n. 62.
63. Non quaedicit, aptatur potius societati impropriae, veluti est communio simplex pro indiviso bonorum.
65. Eodem modo *Caponius* redarguitur in divisione vestimentorum, et hujusmodi aptao. potius communioni bonorum, quam societati universali. n. 66. ad 69.
70. Si unus socius universalis decedat cum filiis, an hi succedant in capite cum aliis sociis superstitibus?
71 Resolvitur filios usque ad tempus mortis eorum patris, consequi debere partem integram patri spectantem.
72. Quod si mortuo patre, filii autem superstitibus sociis renovent societatem, iidem in fine in capita divident intellige tamen et *ibid.*
73. Commune est in societate universali, et particulari, ut praestetur evictio rerum divisarum, mobilium stabilium, et nominum, et datur ratio n. 74.
75. Divisio obtinet vicem emptionis, aut permutationis, et adnumeratur inter contractus innominatos n. 76. 77. et 91.
78. Et sicuti in emptione, et permutatione non conventa debetur evictio, ita pariter in divisione debetur.
79. Amplia quomodocumque sit facta divisio, vel privatim inter socios, vel per judicem
80. Amplia etiam ut talis evictio licet non conventa plene debeatur, etiam quoad damna.
81. Limita, ut non debeatur in divisione societatis evictio, si haec per pactum fuerit remissa.
82. Amplia limitationem si unus socius sciens, prudens receperit in divisione rem fidei commissariam feodalem, aut emphyteuticariam.
83. Declara, nisi de evictione fuerit expresse cautum, et de pluribus aliis conclusionis principalis limitationibus remissive.
84. Socius, qui initio rem aut alienam aut oneri subjectam communicavit, si in divisione sibi illa obvenit an agat pro evictione? Negative resolvitur, et datur ratio n. 85.
86. Duo socii rem alienam scienter possidebant, in divisione uni eorum obvenit, stipulata evictione. Fit deinde eos inter permutatio, evictione non stipulata; quid juris, quaeritur.
87. *Cyriacus* tenet ultimum ex permutatione possidentem, non agere adversus alterum pro evictione.
88. Contrarium tenet auctor, et adducit rationes n. 89. ad 93.
Super re aliena coiri potest societas *ibidem.*
89. Quaesita ex furto et maleficio eatenus conferuntur, quatenus condemnatio ad restitutionem non sequatur n. 90.
93. Impar esse non debet sociorum conditio.
94. Divisa per patrem inter filios haereditate, si in portione unius contingat evictio, haec regulariter non debetur.
95. Factum ejus praestare quis debet ex qua persona lucrum capit.
96. Haeres debet servare factum defuncti.
97. Et haec servantur in rerum socialium divisione.
98. Declara conclusionem, de qua n. 94. procedere, si pater scivit rerum divisarum onera, et pericula: secus si ignoraverit n. 99.
100. Fortius si fratres inter se evictionem promiserunt, rejecto. *Mauschio.*
101. De pluribus aliis hujus rei declarationibus, remissive.
102. Hactenus incidenter de his proxime dictis, tamquam ad impropriam societatem pertinentibus.
103. De aliis nunc societatibus generali, particulari, et incidenti.
104. Principiis cognitis, facilis est ad consequentias illatio.
105. Si non fuerint partes adjectae aequales eas esse debere constat.
106. Quod si convenerint socii, ut unus duas, alter tres habeat partes, valet pactum, si hic plus pecuniae, vel industriae contulerit.
107. Pactum utilium in fine societatis dividendorum inter socios valet, et servandum est.
108. Declara si pactum ab aequalitate non distet.
109. Deficiente autem pacto partes semper intelliguntur aequales.

110. Aequalitas haec vero partium non debet consistere in puncto indivisibili.
111. Sed servari debet proportio, habita ratione ad capitale, et industriam utriusque n. 112.
113. Hoc est, ut servari debeat proportio, seu aequalitas geometrica, non numerica.
114. Seu, ut qui plus confert, plus etiam lucretur, et habeat.
115. Antequam haec dividantur societatis utilia, detrahuntur debita, sumptus, et damna.
116. Detrahitur etiam capitale, quod non continetur in sumptibus.
117. Differt capitale universalis, et particularis societatis in eo, quod in illa statim initio communicatur, in hac non communicatur, nisi accedat pactum, n. 118. et 119.
120. Dubitatio circa communicationem capitalis major incidit, quando alter socius ponit operam alter pecuniam.
121. Si adsit pactum communicandi operam cum pecunia, vel si opera respondet pecuniae, vel judex ita judicavit; communicatio procedit; et datur exemplum n. 122.
123. Et hoc casu divisio fit aequaliter, nisi intempestive solvatur societas, nam tunc capitale operae erit pro rata temporis.
124. Generalis societas universos quaestus sociales complectitur, iique dividuntur aequaliter, vel prout fuerit conventum inter partes n. 125.
126. Si capitale operae cum pecunia initio non communicatur, tunc detracto capitali utilia tantum ex aequo dividuntur.
127. Doctores disputant an filii sociorum in quavis societate adjutricem manum praebentes, aliquam digni sint utilium parte.
128. Extranea disputatio, quia in divisione socii dumtaxat considerantur, vel de prima, vel de renovata societate agitur.
129. In vera societate filii societatem nullam faciunt figuram, nullamque partem utilium habent.
130. Et siquid operati fuerint, eorum operae compensantur cum alimentis.
131. Declara, ut in generali, et particulari societate, aliquam habeant mercedulam.
132. Pater cum filio jure contrahit societatem.
133. Si pater, et filius leviter contrahunt societatem cum tertio; duas partes fieri debere, unam patri, et filio, alteram tertio assignandam, tenet *Menoch*.
134. Contrarium sentit *Mantica*, ut fieri debeant tres partes.
135. Hoc verum, si filius habens castrense, aut quasi, aut adventitium peculium, aut fuerit in eo negotio peritus, fuit contemplatus uti socius: secus e contra n. 136.
137. Particulari societati est finitima generalis, et in utraque idem jus procedit indole tamen, et natura utriusque societatis retenta n. 138.
139. De pluribus quaestionibus circa divisionem hujus societatis, remissive.
140. Major difficultas est in divisione societatis impropriae nempe communionis bonorum, vitae, et fructuum.
141. Definitio communionis bonorum traditur, et uti periculosa, seorsum ponitur n. 142.
143. Communio bonorum non est vera societas.
144. Nec sufficit rem esse communem, nisi societas intercedat.
145. Communio haec, si incidenter contrahitur, puta cum duo, vel plures succedunt in haereditate, et eis datur actio familiae herciscundae.
146. Sin autem contrahitur in re particulari, puta in re duobus legata, empta, vendita, locata, conducta et tunc agitur communi dividundo, n. 147.
148. Divisio ex familia herciscunda fit quatuor modis in re universali, seu in haereditate, atque indicantur.
149. *Capyrius* tresdecim dividendi modos assignat, atque exponuntur n. 150.
151. Sed postea ipse *Capyrius*, illos ad paucos restringit, ita auctor superiores quatuor dividendi modos tenet.
152. De divisione judicio testatoris facienda, remissive.
153. Additur hic, divisionem factam a testatore ratam debere servari per haeredes. n. 154.
155. Amplia in divisione per patrem, et matrem facta inter suos filios, inaequaliter, dummodo salva sit legitima n. 156. et 157.
158. Res communes quandoque pro indiviso possessas judex ex bono, et aequo partitur.
159. Amplia ut possit judex adhibere etiam peritos aestimatores, ad formam statuti urbis n. 160.
161. Ex peritorum electione non raro oritur inter dividentes discordia.
162. Judex propterea poterit modum divisioni praescribere circumstantiis, magis congruum, arbitrio suo.
163. Et divisio taliter facta servabitur, nisi error irrepserit, et periti modum sibi praescriptum excesserint.
164. De divisione rerum socialium ad arbitrum delegata remissive.
165. Quid si divisio ita sit difficilis, ut impossibilis pene videatur judex quid facere debet.
166. Debet quidem judex rem totam uni tradere, et ob hoc solui pretii partem alteri jubere, et n. 167.
168. Res non commode divisioni dicitur, vel quando per eam valde depretiaretur.
169. Vel quando esset futura divisio cum omnium possidentium praejudicio.
Vel quando res divisa pene infructifera redderetur *ibid*.
170. Vel quando notabiliter res ipsa minores fructus rependeret.
Vel quando divisionem fieri ad injuriam, et aemulationem peteretur: *ibid*.
171. Vel demum quando rixae per divisionem orirentur, et scandala.
172. Judex igitur, ad quem totum pertinet, vel se a divisione abstinebit, vel compensationem, aliunde nul dabit.
173. De pluribus aliis incommodae divisionis casibus, eadem regula decidendis, remissive.
174. In domo, seu palatio divisio est muraliter impossibilis, et quando.
175. Nihilominus, quando cessat testatoris praeceptum, semper interest judicis arbitrium pro divisione.
178. Quandoque res indivisibilis exponitur publicae licitationi, extraneo etiam permittendae, et n. 177. et 178.
179. Declara ut si offerat extraneus, et unus socius, vel consors, hic in paritate pretii praeferri debeat per judicem.
180. Amplia, ut si socius justum pretium offerat, praeferatur, licet extraneus plus offerat.
181. Judex autem in hac difficili rei divisione, eam adjudicabit illi socio, qui majorem partem habebit in illa, soluta alteri socio suo pretii parte, rejecto *Felicio*.
182. Amplia, ut judex hunc modum servaverit in divisione domus indivisibilis, nisi lucri vam et pensiones pro rata distribui melius judicaverit.
183. Quod si adfuerint aliae res communes dividendae, judex domum assignabit uni, et alius, res alias.
184. Et hunc modum maxime servabit judex, quando ille, qui recepit totam domum, vel majorem in ea partem habet, vel conterminam alteri suae domui habet.
185. Qualitas haec de cantere rei conterminae ut aliam rem proximam licet socialem, habeat, nunc, extra quoque casum incommodae divisionis, attenditur.
186. In discordia autem dividentium circa rem indivisibilem, judex, fortunam judicem rei esse, decernet. n. 187. 188. et 189.
190. Nobilior dividendi modus, est concordi animo facta divisio, a qua recedi non debet. n. 191.
192. Limita si dolus, fraus, aut laesio intervenerit nam tunc reformabitur divisio ad aequalitatem n. 193.
194. Licet in emptione, et venditione etc. possint contrahentes se decipere, non tamen in societate, propter jus fraternitatis.
195. De hac tamen reformationis materia, remissive.
196. Inter dividentes, si reperiatur minor, de statuto intervenire debet in divisione tutor et curator, de jure autem decretum judicis
197. Limita si minor fuerit a majore ad divisionem provocatus, nam quia tunc divisio dicitur necessaria, nullis indiget solemnitatibus.
198. Cessante hac limitatione, divisione facta cum minore sine dd. solemnitatibus, si is fuerit gravatus, habebit restitutionem in integrum, et n. 199.
200. Amplia conclusionem in muliere.
Atque ita intelligi debent conclusiones generales in hac re, *ibid*.
201. S. fratres, et consortes circa divisionem rerum communium non conveniunt, praesto est altera, ut major dividat, et minor eligat.
202. Perantiquus est hic dividendi modus approbatus a texto sacro, a textu canonico, a jure civili, atque a doctoribus, n. 203. 204. 205. et 206.
207. Major dividere debens, non semper intelligitur aetate, sed prudentia, peritia, et cognitione, licet minor annis fuerit, rejecto *Felicio*.
208. Ex nonnullis hic modus divisionis servatur solum inter duos dividentes.
209. Sed contrarium verius est, ut etiam inter plures, quam duo, servetur.
210. Postremus dividendi modus fieri dicitur per sortem, quae juxta locorum consuetudines multipliciter expletur, et n. 211. et 212.
213. In hac divisione per sortem, si dividentes fuerint diversae professionis judex debet aptare cuique res suae professionis, et dantur exempla, n. 214. et 215.
216. Ab hac divisione per sortem reclamare nemini licet, dummodo absit excessiva laesio.
217. In hac communione saepe numero aliquis possidentium relinquit filios, sive negotium versatur in re rustica, sive in aliquo artificio, cum eadem utriusque conditio est.
218. Quaeritur de modo tenendo in divisione inter familias cultores, atque etiam nobiles.
219. Quoad vero rusticos, et artifices. *Constantinus* ait, quod si agatur de mobilibus, aliisque rebus haereditariis a communi stipite provenientium, divisio fiet in stirpes, et non in capita.
220. Quod si agatur de eisdem rebus communi labore acquisitis, et divisio fiet in capita, et non in stirpes.
221. Eadem distinctio procedit in vestimentis pretiosis, exceptis quotidianis, quae unicuique relinquentur, et n. 222.
223. Amplia distinctionem eamdem servandam in fructibus cujusque generis.
224. Declara ut fructus labore, et sudore dividentium quaesiti, dividantur in capita, sive viri, sive mulieres fuerint dividentes.
225. Intellige semper tamen arbitrio boni viri, ut plus habeant, qui plus laborarunt, plus viri, quam foeminae.
226. Pueris usque ad aetatem 12. annorum praeter victum, et vestitum nihil ultra assignatur. Ab anno 12 ad 18 dimidia pars ejus, quod homo lucratur, vel saltem tertia pars arbitrio boni viri.
227. Sunt, qui tenent adolescenti 14. annorum assignari portionem viro perfectae aetatis debitam, et affertur ratio.
228. Si tamen sint duo fratres, alter nullos habeat, filios alter plures: puta sex, quorum duo grandiores laborarunt, caeteri tenerae aetatis, fit compensatio lucri illorum cum horum alimentis.
229. Rustici in communi possidentes si per eorum filios parvulos custodiunt animalia et tabernacula habent mercedulam victui, et vestitui aequalem.
230. Quod si de communi sint aliti, adhuc tamen parva merces eis datur.
231. In his omnibus totum facit arbitrium judicis, nam quandoque minores annis multum prosunt negotio in diligentia, et obedientia.
232. Sicuti e diverso majores annis non raro parum, aut nihil prosunt, propter ignaviam, ludum, crapulam, aliaque vitia.
233. In divisione animalium procedit distinctio, de qua supra n. 219. et 220. in capita, aut in stirpes, et n. 234.
235. Fructus vero animalium dividuntur in capita, et ad ratam laboris.
236. Si duorum fratrum in communione viventium, unus emat de proprio animalia ad seminandum etc. haec in divisione veniunt communia.
237. Fructus vero, detracto collatico boum emendi reservato, dividuntur in capita inter laborantes.
238. Amplia hoc in animalibus minoribus: et detractio procedit in semine, et stipendiis, si ea unus fratrum contulit solus.

Zanchio

59

239. Quod si super eisdem animalibus contracta fuerit vere societas, servandae erunt regulae, de quibus, remissive.
240. Stabilitur divisio in hac incidenti communione, regulatur juxta distinctionem, de qua supra n. 219. ad seq. quas hic repetitur, n. 241. et 242.
243. Operae laborantium eaedem non semper sunt, nam spectatur robur hominis, aetas, tempus, et opportunitas, quae causam operarum mutant.
244. Siquid vero pater in supradictis casibus accipit ex persona filiorum in ejus potestate positorum, sibi quoad usum fructum, filiis quoad dominium accipit.
245. Si unus fratrum pro indiviso possidentium uxorem habeat, fructus dotis communes erunt, et aequaliter dividentur, et datur ratio n. 246.
247. Quod si agatur de ultimo anno communionis, fructus dotales pendentes, pro rata temporis, quo alias cum uxor sunt communes.
248. Et si fructus dotales fuerint recollecti pro dimidio spectabunt ad uxorem, et pro alia ad communionem.
249. Foeminae ex statuto urbis sunt exclusae ab intestata successione bonorum patris, et matris, extantibus masculis.
250. Foeminas tamen, fratribus bona communia patris, et matris dividere volentibus, et sorores alere, et postea dotale paratis: ex hac causis detrahere nihil possunt a bonis communibus, n. 251.
252. Fortius si bona fuerint subhasta, quae cum suo transeunt onere, si per fratres alienantur.
253. Quod si bona communia consistant in nominibus quae retinent hypothecam quousque inexacta remaneant, tunc per fratres cautio interponitur, n. 254.
255. Demum si bona haereditaria, et communia in locis montium consistant, in iis apponi debet vinculum futurae dotis.
256. Si inter fratres reperiatur clericus beneficia possidens an in divisione repetat illorum fructus, tanquam peculium quasi castrense.
257. Quoad fructus consumptos, si clericus insimul cum aliis fratribus, vixerit, nihil repetit.
258. Et si beneficii fructus fuerint pro alimentis clerici, excessivi, praesumuntur in sanguine conjunctos donati.
259. Quod si pater clerici cum eisdem fructibus beneficii redundantibus, stabilia quaesierit, sibi, et non filio quaesivit.
260. Sed contrarium de jure verius est ut stabilia taliter quaesita non acquirantur, nec patri, nec filio, nec fratribus sed ecclesiae dimittant.
261. Amplia, ut palliatae acquisitiones nomine alterius quam clerici beneficiali fieri solitae, si detegantur, nihil valeant rejectis contrariis.
262. Peregrina praeponitur quaestio, de societate inter rusticos ad plures generationes continuata, quomodo facienda sit divisio, et resolvitur per *Galli de fructib.*, n. 263. 264. 265. 266. 267. 268. et 269
270. Resolutionem hanc auctor impugnat, et rationes affert, et n. 271. et 272.
273. Bona societatis non dividuntur sociorum nisi solutis antea debitis.
274. Debita tamen socialia non impediunt divisionem.
275. Divisio autem non praejudicat creditoribus.
276. Quae prohibentur acquiri, puta ex maleficio, aliave illicita causa prohibentur etiam dividi.
277. Superest, ut agatur de societate vitae, victus, mensae, et fructuum de qua remissive, n. 278.
279. In societate vitae non communicatur bonorum dominium, sed fructus tantum communicantur, unde in divisione suum quisque recipiat.
280. Amplia ut nec habeatur ratio ejus, quod plus pro uno, quam pro alio sit impensum, nisi magnus adsit excessus, et remissive, n. 281.
282. Societas fructuum praestat solum communicationem eorumdem fructuum, atque ejus, quod cum eisdem fructibus quaesitum est, et hoc declaratur, et n. 283.
284. Datur societas in rebus spiritualibus, vel quasi; et consequenter divisio, et n. 285.
286. Ad divisionem, si provocatur ecclesia, nullae requiruntur solemnitates, secus si provocaverit ipsa, et n. 287.
288. Finita societate, scripturae sociales debent remanere, penes seniorem excluso juniore.
289. Item penes digniorem puta doctorem, sacerdotem excluso inferiore, et penes marem, exclusa foemina, n. 290.
291. Praeter haec, qui majus habet interesse caeteris praefertur, tenetur tamen is qui scripturas retinet cavere eas exhibere et salvas fore.
292. Quod si aliqua suspicio sit subtractionis, aut cancellationis, deponi debeant scripturae sociales in loco tuto.
293. Scripturae tamen tangentes rem uni socio in divisione obventam, ei consignandae sunt.
294. Facta divisione, remanet apotheca, vel fundacum, cui hoc, vel illa sit adjudicanda, quaeritur? multipliciter distinguitur, et datur resolutio n. 295. 296. et 297. ad 302.
303. Quid juris denuo de apothecae stylis, et suppellectilibus dividendis? Et pro rata ea dividi debere patet.
304. Alia quaestio de insignibus tabernae, et de signo sociali disceptendo; distinguitur, et resolvitur, n. 305. ad 308
309. Non locorum demum quaestio de operariis, qui negotio sociali inservierunt: cui sint assignandi, in divisione? resolvitur n. 310. 311. et 312.
313. Operarius quando possit mercedem conventam, tempore nondum finito, petere remissive.
314. Quaeritur an facta divisione, sine traditione transferatur res divisae dominium, atque periculum, resolvitur negative, et n. 315.

Distracta societate, redditaque ratione, divisio rerum su-
1 perest, ait textus *in leg. actione* 66. § *mort.*, *vers. si post*
distractam ff. pro socio. Aliud nihilominus dissociatio est,
et aliud, atque aliud divisio, nam solent partes quando jure
2 pacisci, ut res socialis usque ad aliquod determinatum tem-
pus dividatur, vel *non* dividatur: hoc pactum servandum
est, licet intempestive dissociatio fieri contingat, justa con
3 currente causa; nam distractio societatis legitima efficiet so-
lum, ut sublata societate, remaneat communio, itaque ad
4 praestitutum tempus. divisionem praepediat, cui pacto si so
ciorum alter contravenerit, et partem suam distraxerit, te
netur ad id, quod alterius intereat, actione pro socio, si nun
dum sit finita societas; sin autem post distractam societatem
vendiderit, communi dividundo tenetur judicio, ita eleganter
5 *Connan. comment. jur civ. lib. 7. cap* 13. *sub n.* 17. *ver-*
sic. nam et solet. innixus literali textui *in leg. si convene-*
rit 14., *et leg. idemque* 16. §. *qui igitur ff. pro socio*, addi-
tur *Petr. de Ubald. de duob. fratrib. port.* 11. *n.* 21.
Pactum hoc sane, ne dividatur, valere dixi. et servari, ita
demum si ad certum tempus divisio limitetur, sin autem
tempus non fuerit determinatum, non valere pactum docet
6 textus *in leg. in hoc judicium* 14. §. *si convenerit ff. com-*
mun. divid. ibi » Si conveniat, ne omnino divisio fiat; hu
» jusmodi pactum nullas vires habere, manifestum est; si
» autem, ne intra certum tempus, quod etiam ipsius rei
7 » qualitati prodest, valet » Ergo pactum *ne* rerum socia-
lium divisio perpetua fiat, nec socii sibi praescribere valent,
nec testator jubere potest; tum quia nulla societatis in ae-
8 ternum coitio est *leg nulla* 71, *ff. pro socio* tum quia in so-
cietate detineri invitus *nemo* compellitur *leg. fin. c. com*
9 *mun. divid. Rot. in Brictinorien. pecuniaria* 3. *julii* 1747
§. 6. *cor. cl. mem Card. Bussio, et in Tolentina divisionis*
27. *junii* 1768. §. 3. *cor. bo. mem Riccio* et quod indicatum
pactum quantumvis juratum non valeat, atque possint socii,
eo non obstante, ad divisionem devenire, communiter ad-
10 vertunt *Gattier. de jurom. confirm. part.* 1. *cap* 58. *n.* 2.
3. 4. *et per tot. Fontanell. de pact. nupt. claus.* 4 *gloss.*
9. *part.* 2. *n.* 98. 106. *cum seq. Merend. contr jur. lib.* 14.
cap. 1. *n.* 2. *et* 3. *et fere per tot. Ansald. de commerc.*
et mercat. disc. 54. *n.* 2. *et fere per tot Constantin. ad sta-*
tut. urb. annot. 21. *n.* 49. 50. *cum seq. Rot. post Torr. de*
pact. futur. success dec. 170. *n.* 4. 6. 9. *et per tot.* Absolu
tionem vero a juramento impetrari debere ab eo, qui supra-
scriptum pactum juratum impugnat, consulunt *Gattier. de* 11
jurum. confirm. loc prox. cit. n. 15. *et Fontanell. de pa-*
ct. nupt. loco pariter cit. n. 108.
Et quamvis non desint doctores d. regulam limitantes in
casu. quo prohibitio dividendi sit indicta a testatore sub
poena, puta caducitatis, vel per modum cujusque conditionis,
vel cum aliqua peculiari causa affectionis. puta, ne dividatur
castrum, feudum. domus, et hujusmodi forte a majoribus
suis proficiscens, nihilominus hanc limitationem rixas, et ini-
micitias foventem, communiter, rejiciunt. *Fontanell. de pa-* 12
ct. nupt. claus. 4. *gloss.* 9. *part.* 2. *n.* 113. *ad seq. Micha-*
lor. de fratrib part. 2 *cap.* 43. *n.* 12. *ad plur. seq. An-*
sald. de commerc. et mercat. disc. 54. *n.* 3. 4. 5. *ad plur.*
seq. Rot. post Torr. de pact. futur. success. dec. 170. *per*
totam idque doctores ampliant, ad emphyteutam, et fidei-
commissarium, qui non obstante pacto non alienandi pos-
sunt ad divisionem devenire, ut per *Fulgin. de jur. emphy-* 13
teutico tit. de alienat. quaest. 1. *n.* 205.
Est quidem regula, ut subsecuta inter socios divisio, prae-
supponat, antecedentem communionem *Decian. respons.* 14
30. *n.* 15. *vol.* 2. *Felic. de societ. cap.* 39. *sub n.* 2. *Capon.*
discept. for. 394. *n* 25. *tom* 5. *Urcell. consult. for.* 72. *n.*
2. *Rot. dec.* 279. *n.* 2. *part.* 10. *rec.*, *et in dec.* 303 *n.* 6.
cor Molin. et in d c 126. *n.* 5 *tom.* 2. *cor. Olivatio, et*
in Caesenaten. reintegrationis 26. *aprilis* 1754. §. 17 *cor.*
cl. me Card. Elephantutio. Sed ut petita divisio sequatur,
et fiat, probanda omnino est praecedens societas *l. g.* 1. *ff.* 15
communi divid Caleognin. ad mater. feudal. observat.
18. *n.* 64. *Rot. in d c.* 401. *n.* 1. *part.* 19. *tom* 2. *rec.* illa 16
ratione, quia societas est quid facti, atque de jure non prae-
sumitur, nisi concludenter probetur, *Felic. de societ. cap.*
39. *n.* 9. *Rot. d. dec.* 431 *n.* 2 *part.* 19 *tom.* 2. *rec.* Quod
si de bonorum communione, seu societate praecedenter con-
tracta non dubitetur, eadem, usquedum de divisione non do-
ceatur, continuata praesumitur *Rot. in Faventina immis* 17
sionis super resol tis quond praedium in Torre di Mirone
5. *aprilis* 1756 §. 11 *cor bon. mem. Borull.*

18 Divisio similiter non fit, nisi soluta societate leg. actione
66. §. morte ff. pro socio. Magon. dec. Lucen. 5. n. 33. ff.
Hevia de commerc. terrestr. lib. 1. cap. 3. n. 12. Bonac-
cina opera moralia dispat. 3. qu. 6. punct. 3. n. 7. Fitque
etiam de iis rebus dumtaxat, quae ad societatem pertinent,
19 exclusis aliis rebus sub illa non comprehensis, ad text. in
leg. siquid 46. ff. famil. ercisc. Calcagnin. ad mater. feud.
observ. 18. n. 66. Demumque fit divisio de iis rebus, et ju-
ribus, quae soluta societate, ac rationibus dati, acceptiq; di-
20 spunctis, supersunt Ansald. de commerc., et mercat. disc.
98. n. 27. Jov. de contract. min. gloss. 25. §. 13. n. 399.
Rot. dec. 50. n. 25. et 26. cor. Ninott., et dec. 66. n. 18.
19. par. 10. rec. sive capitale respiciant, sive utilia, quo-
rum nomine, capitalibus detractis, veniunt fructus, merces,
mobilia cujusque generis, stabilia, debitorum nomina, actio-
nes activae, et passivae, et quodcumque aliud a societate pro-
21 ficiscetur. Rot. in Romana pecuniaria 16. junii 1750. §. 8.
cor. cl. mem. Card. Elephantutio.

Atque ita intelligi debet illa conclusio, ut finita societate
restituatur capitale ei socio, qui illud initio in societatem
22 immisit, de qua Rot. in dec. 226. n. 2. cor. Bichio, et in
Romana societatis 7. maii 1753. §. 8. cor. bo. mem. Ama-
deo, et in Terracinen. societatis super redditione rationis,
et divisione 11. martii 1771. § cor. Emo. D. Card. Cor-
nelio, et in ejus confirmatoria diei 28. junii ejusdem anni
§. 7. cor. eodem hoc est quatenus capitale supersit, atque
extet integrum, ut secus capitis salvi illuceat qualitas a jure
proscripta. Imo vero, si sit, sub initium capitale in decem
constitutum, et postea revideatur, et inveniatur in quinque
hoc, et non illud, quatenus extet, venit restituendum, pro-
23 pter inter medium novationem Rot. in Romana societatis
6. decembris 1754. §. 4. coram cl. mem. Card. Caprara
et quoties dicitur capitale suum ei restitui debere, qui illud
initio contulit, hoc debet intelligi in quavis societate, nedum
generali, aut particulari, sed etiam universali, ut hac finita,
unusquisque sociorum, quod initio, nomine capitalis con-
24 tulit sibi restitui obtinent. Faber in leg. quod si 66. ff. pro
socio ibi » quamvis enim per societatem universorum bono-
» rum, fiant omnia bona communia, quasi tacita traditione
» interveniente, cum tamen dissolvitur societas, unusquis-
» que ex sociis bona sua recipit, quae contulerat in societa-
» tem, ne alienatio, quae fit per societatem aliquin duret
» ultra quam ipsa societas » ut pie iterum clarius ipse Fa-
ber. in leg. si tibi mear in ratione decid. sub princ. ff. de
praescript. verb. ibi » Sic etiam intelligi debet, ut qui socie-
» tatem etiam universalem, ut in perpetuum contrahit rem
» suam communicet socio, et in eum partem dominii trans
» ferat, non in perpetuum, sed quamdiu tantum durat so-
» cietas, finita enim societate, recurrit ipso jure dominium
» totum ad eum, cujus antea totum fuerat » id quod gene-
25 raliter indicavit Julianus d. leg. si tibi 14. ff. eod. tit. ibi
» Nemo societatem contrahendo rei suae dominus esse de-
sinit » observandum est autem, quod facto loco restitutioni
capitalis, is qui illud recipit debet cavere de solvendis socie-
26 tatis debitis supervenientibus Gratian. discept. for. cap
904. n. 2. Maur. de fidejussor. part. 1. princ. tertiae par-
tic., et seat. praelud. cap 20. n. 4. Hering. eod. tract. cap.
5. n. 54. Hevia de commerc. terrestr. lib. 1. cap 3. n. 46.
Ansald. de commerc. et mercat. disc. 98. n. 36. Mans.
consult. for. 121. n. 2. tom. 2. Felic. de societ. cap. 39
n. 100.

Dubitari potest, si is, qui initio, loco capitalis, pecuniam
immisit in societatem, utrum eadem pecunia in fine socie-ta-
tis non extante, jure petat socius res, seu merces distrahi, et
pecuniam suam sibi integram restitui, seu potius res ipsas,
27 seu merces extantes compellatur accipere? Qui in societatem
pecuniam immisit, non animum contrahendi mutuum, seu
depositum habuit, sed ut emendo, ac vendendo negotiaretur
28 Giurba dec. Sicil. 15. sub n. 4. Ansald. de commerc. et
mercat. disc 38. n. 3. in fin. Quamobrem si loco pecuniae
in fine societatis, ac tempore divisionis res extant, seu mer-
29 ces, has recipiat oportet socius, et non pecunias Petr. de
Ubald. de duob. fratr. par. 11. n. 103. et 104. Hevia de
commerc. terrestr., et naval. lib. 1. cap. 3. n. 48. Jovius
de contract. min. gloss. 25. §. 13. n. 661. ad 666. Felic.
de societ. cap. 39. n. 4. Ansald. de commerc. et mercat.
disc. 38. n. 3. et 4. Rot. post Postium de subhastat. dec.
62. n. 9. et in rec. part. 13. dec. 534. n. 6., et coram Cerro
d. n. 648. n. 6. et 7., et cor. Molin. tom. 2. dec. 347. n. 13.
Quod si aliquae extent pecuniae, ei consignentur, reliquum
vero in mercibus, seu nominibus arbitrio suo; eoque amplius
ut si in nominibus, ratio sumptuum habeatur, ea de causa
pro exactione faciendorum, nam capitale restituendum, in-
tegrum esse debet, et non sumptibus diminutum Petr. de 30
Ubald. de duob. fratr. part. 11. n. 103. et 104.

Quid vero si pactum initio fuerit, ut socius qui pecuniam
contulit, pecuniam in fine reciperet? Et pactum locum ha-
bere sentiunt. Felic. de societ. cap. 39. n. 4. Jovius de con- 31
tract. min. gloss. 25. § 13. n. 664., et ad hoc merces distra-
hi socius obtinet Rocca disput. jur. cap. 100. n. 27. 28. et 32
seq. tom. 2. qui doctor hanc perperam indistincte tuetur
conclusionem. Quid rursus si socii convenerint initio reci-
pere eorum capitale, finita societate, vel in mercibus, vel in
pecunia? Et patet, deteriorem, quoad licet, alterius socii con- 33
ditionem fieri non debere Rot. in Rom. societatis super di-
visione 20. januarii 1751. §. 3. cor. cl. mem. Card. Bussio,
quamobrem d. pactum intelligi debet in terminis habilibus,
hoc est, capitale restitui debere in pecuniis, aut mercibus, si
hae, aut illae in fine societatis extent, secus, quod superest
dumtaxat, Rot. dec. 50. num. 24 ad 27. cor. Ninotio. Non 34
ita tamen servandum est in casu, quo unus plurium socio-
rum a societate discedat, aliis eamdem societatem continuan-
tibus, nam qui a societate discedit, suam portionem capita-
lis, et utilium consequitur in quantitate, seu in pecunia,
non autem in mercibus, stylis, nominibus, et hujusmodi 35
Rot. in Romana societatis super divisione 20. januarii
1751. § 6. et 7. cor. cl. mem. Card. Bussio.

Est quid facti divisio, ideo de jure non praesumitur, nisi
plene probetur. Muscard. de prob. conclus. 526. n. 1. vol. 36
1. Menoch. de praesumpt. lib. 3. praesumpt. 60. n. 1. Ciar-
lin. contr. for. cap. 16. n. 2. Felic. de societ. cap. 39. n.
9. Capon. discept. for. 394. n. 6. tom. 5. Constantin. ad
stat. urb. annot. 21. n. 190. et 191. Jovius de contract.
min. gloss. 25. §. 13. n. 138. Rot. dec. 324. n. 6. part. 12.
rec. et in dec. 688. n. 2. cor. Pamphil. Tacite etiam divisio
probari potest, puta si separatim socii per decem annos bona
possederint, quamquam inaequalis foret bonorum socialium
possessio; nisi haec inaequalitas magna esset, ut promiscue
tradunt Felin. Sandaeus post Butrium caus. 2. n. 25. Car- 37
pan. ad statut. mediolan. cap. 483. n. 148. ad plur. seq.
Ayora de partition. part. 3. qu. 30. n. 111. Menoch. de
praesumpt. lib. 3. praesumpt. 60. n. 3. Mans. consult. for.
586. n. 18. 19. et 20. tom. 6. Felic. de societ. cap. 39. n.
11. Constantin. ad stat. urb. annot. 21. num. 196. 197. ad
plur. seq. Antonell. de tempore legal. lib. 2. cap. 109. n.
17. Quod si procedatur in vim praescriptionis, triginta re- 38
quiruntur anni Carpan. ad stat. mediolan. cap 483. num.
153. tom. 2. Ayora de partition. part. 3. quaest. 30. num.
110. hoc tamen intelligitur, si nomine separatim proprio u-
nus socius possederit, secus si communi nomine possederit,
nam hoc posteriore casu, is pro alio etiam possidet socio,
nulla ideo currit praescriptio, etiamsi ea sit centum anno-
rum Ayora de partition. loc. prox. cit. Antonell. de loco 39
legali lib. 2. cap. 109. n. 1. Felic. de societ. cap. 39. n. 8.
Constantin. ad stat. urb. annot. 21. n. 47. 204. et sub. Rot.
dec. 96. n. 9. et seq cor. Otthubono, et dec. 6. n. 28. cor.
Bichio nisi possidens se opposuerit divisioni per alterum so-
cium intentatae, nam si hic postea acquieverit, et per tri-
ginta annos tacuerit, locum habebit praescriptio. Constant. 40
loc. prox. cit. n. 48.

Ut ordinatim de more in hoc etiam capite procedam,
quamvis divisionis lucri, et damni aequalitas in societate a
legibus indicta, eadem non sit in societate, tum universali,
tum generali, tum particulari indistincte servanda, quemad-
modum adnotavit Connan. comment. jur. civ. lib. 7. cap. 13. 41
sub num. 17. circa med. vers. nec vero quod Paulus eique
plaudunt Carpan. ad statut. mediolan. cap. 483. n. 180. t.
2. Mangil. de imputat. quaest. 26. n. 7. Nihilominus ali-
quid interest inter utramque societatem universalem, et par-
ticularem, illa ratione; quia in societate universali non re-
quiritur rationis redditio, ut proximo antecedenti cap. 9. n. 42
11. ad seq. qui qui propterea fuerint contractus, ea durante
per socios gesti, activi, passivi, quae quae impendia, et lucra,
atque hujusmodi, nulla de his ratio habetur, sed bona, aut
lucra socialia, quae extant de tempore divisionis omnia ae-
qualiter repartiuntur, ut pluribus probat Ansald. de com- 43
merc. et mercat. disc. 52. n. 8. et 20.

Ex diverso autem in societate generali, seu particulari in
rationem seu divisionem venit omnia, ea durante, gestum,
nempe lucrum quaesitum, atque dispendium passum, ac sit

videlicet conferendum, et respective supputandum, et qua-
liter cum aliis pluribus, quae utramque societatem univer-
44 salem, et particularem discriminantur *Ansold. de commerc.*
et mercat. disc. 52. n. 7. Placet itaque separatim de utra-
que societate, universali, et particulari quae sub generalis
continetur in praesentia disserere, qua sit materia planior,
45 illiusque executio in praxi facilior; et primo de universali
societate verba faciam.

Quod divisionem itaque faciendam in universali societa-
te; regula est, ut utilium divisio sit facienda aequaliter in-
ter socios in capita, et non in stirpes nulla habita ratione, an
plus bonorum unus, vel alter initio contulerit, an plus etiam
industriae, diligentiae, et curae impenderit, an plus deni-
que unus, vel alter consumpserit, aut societati lucrando pro-
46 fuerit *Cephal. cons.* 483. n. 11. *et* 10. *tom.* 4. *Decian. re-*
spons. 39. *n.* 2. 3. 4. 7. *et* 11. *vol* 1. *et respons.* 80. *n.* 3.
et 8. *vol.* 5. *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 14. 31
et 41. *cum seq.* tom. 1. *Panimoll. dec.* 152. *n.* 9. *tom* 3.
Rot. dec. 170. n. 3. *tom.* 7. in *nuperrim.* Omnis enim divi-
47 sio, quemadmodum omnis ab intestato successio, aut est in
capita, aut in stirpes, et siculi in capita succedi dicitur, cum
in tot partes haereditas dividitur, quod sunt capita, sive
48 personae succedentium; in stirpes, cum pro numero stirpium
secatur haereditas, ut qui sunt ex una stirpe, partem unam
ferant, qui ex altera, licet pauciores, aut unus tantum, par-
49 tem alteram; capita sunt personae unius, aut plurium stir-
pium; stirpes sunt generis origines, veluti filius est stirps ne-
50 potum, nepos stirps pronepotum. In capita toties succeditur,
quoties personae succedentium proprio jure, et ex sua per
sona veniunt; in stirpes, cum veniunt jure repraesentationis
idest ex persona ejus, in cujus jus, et locum successerunt.
51 sunt identifica verba *Vinnii in* §. *cum filius* n. 1. *instit. de*
haeredit. quae ab intestato deferuntur, ita pariter in divi-
52 sione bonorum societatis universalis evenire jurium loci su
perius allegati docent.

Ergo cum in societate universali omnium bonorum, omnes
res, quae coeuntium sunt, continuo communicentur, ut his
53 verbis ait *textus in leg.* 1. *ff. pro socio* et non solum res
praesentes, sed etiam, futurae, puta quaestus, haereditas,
54 donatio, legatum *leg. ea vero* 3. *ff. eod. tit.* Item nomina
cum activa, tum passiva debitorum, ut in superiore *part.* 2.
65 *cap.* 4. *n.* 97. et iterum *part.* 3. *cap.* 10. *n.* 35. Ex his pe
rinde sequitur, quod si duo, vel plures fuerint socii univer
sales, ex aequo ipsi, et in capita, lucra, et damna societatis
56 subeant, et habeant in divisione; nec si sociorum unus filios
habuerit ad lucrandum habiles, qui pro communi utilitate
operas in sociali negotio praestiterint, quidquam ex acervo
sociali consequi possunt, et sic divisionem in capita princi
57 palium sociorum alterare; nam eorumdem filiorum operae
pro universali societate praestitae compensantur cum alimen-
58 tis ex communi massa perceptis *Panimoll. dec.* 152. n. 41.
tom. 3. quod ipsum intelligitur de sumptibus eorum filio-
59 rum gratia factis, puta ex causa reipublicae, ut in *leg. ex*
parte 40. §. *filius ff. famill. ercisc.* vel ex causa studiorum
leg. quae pater 51. *ff. eod. tit.* vel victus, vestitus, morbi,
60 et hujusmodi, ut latius supra *part.* 2. *cap.* 4. *n.* 165. *ad seq.*

Neque assentior *Capon. discept. for.* 110. n. 40. *tom.* 2.
proponenti modum divisionis faciendae inter omnium bono
rum socios, et plures casus efformanti, et insimul adversus
61 indicata jura perperam resolventi, primum quidem casum
proponit circa mobilia, et supellectilia domus, atque ea di-
vidi in stirpes, non in capita si sint haereditaria, et ad eos
pervenerint a communi stipite; quod si fuerint ab eisdem
sociis acquisita, tunc in capita, et non in stirpes dividenda
62 sint, ut idem *Capon. d. discept. for.* 112. n. 41. *tom.* 2.
Nam nisi dicatur *Caponium* eo loci de incidenti, atque impro-
prie societate, seu de simplici communione bonorum pro
63 indiviso possessorum loqui, de qua *part.* 1. *cap.* 7. expun-
gendus est Caponius, uti loquens adversus jura apertissima,
superius hic proxime indicata, videlicet, quod socii omnium
bonorum, statim coita societate, vice mutua communicant
64 bona undecumque sibi provenientia, ita ut distinctio Capo-
nii ad rem praesentem inanis appareat.

Sequens casus a *Caponio loc. cit. n.* 42. propositus circa
vestimenta sociorum, non est a superiore diversus, et talis
est; ut videlicet in divisione, sociorum quisque sibi teneat
vestimenta quotidiana, et ad quotidianum usum destinata:
65 festiva vero et pretiosa vestimenta, ut aestimentur, et eorum
pretium in communi massa ponatur ex aequo deinceps divi-
dendum in stirpes, si fuerint, durante societate, communi

pretio, industria, et labore quaesita; nam superius data re- 66
surgit responsio, ut quidquid forte dici posset de vestibus
quotidianis cujusque usui relinquendis, qua in re non dis-
sentio; quoad pertinet vestimenta pretiosa, fuerint haec 67
haereditaria, vel deinceps durante universali societate, aere
communi comparata, eadem omnino sunt in capita dumta-
xat, et non in stirpes dividenda. His duobus casibus, toti- 68
dem alios subnectit similes *Caponius d. discept. for.* 112. *n.*
43. *et* 44. *t.* 2. et loqui se clare indicat, non de universali
bonorum omnium societate, bene vero de illa communione
bonorum incidenti, et fortuita, quae societas improprie di-
citur, veluti superius in *d. part.* 1. *cap.* 7. 69

Potest tamen fieri, ut ad praesentem revertar universalis
societatis quaestionem, ut unus sociorum cum filiis, seu hae-
redibus, ea durante societate, decedat; quaeritur propterea,
an hujusmodi filii, seu haeredes cum superstitibus aliis sociis
dividant, bona socialia in capita? Aut agitur de universali 70
societate usque ad tempus mortis illius socii, qui filios, seu
haeredes reliquit, et hoc priore casu, ejus filii, seu haeredes,
jure repraesentationis eorum patris, aut testatoris, tantam
omnes portionem habebunt, quantam eorum auctor fuisset 71
habiturus; aut agitur de eadem societate universali deinceps
post mortem d. socii renovata, juxta terminos, de quibus
supra *part.* 2. *cap.* 10. et hoc posteriore casu, sicuti erit no-
va societas, ita regula dividendi in capita cum aliis supersti-
tibus sociis, in fine renovatae societatis resurgat. Ita ad re-
gulas universalis societatis adhaesive videbatur dicendum;
sed quia in fine suum quisque capitale recuperat, ut supra
hic *n.* 23. 24. *et seq.* ita quidquid filii, aut haeredes socii de- 72
functi habuerunt, et renovanda societatem universalem in ea
posuerunt, loco capitalis est, in his successiva divisio erit in
stirpes, et non in capita.

Commune est praeterea, cum societati universali, tum par-
ticulari, ut socii dividentes de evictione inter sese caveant
bonorum, et jurium vice mutua in divisione acceptorum,
ut si nomen debitoris uni obventum, sit, aut non verum,
aut inutile; si res pariter stabilis, aut mobilis aliqua hypo-
theca, aut jure evincatur, auferatur, aut qualitercumque
molestiam patiatur, cum ex causa societatis, non sua illius
socii, hoc contingat, aequum est, ut damnum, quodcumque
sit, a tota societate, seu viritim a singulis sociis sarciatur,
ita *Connan. in comment. jur. civ lib.* 7. *cap.* 13. *sub a.* 19. 73
post med. versic. et in omnibus ibi » Et in omnibus iis,
» quae cuique ex societate contribuuntur, hoc ipsum ser-
» vandum est, ut evictionis nomine teneantur inter se, ut
» si cui nomen alicujus debitoris, quod bonum putabant,
» dederunt, et reperiatur esse inutile, quia debitor non fue-
» rit solvendo, hujus damni partem quisquam feret pro quo-
» ta portione, quam in societate habuit, dum, ut dixi, so-
» cius hic nullam culpam sustineat, damnum enim istud
» propter societatem habet, nullo suo merito, quare ut a
» tota societate suggeratur, aequum est » et Connano una-
nimes plaudunt. *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 21. 74
n. 17. *tom.* 1. *Cyriac. contr. for.* 196. n. 1. *ad* 6. *Petr. de*
Ubald. de duob. fratrib. part. 8. *n.* 23. *Gusman. de evict.*
quaest. 33. *n.* 37. *Mangil. eod. tract. quaest.* 114. *num.* 3.
Nigri de laudem. quaest. 15. n. 22. *Michalor. de fratrib.*
part. 3. *cap.* 39. n. 3. 4. et 5. *Capon. discept. for.* 112. *n.*
9. *tom.* 2. *Tartaglia de reservat. statutar. artic.* 60. *n.* 67.
Rot. in dec. 533. n. 10. *et* 11. *tom.* 2. *cor. Molin.*

Et quia divisio emptionis vicem obtinet *l.* 1. *c. commun.* 75
utriusq. judic. aut etiam per mutationis *leg. cum pater* 79.
§. *haereditatem ff. de legat.* 2. ita ut inter contractus innu- 76
minatos adnumeretur *Felic. de societ. cap.* 39. *n.* 39. 40. *et*
41. *Rot. in Romana officii vacabilis* 5. *decemb.* 1763. §. 5. 77
cor. R. P. D. Veri. Sicuti in utraque etiam emptione, et
permutatione, non convento debetur evictio, ita similiter
in divisione rerum socialium debetur, adsit illius promissio,
vel non adsit; facta insuper habeatur divisio privatim per 78
eosdem socios, seu etiam per judicem, ut promiscue obser-
vant. *Mangil. de evict. quaest.* 114. *n.* 2. *et* 3. *Gusman.* 79
eod. tract. quaest. 33. n. 6. *et* 7. *Cyriac. controv. for* 196.
n. 1. *ad* 6. *Felic. de societ. cap.* 40. *sub n.* 30. *Michalor.*
de fratrib. part. 3. *cap.* 39. *n.* 6. *Tartaglia de reservat.*
statutar. artic. 60. n. 69. *Constantin. ad stat. urb. annot.*
21. *n.* 255. *Rot. decis.* 533. *n.* 10. *tom.* 2. *cor. Molin.* ista-
que evictio in pactum quoque non deducta debetur, non sim-
pliciter quoad rei evictae pretium, sed plene etiam quoad
damna *Constantin. ad stat. urbis, annot.* 21. *n.* 233. *Tar-* 80
taglia de reservat. statutar. art. 60. *n.* 69.

Multiplex tamen urget in jactam regulam limitatio; et
quidem primo, ut evictio non debeatur in divisione cujus-
cumque societatis nempe universalis, generalis, atque parti-
cularis, si per pactum fuerit vicissim remissa, nam valet
81 pactum. *Menoch. de praesumpt. lib.* 3. *praesumpt.* 118.
n. 23. *Michalor. de fratrib. part.* 3. *cap* 39. *n.* 7. *Cyriac.
contr. for.* 514. *n.* 1. *Trombett. de societ. cap.* 39. *n.* 33.
Constantin. ad stat. urb. annot. 21. *n.* 336. *Rot. dec.* 533.
n. 12. et 13. *t.* 2. *cor. Molin.* Idem juris est in socio, qui
sciens prudens in divisione accepit rem alienam, vel fidei-
82 commissariam, vel feudalem, vel emphyteuticariam, cessante
tamen expressa evictionis promissione. *Bart. in leg. si fa-*
83 *miliae* 14. *a.* 1. *c. famil. ercisc.*, *et in leg. si fratres* n. 2.
c. commun. utriusq. judic. Michalor. de fratrib. part. 3.
cap. 39. *n.* 11. *ad seq. Felic. de societ. cap.* 40. *sub n.* 30.
33. *et* 34. *Tartaglia de reservat. statutor. artic.* 60. *n.* 70.
Constatia. ad stat. urb. annot. 21. *n.* 37. *et* 38. penes
quem plures aliae extant limitationes, atque declarationes.
Quid si ambo socii eam rem alienam esse sciverint? Mox
infra dicam, quod sentio.

In societate universali, omnia sociorum bona communi-
cantur; si sociorum unus communicavit initio rem alienam,
aut alicui oneri subjectam, eaque in successiva divisione
eidem ipsi socio assignetur; utrum hic de evictione agere
possit? Videtur negative respondendum, quia facto suo, res
84 illa a societate abest *Guzman. de evict. quaest.* 33. *n.* 38.
Additur quia capitale suum quisque in fine recuperat ut
85 supra hic *n.* 23. 24. et 25. Alia quaestio: rem scientes alie-
nam duo socii, possidebant, fit divisio, et uni ipsorum obti-
git, promissa per alterum evictione, deinceps fit eos inter
permutatio, et hic, qui in divisione pro evictione ut supra
caverat, rem illam alienam accepit, sine ulla evictionis
mentione; quaerebatur; an postea secuta evictione, actio
86 daretur? Negativam responsionem duplex ratio suadebat,
prior quia qui ultimo loco ex permutatione, eam rem accepit
alienam esse sciebat, sibique de evictione non cavit; altera
vero quia hic erga socium ex pagina divisionis, de evictione
tenebatur ex pacto, unde obstabat exceptio, et retorquebatur
87 actio. *Cyriac. contr. for.* 169. *n.* 71. *tom.* 1.

Equidem vero huic resolutioni, stante scientia amborum
sociorum rem fuisse alienam, in hac, de qua nunc tracto
universali societate, non acquiesco, illa ratione, quia super
88 re, etiam aliena coiri societas potest, ut dixi *part.* 3. *cap.* 1.
n. 25. *ad seq* et compendia ex furto, aut ex maleficio este-
nus etiam conferuntur, donec superveniat restitutionis con-
89 demnatio *leg. quod autem* 54. *ff. pro socio* condemnatione
restituendi adveniente, habet locum restitutio ut supra *part.*
90 3. *cap.* 10. *n.* 105. *ad seq.* si proinde socii universales initio
rem alienam esse sciebant, eam rem nequibant societati addi-
cere propter malam fidem, et consequenter aberat ea res a
societate, et si aberat, nequibat in tertium, vel in socium
distrahi, divisio enim emptionis, et venditionis vicem obti-
91 net *leg.* 1. *c. commun. utriusq. judic.* ubi interpretes. Po-
stremus itaque socius, ut illuc revertar, qui rem alienam
titulo permutationis de evictione sibi caverit, vel non caverit,
reintegrari debere de eo videtur, quod a sua portione abest;
92 quidquid dici posset, si alter socius rem alienam in casu
proposito bona fide permutasset, secus impar esset sociorum
conditio, quod improbat *Rot. in Romana societatis* 7. *maii*
93 1753. ⸹. 4. *coram bon. mem. Amadeo.*

Atque incidenter prosequendo quaestionem evictionis in
divisione societatis particularis, necnon impropriae societatis
bonorum pro indiviso possessorum, communionis nomine
distinctae; si pater ipse inter suos filios, vel testator inter
suos haeredes fecerit divisionem, et res uni obventa evinca-
tur, utrum hic pro evictione agat adversus alios fratres, seu
cohaeredes? Regula est, non posse eum agere, illa ratione
94 *textus in leg. si cogitatione* 21. *in fin. c. famil. ercisc.*
ibi » Facta divisione in adjudicando, patris sequetur volun-
» tatem » in id etiam militante alia regula, ut factum ejus
95 praestare quis debeat, ex qua persona lucrum capit *leg. ex*
96 *qua* 192. *ff. de regul. jur.* Item alia, ut haeres debeat serva-
re factum defuncti *leg. cum a matre* 14. *c. de rei vindic.*
97 et in subjecta rerum socialium quaestione observat *Glossa
in d. leg. si cogitatione verbo voluntate c. famil. ercisc.
Menoch. de praesumpt. lib.* 3. *praesumpt.* 118. *n.* 1. *Mi-
chalor. de fratrib. part.* 3. *cap.* 39. *n.* 1. *Ureeol. consult.
for.* 27. *n.* 13. *Guzman. de evict. quaest.* 33. *n.* 4. *Mangil.
eod. tract. quaest.* 111. *n.* 59. *Constantin. ad statut. urb.
annot.* 21. *n.* 240. *ad seq.*

Haec tamen regula intelligenda est si pater, aut testator
inter suos filios, et respective haeredes divisionem faciens,
sciverit rerum divisarum onera, quibus subjecta erant, nam
tunc praesumitur eas cum suis oneribus divisisse, et respe-
ctive assignasse; quod si ex diverso nihil onerum in suis re- 98
bus divisis inesse scirerit, sed se liberum dominum testator
esse crediderit, suosque filios, seu haeredes ex aequo honora-
re voluisse apparuerit, tunc alii cohaeredes patris judicium
fratri conservabunt, hoc est de re evicta consortem, reinte-
grare debebunt ad *ad textum in l. cum pater* 79. ⸹. *evictis* 99
praediis ff. de legat. 2. *Michalor. de fratribus part.* 3. *cap.*
39. *n.* 2. *Guzman. de evict. quaest.* 33. *n.* 19. *et* 20. *Mangil.
eod. tract. qu.* 111. *n.* 64. maxime d. limitatio procedit, si
divisione per patrem seu testatorem nequaquam refragante,
ipsi inter se filii, seu cohaeredes vicissim de evictione cave-
runt, *Constantin. ad stat. urb. annot.* 21. *n.* 248. quid- 100
quid in contrarium dicant *Menoch. de praesumpt. lib.* 3.
praesumpt. 118. *n.* 12. complures aliae hujus rei declaratio-
nes extant videndae apud *Michalor. de fratrib. d. part.* 3. 101
cap. 39. *per tot.*

Verum hanc postremam evictionis quaestionem incidenter
intexui, ut jam dixi, et ad societatem universalem minus per-
tinentem, sed potius ad communionem bonorum, societatis
nomine improprie distinctam, de qua plura superius *part.* 1. 102
cap. 7. Ad alteram modo divisionem societatis generalis, et
particularis progredior, et deinceps ad divisionem d. impro-
priae societatis, communionis nomine, de qua paulo ante,
distinctae, necnon aliarum societatum vitae, et fructuum.
His autem coitionibus, quibus a doctoribus minus proprie 103
loquentibus unum communiter societatis particularis nomen
appingitur, nonnulla juris theoremata praeire existimo,
quae divisioni universalis societatis minime conveniunt, ut
sic principiis cognitis, facilior, atque planior sit ad conse-
quentias illatio; et primo, firmam Ulpianus regulam consti- 104
tuit *in leg. si non fuerint* 29. *in princ. ff. pro socio* ibi » Si
» non fuerint partes societatis adjectae, aequas eas esse con-
» stat; si vero placuerit, ut quis duas partes, vel tres ha- 105
» beat, alius unam, an valeat? Placet valere, si modo ali-
» quid plus contulerit societati, vel pecuniae vel operae,
» vel cujuscumque alterius rei causa » statuitque *Rota in* 106
*Terracinen. societatis super redditione rationis, et divi-
sione* 11. *martii* 1771. ⸹. 6. *cor. D. Card. Cornelio, et
in ejus confirmatoria dici* 28. *junii ejusdem anni* ⸹. 8. *cor.
eodem.*

Hic summatim textus docet, pactum utilium in fine socie-
tatis dividendorum inter socios valere, atque servandum
Petr. de Ubald. de duob. fratrib. part. 4. *n.* 1. *Jovius de* 107
contract. min. glossa 25 ⸹. 13. *n.* 691. Sed illud pactum
valere, quod ab aequalitate in societatibus praecipua, non 108
distat; hinc deficiente pacto circa partes societatis adjectas,
aequales eas esse debere, veluti praeter literam recitati te-
xtus advertunt *Joseph. Ludovic. dec. Lucen* 31. *n.* 2. *et* 4. 109
Angel. de Perigl. de societ. part. 1. *n.* 2. atque latius
supra *part.* 3. *cap.* 8. *n.* 100. Haec vero partium aequalitas
consistere non debet, prout alias dixi in puncto indivisibili
Thomat. dec. Maceraten. 132. *n.* 39. *tom* 2. hoc est, ut de 110
viginti utilium, decem uterque socius punctim habeat, sed
ut servata proportione ad capitale unius, et industriam al-
terius, arbitrio judicis servetur possibilior partium dividen-
dorum aequalitas, quemadmodum recitatus textus, his ver- 111
bis denuo repetendis docet ibi » Si vero placuerit, ut quis
» duas partes, vel tres habeat, alius unam, an valeat? Pla-
» cet valere, si modo aliquid plus contulerit societati, vel
» pecuniae, vel operae, vel cujuscumque alterius rei cau- 112
» sa ».

Hinc ab omnibus, vulgata, simulque recepta descendet
conclusio, ut suprascripta dividendarum partium aequalitas
intelligi debeat geometrica, non numerica, hoc est majori
capitali unius, et minori capitali alterius conformis, seu va-
lori capitalis unius, atque industriae alterius respondens
Wessmbec. in Pandect. lib. 27. *tit.* 2. *n.* 6. *ff. pro socio* 113
Decian. respons. 80. *num.* 14. *vol.* 5. *Costa de ratione
ratae quaest.* 32. *num.* 4. *et* 5. *Carpan. ad statut. Medio-
lan. cap.* 483. *num.* 52. *Gratian. discept for. cap.* 622. *n.*
23., *et cap.* 768. *n.* 26. *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6.
tit. 4. *n.* 10. *et* 23. *Hartman. Pistor. quaest. jur. lib.* 3.
qu. 1. *n.* 6. *Valent. de contract. vot.* 18. *n.* 105. 106. 108.
et 188. *Ansald. de commerc. et mercat. disc.* 53. *n.* 12. 28.
et 30. Unoque verbo, ut illa servetur regula naturae societa-
tis consona, ut plus conferens, plus lucretur, sit in opera, sit

114 in pecunia quod contulit *Botta cons.* 94. *num.* 2. *Gabriel.*
cons. 143. *n.* 15. *lib.* 2. *Carocc. de locato, et conduct. tit.*
de socio personam exercente quaest. 2. *n.* 14. *Heria de*
commerc. terrestr. lib. 1. *cap.* 3. *n.* 15. Verum de his alias
supra pluribus *part.* 3. *cap.* 8.

Et haec servantur in divisione utilium, seu lucrorum so-
cietatis, quae utilia ut cognoscantur, ac liquidentur, detrahi
prius debent, non solum debita, sumptus, et damna, ad *te-*
115 *xtum in leg. Mutius* 30. *ff. pro socio*, *Bonaccina opera mo-*
ralia disput. 3. *qu.* 6. *punct.* 3. *n.* 1. *Constantin. vot.* 127.
n. 8. *Rota dec.* 1331. *n.* 2. *et* 3. *cor. Emerix. jun.*, *et in*
Romana societatis super pertinentia capitalium 21. *junii*
1784. §. 21. *cor. R. P. D. Soderino*. Sed etiam capitale ab
unoquoque sociorum, in societatem immissum *Decian. re-*
spons. 60. *n.* 26. *tom.* 2. *Hartman. Pistor. quaest. jur. lib.*
3. *qu.* 2. *n.* 28. *Mans. consult. for.* 72. *num.* 12. *tom.* 11.
Rota in decis. 41. *n.* 18. *cor. Arguell.* quod inter sumptus
116 non solet computari *Rot. in dicta dec.* 1331. *n.* 5. 7. *et per*
totum coram Emerix. jun. nam capitale hoc discrimen ha-
bet in universali, et particulari societate, ut in universali
societate ipso jure usque ab initio communicetur *leg.* 1. *ff.*
117 *pro socio*. Id quod non evenit in societate particulari *Man-*
tica de tacit. et ambig. lib. 6. *tit.* 14. *n.* 41. *tom.* 1. nisi
118 partes de communicando capitali, in societate etiam particu-
lari convenerint, ut superius late *part.* 2. *cap.* 5. *n.* 22. *et*
119 23. atque iterum *part.* 3. *cap.* 10. *n.* 115.

Hujusmodi de communicando capitali, major ut pluri-
mum contingit dubitatio, quando societas coitur inter illos,
quorum alter pecuniam, seu rem, alter vero operam suam,
120 seu industriam confert. Cum saue pactum sit inter socios,
ut opera sit aequalis pecuniae, eique respondeat, vel facti
species animum sociorum aequandi pecuniam cum opera
fuisse demonstrat, vel demum quando judex pro utriusque,
et operae, et pecuniae aequalitate, et communicatione,
suum interposuit judicium, regula juris, ex his certa de-
121 scendit, operam cum pecunia communicatam intelligi, ut-
puta si pecunia sit in mille, opera etiam in mille aestime-
tur, tunc capitale totum habebitur in duobus millibus, et
unusquisque socius in fine societatis suum capitale recupe-
rabit, hoc est mille qui pecuniam, totidem mille, qui ope-
ram tanti aestimatam praestitit, perinde quasi hic, mille,
uti alter, in pecunia contulisset, prout late superius demon-
122 stravi *part.* 2. *cap.* 7. quod si societas distrahi intempestive
contingat, pro rata operae impensae ipsa aestimabitur opera,
123 et haec capitalis loco erit, juxta casus distinctos *in d. part.*
2. *cap.* 7.

Hisce praejactis quoad societatem generalem, et particu-
larem principiis, distincte hic, de societate generali loquens:
revocanda est ad memoriam hujus societatis generalis natura,
universos quaestus sociales ex hac, vel illa, et sic deinceps
alia designata negotiatione proficiscentes, complectens, se-
124 cundum ea, quae dixi superius *part.* 2. *cap.* 5. Qui proinde
hanc generalem coierunt societatem, non universos quaestus,
aut lucra unius, seu alterius negotiationis, sed omnium de-
signatarum, et non designatarum negotiationum ad quae-
stum, seu lucrum directarum, et in contractu comprehensa-
rum, in medium proferre debent, et inter ipsos socios ae-
125 qualiter, vel prout conventum fuerit dividere *Cyn. in leg.*
societatem c. pro socio. Abbas. in cap. 7. *n.* 8. *de donat.*
inter vir. et uxor. Mandell. Alba cons. 343. *n.* 2. *tom.* 3.
Quod si communicatio operae cum pecunia non intervenit,
tunc capitale ejus, qui pecuniam contulit primo detrahitur,
et postea lucrum, quod ex societate profectum apparebit, pro
medietate a pecunia, et pro alia medietate ab opera, seu in-
dustria profectum intelligetur *Petr. de Ubald. de duob fra-*
126 *trib part.* 4. *n.* 7. *ad* 10. *Michalor. de fratrib. part.* 2.
cap. 35. *a. fin.*

Huc non pertinet illa quaestio, an nous sociorum habens
filios in hac generali societate, vel in alia etiam universali
dudum acta, et in alia etiam particulari proxime agenda,
cum, rustica, tum urbana operantes, veniant hi in aliquam
lucri socialis partem admittendi, de qua quaestione loquun-
127 tur *Lopez. in cap. per vestras* §. 12. *n.* 3. *de donat. inter*
vir. et uxor. Panimoll. dec. 152. *n.* 22. *ad plur. seq. tom.*
3. *Michalor. de fratrib. par.* 2. *cap.* 35. *n.* 53. *et fere per*
tot. Jovius de contract. min. gloss. 25. §. 13. *n.* 697. *Tar-*
taglia de reservat statutar. art. 60. *n.* 64. *Constantin. ad*
stat. urb. annot. 21. *n.* 136. Etenim cum in societatibus
personae illae spectandae sint, quae initio contraxerunt, ex-
tra quas non datur societas, nisi per renovationem, aut ex-
tranei in socium, seu participem assumptionem, veluti supra
pluribus *part.* 1. *c.* 8. *et part.* 2. *cap.* 12. et alibi, extra 128
hosce terminos juxta naturam cujusque societatis servandos.
filii sociorum, nullam in societate vera, et propria, ad par-
ticipandum de utilibus dividendis, figuram faciunt; quod si 129
in universali societate adjutrices manus praebuerint, eorum
operae cum alimentis compensabuntur, ut supra hic *n.* 57.
et 58. Sin autem in hac generali, aut sequenti particulari 130
societate operas utiliter praestiterint, ad summum digni erunt
aliqua mercede arbitrio judicis statuenda, quemadmodum
hac quaestione aliqualiter degustata observat *Michalor. de* 131
fratribus part. 2. *cap.* 35. *n.* 14. *ad plur. seq.*

Quaeri solum utilius potest, an pater, qui cum filio, intra
suos terminos contrahere potest societatem, ut in superiore 132
part. 2. *cap.* 1. *n.* 73. *ad plur. seq.* an pater dico, atque fi-
lius societatem contrahentes cum tertio, in tres partes fieri
divisio rerum socialium debeat, seu magis in duas tantum;
et in duas partes, unam uni patri cum filiis, alteram alteri
socio obvenientes, fieri debere divisionem, sentit. *Menoch.* 133
de praesumpt. lib. 4. *praesumpt.* 18. *n.* 28. Contra vero
sentire videtur *Mantica de tacit. et ambig. lib* 6. *tit.* 14. *n.*
21. *ad plur. seq.* praecipue *n.* 24. ubi quod in tres partes fieri
debeat divisio, quot sunt capita sociorum. Huic equidem ad- 134
haereo sententiae, si filius aeque principaliter sit in societatis
contractu contemplatus, puta quia adventitium, vel castren-
se, aut quasi, peculium filius habuerit sufficiens, illudque in
societatem immiserit, seu quia in aliquo artificio, vel opere 135
ad eam societatem pertinente, excellens fuerit. Quod si con-
fusim pater, et filii cum tertio societatem coierint, et nihil
peculii, aut parum industriae contulerint, eos aliqua solum
mercede, ut proxime dixi, judicis arbitrio statuenda, non 136
coaequali portione utilium, dignos existimaverim.

Quae compendiose dicta sunt hactenus circa societatem ge-
neralem, quoad capitalia, et utilium divisionem, peraeque
sunt intelligenda de societate etiam particulari superiori ge-
nerali finitimam, licet paulo restrictionem, ut ait *Vinnius* 137
in §. *societatem n.* 2. *instit. de societ.* semper tamen prae
oculis habita natura, et substantia ejusdem particularis so-
cietatis satis, ut opinor, exposita superius *part.* 2. *cap.* 6. 138
ubi plures quaestiones ad hunc etiam divisionis effectum uti-
les indicavi, illasque resumpsi, atque ampliavi in sequenti 139
part. 3. *cap.* 10. *a n.* 112. *ad plur. seq.*

Majores autem difficultates, et quaestiones incidunt in illa
societate fortuita, incidenti, atque impropria, quae commu-
nio bonorum pro indiviso possessorum, item quae societas vi-
tae, vel fructuum nuncupatur; de his omnibus subalternis 140
societatibus, distincte. Et quoad communionem bonorum pro
indiviso possessorum inter fratres plerumque contingere so-
litam; divisio hujus societatis a doctoribus definitur, recipro-
ca inter fratres, aut socios rerum communium computatio, ut
per *Tartaglia de reservat. statutar. artic.* 60. *n.* 1. hac ta- 141
men despecta definitione, tamquam in jure periculosa *leg.*
omnis definitio 203. *ff. de regul. jur.* Casus particulares 142
persequar faciliori divisioni accommodatos.

Communionem bonorum, societatem veram non esse do-
cet *textus in leg. ut sit* 31. *ff. pro socio*. Ubi dat rationem, 143
videlicet quia non sufficit rem esse communem, nisi societas
intercedat, qua in re, plura superius dixi *part.* 1. *cap.* 7.
Haec autem bonorum communio, aut incidenter contrahitur 144
in haereditate, duobus, vel pluribus delata, et universalem
familiae erciscundae sibi adstruit actionem *leg.* 1. *et* 2. *ff. fa-* 145
mil. ercisc. Tartaglia de reservat. statutar. art. 60. *n.* 14.
Aut constituitur in re particulari eisdem aequaliter legata, 146
item empta, vendita, locata, conducta, ut *in leg. ut sit* 31.
ff. pro socio. Et communi dividundo suppeditabit judicium,
ut in *leg. si filia* 20 *in fin. ff. famil. ercisc.* et clarius in *leg.* 147
nihil 2. *ff. de communi divid.*

Et quoad priorem familiae erciscundae actionem in re u-
niversali, puta haereditate impartiri assueta, eam quatuor
modis fieri placet doctoribus, aut judicio testatoris; aut per
judicem, seu arbitrum; aut concordi dividentium consensu;
aut denique per sortes. Tredecim e contra dividendi modos 148
assignat *Capyc. latr. dec.* 28. *n.* 1. *ad* 17. *lib.* 1. Atque hi
sunt. 1. Ut major dividat, et minor eligat. 2. Ut factis divisio- 149
nibus, seu partibus, sorti negotium committatur. 3. Judicis
arbitrio. 4. Juxta loci, seu regionis consuetudinem. 5. Ut
major dividat, et postea sorti committatur, reliquum. 6. Ut
factis partibus major eligat. 7. Ut res commodam non patiens
divisionem, ei assignetur, qui prope possidet. 8. Ut divisio
fiat per licitationem, quando de re individua agitur. 9. Ut

in eisdem individuis, uni res, alteri pretium detur. 10. Ut
fiscus in re communi jus habens, partes faciat, et alter eligat.
11. Ut fieri divisio possit per patrem, et ei standum sit. 12.
150 Ut ecclesia in re communi jus habens debeat eligere. 13.
Tandem fit divisio concordi partium consensu.

Verum quia idem postea *Capyc. latr. loc. prox. cit. sub*
n. 21. indicatos tresdecim dividendi modos restringit ad paucos,
nempe ad localem consuetudinem, vel ad formam statuti
in loco vigentis; item ad id ut major dividat minor eligat;
item per sortem; atque demum arbitrio judicis; ita equidem
151 priores quatuor modos dividendi tamquam aptiores caeterosque
alios modos in se continentes teneo, et ita, ut sequitur
prosequor.

Et quoad divisionem judicio testatoris faciendam; non-
152 nulla supra hic *n.* 94. *ad seq.* dixi quoad evictionem reciproce
praestandam in divisione jussu testatoris expleta; reliqua
hic nunc subjicio. Ratam habendam esse divisionem
153 factam a testatore inter suos haeredes, docet *textus in leg.*
si paterfamilias 34. *et leg. ex parte* 40. *§. fin. ff. famil. erc-*
isc. et in leg. quoties 10. *c. eod. tit.* ibi » Quoties inter
» omnes haeredes testator successionem suam dividit, ac sin-
» gulos certis possessionibus cum mancipiis, quae in eisdem
» sunt constituta, jubet esse contentos, voluntati ejus, salva
» legis falcidiae auctoritate, obtemperandum esse, mani-
154 » festum est » et cohaerenter tradunt etiam *Tholosan. syn-*
tagm. univers. jur. lib. 5. *cap.* 4. *n.* 9. *Boer. decis. Burde-*
galen. 14. *n.* 1. *Gaill. pract. observat. lib.* 2. *observ.* 116.
n. 1. 6. *et* 7. *Graeven. ad eumd. ibidem. Capyc. latr. dec.*
28. *n.* 15. *lib.* 1. *Michalor. de fratrib. part.* 3. *cap.* 40. *per*
tot. Atque idem juris esse in divisione per patrem, aut matrem
inter liberos inaequaliter etiam facta, similiter docet
155 *textus in l. si cogitationa* 21. *c. famil. ercisc. Honded. cons.*
59. *n.* 49. *lib.* 1. *et per tot. Alvar. Valasc. de partition.,*
et collat. cap. 25. *n.* 25. *Michalor. de fratrib. part.* 3. *cap.*
40. *n.* 4. 5. 6. *cum seq. Rota dec.* 182. *n.* 6. *part.* 4. *tom.* 1.
156 *rec.* Salva tamen legitima cuique filio debita, ut *in leg. parentibus*
8. *c. de inoffic. testam.* ibi » Parentibus arbitrium
» dividendae haereditatis inter liberos adimendum non esse,
» dummodo non minus is, qui pietatis sibi conscius est, par-
» tis, quae intestato defuncto potuit ad eum pertinere, quar-
157 » tam ex judicio parentis obtineat ». Concordant in hoc
Voet. de famil. ercisc. cap. 2. *n.* 14. *Cyriac. contr. for*
312. *n.* 6. *Alvar. Valasc. de partition. et collat. cap.* 25.
n. 25. *Ayora eod. tract. part.* 1. *cap.* 1. *n.* 9. *Constantin.*
ad statut. urb. annot. 21. *n.* 241. *Rota dec.* 30. *n.* 9. *cor.*
Bichio, et dec. 288. *n.* 10. *cor. Caprara.*

Sequens dividendi modus pertinet ad officium judicis, qui
arbitrio suo, justo tamen, res in communi, seu pro indivi-
158 so possessas, ex bono, et aequo partitur, *ad textum in §. si*
familiae erciscundae instit. de offic. judic., ubi Vinnius la-
te. Menoch. de arbitror. lib. 2. *cas.* 123. *n.* 1. *Tholosan.*
syntagm. univer. jur. lib. 5. *cap.* 4. *n.* 10. *cum seq. Capyc.*
latr dec. 28. *n.* 3. *lib.* 1. Potest quidem judex in divisione
facienda adhibere peritos praecipue aestimatores, ut per *Rot.*
159 *in dec.* 103. *n.* 9. *cor. Ratto.* Quemadmodum etiam praescribit
statutum urbis in *cap.* 101. *lib.* 1. latissime exornatum
160 per *Constant. ad idem statut. urb. annot.* 21. *n.* 64. *art.* 2.
Verum quia inter dividentes, non levis saepe oritur discordia
a peritorum aestimatione proficiscens, ut per *Rot. in d.*
161 *dec.* 103. *n.* 10. *cor. Ratto*; ita judex suum arbitrio suo statuet
modum in divisione servandum, quem rerum, et personarum
circumstantiis accommodari magis, et utilius existi-
162 maverit, per *textum in d. §. si familiae instit. de offic. judic.*
Gratian. discept. for. cap. 160. *n.* 22. *Menoch. de arbitr.*
lib. 2. *cas.* 123. *n.* 1. *et* 3. *Fontanell. de pact. nupt.*
claus 4. *gloss.* 9. *part.* 2. *n.* 41. *Capyc. latr. dec.* 28 *n.* 3.
lib. 1. *Rota in Tolentina divisionis* 4. *julii* 1755. *§.* 8. *cor.*
cl. mem. Card. Paracciano; et talis per judicem facta divisio
exequenda erit, nisi manifestus error irrepserit, vel pe-
ritus forte adhibitus modum ab judice sibi praestitutum, non
163 servaverit, *Rot. in Romana dissolutionis societatis super*
divisione 3. *febr.* 1756. *§.* 2. *cor. bon. mem. Borrull.*

Quid si rerum socialium, seu communium divisio fuerit
a partibus ad arbitrum delegata? Quaestionem hanc tetigi
164 satis, ut credo, et resolvi etiam superius *part.* 3. *cap.* 8. *n.*
131. *ad seq.* non moror in ea pluribus. Quid rursus, si alicujus
rei, vel plurium, vel omnium quoque rerum divisio
sit adeo difficilis, ut impossibilis pene videatur? Ulpianus
165 ita statuit *in leg. si familiae* 56. *ff. famil. ercisc.* ibi » Si
» familiae erciscundae, vel communi dividundo judicio aga-
» tur, et divisio tam difficilis sit, ut pene impossibilis esse
» videatur, potest judex in unius personam, totam conde-
» mnationem conferre, et adjudicare omnes res ei » et cla- 166
rius imperator Alexander *in leg. ad officium* 3. *c. commun.*
divid. ibi » Cum autem regionibus dividi commode aliquis
» ager inter socios non potest, vel ex pluribus singuli aesti-
» matione justa facta, unicuique sociorum adjudicatur, com-
» pensatione pretii invicem facta, eoque, cui res majoris 167
» pretii obvenit, caeteris, condemnato ».

Quando autem res dicitur non pati commodam divisionem,
doctores ita explicant, puta quando res per divisionem
minus valeret, seu valde depretiaretur; vel quando divisio 168
esset cum omnium possidentium praejudicio; vel quando res
divisa pene infructifera redderetur; vel quando notabiliter 169
ipsa res, minores fructus rependeret; vel quando rem aliquis
dividere contendens ad injuriam, aut ad aemulationem
alterius, hoc faceret; vel demum quando per divisionem, rixae 170
confusiones orirentur, et scandala, ita tradunt *Turtaglia*
de reservat. statutar. artic. 60. *n.* 51. *Michalor. de fratrib.* 171
par. 3. *c.* 38. *n.* 29. *Constant. ad stat. urb. annot.* 1. *n.*
121. *ad* 125. *Rota dec.* 683. *n.* 7. *cor. Merlin., et in dec.*
234. *n.* 5. *part.* 15. *rec.* ubi *a n.* 6. *ad fin.* totum negotium,
ad prudentis judicis arbitrium remittitur, qui valet se quidem
a divisione abstinere, illamque petenti compensatio-
nem aliunde tribuere, per jura *ibid. in d. dec.* 234. *n.* 6. *ad* 172
fin. part. 15. *rec.*, allegata, pluribusque aliis relatis incom-
modae divisionis casibus, eadem regula decidendis, refert, 173
Constantin. ad stat. urb. annot. 21. *n.* 96. *ad* 105.

Quandoque vero agitur de domo, seu palatio, cujus divisionem
in plures partes, familiae splendor, et moralis impos-
sibilitas usum illius concernens, de facto impedit, ut per
Rot. in Anconitana laudi super divisione palatii. 26. *jan.* 174
1728. *cor. cl. me. Card. Aldrovanda.* Maxime vero, quando
domus est fideicommissi vinculo alligata, ita ut ad infra-
scripta, et ad alia jam alibi indicata, deveniri non possit
compensationis remedio; nam hisce in casibus, cessante testatoris
praecepto, ne dividatur domus, semper judicis ar-
bitrium pro divisione vigebit, tum praecipue, cum moralis
propter personarum, ac partium pluralitatem, obfuerit im-
possibilitas, ut per *Rot. in Tulentina divisionis* 27. *junii* 175
1768. *per tot. cor. bo. me. Riccio.*

Suggerit etiam textus ad ejusdem divisionis propositum
publicam rei indivisibilis licitationem extraneo quoque per-
mittendam in *d. leg. ad officium* 3. *c. famil. ercisc.* ibi » Ad 176
» licitationem nonnunquam, etiam extraneo emptore admisso,
» maxime si se non sufficere ad justa pretia, alter ex sociis
» sua pecunia vincere utilius licitantem profiteatur » addita
l. arbor 19. *§. judex ff. commun. divid.* Quandoque tamen, 177
non semper extraneus ad licitandum admittitur, et praecipue
si consocius, vel consors nolit, aut pecunia carens non pos-
sit licitari, *Gregor. Tholosan. syntagm. universi jur. lib.* 178
5. *cap.* 4. *n.* 11. *Capyc. latr. dec.* 28. *n.* 9. *lib.* 1. *Olea de*
cess. jur. tit. 3. *qu.* 2. *n.* 33. *Turtagl. de reservat. statutar.*
art. 60. *n.* 62. *Constantin. ad stat. urb. annot.* 21. *art.* 2.
n. 118. *et* 119. in quibus tamen juribus habetur quod si
cumulative cum extraneo offerat consocius, vel consors, hic
in paritate pretii oblati praeferatur extraneo; imo vero quod 179
consocius vel consors justum pretium offerens excludat ex-
traneum, plus etiam animose offerentem, pluribus probant
Turtaglia de reservat. statutar. art. 60. *n.* 60. *Felic. de* 180
societ. cap. 36. *n.* 88.

Caeterum cum in minus commoda, aut difficili rei alicu-
jus divisione judex aditus suum interponit officium, ejus
partes erunt eam assignandi illi socio, seu consorti, qui ma-
jorem, ex ea in re partem habet, refuso alteri, quod debetur,
pretio, *Constantin. ad stat. urb. annot.* 21. *n.* 99. *Rota* 181
dec. 310. *n.* 2. *et* 3. *part.* 19. *tom.* 1. *rec., et in dec.* 438.
n. 11. *et* 12. *tom.* 4. *cor. Olivatio*, quidquid contra sen-
tiat *Felic. de societ. cap.* 39. *n.* 88. Idipsum judex servari
jubet in domo indivisibili, nisi velit communi sociorum no-
mine locari, et pensiones proportionabiliter distribui, *Con-* 182
stantin. ad stat. urb. loc. prox. cit. n. 100. *et* 101. Quod
si de rebus communiter possessis agitur, possunt alteri so-
cio assignari aliae, atque aliae res, ad suae portionis aequa-
litatem servandam, et tunc res, vel domus indivisibilis to-
ta etiam assignabitur uni, sublata sic refundendi pretii ne-
cessitate *Constantin. ibid. n.* 102. *ad seq.*, et hoc toties ser- 183
vabit judex, quoties unus consors majorem, ut dictum est in
re partem habet, vel alia bona contermina possidet *Felic. de* 184
societ. cap. 39. *n.* 94. *Michalor. de fratrib. part.* 3. *cap.*

38. *n.* 24. *et* 31. *Tartaglia de reservat. statutar. art.* 60. *n.*
52. 53. *et* 56. cum de caetero assignatio rei contiguae fieri
debeat socio, seu consorti secus possidenti, citra quoque qua-
185 litatem, seu casum difficilis divisionis *Michalor. de fratri-
bus part.* 3. *cap.* 38. *n.* 25. *Constantin. ad stat. urb. annot.*
21. *n.* 91. *et Rota in dec.* 278. *n.* 5. *part.* 19. *tom.* 1. *rec.*
et in Auximana, seu Lauretana divisionis 23. *junii* 1783.
§. 14. *in fin. cor. R. P. D. Soderino.*
Ad extremum judex, qui propter dividentium discordiam,
atque pervicaciam non raro contigibilem, in dividenda re
prorsus indivisibili, vel commodam non patiente divisio-
186 nem, se implicitum senserit, utetur remedio *leg. si duobus*
3. *c. commun. de legat.* ubi quaestio proponitur, super
optione per se individua, unius servi vel alterius rei pluri-
bus legata, et per Justinianum eleganter ita quaestio *resol-
187 vitur* in *d. leg.* 3. *c. eod. tit.* ibi » Si duobus, vel tribus ho-
» minibus, vel pluribus, forte optio servi, vel alterius rei
» fuerit relicta, vel si uni quidem legatario optio servi, vel
» alterius rei relicta est, ipse autem moriens plures sibi re-
» liquerit haeredes, dubitabatur inter veteres, si inter lega-
188 » tarios, vel haeredes legatarii fuerit certatum, vel alter al-
» terum servum, vel alteram rem eligere velit; quid sit sta-
» tuendum? Sancimus itaque in omnibus casibus, rei judi-
» cem fortunam esse, et sortem inter altercantes adhiben-
» dam, ut quem sors praetulerit, is quidem habeat potesta-
» tem eligendi, caeteris autem aestimationem praestet, con-
189 » tingentium eis partium ». Verum de hoc dividendi modo
per sortem infra iterum, et latius.
Tertius dividendi modus, mea sententia nobilior est con-
190 cordi animo, seu consensu facta divisio, *ad textum in leg.
si inter vos* 8. *c. commun. utriusq. judic.* ibi » Si inter vos
» majores annis 25. rerum communium divisio relicta vel
» translata possessione finem accepit, instaurari mutuo bona
» fide terminata, consensu minime possunt » ubi interpre-
191 » tes communiter, quibus adduntur *Gregor. Tholosan.
syntagm. univers. jur. lib.* 5. *cap.* 4. *n.* 8. *Felic. de societ.
cap.* 39. *n.* 92. *Capyc. lat. dec.* 28. *n.* 17. *lib.* 1. Excipitur
dolus, et fraus dumtaxat, ut si is, cave interveniat, et ma-
gna illaceat inaequalitas, quae in laesionem erumpat, tunc
quia inter socios agitur, divisionem reformari, et ad aequa-
192 litatem reduci, majoribus placuit *in leg. majoribus* 3. *c.
commun. utriusque judic.* ibi » Majoribus etiam per frau-
» dem, vel dolum, vel perperam sine judicio factis divisio-
» nibus solet subveniri, quia in bonae fidei judiciis, quod
» inaequaliter factum esse constiterit, in melius reformabi-
193 » tur ». Illa ratione, quia quamvis in locatione, aliove con-
tractu liceat contrahentibus inter se decipere, unde laesionis
oritur quaestio; at in societate non licet, quae propter jus fra-
194 ternitatis perfectam exquirit aequalitatem *Caroc. de loca-
to, et conduct. tit. de socio personam exercente q.* 2. *n.* 20.
et 21. Veruntamen textum paulo ante recitatum, equidem
195 late enucleavi in alio meo tractatu *de laesione part.* 2. *cap.*
12. *n.* 44. *ad plur. seq.*
Quod si inter dividentes extiterit aetate minor cum au-
ctoritate sui tutoris, et curatoris ex statuto urbis, aut de
jure cum decreto judicis, fieri debet divisio, ex plena ma-
196 nu collectis per *Constantin. ad statut. urb. annot.* 21. *art.*
4. *num.* 244. nisi minor a majore fuerit ad divisionem pro-
vocatus judicialiter, nam tunc necessaria divisio erit, et ideo
197 solemnitatibus juris, aut statuti non subjecta *Felic. de societ.
cap.* 39. *n.* 48. *ad seq.* Quod si sine hisce solemniis (neces-
sariae divisionis qualitate cessante) divisio facta habeatur,
et minor sit qualitercumque gravatus, si legitima tempora
nondum sint praeterlapsa, restitutione in integrum succurre-
198 tur, at divisio ad debitam aequalitatem revocabitur, ad *text.
in leg. si major* 4. *c. commun. divid.* ibi » Quod si minor
» fuit, nec tempus in integrum restitutioni praefinitum ad-
» huc excessit, an in integrum propter divisionem restitui
199 » debeat, causa cognita praeses provinciae aestimabit, ut in
» omnibus aequalitas servetur » ut quod de minore dicitur
idipsum, ex statuto praesertim, in muliere fere servatur,
200 *Felic. de societ. cap.* 39. *n.* 75. *ad seq.* atque ita intelligi
debet illa generalis conclusio, ut cum nemo cogatur in com-
munione invitus manere, divisio inde sit actus necessarius,
qui a minoribus, et mulieribus sine solemniis quoque iniri
possit, de qua *Rota in Praenestina divisionis* 29. *aprilis*
1771. §. 11. *cor. Eminentiss. D. Card. Riminaldo.*
In hac praeterea concordi divisione circa modum fratres,
aut consortes quandoque non conveniunt; quamobrem in-
ducta etiam habetur altera divisio, ut major fratrum, seu
pro indiviso possidentium dividat, et minor eligat; hic divi- 201
dendi modus per antiquam trahit originem, ab Abraham, et
Loth; ut in *Genesi cap.* 13. *num.* 9. *et seq.* quam exornant
divus Augustinus de civitate Dei lib. 16. *cap.* 20., necnon 202
divus Ambrosius lib 1. *de Abraham cap.* 3. eumque Ar-
cadius, atque Honorius imperatores divisionis modum con-
firmarunt *in leg. quolibet* 2. *circa finem c. de metat. et epi-* 203
dem. lib. 12. ibi » Illustribus sane viris, non tertiam par-
» tem domus, sed dimidiam hospitalitatis gratia deputari
» decernimus, ea dumtaxat conditione observata, ut alter
» ex his divisionem arbitraria aequitate faciat, et alter eli-
» gendi habeat optionem, et firmissimum perpetuo, quod
» jussimus perseveret ». Canonistae quoque omnes ex con- 204
cilio Africano, hanc ratam habuerunt divisionem *in cap.* 1.
de Parochiis, ibi » Aequaliter inter se dividant eas, quae
» sic inventae fuerint, ubi ambae partes fuerint, idest ut
» alia loca ad illam, alia ad aliam pertineant, ut ille divi-
» dat, qui amplius temporis in episcopatu habet, et minor
» eligat » atque his juribus civilibus, et canonicis, unani- 205
mes plaudunt *Faber. in cod. lib.* 3. *tit.* 27. *de commun.
utriusque jud. def.* 4. *Ciroec. discept. for.* 67. *n.* 66. *Capyc.* 206
latr. dec. 27. *n.* 1. *lib.* 1. *Michal. de fratr. par.* 3. *c.* 38. *n.* 10.
Fachin. contr. jur. lib. 6. *c.* 37. *per tot. Capon. discept. for.*
112. *n.* 15. *et* 50., *Carol. Ant. de Luca ad Franch. dec.*
675. *n.* 1. *Jov. de contract. min. gloss.* 25. §. 13. *n.* 696. *ad
seq. Constant. ad stat. urb. annot.* 21. *n.* 70. *ad seq. Ro-
ta dec.* 850. *n.* 8. *cor. Ubaldo, et dec.* 232. *n.* 3. 4. *et* 5.
cor. Lancetta, et dec. 113. *n.* 1. *et* 10. *cor. Ratta, et in To-
letana divisionis* 4. *julii* 1755. §. 5. *cor. cl. mem. Card.
Paracciano.*
Major tamen dividens non semper intelligitur aetate, sed
magis prudentia, scientia, cognitione, et praecipue rerum
dividendarum peritia, puta quia res illas diu administrave-
rit, licet sit minor annis altero consorte, seu condomino *Fa-* 207
ber. in c. lib. 3. *tit.* 25. *de famil. ercisc. defin.* 2. *per tot.
Capyc. latr. dec.* 27. *n.* 19. *lib.* 1. *Zanl. ad stat. Favent.
lib.* 7. *rubr.* 26. *n.* 10. *Constantin. ad stat. urb. annot.* 21.
n. 77. *Rot. dec.* 12. *n.* 19. *cor. Crescent. Sen. tom.* 4. *et dec.*
850. *n.* 7. *cor. Ubald.* rejecto *Felic. de societ. cap.* 39. *n.*
27. contrarium sentiente. Sunt qui observant suprascriptum
dividendi modum, ut major dividat, et minor eligat, serva-
ri, cum dividentes duo, et non ultra fuerint. quod si fuerint
tres, atque aliae deinceps plures personae dividentes, tunc
servanda sit alia, de qua mox, per sortes divisio, hujusque
sententiae sunt *Capon. discept. for.* 112. *n.* 50. *Constantin.* 208
ad stat. urb. annot. 21. *n.* 79. Sed contrarium equidem ser-
vatum video, videlicet, ut si plus quam duo fuerint dividen-
tes, puta tres, servetur d. divisio per majorem, atque electio
per minores annis, juxta aetatis ordinem, quemadmodum
statuit *Rot. in dec.* 232. *n.* 3. 4. *et* 5. *tom.* 1. *cor. Lancetta.* 209
Postremus dividendi modus fieri dicitur per sortes, tum-
que accidit, cum in eo conveniunt partes, ut rebus eos in-
ter, vel arbitro, aut peritis interpositis, in tot partes divisis,
quot sunt dividentes, eam sibi quisque bonorum partem ad-
dicat, quam ei sors obtulerit, et hic dividendi modus mul- 210
tipliciter, juxta locorum consuetudines expletur; praecipuus
ille est, ut videlicet nomen cujusque dividentis, in pagella
signatum, in urna expositum includatur, et is eligat, vel il-
lam partem bonorum habeat, qui primus extrahitur, et hunc
divisionis modum esse a jure approbatum, docet *text. in leg.* 211
si duobus 3. *sub princ. c. commun. de legat.* ibi » Sancimus
» itaque in omnibus hujusmodi casibus rei judicem fortu-
» nam esse, et sortem inter altercantes adhibendam, ut
» quem sors praetulerit, is quidem habeat potestatem eli-
» gendi » ubi *Glossa verbo fortunam c. eod. tit. et in leg.* 212
meminimus 2. §. *haeres autem ubi pariter Glossa verbo
in sortem c. quando, et quib. quarta pars. deb. lib.* 10. *Ca-
pyc. latr. dec.* 27. *n.* 2. *lib.* 1. *Fontanell. de pact. nupt.
claus.* 4. *gloss.* 9. *part.* 2. *n.* 34. *Fenzon. ad stat. urb. lib.*
1. *cap.* 101. *num.* 14. *Zanl. ad stat. Favent. lib.* 7. *rubric.*
26. *n.* 15., *et in addit. n.* 8. *Capon. discept. for.* 112. *n.*
15. *et* 33. *tom.* 2. *Constantin. ad stat. urb. annot.* 21. *n.*
82. *Rota dec.* 850. *n.* 16. *et* 17. *cor. Ubaldo, et in Raven-
naten. divisionis* 9. *aprilis* 1753. §. 4. *cor. bon. memor. de
Canilliac, et in Romana, seu Nepesina divisionis* 29. *febr.*
1760. §. *fin. cor. eodem.*
Hoc tamen observatu dignum est, quod si hujusmodi di-
visio per sortem in discordia dividentium demandetur a pecu-
liari statuto loci, veluti in urbe Roma est statutum urbis *lib.*
1. *cap.* 101., seu a loci, aut regionis consuetudine, et divi- 213

dendi, extet aromatarius, et pro indiviso possideatur aro-
mataria dividenda; extet agricultor, et pro indiviso possi-
deantur boves aratorii, aliaeque res ad agrariam artem
pertinentes, et sic deinceps; quod in hisce, et aliis simili-
214 bus casibus, debeat judex doctori libros, aromatario aroma-
tariam, et agricultori boves assignare justo tamen pretio,
per perites aestimatos praeeunte, statuto, aut consuetudine
non obstantibus, per sortes procedi praescribentibus, id
quod etiam naturalis suggerit ratio, atque etiam observat
215 *Michalor. de fratrib. part.* 2. *cap.* 29. *n.* 29. *Constantin.*
ad stat. urb. annot. 21. *n.* 88. *artic.* 2. Hac autem expleta
per sortes divisione, reclamari ab ea, seu appellari nemini
licet, ne minori quidem, dummodo excessiva absit laesio, ut
216 per *Merlin. Pignatell. contr. for. cap.* 57. *n.* 25. 26. *et*
28. *Capon. discept. for.* 112. *n.* 34. 37. et 38. *Constantin.*
ad stat. urb. annot. 21. *n.* 89. *et* 90.

In hac incidenti bonorum communione, quae societas abu-
sive, ut pluries dixi, nuncupatur a pluribus, contingit sae-
penumero reperiri fratres, et fratrum filios, aut in cultiori-
bus familiis, magis, magisque nobilibus, aut in rusticis occu-
patos laboribus, aut in aliquo artificio quorum in his eadem
217 conditio est, ad expiendam divisionem *Cephal. cons.* 775. *n.*
3. *et seq. et n.* 17. *vers. tertio non obstat.*, *et per tot. tom.*
5. *Constantin. ad stat. urb. annot.* 21. *n.* 132., et dubita-
tur quinam sit modus in divisione servandus. Quoad fami-
lias cultiores, seu etiam nobiles plurium fratrum, qui in pa-
tris haereditate successerunt, et aliquamdiu in commune vi-
xerunt, exceptis casibus communionis vitae, aut fructuum
digito probandae. Ratio in divisione haberi debet, de alimen-
tis, et sumptibus durante communione factis pro uxore, et
filiis unius fratris praecipue divitis uxorem habentis, ut illi
ad onus fratris uxorati separatim adiiciantur, titulo praesum-
ptae donationis seposito; quo in casu supputatis alimentis
uxoris, quae actu judicis, et peritorum arbitrio recepit; sup-
putatis pariter alimentis filiorum in hunc modum, ut eis vi-
delicet praestituantur in singulos menses, tempore infantiae
sc. 1. 50. tempore pueritiae sc. 3. tempore vero adolescentiae
sc. 4., his inquam supputatis, et oneri, seu debito uxorati
fratris appictis, quod reliquum est, juxta modum in hoc ca-
218 pite insinuatum dividatur *Rot. in Romana reddit. rationis*
super partita alimentorum 22. *jun.* 1750. *cor. Eminentiss.*
D. Card. Migazzi.

Quoad rusticos vero fratres *Constantin. ad stat. urb. d.*
annot. 21. *art.* 4. qui hanc materiam late pertractat. Ait
sub n. 133. quod si agatur de mobilibus, et suppellectilibus
haereditariis a communi stipite provenientibus, dividenda ea
219 sint inter rusticos, et artifices in stirpes, et non in capita;
quod si fuerint per eosdem acquisita, durante communione
bonorum, communi labore, tunc dividenda sint in capita, et
non in stirpes, facta videlicet, repartitione inter eos, qui la-
borarunt, et respective acquisiverunt pro virili, seu aequali
portione, et in hoc, praeter ibi allegatos doctores consentit
220 etiam *Tartaglia de reservat. statutar. artic.* 60. *n.* 64. et
his, ut opinor terminis loquitur *Capon.* supra hic *n.* 61. *ad*
plur. seq. allegatus.

Si de vestimentis vero agitur inter eosdem rusticos, et ar-
221 tifices, dividendis, sequitur *Constant. loc. prox. cit. n.* 134.
divisionem fieri ita debere, videlicet, ut vestes quotidianae
uniuscujusque usui remaneant; festivae vero, seu pretiosae,
ut aestimentur, et pretium in communi massa ponatur, et
deinde dividatur eo prorsus modo, quo dictum supra est pro-
xime de mobilibus, et supellectilibus, servata videlicet ea-
dem distinctione haereditariorum et postea acquisitorum, ut
222 illa in stirpes, haec in capita repartiantur, ut similiter prae-
ter ibi allegatos doctores per *Constantinum*, tenet etiam lau-
datus *Tartaglia de reservat. statutar. artic.* 61. *sub n.* 64.
Parili ratione si dividi debeat frumentum, vinum, segetes,
aliique fructus collecti ex bonis communis stipitis, in stir-
pes, sin autem hi fructus sint ab eorum communi industria,
et labore quaesiti, qui colonica appellantur portio, in capi-
223 ta, seu pro virili *Constant. ad stat. urb. d. annot.* 21. *n.*
135. *artic.* 4. *Tartaglia loc. prox. cit. sub n.* 64. *versic.*
frumentum.

Hujusmodi vero portio colonica, quae consistit in illis fru-
ctibus per rusticos, communi industria, et labore quaesitis
in capita dividantur inter eos, sive viri, sive mulieres, sive
adolescentes fuerint; arbitrio tamen boni viri, ratione scili-
cet habita ad eos, qui plus, utiliusque laborarunt, ut hi plus
224 consequantur, quam caeteri; atque pro regula, sit boni vi-
ri arbitrio servanda divisio, ut mulieribus minus sit assi-
gnandum, quam viris, qui plus illis laborasse comperiantur;
pueris vero usque ad aetatem duodecim annorum, praeter 225
victum, et vestitum, nihil sit ultra assignandum; ab an-
no autem 12. usque ad 18. dimidia assignetur pars ejus, quod
vir plenae aetatis lucratur, vel saltem tertia pars ejus, arbi-
trio semper boni viri *Constantin. ad statut. urb. annot.* 21. 226
n. 138. *ad plur. seq. Capon. discept. for.* 112. *n.* 43. *Tar-*
taglia de reservat. statutar. artic. 60. *n.* 64. *vers. in eadem*
portione. Quid quod? Sunt doctores, qui sustinent adole-
scentem 14. annorum posse portionem viro perfectae aetatis
aliquando assignari coaequalem, ut penes *Ciroc. discept.* 227
for. 67. *num.* 67. *Constantin. ad statut. urbis annot.* 21.
num. 142. *Panimoll. dec.* 152. *num.* 43. ratio hujus con-
clusionis infra est sub prox. *num.* 231. *cum seq.* Bene tamen
verum est, quod si fratrum alter nullos habeat filios, alter
plures habeat, unum, aut alterum utiliter laborantes, qua-
tuor vero, aut quinque aetate tenellos, et laborare non va-
lentes, sumptuum victus, et vestitus ratio pro his habenda,
ut cum illorum paucorum laborantium utilitate compensetur
Constantin. ad statut. urb. annot. 21. *n.* 137. *Rot. in dec.* 228
408. *n.* 1. et 3. *et dec.* 467. *n.* 1. *et* 12. *cor. Buratto.*

Rustici quandoque per eorum filios parvulos animalia,
item tabernacula pastorum custodiunt; mercedula assignatur
ipsis, talis tamen, quae victus, et vestitus modum non exce-
dat, si de communi non alantur *Tartaglia de reservat.* 229
statutar. artic. 60. *num.* 64. *versic. in eadem*, quod si
de communibus fructibus sint aliti, tunc praeter alimen-
ta, aliquam mercedulam consequi poterunt *Ciroc. discept.* 230
for. 67. *num.* 67. *versic. et si essemus. Constantin. ad stat.*
urb. annot. 21. *n.* 144. In his tamen totum facit arbitrium
judicis, nam quandoque sunt pueri atque adolescentes judi-
cio, diligentia, obedientia, capacitate, et tolerantia ita prae-
diti, ut plus utilitatis afferant negotio campestri, aut alicui
artificio, quam majores 25. annis, quorum non raro aliqui 231
sunt, aut vino, crapulae, ludo, aliisque vitiis dediti, aut
inertia, ignavia et languore detenti, ut vix pane, ac vestitu
quotidiano digni sint *Ciroc. discept. for.* 67. *n.* 67. *Con-* 232
stantin. ad stat. urb. annot. 21. *n.* 142. *cum seq. artic.* 4.
Panimoll. dec. 152. *n.* 8. *tom.* 3

Quoad divisionem animalium per socios, seu consortes pro
indiviso possessorum, retinenda est superius tradita distin-
ctio; aut agitur de animalibus, aut capitibus a communi
stipite provenientibus, et tunc divisio aequaliter inter ipsos
fieri debet in stirpes, et non in capita, si forte sociorum, seu
consortium alter plures filios, aut haeredes reliquerit; si vero
agitur de animalibus durante communione, aut per natavita- 233
tem, aut per emptionem adauctis, seu subrogatis, et hoc po-
steriore casu facienda divisio sit in capita sociorum, seu con-
sortium pro indiviso possidentium *Costa de ratione ratae* 234
quaest. 48. *n.* 4. *Tartaglia de reservat. statutar. artic.* 60.
n. 64. *in fin.* fructus autem animalium puta boum ex colla-
tico, aut aliunde proficiscentes, in capita similiter pro rata
tamen laboris, et industriae dividuntur *Costa de ratione* 235
ratae d. quaest. 48. *n.* 5. *Constantin. ad stat. urb. annot.*
21. *n.* 145. *Panimoll. dec.* 152. *n.* 19.

Si praeterea per unum ex fratribus, seu consortibus emantur
aere suo animalia, et in bona communiter possessa im-
mittantur, vel ad arandum, si animalia fuerint majora, vel
ad pascendum, fuerint minora, fructusque, juxta propriam
cujusque naturam, atque destinationem comparandi causa,
et si apparet, animalia fuisse fundum instruendi gratia, non
animo coeundae societatis super eisdem animalibus, horum
dominium propterea quod totum remansit penes fratrem,
seu consortem emptorem, capita hujusmodi animalium in
divisione ipsius ementis erunt omnia; fructus autem anima- 236
lium majorum, puta boum, detracto collatico, juxta regionis
consuetudinem, vel juxta ea, quae dicta sunt in superiore
part. 3. *cap.* 6. computando, simulque fratri, seu consorti
ementi, assignando; caetera utilia dividentur inter laboran-
tes in capita; atque idipsum servandum esse in animalibus 237
minoribus; atque utilia, seu fructus generaliter intelligun-
tur, detracto semine in agris colendis, aliisque sumptibus ei
bonificandis, qui talia solus contulit *Constantin. ad stat.* 238
urb. annot. 21. *artic.* 4. *n.* 146. *ad* 152. Quod si demum
super eisdem animalibus contracta apparuerit societas, ser- 239
vandae erunt regulae supra indicatae *part.* 3. *cap.* 6. *et* 7.

Stabilia quoque in hac incidenti communione, atque im-
propria societate dividi debent, juxta modum supra hic *n.*
219. traditum in mobilibus, et supellectilibus, hoc est, ut 240
si fuerint haereditaria dividantur in stirpes inter haeredes,

Zanchin

61

in supposito, quo aliquis frater, vel consors tempore divisio-
nis decesserit, filiosque, seu haeredes plures reliquerit, hoc
est, ut hi jure repraesentationis eam consequentur haeredita-
riorum capitalium partem, quam eorum pater, vel auctor, si
241 viveret, habiturus fuisset; sin autem fuerint emptitia, adaucta
videlicet, aut subrogata communi labore, aut industria, ea
decet in capita laborantium partiri, seu dividi, habita sem-
per ratione ad majorem, vel minorem laborantium aetatem,
242 operam, atque industriam, ut supra hic *n.* 226. et origina-
liter ex Celso, dixit Ulpianus in *leg. si non sortem* 26. §.
libertus ff. de condict. in debit. ibi » et Celsus lib. 6. dige-
» storum putat eam esse causam operarum, ut non eaedem,
» neque ejusdem hominis, neq; eidem exhibeantur: nam
» plerumq; robur hominis, aetas, tempus, opportunitasque
» naturalis, causam operarum mutant, et ideo, nec valens
» quis reddere potest, sed hae, inquit, operae recipiunt ae-
243 » stimationem » Ita tamen, ut illuc revertar, ut siquid plus
unus frater ex persona suorum filiorum laborantium in hu-
jusmodi divisione consequitur, id intelligatur patri acquisi-
tum in usufructu, si filii in potestate ejus extiterint quoad
vero proprietatem ad eosdem filios tamquam adventitium pe-
244 culium pertineant, ex juribus opportune collectis per *Con-
stantin. ad statut. urb. annot.* 21. *artic.* 4. *n.* 153. *ad* 155.

Alia quaestio; si unus fratrum, seu consortium pro indi-
viso possidentium uxorem habeat, et ejusdem dotis fructibus
communiter a fratribus percipiantur, atque consumentur,
245 quid juris in divisione? Si quidem hujusmodi fratres una
habitaverint, et alita uxor cum filiis, siqui sunt, de commu-
ni fuerit; et tunc quia onera matrimonialia, quibus substen-
tandis fructus dotales inserviunt, communiter sustinuerunt
fratres, aequum est, ut fructus etiam dotales communes fa-
246 ciant; quod si agatur de ultimo anno, in quo fieri contingit
divisio, et fructus dotales sint pendentes, et tunc pro rata
temporis, quo uxor alita fuit, dotales fructus uti communes
dividentur, reliquum uxori, seu marito ejus relaxabitur;
247 quod si dotales fructus fuerint collecti, sumptuum pars di-
midia in re dotali factorum spectabit ad uxorem, et alia di-
midia ad fratres pro indiviso possidentes, atque una labo-
248 rantes, in figura coloni partiarii, ita *Constantin. ad statut.
urb. annot.* 21. *artic.* 4. *n.* 156. 157. *cum seq.*

Dubitatur etiam, an fratres bona paterna, et materna
communiter, et pro indiviso possidentes, et tempore divi-
sionis extant foeminae, ac respective sorores innuptae, et ex
249 statuto urbis *cap.* 145. *lib.* 1. a successione bonorum patris
et matris, extantibus masculis, exclusae; utrum hae jus ha-
beant ante d. divisionem petendi, ac detrahendi, tum ali-
menta usquedum nubant, tum dotem congruam, et ut dicitur
de paragio ipsis inserviente nuptiarum tempore? Si fratres
250 porro sorores alere, et adveniente tempore nuptiarum, dota-
re, parati sunt, sorores ea de causa quidquam detrahendi
251 jus non habent. Et quoad dotem praecipue hoc receptum
est, si res haereditariae in mere stabilibus consistunt, quae
252 si alienentur per fratres, cum onere dotis transeunt; sin au-
tem res haereditariae consistant, in nominibus debitorum,
super quibus durat hypotheca, quoadusque inexacta persi-
253 stunt *leg. nomen* 4. *c. quae res pignor. oblig. poss. vel.
non. Merlin. de pignor. lib.* 2. *tit.* 1. *quaest.* 32. *per tot.
Card. de Luca de credit. disc.* 14. *n.* 11. *et disc.* 40. *n.* 5.
Rot. dec. 233. *n.* 11. *cor. Kaunitz. et dec.* 198. *n.* 30. *tom.*
2. *et dec.* 489. *n.* 27. *tom.* 4. *cor. Crescent. jun.* tunc do-
254 tis detractio, aut saltem cautio per fratres interponitur. *Fe-
lic. de societ. cap.* 26. *n.* 44. quod si eaedem res haeredita-
riae consistunt in locis montium in emptores libere transeun-
tium, vinculum super ipsis quoad dotis, modum apponi de-
255 bet, pro dotium securitate, ita *Constantin. ad stat. urb.
annot.* 21. *artic.* 4. *n.* 163. *ad seq.*

Postremo etiam dubitatur, quid juris, si inter fratres, aut
fratrum filios pro indiviso, et communiter viventes in eadem
domo, reperiatur clericus ecclesiastica beneficia possidens,
utrum tempore divisionis eorum fructus, peculium quasi ca-
256 strense constituentes *ex Minsinger in* §. *igitur n.* 5. *instit.
per quas personas nobis acquir.* tam consumptos, quam pen-
dentes repetat? Quoad fructus consumptos expeditum est,
non posse filium clericum eos repetere, si una cum fratri-
bus, aut patre, et patruo vixerit, et alimenta de communi
perceperit, nam in eo quod beneficii fructus excedunt suam
257 victus necessitatem, donationis urget animus in sibi sangui-
ne conjunctos, praecipue in patrem, qui genuit, qui aluit,
qui fovit, et pro acquirendo beneficio, vel operam, vel sum-
258 ptus forte impendit *Mandel. Alba cons.* 378. *n.* 2. 3. *et* 9.
in fin. tom. 2. *Constantin. ad stat. urb. annot.* 21. *n.* 159.
sub artic. 4. Quod si ejus pater ex eisdem beneficii forte
pinguis fructibus ad victum redundantibus quidquam quae-
sierit proprio ejusdem patris nomine, ejus erit res quaesita,
non filii, qui ita fieri tacite consensit, et passus est *Mandell.* 259
Alba d. consil. 378. *n.* 4. *et* 5. *tom.* 2. Sed alter socius, et
consors de hoc nihil participabit, tum quia a communi in-
dustria res quaesita non proficiscitur, tum maxime quia (et
haec ratio praecidit omnes quaestiones) res quaesita ex fru-
ctibus beneficii ad ecclesiam pertinet *ad text. in cap.* 1. *de* 260
*pecul. cleric. ubi Gonzalez. latissime Redoan. de spol.
eccles. quaest.* 9. *n.* 21. *ad seq.* ita ut, nec pater, nec filius
eam rem ita quaesitam acquirere legitime possint; minusque
ad hoc prosunt palliatae acquisitiones suo nomine per patrem,
vel fratrem, aliumve factae etiam in foro fori, si palliationes
hujus generis frequentissimae, detegantur, ut *in cap. inqui-* 261
rendum 4. *de Pecul. cleric. ubi Gonzalez, et alii canonici
juris interpretes latissime* quidquid in contrarium dixerit
Petr. de Ubal. de duob. fratrib. part. 11. *n.* 106.

Antequam vero huic divisioni inter rusticos praecipue fi-
nem faciam, opportunum duxi subjicere, peregrinam, et a
nemine tractatam quaestionem, quam proposuit, atque resol-
vit *Galli de fructibus disput.* 33. *artic.* 2. *n.* 20. en tibi ejus 262
identifica verba subjicio ibi » sexto quaero, si societas dura-
» vit inter descendentes fratrum rusticorum per tres gene-
» rationes, aut plures, quomodo sit facienda divisio bono- 263
» rum? Istam quaestionem non vidi per aliquem in puncto
» tractatam, sed quia in facto mihi occurrit pro quibusdam
» meis colonis; existimo divisionem esse faciendam bonorum
» in stirpes. Cum inter primos fratres censeri debeat con- 264
» tracta societas universalis omnium bonorum ex actibus
» socialibus, nam inter istos fuit simultanea habitatio, quae-
» stuum, et lucrorum communicatio, damnorum participa-
» tio, et nulla unquam reddita ratio, quae sunt illa, quae
» societatem bonorum inducunt, et cum unus ex dd. fratri- 265
» bus moritur, finitur illa societas quoad omnes, filii autem
» illius, qui decessit renovarunt societatem cum patruis per
» eosdem actus sociales, et eamdem singuli quantitatem bo-
» norum conferebant in societatem, per stirpes, nempe quae
» indivise possidebant; et moriente patruo societas renova- 266
» batur inter consanguineos germanos, et sic successive de
» tempore in tempus, et de progenie in progeniem, et nemo
» de ista generatione unquam quidquam se posuit, et sic
» mansit semper societas, ideo, cuncta dividenda per stirpes,
» nulla habita consideratione, quod unus plures haberet fi- 267
» lios laborantes. In contrarium facit primo, quia inter so-
» cios agricolas dividuntur fructus per capita laborantium,
» ita et quaesita ex fructibus eodem modo dividi debent,
» cum in universalibus pretium succedat loco rei; secundo
» quia mens rusticorum simul commorantium est contrahe-
» re societatem, solum mensae, et operarum, ut per *Micha-* 268
» *lor.* Ego tenui primam opinionem, cum negari non pos-
» sit inter istos, quod sit contracta societas universalis per
» stirpes, et ideo non debet attendi, quod unus plus confe-
» rat, aut minus lucretur. Contraria procedunt ubi non
» constat de universali societate, quae maxime emitet ex 269
» nulla lucri expositione facta.

Equidem vero huic resolutioni non facile acquiesco, illa
ratione, quia in supposito, quod ultima generatio per stir-
pes, ut ait citatus doctor, societatem universalem renovave-
rit, jam omnia bona ab illo momento renovatae societatis
universalis, communicata vicissim extiterunt, ita ut meum,
et tuum inter eosdem ultimae generationis socios, evanuerit; 270
uti alias demonstratum est pluries, et ideo personae ad unam
omnes d. ultimae generationis, quae universalem renovarunt
societatem, in divisione facienda bona praesertim quaesita
dividi debent in capita, et non in stirpes, videlicet, in tot
personas, quot extabant de tempore d. renovatae societatis,
juxta doctrinas supra hic *n.* 46. *ad seq.* allegatas; et quam- 271
vis in fine societatis universalis suum quisque socius capita-
le ab initio collatum recuperet, ut supra hic *n.* 23. 24. et 25.
non tamen constat de capitali cujusque socii existente, et
collato in ultima generatione, attenta personarum multitudi-
ne, quae confusio ad regulam generalem accedere compellit. 272

Alia circa divisionem persequitur *Constantin. ad stat.
urb. annot.* 21. *artic.* 4. quae equidem vel jam sparsim tra-
ctavi superius in locis opportune suis, vel in reliquis hujus
ultimae partis capitibus agam; regula interim constitui potest,
ut quamvis bona socialia non dicantur socii, nisi solutis de-
bitis *Costa de remed. subsid. remed.* 119. *n.* 14. *Magon.* 273

dec. Lucen. 1. n. 13. debita tamen socialia non impediunt
274 divisionem. Negusant. de pignor. memb. 3. part. 2. n. 43.
quia divisio non praejudicat creditoribus societatis Cephal.
275 consil. 569. n. 4. tom. 4. Similiter pro regula tenendum,
ut inspecta cujusque societatis natura, quae acquiri prohi-
bentur, puta ex furto, maleficio, aliave causa illicita, eadem
276 prohibentur etiam dividi; restat modo ut reliquam hujus ca-
pitis partem, supra pollicitam expleam, et de societate vitae,
277 seu victus, seu mensae, necnon fructuum, breviter agam.
Societatem itaque contrahi dixi, improprie semper, et
abusive, inter fratres praesertim, in communione vitae, vi-
ctus, seu mensae, necnon fructuum communium bonorum,
278 ut supra part. 1. cap. 1. n. 87. atque iterum part. 2. cap.
8. n. 49. ad plur. seq. Quod vitae societatem non commu-
nicatur bonorum dominium, sed fructuum, et operarum dum-
279 taxat, ita ut in fine communionis suum quisque vindicet,
nullaque habeatur ratio ejus, quod plus alter expendit, mi-
nus alter, nisi impensum pro parte unius sit nimia excessi-
vum, ita ut alter in fine hujus communionis alteri refundat
280 illud plus, quod accepit, seu consumpsit leg. verum 64. §.
si cum; et leg. actione 66. ff. pro socio. Connan. comment.
jur. civ. lib. 7. cap. 13. sub n. 19. Leonin. cons. 14. n. 4.
juxta terminos tamen, et declarationes de quibus supra in
281 d. part. 2. cap. 8. n. 16. ad seq. hac de societate plura plu-
ribus agit Panimoll. dec. 152. n. 12. ad seq. et n. 19. 21.
22. 28. 29. 30. tom. 3.
Huic affinis est altera communio fructuum, incidenti et-
iam bonorum communioni non absimilis, in qua fructus
dumtaxat bonorum paternorum, vel maternorum, et quid-
quid lucri, aut damni ab eisdem fructibus proficiscitur, com-
municatur, ipsorum bonorum, seu capitalium communica-
282 tione, quoad dominium sublata, ut in d. part. 2. cap.
8. num. 41. ad seq. et in hac fructuum communione cadit
in divisionem quidquid cum eisdem fructibus fuerit quaesi-
tum, aequaliter quidem, si aequales fuerint iidem fructus
collati, secus proportione servata in stirpes tamen, et non
283 in capita Constantin. ad stat. urb. annot. 21. n. 135.
In rebus spiritualibus, vel quasi, admitti societatem su-
284 pra indicatum est, part. 3. cap. 1. n. 10. ad seq. qua ex re
divisionem quoque recipi in rebus spiritualibus, vel quasi,
necnon in rebus ad ecclesiam pertinentibus nulla dubitatio
285 est Decian. respons. 97. n. 8. tom. 2. Mata ad consuet.
Panormit. cap. 46. n. 21. Cecco per ad Scarfanton. lucu-
br. canon. lib. 1. tit. 2. in animadvers. n. 43. cum seq. et
quoad divisionem bonorum ecclesiae pertinet, distingui ita
assolet; aut ecclesia provocatur ipsa ad divisionem, et hoc
priore casu divisio tamquam necessaria ex parte ejusdem
ecclesiae, nulla requirit solemnia, veluti supra de minore
286 dictum est n. 197. Aut ipsa tamquam actrix ecclesia ad di-
visionem provocat, et hoc posteriore casu requiruntur sole-
mnitates ejusdem ecclesiae utilitatem praeservantes, quem-
287 admodum observat Capon. discept. for. 112. n. 49. tom. 2.
Ad rem postremo utiliter quaeritur apud quem debeant
scripturae sociales remanere, finita societate, expletaque di-
288 visione? Ulpianus solvit quaestionem in leg. fin. ff. de fide
instrument. ibi » Si de tabulis testamenti deponendis aga-
» tur, et dubitetur, cui eas deponi oporteat, semper senio-
» rem juniori, et amplioris honoris inferiori, et marem foe-
289 » minae, et ingenuum libertino praeferemus » Seniori igi-
tur primo scripturae sociales consignandae sunt; si tamen
esset quidem aetate minor, dignior vero hic sit seniore, pu-
ta sit doctor, sacerdos, vel alia dignitate praefulgeat, hunc
290 praeferri sustinent, in subjecta societatis quaestione Giarba
ad consuet. Messan. cap. 10. glossa 7. part. 1. n. 18. ad
fin. Andreol. contr. for. 152. per tot. Fontanell de pact.
nupt. claus. 4. gloss. 9. part. 2. n. 65. ad seq. Michalor.
de fratrib. part. 3. cap. 37. n. 3. et 5. Constantin. ad stat.
urb. annot. 21. n. 186. et seq. Tartaglia de reservat. sta-
tutar. artic. 60. n. 85.
Masculus quoque praefertur foeminae in custodiendis scri-
pturis socialibus; inter masculos autem, aetate senior, nisi
dignior sit junior, vel majus caeteris interesse in scripturis
habeat, cavere tamen debet ille, qui scripturas retinet de
291 illis conservandis, et exhibendis, toties, quoties opus fuerit,
ita indicati tenent doctores, quod si demum suspicio oriatur
de aliqua malignitate, puta ne hujusmodi scripturae sub-
trahantur, corrumpantur, seu deleantur, tunc penes locum
tutum, et minime suspectum deponi, et clavem unumquem-
292 que suam habere debere suggerunt Andreol. contr. for. 152.
n. 5. Giarba ad consuet. Messan. cap. 10. glossa 7. part.
1. n. 20. Felic. de societ. cap. 40. n. 53. Capyc. latr. dec.
28. n. 20. ad seq. in observat. lib. 1. Tartaglia de reservat.
statutar. artic. 60. n. 85. in fin. Scripturae tamen singil-
latim tangentes interesse illius, vel alterius rei divisae, ei
privative consignari debent, cui res illa obvenit Giurba ad 293
consuet. Messan. loco prox. cit. n. 20. Felic. de societ.
cap. 38. n. 58., et cap. 60. n. 54.
Affinis est altera quaestio, cui sociorum facta divisione
societatis remaneat apotheca, vel fundacum, in qua, vel quo
socii consueverunt artem exercere? Petr. de Ubald. de duob. 294
fratrib. part. 11. n. 97. distinguit multipliciter; hoc est,
vel apotheca, et fundacum pertinebat ad eosdem socios, et
tunc, qui ea, eove uti vult ad usum destinatum exercendi
ibi mercaturam, praefertur alteri ad alium diversum usum
uti volenti, quod si omnes socii ea eadem mercaturae causa,
uti eo, eave velint, opinor sortem ut supra his n. 210. ad 295
seq. meliorem, tutioremque fore quaestionis judicem. Quod
si apotheca, vel fundacum ad unum socium privative perti-
nebat, debere illam, vel illud in ejus potestate remanere,
habita tamen ratione, in divisione avviamenti, seu illius
pretii communiter repertiendi Sabell. in summa verbo so- 296
cietas n. 42. Rot. dec. 4. sub n. 2. de legitima cor. Fal-
coner. Ubi quod avviamentum adjudicari ei debet, qui ha- 297
buerit in societate majorem partem.
Quod si praeterea apotheca, vel fundacum nullius socio-
rum fuerit, sed titulo conductionis retenta, seu retentum a
sociis extiterit, et tunc ita indicatus Petr. de Ubald. de duob. 298
fratrib. d. part. 11. n. 97. iterum distinguit; aut tabernam,
seu fundacum conduxerat ab initio, unus sociorum suo tan-
tum nomine, et locationis tempus sit elapsum, et tunc domi-
nus cui voluerit pro arbitrio locabit; aut tempus locationis 299
nondum fuit elapsum, et tunc quamvis illam, aut illud, is
retinere apud se posse videretur, qui suo tantum conduxit
nomine locatione durante, censuit nihilominus Petr. de 300
Ubald. loc. prox. cit. Tabernam, aut fundacum tamquam
ea in re societati accessorium coaequale jus omnibus sociis
tribuere, perinde quasi illa, et illud communi sociorum no-
mine fuisset conductum, conductave: quamobrem cum omnes 301
socii, aut plerique eorum contendant, divisa societate, taber-
nam, aut fundacum pro reliquo locationis tempore retinere,
et tunc judex suum interponet officium atque rem ita tem-
perabit, aut sorti committet, aut ei adjudicabit negotium,
qui boni exitus, ut vulgo dicitur, titulo, aliis sociis plus
praestare pollicebitur; hoc temperamentum mihi aequum vi- 302
detur, et justum, et ideo tutius servandum.
Adsunt praeterea in taberna, jam finita societate stylis,
supellectilia, aliaque hujusmodi ad exercitium artis necessa-
ria, quaeritur quomodo haec dividenda sint; et patet ea di-
vidi aequaliter debere, si aequales fuerint sociorum partes,
sin minus proportione servata, videlicet ad ratam cujusque
capitalis in societatem immissi Bald. in leg. 1. n. 37. c. pro 303
socio Petr. de Ubald. de duob. fratrib. part. 11. n. 100.
Quid rursus de insignibus, seu signo tabernae? retinenda est
distinctio, de qua superius part. 3. cap. 4. n. 91. ad fin. 304
ut signum, quod appenditur tabernae ad artem indicandam
adjudicari ei debeat, cui plerique socii voluerint, vel cui ta-
berna ipsa remanserit; quod si contentio sit inter eos, judex 305
adjudicabit illud digniori artem continuare volenti, sin minus
ei, qui in negotio majorem partem habuit; quod si ne hoc 306
quidem fieri pacifice, poterit, et omnes socii eo uti, ac reti-
nere contendant, adjudicabit judex ei, cui propitia sors arri-
serit; quod si postremo unus tantum socius fuerit, qui con- 307
tinuare negotium simile voluerit, ei dubio procul erit adju-
dicandum Petr. de Ubald. de duob. fratrib. part. 11. n. 70 308
addito clarius Benvenut. Straccha de mercatura part. 2.
n. 97. ad fin. et latius denique Felic. de societ. cap. 40. n.
46. ad seqq.
Aliam non incuriosam movet quaestionem Petr. de Ubald.
loco prox. cit. n. 99. videlicet apud quem socium rema-
neant factores, aliique mercede conducti, qui negotio sociali
durante societate inservierunt? Atque sorte dirimi negotium, 309
dicit. Equidem vero, melius, ut opinor, dixerim hujusmodi
conductitios homines remanere apud eum, quem ipsi volue-
rint, non enim hujusmodi factores, vel a negotio juvenes ser-
vorum instar, promercales, quorum apud christianos deleta
conditio est Vinn. ad §. servi autem n. 4. instit. de jur. 310
personar. Quid denique si intempestive soluta habeatur so-
cietas, et locatio operarum hujusmodi hominum tabernae in-
servientium adhuc duret? Mihi videtur cum ipsa societate, 311
finita etiam locatio, ita ut redeundo ad quaestionem, hujus-

modi homines conducititii ei deinceps inserviant, cui voluerint, seu magis ei, qui meliorem conditionem eis fecerit.
312 Operarius autem, quando possit mercedem conventam petere, tempore locationis nondum exacto. *Zacchia de salar.*
313 *quaest.* 22. *n.* 8. *ad seq. et quaest.* 23. *n.* 5. *ad seq.*

Non incongrue demum quaeritur; num facta divisione rerum socialium, seu communium modis supra praescriptis, statim, ac sine traditione transeat in unumquemque socium, seu pro indiviso possidentem, rei divisae dominium, ita ut, si res uni sociorum obventa, ante consummationem actus, seu realem traditionem, deterior effecta fuerit, aut etiam perierit, damno id ejus, cui obtigit, cessisse dicatur potius, quam communi omnium sociorum, seu pro indiviso possidentium periculo? Elegantissima quaestio, in qua varia fuit Rotae Romanae opinio. Primo quidem statuit Rota dominium extemplo, et consequenter periculum, facta divisione, sine traditione etiam transferri, ut in *Romana officii vacabilis* 314
6. *maii* 1763. § 4. *et per totam cor. Emo. D. Card. Riminaldo.* Ab hac tamen decisione eadem sacra Rota articulo maturius discusso, et a suis principiis altius repetito recessit, illa ratione, quia divisio sapit permutationem, et ad contractus innominatos refertur, ut supra hic *n.* 76. *et* 77. ita ut divisionis actus ad suprascriptos praecipue damni, et periculi effectus, consummatus non dicatur, nisi per traditionem, aut veram, et realem, puta per dationem, cum manu porrigitur, et consignatur, aut per fictam, puta per clavium domus consignationem, aut per fundi glebae apprehensionem, aut per deambulationem, aliosque similes actus, juxta casuum contingentiam, fieri assuetos, atque ita recedendo a decisis definivit. *Rot. in eadem Romana officii vacabilis* 315
5. *decembris* 1763., *et* 27. *februarii* 1764. *utrobique per totam cor. R. P. D. Veri.*

CAPUT XI.

De actione pro socio.

SUMMARIUM

1. Ut pro socio detur actio; requiritur societas, nec sufficit rem esse communem.
2. Communis res tantum, qualiter dicatur, traditur.
3. Cum tractatu habito certe est societas datur actio pro socio, sine autem tractatu, datur altera communi dividundo, n. 4.
5. Inter actionem pro socio, et communi dividundo longe differentia est.
6. Actio pro socio est ex contractu, altera communi dividundo ex quasi contractu, illa personalis, haec mixta.
7. Complures alias differentias utriusque actionis recenset Cujacius, n. 8. 9. 10. 11. 12. 13. et 14.
15. Expungitur *Alderis* tenens actionem pro socio triplicem esse, directam, utilem, atque contrariam.
16. Actio pro socio est omni ex parte directa n. 17. et 18.
17. Socius hac actione damnatus, ignominia notatur.
19. Actio vero contraria expresse rejicitur in contractu societatis, licet in aliis illa admittatur contractibus n. 20.
21. Differentia solum manet in cum societate voluntaria, et conventionali, quae actionem pro socio habet, et necessaria, seu incidenti, quae alteram communi dividundo, habet.
22. Divisio hujus capitis in duas partes. Prior est actio pro socio.
23. Dicitur actio pro socio, quia respicit utilitatem utriusque socii, et illius praecipue qui naturam, et pacta societatis servari propugnat, eaque utrique socio tribuitur.
24. Actio haec pro socio semper personalis est, et socio in socium vice mutua tribuitur, extraneo vero nunquam datur.
25. Actio haec, nec active, nec passive cedi potest in tertium.
26. Sunt qui teneant cum hac actione pro socio posse concurrere alteram praescriptis verbis.
27. Contrarium verius est, et declatur *leg. si margarita ff pro socio*, et n. 28.
29. Actio pro socio potest etiam rei persecutoria esse contra socium furte, qui rem socialem subtraxit, vel per fallaciam, dolove malo amovit, et n. 30.
31. Amplia si plagium fecerit, vel suppresserit, nam Flacia lege tenebitur.
32. In his casibus, actio pro socio, non tollit alteram furti, doli, Flacia etc.
33. Socius tamen, qui rem furtivam actione pro socio vindicat, non agit altera furti, nisi pluris ejus interfuerit.
34. Quomodo autem intelligitur illud pluris interest, remissive.
35. Sociis datur etiam actio utilis negotiorum gestorum.
36. Sed hoc intellige verum in sociis improprie, secus in sociis veris.
37. Actio pro socio, non alias datur, quam si extet societas, secus si non extet.
38. Ratio, quia cum haec actio detur pro observantia societatis, ejusque pactorum, cessat actio, non extante societate.
39. Datur item actio pro socio, post finitam societatem.
40. Societas enim prius dissolvitur, et postea pro socio actio nascitur.
41. Intellige cum ad rerum socialium divisionem generaliter agitur, put. per societatis divisionem.
42. Secus si particulariter, puta ad observandum hoc, vel illud societatis pactum, nam hoc fieri potest, dic. actione, manente etiam societate, n. 43.
44. Socius agit in socium actione furti, aut doli mali, salva pro socio actione in reliquis manente.
45. Sed an civiliter, vel criminaliter? Criminaliter quidem, si inexcusabile sit delictum, secus e contra.
46. Nam sine dolo malo potest socius rem socialem amovere, puta quia uti condominus partem suam amovere putavit.
47. Licet haeres socii, socius non sit in eum tamen haec actio ut praestet bonam fidem, datur.
48. Puta si agitur de integratis vice socii, nam haeres praestat dolum, latam, et levem culpam, quia in emolumento successor est.
49. Amplia, ut etiam haeres eamdem pro socio habeat actionem in socium superstitem atque in hujus haeredem, praescriptione quoque millenaria non obstante.
50. Haeres socii defuncti, si cum socio superstite tacite, vel expresse societatem renovaverit, actio pro socio verissime tribuitur.
51. Socius itaque hac actione, non solum praestat dolum sed etiam culpam latam, atque levem.
52. Culpa autem per socium hac actione, praestanda, quae sit, et qualiter intelligitur, traditur, et n. 53.
54. Dolus autem, et culpa inter eosdem socios compensatur.
55. Intellige in paritate doli, vel culpae, non si dolus, vel culpa unius sit gravior, levior autem alterius.
56. Socius tamen non compensat compendium aliunde societati paratum, cum suo dolo, vel culpa.
57. Compensatio haec datur inter ipsos socios qui si tertio damnum intulerint, in solidum obstringuntur omnes.
58. Si tertius deceptus dolose sit a sociis, et ab eorum altero damnum sibi sarciri obtineat socius, qui solvit, ab alio non repetit socio et datur ratio n. 59.
60. Fatalia damna quae sint, traditur, eaque socius non praestat, dolo, et culpa cessantibus.
61. Si quid tamen fuerit a furibus surreptum tenetur, quia custodiam, et vigilantiam praestare debuit.
62. Excipe latrocinium, quod fit impetu, et ideo non praestatur; secus in furto, quod fit nocte, et vigilantia vitari potest.
63. Furti derivatio traditur a furvo, nec quia plerumque fit nocte, seu a fraude, seu a ferendo, vel auferendo.
64. Vis e contra latronum non praestatur, et datur exemplum. n. 65.
66. Et quod damna fatalia socius non praestet, affirmant omnes.
67. Amplia etiamsi fuerint in pactum deductae illorum praestatio, nam dolci capitis vitium redoleret.
68. Intellige semper socii dolo, et culpa cessantibus.
69. Ratio haec damnorum aequaliter servatur in societate universali, generali, particulari, atque etiam unius rei.
70. Socius hac actione pro socio agit quandoque ad quanti sua interest, probare tamen clare debet damnum emergens, et lucrum cessans.
71. Socius, qui ex societate lucrifecit, si morosus fuit in restituendo, eaque pecunia sit usus.
72. Solvitur usuras, non quasi usuras, sed quod alterius socii interfuit, eum non adhibuisse moram, n. 72.
73. Amplia ad illam pecuniam, quam socius de proprio erogavit in causam societatis, ratione habita ad id quod percipere poterat.
74. Amplia ut hujusmodi socio detur etiam juramentum in litem.
75. Socius, qui pecunia sua supplevit obligationem alterius socii, an statim repetat, vel in fine societatis? Resolvitur cum distinctione, et dantur rationes.
76. Si ex duobus sociis unus contulit 10. alter 20. hic non egit ad quanti interest, nisi liquido probet, illum similiter promisisse 20. aut nisi in mora constituerit.
Quod si de aequalitate capitalis conferendi clare constiterit, tunc, una mora, nec interpellatione opus est, *ibid.*
77. Omne aes alienum, durante societate contractum, de communi solvendum est.
78. Intellige si aes alienum fuerit in communem arcam socialem conversum, n. 79.
80. Et ad hoc sufficit destinatio, seu animus convertendi aes alienum in utilitatem societatis, licet conversio fortuito casu deficiat.
81. Si extet venalis fundus, et tibi, et mihi proximus: mandavi tibi, ut illum emeres, et pro parte mihi dares; mutaci consilium, et pro me totum emi, an tu aliquam in me habeas actionem?
82. Si res sit de simplici mandato, quia re integra poenitere poteram, nullam adversus me habes actionem.
83. Si vero tibi ita jussi ut commune negotium gereres, tibi pro socio teneor, et n. 84.
85. Si tecum habeo communem fundum, tu in eum, mortuum intulisti, et religiosum fecisti: utrum pro socio agam? Pomponius affirmat.
86. Papinianus vero negat. Tu concilia, ut si fundus sit communis ex vera societate, procedat Pomponii sententia.
87. Alteri socii conditio per alterum melior fieri potest deterior non potest.
88. Unde, qui mortuum intulit, vel tollere eum debet, vel fundi pretium praestare, si alter ita malit.
89. Quod si ille fundus communis fuerit ex incidenti, atque ex impropria societate, procedat opinio Papiniani, et tu habes actionem vel familiae herciscundae, vel communi dividundo.
90. Eadem procedit distinctio, si unus in communi fundo ecclesiam aedificavit. Ut in societate impropria alter pretium petat, aut si malit, juspatronatus acquirat.
91. In vera autem societate, qui aedificavit, cogitur ecclesiam tollere.

92. Finis cujusque societatis est quaestus.
93. Socius jus habet prohibendi, ne quid in re communi fiat, eo invito, per alterum.
94. Et si factum sit, ut tollatur, jus habet.
95. Socius habet mandatum a jure aliter gerendi negotia socialia.
96. Intellige in negotiis quaestuariis, et extrajudicialibus, non autem in judicialibus, sine speciali mandato.
97. Amplius ut unus socius multo minus agere possit judicialiter pro altero socio excommunicato, si dividua sit praesertim causa.
98. Aliud distinctum est; aut excommunicatio praecessit societatem, et haec solvi debet.
99. Sin autem excommunicatio subsecuta fuerit, aut solvenda societas, si commode fieri potest, aut alter socius se ingerat in iis quae societatem limitate pertingunt.
100. A pari, si judicium coeptum fuit post excommunicationem, et non agit alter socius, aut ante excommunicationem, et agit.
101. Socius licet in judicio agere non possit sine mandato communi nomine, si tamen fuerit eo nomine coeptum, potest prosequi
102. Inter socios ex bono, et aequo agitur, et sola facti veritate inspecta.
103. Et ideo agitur summarie, inter mercatores praesertim.
104. Inter socios via executiva non agitur; nisi intervenerit obligatio cameralis.
105. Obligatio tamen cameralis concepta in priore societate non extenditur ad ejus renovationem.
106. Appellatio datur a sententia restituente socium ad possessionem societatis, et affertur ratio
107. Sociorum omnium par est conditio, nec alius aliis antistat.
108. Socii omnes cum agunt ad divisionem, debent agere coram uno judice, et non diversis judicibus.
Amplius etiamsi separentur clericus, ibid.
109. Socius negans, se esse socium, nec actione pro socio, nec communi dividundo agit.
110. Plura enim beneficia hujus contractus denegantur illis, qui se socios esse negant.
111. Negatio haec saepe contingit, quia socius suspectam habet societatem, et proinde soluto debitis aliquid superest ille non participat.
112. Quod si is, qui se socium negat, aliquid sui societatis possidet, et tunc judex procedat.
113. Procedat etiam ad illum condemnandum si debita socialia bona absorbeant.
114. Dualare ut socii inter se pro virili agant, creditoribus vero in solidum teneantur.
115. Socius negans se socium, si aliquid possidet, non cogitur illud describere, datur ratio.
116. Actio pro socio, 30. praescribitur annis.
117. Communi dividundo actio cessat, si res communis non sit, secus e contra, n. 118.
119. Amio hoec datos quaque ratione, etiam societatis, communis res sit, et n. 120.
121. Ideo societati additur actio communi dividundo quia finita societate, usque ad divisionem, interponitur communio, n. 122.
123. Praeexistente societate, eaque durante, datur actio pro socio.
124. Finita autem societate, datur utraque actio; quod si praeexistat sola communio, actio pro socio non tribuitur, sed alia tantum communi dividundo, seu negotiorum gestorum, n. 125. ad 127.
128. Si ex duobus sociis alter me prohibuit administrare, alter non prohibuit actionem negotiorum gestorum, habeo contra eum, qui non prohibuit; nam qui prohibuit, neque damnum, neque lucrum sentit n. 129 130. et 131.
132. Latius haec enucleatur quaestio, n. 133. 134. 135. et 136.
133. Beneficium non confertur in invitum.
137. Judex prospicit locum, et damno futuro ex societate pendente, cautionibus per socios interponendis, quod in omnibus bonae fi ei judiciis locum obtinet.
138. Si mihi tecum societas est, si quid in eam impendero, aut ex ea fructus percepero, pro socio. an communi dividundo agi potest, altera tamen, alteram tollit.
139. Quid si cautione non sit prospectum damno futuro?
Quid rursus si aliquis socius non sit solvendo, utrum teneantur caeteri? ibid.
140. Ad utrumque respondet Paulus, hoc est damnum esse communiter praestandum in primo.
141. Atque caeteros socios in defectum unius, gravari, in secunda quaestione.
142. Quoniam cum societas contrahitur, tam damni, quam lucri communio initur.

1 Ut sit pro socio actio, scribit Ulpianus, societatem intercedere oportet; nec enim sufficit, rem esse communem, nisi
societas intercedit. Communiter autem res agi potest etiam
citra societatem, puta cum non affectione societatis incidimus
communionem, ut evenit in re duobus legata; item si a duo-
bus simul empta res sit, aut si haereditas, vel donatio com-
2 muniter nobis obvenit, aut si a duobus separatim emimus
partes eorum non socii futuri; nam cum tractatu habito so-
cietas coita est, pro socio actio est, cum sine tractatu, re ipsa
negotium communiter gestum videtur; sunt ejus verba iden-
3 tidem excripta ex *leg. ut sit* 31. *et leg. seq.* 32. *ff. pro socio.*
Ut primore casu, concludit Gajus, pro socio, posteriore au-
4 tem communi dividundo. tribuatur regulariter actio *leg. in
quibus casibus* 34. *ff. eod. tit.*
Longa hinc vero inter utramque actionem pro socio, et
5 communi dividundo differentia est, nam *ex Cujacio in tit.
3. ff. commun. divid. tom. 7. col. 571. lit. D.* Actio com-
muni dividundo est quasi ex contractu; pro socio, ex contra-
ctu; communi dividundo est mixta, id est in rem, et in per-
sonam, pro socio est in personam tantum; has repetit, alias-
6 que superaddit differentias idem *Cujac. in lib. 32. Pauli ad
edictum in leg. actione 65. §. si post distractam ff. pro
socio tom. 5. col. 491. lit. B. C. D.* ibi » Actio communi
7 » dividundo mixta est actio, tam in rem, quam in personam;
» actio autem pro socio, ut in universum doceam, quid di-
» stet actione communi dividundo: actio pro socio est in
» personam, in actione pro socio, ut hic §. ostendit, id tan-
8 » tum venit, quod pro socio, communiterve gestum est; in
» actione communi dividundo etiam venit, quod non pro
» socio, communiterve gestum est; item actio pro socio est ex
9 » contractu societatis, actio communi dividundo competit
» etiam, si contracta societas non sit, nam res sine societate
» voluntaria potest esse communis, ut si duobus conjunctim
10 » communiter eadem res legata, vel donata sit; item actio
» pro socio, quod est certissimum, famosa est, quae omni ex
11 » parte est directa, non actio communi dividundo; in actio-
» ne pro socio non fit cuiquam adjudicatio rei communis,
» quia in ea actione ea de re non agitur, sed de dolo, de
» culpa sociorum, de rationibus reddendis, quae tamen ad-
12 » judicatio fit in actione communi dividundo. Praeterea in
» actione pro socio veniunt nomina debitorum, ut eorum ra-
» tio, habeatur communiter inter socios; nomina tamen de-
13 » bitorum non veniunt in actione communi dividundo ».
Et hanc confirmant utriusque indicatae actionis differen-
tiam *Duaren. comment. jur. civ. in tit. 38. lib. 4. c. pro
14 socio cap. 4. Donell. in eisdem comment. jur. civ. lib. 13.
cap. 17. de actione pro socio.* Ita ut ex his videatur expun-
gen da, tamquam debilis, nulloque fundamento innixa, di-
stinctio triplicis actionis pro socio, in directam, utilem, atque
contrariam ad instar mandati, quam facit *Alderis. de sym-* 15
bolic. contract. tit. 3. cap. 5. n. 59. et 60. quia actio pro
socio est omni ex parte directa, veluti post textum literalem 16
in §. ex quibusdam instit. de poena temere litig. ibi » Item
» actio pro socio, quae ab utraque parte directa est, et ob
» id quilibet ex sociis eo judicio damnatus, ignominia nota-
» tur » observat etiam Cujacius ultimo loco recitatus; hoc 17
est, ut actio pro socio ex utroque latere directa sit, nam utrin-
que socii par est conditio; quemadmodum subdit *Voet. in* 18
*pandect. lib. 17. tit. 2. n. 9. pro socio. Heinec in suis no-
tulis ad Vinnium §. socius instit. de societ.*
Imo vero *Donellus* contrariam actionem in societate ex-
pressim excludit *in suis comment. jur. civ. lib. 13. cap. 17.*
ibi » Una harum nomine actio pro socio, semper directa, et 19
» eadem, non ut in prioribus contractibus, altera contraria
» quia omnium sociorum officium, et obligatio eadem » et 20
confirmant *Azo. in summa c. ad lib. 4. rubrica de societ.
n. 44. Gregor. Tholosan. syntagm. univers. jur. lib. 27.
cap. 4. n. 22. Petr. de Ubald. de duob. fratrib. part. 14.
sub n. 5.* Differentia solum manente in societate voluntaria,
et conventionali, quae unam parit pro socio actionem, atque
necessaria, seu incidenti, quae alterum communi dividundo
sibi conciliat judicium *Cujac. in lib. 3. respons. Papin. ad* 21
*leg. 52. §. idem Papinianus ff. pro socio col. 969. lit. B.
tom. 4.*
Hinc necessitas dividendi hunc titulum in duas partes,
hoc est in actionem pro socio, et in alteram communi divi-
dundo; et quoad priorem dicitur pro socio, hoc est, actio pro
socio, veluti observat *Duaren. comment. jur. civ. ad lib. 38.* 22
c. pro socio cap. 4. in princ. Pro socio etiam dicitur, quia
respicit utilitatem utriusque socii, et illius praecipue, qui
vel naturam, contractum, aut pacta societatis servari propo-
nit, et indistincte alterutri socio tribuitur, et ideo veluti di
ctum est, est semper actio directa ex utroque latere, nun- 23
quam contraria *Cujac. in paratitl. lib. 17. digest. tit. 2.
pro socio tom. 1. col. 770. lit. D.* semper personalis est hu-
jusmodi actio pro socio, quae socio in socium vice mutua 24
tribuitur *leg. 1. ff. commun. divid. Cujac. in lib. 32. Pauli
ad edictum ad leg. 65. §. si post distractam ff. pro socio
col. 491. lit. B. tom. 5. Balb. de praescript. part. 4. qu.
15. n. 4. Alderis. de symbolic. contract. tit. 3. cap. 1. n.
4.*, nec ideo active, aut passive est in tertium cessibilis *Olea
de cess. jur. tit. 3. qu. 5. n. 10.* Extraneo autem non socio, 25
haec pro socio non datur actio *Heinec. element. jur. civil.
secundum ordinem pandect. §. 250. n. 2.*

Sunt qui cum hac actione pro socio, posse concurrere al-
26 teram praescriptis verbis asserunt, nempe *Tholosan. syn-
tagm. univers. jur. lib.* 27. *cap.* 4. *n.* 26. *Tartaglia de re-
servation statutar. art.* 60. *n.* 8., et textum allegant *in leg.
si margarita* 43. *ff. pro socio.* At minus vere, ut opinor, as-
serunt; nam textus eo loci disputat, an contrahentes coeun-
dae societatis animum habuerint; ut priore casu, una tri-
buatur pro socio actio, posteriore autem altera praescriptis
27 verbis; d. legis verba clarissima, haec sunt » Si margarita
» tibi vendenda dedero, ut si ea decem vendidisses, redderes
» mihi decem, si pluris, quod excedit, ut haberes; mihi vi-
» detur si animo contrahendae societatis id actum sit, pro
28 » socio esse actionem, sin minus praescriptis verbis ».

Praeterea actionem hanc pro socio, rei quoque persecuto-
29 riam dici posse, defendunt *Gregor. Tholosan. syntagm.
univers. jur. lib.* 27. *cap.* 4. *n.* 26. *Tartaglia de reservat
statut. art.* 60. *n.* 8. et originaliter docuit textus *in leg. sed
actione* 50. *ff. pro socio*, ut puta, si socius rem socialem
furto subtraxerit, vel per fallaciam, dolove malo amoverit
30 *leg. rei communis* 45. *ff. pro socio*, et *leg. si socius* 46. *ff.
de furt. Connan. comment. jur. civ. lib.* 7. *cap.* 13. *n.* 10.
Gambigliol. cons. 65. *n.* 10. *et seq. Giurba ad consuet.
Messan. cap.* 1. *glossa* 6. *part.* 1. *n.* 22. Vel si plagium fe-
31 cerit, vel suppresserit, nam lege Flavia agi potest *leg. me-
rito* 51. *ff. pro socio Connan. comment. jur. civ. lib.* 7. *cap.*
13. *sub n.* 10. *Felic. de societ. cap.* 31. *n.* 11. In his tamen
aliisque similibus casibus, altera pro socio actio, alteram,
aut furti, ut doli, aut Flavia, seu Fabia non tollit *leg. rei
32 communis* 45. *ff. pro socio.* Eatenus tamen, ut si socius quid
ea causa furtiva, aliave simili condixerit, cesset pro socio
actio, nisi pluris mea intersit, *leg. sed si* 47. *ff. eod. tit.* Hoc
autem nisi pluris mea intersit, quomodo sit intelligendum
33 dixi superius *part.* 3. *c.* 8. *n.* 61. *ad seq.* Idem juris est in
poena stipulata, an scilicet ex stipulatu, seu potius pro socio
34 actione possit agi. Vide ibid. d. *part.* 3. *c.* 8. *n.* 61. *ad seq.*

Sunt etiam, qui duce Papiniano, actionem utilem nego-
tiorum gestorum sociis attribuunt *in leg. qui aliena* 33. §.
fin. ff. de negot. gest. ibi » Sed qui sumptus necessarios, ac
» probabiles in communi lite fecit, negotiorum gestorum
35. » habet ». Sed hoc in sociis improprie nominatis dictum ac-
cipe, puta in iis, qui rem in communi, et pro indiviso pos-
sident, quique non praemeditato, sed fortuito incursu in so-
cietatem inciderunt, non in sociis, qui praevio tractatu coie-
runt, nam his pro socio, una semper datur actio, et non alte-
36 ra negotiorum gestorum utilis, ut per *Petr. de Ubald. de
duob. fratrib. par.* 1. *n.* 2. *Gratian. discept. for. cap.* 320
n. 26. *Mans consult. for.* 54. *n.* 8. *tom.* 1. *Felic. de societ.
cap.* 31. *n.* 7.

Actio haec insuper pro socio, existente societate, tam-
37 quam actionis fonte tribuitur, secus ea non existente ex Ul-
piano *in leg. ut sit* 31. *ff. pro socio. Decian. respons.* 97. *n.*
5. *t.* 2. *Calcagn. ad mater. feudal. observat.* 18. *n.* 12. Nam
cum actio haec tribuatur pro lucro, aut damno, aut pactorum
38. observantia, haec omnia cessant deficiente societate *Decian.
respons.* 97. *n.* 1. *tom.* 2., et insuper datur post finitam so-
39 cietatem *Glossa in leg. tamdiu verbo nata c. pro socio
Azon. in summa. c. in lib.* 4. *rubrica pro socio n.* 13. *Bru-
neman. in d. leg. tamdiu n.* 2. *c. eod. tit. Voet. in pan-
dect. lib.* 17. *tit.* 2. *n.* 9. *pro socio. Caball. cons.* 121. *n.*
2. *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 25. *n.* 8. *tom.* 1
nam societas prius dissolvitur, et postea pro socio actio na-
40 scitur *Bald. in leg. tamdiu n.* 3. *et* 4. *c. pro socio. Manti-
ca de tacit., et ambig. lib.* 6. *tit.* 25. *n.* 9. *ver. primus ca-
sus est in fin. tom.* 1. *Petr. de Ubald. de duob. fratrib.
part.* 11. *n.* 10.

Haec tamen intelligitur conclusio, quando actio pro socio
generaliter intentatur, hoc est finita societate, puta pro di-
visione rerum socialium, et insuper si liberum est, socio
agenti ab illa recedere, vel quia ita pactum sit, vel sit finitum
tempus, vel terminatum negotium, vel resolutionis societa-
41 tis, justae urgeant causae, secus si non sit liberum a socie-
tate recedere, nam durante societate, non licet pro socio a-
ctionem proponere, nisi quatenus hujusmodi proponatur a-
ctio particulariter, hoc est pro exequendo hoc, vel illo pacto
42 convento, puta ut capitale pollicitum conferatur integrum,
ut operae, praestationes, aliaque hujus generis, ad prose-
quendam, explendamque societatem, praestentur, ut simi-
liter nominum jura cedantur, ut lucrum, damnumque com-
municetur, ut purgato dolo, vel furto, aliove re male gesta
in reliquis maneat societas, nam super his, aliquo similibus
particularibus, actio pro socio, durante etiam societate tri-
buitur. prout distinguendo post textum *in l. actione* 66. §. 43
morte in fin. ff. pro socio. promiscue tradunt *glossa in leg.
tamdiu verbo nata c. pro socio*, ubi *Bald. n.* 5. *Azon. pa-
riter*, et *Brunneman. in ead. l. tamdiu utrobique n.* 2. *c.
pro socio. Wesembec. in pandect. lib.* 17. *tit.* 2. *pro socio
n.* 12. *Voet. in pandect. lib.* 17. *tit.* 2. *n.* 9. *pro socio. Ca-
ball cons.* 121. *n.* 4. *Capuce. prax. judic. part.* 1. *cap.* 3.
n. 29. *Petr. de Ubald. de duobus fratrib. part.* 14. *n.* 1.
Schrader. de contract. tit. 26. *de societ. n.* 60. *Alderis.
de symbolic. contract. tit.* 3. *cap.* 1. *n.* 3. 4. *et* 5. *Tarta-
glia de reservat. statutar. art.* 59. *n.* 5.

Dixi, socium agere posse, actione furti, doli mali, et hu-
jusmodi in alterum socium, salva actione pro socio in reli- 44
quis manente; sed dubitatur, an civiliter, vel criminaliter
agat. Aut inexcusabile est furtum, aliudve doli mali vitium
et criminaliter agi posse, non dubitatur. Aut quod vitiose
gestum est excusationem habere potest, et tunc civiliter tan-
tum agi, seu experiri observant. *Vermigliol. cons.* 431. *n.* 45
2. *Bertazzol. cons. crimin.* 224. *fere per tot. t.* 1. Atque
perelegans suppeditat exemplum Ulpianus in *leg. merito* 51.
ff pro socio, ibi » Merito autem adjectum est, ita demum
» furti actionem esse, si per fallaciam, et dolo malo amovit,
» cum enim sine dolo malo fecit, furti non tenetur; et sane
» plerumque credendum est, eum qui partis dominus est,
» jure potius suo uti, quam furti consilium inire ». 46

Scribit Ulpianus, ut sequitur *in leg. nemo* 3. *ff. pro socio.*
ibi » Nemo potest societatem haeredi suo sic parare, ut ipse
» haeres socius sit; in haeredem autem socii proponitur ac-
» tio, ut bonam fidem praestet » hoc est, ut quod ex prae- 47
cedenti causa societatis proficiscitur, aut pendet, praestet
haeres, vel defuncti socii dolum, levem latamve culpam re-
spiciat, nam licet haeres non succedat in societate, nec pro-
inde socius sit, succedit tamen in emolumento sibi per de-
functum relicto, et propterea tenetur actione pro socio, ita
post *text. in leg. et acti* 36. *et leg. verum* 64. §. *in haere-* 48
dem ff pro socio late observant *Faber. in leg.* 35. 36. *et*
64. *ff. eodem tit. Voet. in pandect. lib.* 17. *tit.* 2. *n.* 10.
pro socio. Istaque pro socio actio datur aeque haeredi con-
tra socium superstitem, atque contra haeredem illius, et-
iamsi lucra, et damna ex antegestis, hoc est durante societate,
post mille etiam annos provenerint *Voet. in pandect. lib.* 49
17. *tit.* 2. *n.* 10. *pro socio. Mans. consult. for.* 54. *n.* 25.
et 26. *tom.* 1. quod si defuncti socii haeredes, vel inter se,
vel cum socio superstite, tacite, vel expresse societatem re-
novaverint, erit quidem nova societas, et actione pro socio
vice mutua tenebuntur *leg. plane* 37. *ff pro socio.* 50

Venit ergo in hoc judicium pro socio bona fides, ita ut non
dolum dumtaxat, veluti est demonstratum, sed etiam culpam
latam, atque levem hac actione pro socio praestare socius
debeat *leg. cum duobus* 52. §. *venit ff. pro socio*, et culpae 51
limites praefinivit Gajus eleganter *in leg. socius* 72. *ff. eod.
tit.* ibi » Socius socio etiam nomine culpae tenetur, idest de-
» sidiae, atque negligentiae; culpa autem non ad exactis- 52
» simam diligentiam dirigenda est, sufficit enim talem dili-
» gentiam communibus rebus adhibere, qualem suis rebus
» adhibere solet, quia qui parum diligentem sibi socium
» acquirit, de se queri debet » atque ita ad haec jura co- 53
haerenter etiam sentiunt *Duaren. comment. jur. civ. in tit.*
38. *c. lib.* 4. *pro socio cap.* 4. *vers. aliud exemplum. Do-
nell. in eisdem comment. jur. civ. lib.* 13. *cap.* 16. *lit. O.
in notis. Connan. in eisdem pariter comment. jur. lib.* 7.
cap. 13. *sub n.* 10. *Azon. in summa c. rubrica pro socio
lib* 4. *n.* 28. *Bertazzol. cons.* 524. *in addit. lit. A. Schra-
der. de contract. tit.* 26. *de societ. n.* 58. atque latissime
Felic. de societate cap. 11. *per totum.*

Dolus tamen, et culpa inter ipsos socios dolosos, atque
culposos facile compensatur *leg. si duo* 37. *ff. de dolo malo.* 54
Azon. in summa c. lib. 4. *in rubric. pro socio n.* 3. *Cy-
riac. controv. for* 197. *n.* 10. in paritate tamen doli, aut
culpae, nam si dolus, vel culpa unius fuerit gravior, levior
autem alterius, aut quisque suam experiatur actionem, aut
proportionabiliter tantum culpa cum culpa, seu dolus cum
dolo compensabitur *Alderis. de symbolic. contract. tit.* 3. 55
cap. 8. *n.* 51. *et* 52. Abest vero ut socius culpae reus in
compensationem suae culpae una in re patratae, compendium 56
aliunde factum alleget *leg.* 25., *et* 26. *ff. pro socio. Voet.
in pandect. lib.* 17. *tit.* 2. *sub n.* 12. *pro socio. Petr. de
Ubald. de duob. fratr. part.* 7. *n.* 3. hoc de re tamen su-
perius egi *part.* 2. *cap.* 9. *n.* 131.

At vero hujusmodi compensatio, admittitur, ut dixi,
inter ipsos socios, secus si tertius ex sociorum culpa ali-
quod senserit praejudicium, nam praestari illud per eos
57 debere, ratio ipsa suggerit, atque advertit *Cyriac. contr.
for.* 197. *n.* 10, *et* 11. qui doctor *sub n.* 13. cum proponit
quaestionem; si duo socii communi dolo, vel etiam eorum
unus cum participatione alterius decipiat tertium, hic agat,
atque obtineat, quod sua interest adversus unum socium
dumtaxat, an socius qui solidum tertio solvit repetat partem
suam virilem ab altero consocio doli, seu culpae comparticí-
58 pe, et negative resolvit, per optimum *textum in leg. ex fa-
cto* 31. *ff. de negot. gest.* ubi regulam statuit, ut possit age-
re = *si tamen non sit consocius fraudis* = et ratio est, quia
59 ejus actio nititur actui vitioso. *Cyriac. loc. cit. n.* 39.

Fatalia quidem damna, quae etiam prudentibus accidunt,
hoc est, quae nulla prudentia possunt vitari, atque ideo im-
prudentissimos, quosque cadunt, ut ex Ulpiano ait *Binker-
shock observat. jur. Roman. lib.* 1. *cap.* 10. *§. fin.* socius
super hac pro socio actione, non praestat, si nihil dolo, vel
culpa ejus acciderit, secus siquid a furibus fuerit surreptum
nam custodiam, atque vigilantiam praestare debent, ad
60 *textum in leg. cum duobus* 52. *§. damna ff. pro socio* ibi
» Damna, quae imprudentibus accidunt, hoc est damna fa-
» talia socii non coguntur praestare; ideoque si pecus aesti-
» matum datum sit, et id latrocinio, et incendio perierit,
» commune damnum est, si nihil dolo, aut culpa acciderit.
» ejus, qui aestimatum pecus acceperit, quod si a furibus
» subreptum sit, proprium ejus detrimentum est, quia cu-
61 » stodiam praestare debuit, qui aestimatum accepit; haec
» vera sunt, et pro socio erit actio si modo societatis contra-
» hendae causa, pascenda data sunt, quamvis aestimata ».
Textus hic latrocinium distinguit a furto, et ideo quia latro-
nes vi, impetuque abripiunt, ita ut non possit eis resisti;
furtum vero clam, nocte, et fraude, adeo quidem, ut furtum
custodia, et vigilantia vitari possit, quemadmodum exponit.
62 *Gothofred. in d. leg. cum duobus* 52. *§. damna lit. P. ff.
pro socio.*

Hinc Paulus furti veriverbium tradens, ait *in leg.* 1. *ff.
de furt.* ibi » Furtum a furvo, idest a nigro dictum labeo
» ait, quod clam, et obscuro fiat, et plerumque nocte; vel
» a fraude, et Sabinus ait, vel a ferendo, et auferendo ».
63 Vim e contra latronum in societate minime praestandam.
exemplo docet supra indicata *lex cum duobus* 52. *§. damno*
64 *ff. pro socio* ibi » Quidam sagariam negotiationem cojerunt;
» alter ex his ad merces comparandas profectus, in latrones
» incidit, suamque pecuniam perdidit; dicit Julianus dam-
» num esse commune, ideoque pro socio actione damni par-
» tem dimidiam agnoscere debere, tam pecuniae, quam re-
» rum caeterarum, quas secum non tulisset socius, nisi ad
65 » merces communi nomine comparandas proficisceretur ».
Et quod damna fatalia, ut illuc revertar, non praestentur a
66 socio, sed communia sint, docuerunt *Duaren. comm. jur. civ.
in tit.* 38. *cod. pro socio lib.* 4. *c.* 4. *vers. aliud exemplum
ad fin. Donell. in eisd. comment. jur. civ. lib.* 13. *cap.* 16.
lit. G. Mantica de tac. et ambig. lib. 6. *tit.* 21. *n.* 6. *et tit.*
25. *n.* 4. *tom.* 1. *Michalor. de fratrib. part.* 2. *cap.* 31. n.
1. *Aldoris. de simbolic contract. tit.* 3. *cap.* 8. *n.* 6. *ad
seq.* etiamsi fuerint in pactum deducta, nam capitis salvi vi-
67 tium involveret *Felic. de societ. cap.* 25. *n.* 4. *et* 5. nisi
veluti dictum est dolo, aut culpa alterius socii obvenerit
damnum, nam tunc, quem dolus, aut culpa tenet, eum sar-
cire damnum civilis ratio praescribit. *Rot. dec.* 1136. *n.* 8.
68 *tom.* 5. *coram Lancetta*, at haec ratio damni, quemadmo-
dum lucri etiam aeque societati universorum bonorum, ac
certae negotiationis, atque unius etiam rei accomodatur *Con-
69 nan. comment. jur. civ. lib.* 7. *cap.* 13. *sub n.* 17. *Mongil.
de imputat. quaest.* 26. *n.* 7.

Socius quandoque actione pro socio agit ad quanti sua
interest, quo in casu debet clare probare damnum emergens,
70 et lucrum cessans. *Rot. in Romana societatis, et pecuniaria
super actione quanti interest.* 2. *maii* 1760. *§.* 11. *cor. bo.
mem. Ubaldo*, exemplumque suppeditat Pomponius *in leg.
si socium* 61. *ff. pro socio* ibi » Socium, qui in eo quod ex
» societate lucrifecerit, reddendo, moram adhibuit, cum ea
» pecunia ipse usus sit, usuras quoque praestare debere, la-
» beo ait, sed non quasi usuras, sed quod socii intersit mo-
71 » ram eum non adhibuisse; sed si, aut usus ea pecunia, aut
» moram non fecerit, contra esse » et ad hunc legis locum
72 cohaerenter etiam observant *Connan. comment. jur. civ.
lib.* 7. *cap.* 13. *sub n.* 10. *Fab. Anna, cons.* 48. *n.* 18. et

19. Quod sane ad eum quoque socium extenditur, qui pecu-
niam suam in causam societatis erogavit, ut sortem cum u-
suris, non quasi usuras, sed quod ejus interest ratione damni
emergentis repetat. ad id ratione habita, quod aliunde perci-
pere poterat *leg. si unus* 68. *§. si unus ff. pro socio. Rot.* 73
dec. 1019. *n.* 8. 9. *et* 10. *tom.* 4. *cor. Lancetto*, et quod
insuper hac in re socio agenti detur etiam juramentum in
litem advertit *Leotard. de usur. quae.* 31. *n.* 53., *et quaest.* 74
77. *n.* 33.

Dubitare licet, an socius, qui pecuniam suam, supplendo
partes alterius socii, contulit, seu in societatem immisit,
statim ab eo valeat, quod contulit, vel in fine societatis cum
usuris repetere? Et expectandum finem societatis. plures te-
nent allegati per *Rot. in Romana pecuniario* 12. *junii* 1778.
§. 15. *cor. R. P. D. Santmanat.* In hanc equidem senten-
tiam abeo, si socius debitor non sit clare solvendo, quia ac-
tus ille supplendi supponit alterius socii inopiam, ita ut si-
bi imputet, qui supplevit si socium sibi ditiorem non elegit.
Additur quia socius habet in socium beneficium competentiae,
ne ad plus cogatur, quam facere potest, superius *part.* 3.
cap. 9. n. 5. *ad seq.* Additur demum ut societate durante,
et ratione non reddita, nemo sociorum debitor, aut creditor
existimator. *Rot. in d. Romano pecuniario §.* 15. *cor. eodem.* 75

Aliud exemplum est apud *Rot. in Romana societatis, et
pecuniaria super actione quanti interest super creditis* 2.
maii 1760. *§.* 5. *cor. bo. mem. Ubaldo* ubi quod si ex duobus
sociis, alter immittat *viginti* in societatem, alter *decem*, hic
non tenetur ad quanti interest, nisi ille probet aequalitatem
initio capitalis fuisse utrinque conventam, aut nisi eum,
qui decem contulit, praevia interpellatione in mora consti-
tuerit; quod si habeatur initio capitalium aequalitas per pa-
ctum clare stipulata, tunc opus non est mora, aut interpel-
latione, ut qui par, vel integrum capitale non contulit, ad
quanti, alterius socii interest, teneatur ut *in d. Romano so-* 76
*cietatis, et pecuniaria super actione quanti interest super
creditis* 2. *maii* 1760. *§.* 7. *cor. eodem Ubaldo.*

Omne praeterea aes alienum, quod manente societate con-
tractum est de communi solvendum est. licet posteaquam
societas distracta est, solutum sit, sunt verba *leg. omne* 27. 77
ff. pro socio atque statuit *Rot. in civitatis Vetulae concur-
sus* 27. *junii* 1785. *§.* 2. *cor. R. P. D. de Strasoldo*, hanc
tamen Papinianus regulam ad illud aes alienum restringit,
quod fuerit in communem societatis causam contractum, aut
in communem arcam, seu utilitatem conversum, ut *in leg.* 78
jure societatis 83. *ff. pro socio* ibi » Jure societatis per so-
» cium aere alieno, socius non obligatur, nisi in communem
» arcam pecuniae versae sint » et ad hoc plane redundat, 79
ut animus, seu destinatio versionis pecuniae in arcam, seu
utilitatem societatis interveniat, licet actualis conversio illius
fortuito casu deficiat, ut nihil socio imputari possit, ut ait 80
glossa in d. leg. jure societatis 83. *verbo in communem ff.
pro socio. Decian. respons.* 97. *n.* 16. *tom.* 2. verum de
his alibi jam.

Eleganter Ulpianus quaerit *in l. cum duobus* 52. *in princ.
ff. pro socio* Erat fundus venalis, et mihi, et tibi conjun-
ctus, ego mandavi tibi, ut illum emeres, ita ut ea pars, quae
fundo meo juncta esset, mihi crederetur; mox equidem
mutato consilio, emi fundum illum, te ignorante. Quae-
ritur, an tu aliquam adversus me actionem habeas? Et
ex Juliano ita Ulpianus quaestionem solvit loco citato ibi 81
» Julianus scripsit implicitam esse facti quaestionem, nam
» si hoc solum actum sit, ut fundum Lucii Titii vicinus
» emeret, et mecum communicaret, adversus me, qui emi,
» nullam actionem vicino competere; si vero id actum sit, 82
» ut quasi commune negotium gereretur, societatis judicio
» tenebor, ut tibi deducta parte, quam mandaveram, reli-
» quas partes praestem » In priore quidem mandati casu, 83
ego, qui mandatum dedi, poteram integra re poenitere, ita
ut si postea fundum emi, ad nihil tenuerim. Posteriore au-
tem casu, quia coita intervenit societas, pro socio tenebor
actione, veluti expendit *Faber in d. leg. cum duobus* 52. in 84
princ ff. pro socio.

Alia quaestio ex Pomponio proponitur *in leg. si fundus* 39.
ff. pro socio. ibi » Si fundus mihi tecum communis sit, et
» in eum mortuum intuleris, agam tecum pro socio » Con- 85
tra vero Papinianus *in leg. sunt personae* 43. *ff. de relig.
et sumpt. fun.* ibi » eademque sunt in socio, qui fundum
» communem, invito socio mortuum inferre vult, nam pro-
» pter publicam utilitatem, ne insepulta cadavera jacerent »
Conciliantur hae leges, ut prior procedat, quando locus, vel 86

fundus est communis, ex contractu societatis, ut pro socio
87 detur actio, quia socii conditio melior fieri potest, deterior
non potest, adeout, vel id tollere, quod intulit, is cogatur,
qui mortuum intulit, aut fundi pretium praestare alteri so-
88 cio, si hic malit, compellatur *leg. is qui 7. ff. de relig. et*
sumpt. fun. Altera vero lex procedat, si locus, seu fundus
communis fuerit ex incursu fortuito, ut alia familiae erci-
scundae, vel communi dividundo tribuatur actio *glossa in*
89 *d. leg. si fundus* 39. *ff. pro socio* ubi latius *Faber. in dec.*
casus.

Tantumdem videtur dici posse si in re communi eccle-
siam socius aedificavit, invito altero socio, ut is, qui aedifi-
cavit in re communi ex societate impropria, teneatur pretium
alteri socio refundere; aut patiatur, si hic malit, vice pretii
super illa juspatronatus acquirere, quod ei licet, prout alias
90 dixi, et probavi *part.* 1. *cap.* 7. *n.* 85. *et* 86. quod si commu-
nis res fuerit ex vero societatis contractu ne deterior fiat al-
terius socii conditio, ecclesiam tollere cogetur, qui aedifica-
vit, argumento a simili, ut supra, deducto, quod in jure re
91 cipitur *leg. non possunt* 11. *ff. de legib.* Additur, societatem
ad quaestum directam esse, nam finis societatis est quae-
92 stus ut supra *part.* 2. *cap.* 9. *n.* 1. Jus ergo habet socius
prohibendi, ne quid in re communi faciat altero eo invito
93 *leg. Sabinus* 28. *ff. commun. dividun.* et si factum sit, nisi
in causam societatis factum doceatur, respondi ut supra plu-
94 ribus demonstravi *part.* 2. *cap.* 9. *n.* 21. 22. *et seq.*

Non dubium, quin socius habeat mandatum ab jure utili-
95 ter agendi negotia communia, ut supra *part.* 2. *cap.* 9. n.
3. *et* 7. Sed hoc verum est in gerendis negotiis quaestuariis
atque extrajudicialibus, secus in judicialibus, si speciale non
96 habeat alterius socii mandatum, ut in *ead. part.* 2. *cap.* 9.
n. 49. *ad seq.* ergo multo minus poterat agere judicialiter
pro altero socio excommunicato praesertim si causa dividua
97 est, ut per *Ricciull. de jur. person lib.* 4. *cap.* 28. *n.* 6. Ve-
rum sicuti superius, eam feci distinctionem, ut si excom-
municatio praecessit societatem, et alter socius sciverit, hic
98 societatem omnino praecidat; sin autem subsecuta fuerit ex-
communicatio, inita societate, hanc solvat, si commode pot-
est, sin minus in iis tantum se igerat, quae societatem li-
99 mitare pertingunt, ut supra *part.* 2. *cap.* 1. *n.* 182. *ad seq.*
Ita et in proposita facti specie distinguendum existimo; aut
judicium super re communi coepit post excommunicationem.
et omnino non agit socius, aut coepit ante excommunicatio-
nem, et agere continuabit, maxime, ut jam dixi, si causa in-
100 dividua est, argumento optimi *textus in leg. commune* 2.
c. *de consort. ejusd. litis* veluti etiam dicitur de socio, qui
licet sine mandato agere non possit communi nomine, judi-
101 cium tamen eo nomine coeptum, potest prosequi *Felic. de*
societ. cap. 30. *n.* 53.

Inter socios ex bono, et aequo agitur, juris apicibus seor-
sim positis, et prout vulgo dicitur, sola facti veritate inspe-
102 cta *Decian respons.* 97. *n.* 26. *tom.* 2. *Carpan. ad statut.*
Mediolon. cap. 483 *n.* 24. *tom.* 2. *Mogon. de recta patro-*
cinandi ratione cap. 37. *n.* 17. *Gratian. discept. for. cap.*
728. *n.* 16. *Jovius de contract. min gloss.* 25. § 13. *n.* 133.
cum seq. Rot. post Balducc. ad Roman. tom. 4. *deca* 85. *n.*
103 119. Et ideo summarie inter mercatores praesertim. *Botta*
cons. 94. *n.* 15. *et* 32. *Barbosa in repertor. jur. civ.*, *et*
canon. verbo societas post med. *Valasc. consult.* 164. *n.* 9.
Jov. de contract. min. gloss. 25. § 13. *n.* 133. *et* 134. *Mans.*
consult. for. 193. *n.* 13. *tom.* 2. Viam tamen executivam
inter socios dari non placuit doctoribus, nisi in eorundem so-
cietate partes guarantigiam. seu obligationem cameralem ini-
104 tio convenerint; eoque amplius, ut nec si initio d. cameralis
obligatio in pactum deducta fuerit, ad agendum via execu-
tiva suffragetur in societatis renovatione, nisi d. obligatio ca-
meralis fuerit expresse repetita, quemadmodum superius de-
105 monstravi *part.* 2. *cap.* 12. *num.* 205. *ad fin.* Appellatio ta-
men datur a sententia judicis forte jubentis restituendum
esse socium ad possessionem bonorum socialium, ejusdem
societatis prosequendae causa, propter mixturam petitorii,
quam continet judicium, ac videndo scilicet, an coita extet
106 societas, seu ac non legitime distracta fuerit *Scaccia de ap-*
pellat. quaest. 17. *limit.* 6. *membr.* 9. *n.* 61.

Nec praetermittere oportet, actionem, quae ex hoc contra-
ctu societatis nascitur, quae est ultro, ut supra dixi, citro-
que directa, non ex uno latere directa, ex altero contraria,
ut in commodato, pignore, mandato, deposito, quia socio-
rum omnium par est conditio, nec alius alii antistat, sunt
107 verba *Cujacii in lib.* 4. *cod. tit.* 37. *pro socio col.* 995. *lit.*
D. in fin. tom. 10. Par est igitur sociorum conditio, nec
alius alii antistat, ita ut unus socius hac pro socio agens
actione, generali praesertim, puta pro divisione, non parti-
culari pro hac, vel illa singulari differentia, nequeat ex com-
pluribus consociis alterum coram uno judice, et alterum co-
ram alio, sed eumdem unum adire judicem tenetur, quo
facilius coire socii possint in eumdem locum, et negotium di-
visionis conciliari, ad *textum in leg.* 1. *ff. de quib. reb. ad* 108
eumd. judic. eatue *Petr. de Ubald. de duob fratrib. part.*
14. *n.* 7. *Felic. de societ. cap.* 31. *n.* 19. ubi hoc verum esse
ait, licet inter socios reperiatur clericus.

Quid si socius neget, se socium esse, utrum hac actione
pro socio, vel alia communi dividundo agere possit: *Zasius*
negative respondit in *leg. provinciali n.* 4. *ff. de novi oper.*
nunciat. Plura enim beneficia ex hoc contractu sociis prove- 109
nientia, amittit is, qui socium se esse negat, ut in superiore
part. 3. *cap.* 9. *n.* 94. *et seq.* demonstravi; et hoc potest con-
tingere, si is, qui negat se socium esse, suspectam habeat
societatem, aere forte alieno supra vires gravatam, ut si post- 110
ea dimissis creditoribus, quidquam de societate dividen-
dum supersit, non participet is, qui negavit, nam non in-
callida negatio fuit; quod si is qui socium se esse negat, ali-
quid rerum socialium, vel communium possideat, et tunc 111
judex videbit an sit socius, vel non, ut ex his, quae pro-
bantur, hanc tribuat actionem, vel deneget, argumento *leg.*
1. *ff. famil. ercisc.*

Quod etiam videtur extendi ad casum posse. quo debita 112
socialis redundent, resque ipsas sociales absorbeant, ut in
socium negantem pro sua rata, probata societate, detur actio; 113
hoc semper accipe verum inter eosdem socios, ut ipsi pro
virili teneantur, nam quo ad creditores pertinet societatis,
hi in unumquemque socium solidalem habent actionem *An-* 114
sald. de commerc. et mercat. disc. 37. *n.* 7., *et disc.* 98. *n.*
65. verum de hoc latius supra *part.* 2. *cap.* 10. *n.* 91. *ad*
plur. seq. His additur, quod si negans societatem bona, quae
socialia asseruntur possideat, non possit cogi ab eo, qui so-
cietatem affirmat, ad inventarium interea faciendum, seu
ut res describantur, nam non tenetur pandere secreta domus
suae, sed actor debet societatem, quae non praesumitur,
antea probare *Boery de success. lib.* 11. *tit.* 10. *n.* 16. 115

Haec demum pro socio actio praescribitur *decem*, vel *tri-*
ginta annis, juxta declarationes indicatas per *Mans. cons.*
for. 586. *n.* 18. 19. *et* 20. *tom.* 6. et repetitas in proximo
superiore *cap.* 10. *n.* 37. *ad seq.* 116

Ut alteram modo expleam propositae divisionis partem,
communi dividundo actionem respicientem; regula est
cessare communi dividundo judicium, si res communis non
sit. *leg.* 1. *in fin ff. commun. divid.* ergo actionem hanc 117
tribui, si res communis sit, juxta regulam contrariorum in
jure validam, *ad text. instit. de iis. qui sui, vel alieni jur.* 118
et l. Pomponius 40. § *sed et iis in fin. ff. de procurat.* qua-
qua ratione res communis sit, vel ex praeambulo titulo so-
cietatis, vel etiam ex illo accidentali concursu, qui in sim-
plici communione bonorum intervenit, quia existente etiam
vera societate, actio pro socio magis pertinet ad personales
praestationes durante societate a legibus indictas, quam ad
communium rerum divisionem post distractam societatem
fieri assuetam, *ad textum in leg.* 1. *ff. communi d. vid.* ibi 119
» Communi dividundo judicium, ideo necessarium fuit,
» quod pro socio actio magis ad personales invicem praesta-
» tiones pertinet, quam ad communium rerum divisio- 120
» nem ».

Necessitas autem addendi, alteri pro socio, actionem com-
muni dividundo, ex eo proficiscitur, quod divisio plerumque
fit, finita societate, ita ut cum deinceps usque ad tempus di-
visionis, res non in societate, sed in communione tantum
permaneant, hinc opus fuit hanc communi dividundo actio-
nem superaddere. *ad textum in leg. si convenerit* 14. *et leg.* 121
idemque 16. § *igitur ff. pro socio. Connan. comment. jur.*
civ. lib. 7. *cap.* 13. *sub n.* 17. *versic. nam et solet.* rectis-
sime hinc Gajus *in leg. nihil* 2. *ff. commun. divid.* ibi » Ni-
» hil autem interest cum societate, an sine societate res in-
» ter aliquos communis sit, nam utroque casu locus est 122
» communi dividundo judicio ».

Hoc tamen interest qua actione experiamur si praeexistat
societas, vel non praeexistat; ut priore casu, durante societate 123
sola actione pro socio experiamur *leg. ut sit* 31. *ff. pro socio*
finita autem societate, utraque actione, et pro socio, et com-
muni dividundo experiri liceat; posteriore autem casu, sem-
per pro socio denegatur actio, quia simplex communio, im-

124 propria est societas *Gratian. discept. for. cap.* 320. *n.* 26.
Interest etiam, quia deficiente praeambulo titulo verae socie-
tatis, siquid factum sit in re ipsa, negotium communiter ge-
125 stum videtur, ut sit textus *in leg. num cum* 3s. *ff. pro*
socio, ita ut praeter dividundo judicium, qui gessit, altera
126 negotiorum gestorum actione juvetur *leg. qui aliena* 33. *§.*
fin. ff. de negot. gest. ibi » Sed qui sumptus necessarios, &
127 » probabiles in communi lite fecit, negotiorum gestorum
» actionem habet ».
Hinc perelegantem quaestionem Ulpianus movet in *leg.*
si ex duob. 9. *ff. de negot. gest.* ibi » Si ex duobus sociis,
» alter me prohibuerit administrare, alter non, an adversus
» eum, qui non prohibuit, habeam negotiorum gestorum
128 » actionem? Movetur eo quod si data fuerit adversus eum
» actio, necesse erit, et eum perstringi, qui vetuit, sed et
» illud esset iniquum, eum qui non prohibuit, alieno facto
129 » liberari, cum etsi mutuam pecuniam alteri ex sociis, pro-
» hibente socio dedissem, utique eum obligarem, et puto
» secundum Julianum debere dici superesse contra eum,
» qui non prohibuit negotiorum gestorum actionem, ita ta-
130 » men ut is, qui prohibuit ex nulla parte, neque per so-
» cium, neque per ipsum damni aliquid sentiat » subobscu-
131 ra lex est, et ideo explicatione indiget.
Duo erant socii, ait textus recitatus, qui qua societate
132 juncti essent, vel propria, vel impropria, ut ait *Glossa in*
eod. leg. si ex duobus verbo si ex duobus ff. de negot.
gest. Tertius non socius accessit, rem illorum communem
administrare volens, sociorum alter gerere, seu administrare
prohibuit, alter non prohibuit, nihilominus ille tertius rem
utriusque gessit: quaerebatur, qua actione, et adversus quem
ageret: ex Juliano resolvit Ulpianus, actionem negotiorum
gestorum attribuendam, sed non adversus eum, qui gerere
prohibuit, cum in invitum non conferatur beneficium *leg.*
133 *invito* 70. *ff. de regul. jur.* et hac de causa eum: qui prohi-
buit nullum damnum ex re sentire debere, nullumque
134 lucrum, probatum est supra *part.* 3. *cap.* 10 *n.* 139. Sed
adversum eum, qui prudens, sciens vidit, tacuit, et non
prohibuit, et quidem pro sua partu duntaxat, quam in
communione habebat, veluti bene exposuit *Faber in leg.* 135
si autem 8. *§. fin. ff. de negot. gest.* qui suprascriptam
leg. si ex duobus in textu vulgato separatim impressam,
merito alteri praecedenti *leg.* 8. tamquam de illius appen-
dicis adnectit, ut *Gothofredus*, et alii etiam faciunt. 136
Ad extremum Paulus in *leg. pro socio* 38. *ff. pro socio*
ita pro regula tenendum, docet, ibi » Pro socio arbiter
» prospicere debet cautionibus in futurum damno, vel lu-
» cro pendente ex ea societate, quod Sabinus in omnibus
» bonae fidei judiciis existimavit, sive generalia sunt, velu- 137
» ti pro socio, negotiorum gestorum, tutelae, sive specialia,
» veluti mandati, depositi. Si tecum mihi societas sit, et res
» ex societate communes, quam impensam in eas fecero,
» quosve fructus ex his rebus perceperis, vel pro socio, vel
» communi dividundo me consecuturum, et altera actione,
» alteram tolli. Proculus ait » et ad hunc textum erudite 138
observavit. *Cujac. in lib.* 4. *cod. tit.* 37. *pro socio col.* 916.
lit. A. tom. 10. *Connan. comment. jur. civ. lib.* 7. *cap.* 13
n. 17. De his autem pluries, et sparsim egi superius, ut sit
plane inutilis repetitio.
Quid vero si non sit cautione prospectum, utrum damno
inde emergenti succurratur actione pro socio, seu communi
etiam dividundo, qui aliquid in causam societatis gessit, et
rursus si sociorum aliquis in casu damni, non sit solvendo
utrum onerentur caeteri? ad utrumque dubium affirmative
respondit Paulus *in leg. si unus* 68. *ff. pro socio* ibi » Si 139
» unus ex sociis rem communem vendiderit, consensu socio-
» rum, pretium dividi debet, ita ut si caveatur, indemnem
» eum futurum, quod si jam damnum passus est, hoc ei
» praestabitur. Sed si pretium communicatum sit, sine cau- 140
» tione, et aliquid praestiterit is, qui vendidit, an si non
» omnes socii solvendo sint, quod quibusdam servari non
» potest, a caeteris debeat ferre? Sed Proculus putat, hoc ad
» caeterorum onus pertinere, quod ab aliquibus servari non
» potest, rationeque id defendi posse, quoniam cum societas 141
» contrahitur, tam lucri, quam damni communio initur »
ubi *Faber* latissime, et casum fingit evictionis ab alio socio 142
praestandae, pro re communi, ut superius, vendita.

CAPUT XII.

De miscellanea societatis.

SUMMARIUM

1. Societas parit utilitatem civibus, et felicitatem reipublicae.
2. Sunt tamen doctores, qui e societate praesertim universali, cavendum, tamquam ab igne, dicunt.
3. Ratio, quia communio plerumque est perniciosa, et parit multa mala.
4. Sed quia nihil difficilius, quam in humano genere, perfectionem invenire.
5. Ita de malis, minimum eligendum est, nempe ut si non peregrinantes nequeamus in commode tollere, diminuamus illa, requiem in patria reperturi. n. 6.
7. Elegans *Connani* expositio super necessitate, et utilitate societatis, necnon facilitate servandi illius leges et n. 8. ad 13.
14. Societas dulciori, atque sanctiori fraternitatis vinculo, alligata est.
15. Ratio subjiciendi hoc postremum caput, traditur.
16. Quaeritur, an filia unius socii universalis dotanda sit de communi: in hac quaestione lex expressa desideratur.
17. Textus in *leg. si socius* 82. *ff. pro socio* refertur, si sequens ibi proponitur quaestio.
18. An pactum de dotandis filiis unius socii de communi valeat: iniquum pactum esse sic textus ad filiam unius socii restrictum, secus si communiter sit pactum, licet alter socius nullam forte susceperit.
19. Interpretes hanc legem de societate universali loqui sentiunt.
20. Textus ergo laudat pactum dotandi sociorum filias de communi, si sit commune, sequitur inde, pacto cessante, cessare quoque dotandi obligationem.
21. Unus socius non obligatur ab altero, nisi in communem arcam pecunia vertatur, vel nisi societatis utilitas intervenerit.
22. Onus dotandi nullum commodum affert societati, non operarum, quia filia nupta est marito praestat.
23. Sed tamen affert dispendium, non aliter quam reciproco, et expresso pacto filias utrinque dotandi, compensandum et n. 24.
25. Atque ita doctores pro hac sententia communiter arguunt.
26. Alii vero doctores distinguunt: aut societas universalis est expressa, aut tacita, et in expressa consequitur filia dotem de communi, secus in tacita.
27. Hi tamen doctores, non sunt audiendi, et affertur ratio n. 28. ad 31.
29. Voluntas agentis melior a potestate.
30. Si quod poterat exprimi, et non fuit, expressum, censetur nollitum.
31. Expressi et taciti, eadem virtus est.
32. Contraria opinio est verior, a doctoribus magis recepta, et a juris fontibus proficiscens, n. 42.
33. In societate universali ea, quae in honorem alterius liberorum erogantur, imputantur societati.
34. Unde non est necessarium, ut semper impendia vertantur in arcam, seu in utilitatem societatis.
35. Textus in *l. Jure* 83. *ff. pro socio*, loquitur de societate particulari, non de universali.
36. Illa verba legis *in honorem alterius liberorum*, involvere possunt causam publicam.
37. Dos quoque involvit causam publicam iis ut idem procedat legis argumentum.
38. Haereditas legatum, et quod uni socio universali donatum est, societati communicatur.
39. Si haec ipsa obveniunt filiae foeminae alius socii universalis, societati acquiritur quoad usumfructum.
40. Dicitur etiam dotem uxoris unius socii universalis quoad fructus communicari societati.
41. Ergo si socius universalis horum compendiorum spe alitur, impendio etiam dotis constituendae gravari debet.
Qui sentit commodum, debet sentire incommodum *ibid.*
42. Ideo, eisque argumentis invaluit opinio communior, ut filia unius socii universalis, dotari debeat de communi.
43. Amplia ut dos promissa durante societate, solvi debeat, etiamsi tempore solutionis, diremta fuerit societas.
44. Amplia, ut si finiatur societas in fraudem vitandae dotationis, dotatio locum habeat.
45. Et ad hoc sufficit, ut filia sit nubilis, nam dotandi etiam cautio interponitur.
46. Filia communiter dotata, si fiat locus restitutioni dotis debet restitui societati, ea durante, secus ea finita n. 48.
47. Pater tamen, si socius universalis debet constituere ejus filiae dotem congruam nam si in excessu sibi hunc imputat.
48. Reversa dote, ex aliqua causa ad patrem seu ad societatem, ea debet conservari pro secundis forte secundis nuptiis num. 49. 50. et 51.
52. Si dos jam de communi constituta, utrum si pereat, societas tenetur ex integro dotare?
53. Distingue: aut dos in primis nuptiis constituta fuit ex ipsa juris provisione, et nova dotatio locum habet, et datur ratio n. 54.
55. Aut ex hominis provisione, nempe ex pacto et tunc nova dotatio locum non habet.
56. Ratio, quia dos prime constituta ex pacto consumitur in illo primo actu dotationis et pactum ultra sua non extenditur.
57. Si ex duobus sociis, unus unam habet filiam, alter quatuor, aut quinque habet: utrum ille plus dotis valeat pro filiae suae constituere quam alter cuique suarum?
58. Societas universalis dotare obligata considerat filias sociorum in abstracto, tamquam filias unius.

Pater enim habet potestatem constituendi filiae dotem sibi bene vitam *ibidem*.
59. Et ideo societas, in dotando ad instar curatoris qui metitur dotem e viribus patrimonii, aliisque circumstantiis.
60. Statuta igitur dotis congruitate, haec servari debet indistincte in omnibus utriusque socii filiabus.
Non erit tamen inconveniens, ut plusculum dotis filiae unicae, quam aliis pluribus alterius socii constituatur *ibidem*.
61. Modus dotis congruae desumitur, ex facultatibus, necnon mulieris maritique dignitate.
62. Ergo si unus socius fuerit nobilis, alter plebejus, constituenda ei erit dos more nobilium?
63. Summum jus, summa injuria.
64. Congruitas dotis non metitur ex sola mulieris maritique dignitate, sed etiam juxta vires patrimonii, et juxta numerum filiarum utriusque socii, etiam plebeii.
65. Aequalitas in societate servari debet.
66. Suae filiae plebeii etiam formosa fortasse posset nobilem allicere et majorem dotem e societate consequi, et n. 67.
68. Una ergo dotis congruitas statuenda, eaque servanda, nisi alter socius inaequalitati consenserit.
69. Fructus dotis uxoris unius socii universalis, confertur in commune.
70. Amplia et conferetur etiam lucrum dotale.
71. Et facto casu restitutionis dotis, debet ea restitui ex communibus bonis.
72. Imo jus habet mulier, ejusque vir detrahendi dotem ante divisionem n. 73.
74. Vir, aliqua ex justa causa, potest lucrari, vel totam dotem, vel partem ejus, quo in casu illam societati communicat n. 75. et 76.
77. Socii tamen, si rem dotalem sumptibus societatis adauxerint, hoc augumentum ab ipsis detrahitur.
78. In societate generali, particulari, et unius rei, socius nec suae uxoris dotem, nec fructus communicat.
79. Nec pariformiter alii socii tenentur, dotem uxoris alterius socii restituere; nec alia eorum partem socialem hypotheca teneri n. 80.
81. Quod si dos de communi mensa restitui contingat, hoc magis refertur ad obligationem per socios forte contractam, quam ad naturam societati particularis.
82. Qua stante praecedenti sociorum obligatione, male inde arguitur ad societatem universalem.
83. Si tamen dos uxoris unius socii probetur versa in utilitatem societatis particularis, haec tenetur ad illam restituendam.
84. Socius particularis de suo debet filiam suam dotare non de communi.
85. Limita si dotaverit de communi, et alter socius tacite etiam consenserit.
86. Amplia limitationem, si alii socii expresse consenserint, vel actui dotationis interfuerint.
87. Hoc enim erit ex provisione hominis, non ex indole societatis particularis.
88. Et in casu restitutionis dotis, haec ad ipsam societatem particularem revertitur.
89. Pactum in hac societate, ut de communi dotetur filia unius socii non alterius, non valet.
90. Quaeritur an uxor unius socii, aliis creditoribus socialibus praeferatur pro suae dotis credito?
91. Regula est, ut unus socius non obligetur per alterum, nisi obligatio in utilitatem societatis cesserit.
92. Ergo nec uxor habebit adversus societatem praelationem, nisi dos in illius utilitatem cesserit.
93. Maritus pecuniis in dotem acceptis, bona sua praesentia, et futura obligavit; fundacalem postea iniit cum tertio societatem in qua pecunias dotales misit, eaque male cessit societas.
94. Concursu concursu, mulier praeferri instat super mercibus, socialibus creditoribus; *Merenda* praeferendam negavit.
95. Ratio, quia vir tenebatur suam socialem partem libere conferre pro socialibus creditoribus, sine ullo vinculo.
96. Quia desuper vir non declaravit e dote pecunias collatas provenire.
97. Amplia licet pecunia collata e dote de facto provenerit, in idque *Merenda* utitur exemplo n. 98.
99. Et quamvis mulier habeat remedium subsidiarium persequendi res emptas cum suis pecuniis dotalibus, tamquam dotales.
100. Sed ne hoc quidem remedium dari mulieri sustinet *Merenda*, et affert rationem n. 101.
102. Concludit *Merenda*, mulierem agere debere adversus alia bona viri, non adversus bona socialia, nisi creditoribus satisfactis, aliquid de portione sociali viri supersit.
103. Contrarium tenet *Gratianus* qui decisionem Rotae revocatoriam alterius allegatae per *Merendam* refert.
104. Pro fundamento est, quod vir bona sua pro dote praesentia, et futura obligavit et consequenter merces emptas.
105. Hae merces ita emptae, et in societatem immissae transierunt cum onere hypothecae cui vir postea contrahendo per alias hypothecas praejudicare nequivit.
106. Ita quoad capitale societatis; quoad vero utilia ejusdem, creditores, qui societati crediderunt, mulieri sunt praeferendi.
107. Hactenus *Gratianus*, qui super capitale bene resolvit; ratio quia capitale hypothecae affectum, si immittetur in societatem, suam retinet hypothecam.
108. Dos habet privilegium fisci, et in bonis postea quaesitis praefertur etiam creditoribus anterioribus.
109. Nec mulier habet onus probandi, pecunias dotales fuisse versas in causam bonorum postea quaesitorum.
110. Creditor tamen unius socii, non est creditor societatis, et jus solum habet persequendi portionem sui debitoris socii.
111. Declara in creditore socii indifferenti, non autem privilegiario, uti est mulier, quae habet hypothecam, et praelationis privilegium.
112. Creditores societatis sunt privilegiati, et anterioribus praeferuntur, qui quodammodo pignoris causam salvam fecerunt.
113. Dos praecipue anterior, cedens reficienti, seu restauranti praefertur.
114. Utilia societatis sunt inter bona postea quaesita, super quibus mulier habet praelationem.
115. Qui societati crediderunt, non alias doti praeferuntur, quam nisi dominium super mercibus sibi reservaverint.
116. Qui domum restaurat, ubique reservat dominium, doti praefertur.
117. Ex his ergo dos praefertur, non solum super capitali, sed etiam super utilibus societatis.
118. Nihilominus *Rotae* distinctio facta capitalis ab utilibus, tamquam aequa servanda est, hoc est ut dos praeferatur in capitali, et non in utilibus.
119. Societati credentes, specialem acquirunt de jure hypothecam super mercibus.
120. Specialis haec hypotheca a reservatione dominii nihil distat.
121. Societati credentes sequuntur fidem publicam negotii, ita ut aequitas potius, quam rigor juris attendatur.
122. Qui allegat societatem, aut dominium in re creditoribus obligata, probare eam concludenter debet.
123. Augens capitale societatis, super augumento praefertur creditoribus aliam capitalis partem praecedenter sibi obligatam habentibus.
124. Nam subrogatio ex l. *cum tabernam* non intrat.
125. Amplia si novum sit negotium, nova societas.
126. Finita societate, capitale suum quisque recuperat et primo detrahit.
127. Socius pro suo capitali praefertur creditoribus alterius socii.
128. Decocta societate capitale non detrahitur.
129. Usurae mercium immissarum in societatem licitae sunt.
130. Decocta vero societate tales cessant usurae.
131. Si duae vel plures sint societates, et earum altera decoquat, quid juris in creditoribus utriusque.
132. Nota, quod si unum fuerit capitale, una area, unus codex partitas duorum, vel plurium negotiorum continens, erit quoque una, et non multiplex societas.
133. Ad quaestionem itaque si duae fuerint societates fundacariae altera inter Titium, et Maevium cotta Florentiae, altera inter Maevium, et Sempronium cotta Anconae.
134. Decocta societate Anconae, ad nihilum tenetur altera Florentiae.
135. Separatio fit creditorum utriusque societatis, eo modo, quo separantur creditores haereditarii, a creditoribus haeredis.
136. Si unus habet duas negotiationes, sagariam, et linteariam, creditores quique praeferuntur super negotiatione, cui crediderunt et n. 137.
138. Amplia ad negotiationes ejusdem generis mercium, dummodo sint separatae et n. 139.
140. Si duae, una post aliam contrahuntur societates, vel per novationem, aut ex integro renoventur; creditores secundae societatis, antiquioribus praeferuntur, et resolutive n. 141.
142. Officia vacabilia, quoad titulum, et dominium spectant ad aerarium principis, non sunt in commercio nec possunt hypothecari.
143. Hypothecae tamen subest illorum pretium post resignationem in sac. monte depositum.
144. Super hoc pretio praeferuntur qui decreti reservationem habent.
145. Reservatio decreti est assensus principis, qui habilitat officialem ad hypothecandum pretium officii, favore credentis pecunias officiali.
146. Post decreti reservatarios, inter caeteros creditores, qui societati officii crediderunt super pretio, servatur regula, qui est prior in tempore est potior in jure.
147. Creditores tamen societati officii credentes, praeferuntur super fructibus, non super pretio officii resignati, atque distracti et n. 148.
149. Cum in societate incidit laesio, an socio laeso competat hoc remedium? Multi affirmant, sed melior est reformatio societatis, seu ad aequalitatem reductio n. 150.
151. Si domus sit communis duobus, et destruenda sit propter delictum unius, quid faciendum?
152. Facienda est divisio, et pars superior assignatur delinquenti, inferior vero socio non delinquenti.
153. Quod si domus jam divisa sit et delinquenti pars inferior obtigerit, commutatio fieri potius debet, nisi malit fiscus superiorem domus partem emere.
154. Si vero domus sit indivisibilis, destruitur tota, et socio innocenti datur actio contra delinquentem, ad id quod sua interest.
155. Socius tamen innocens debet se opponere re integra, et ante sententiam.
156. Si uni duorum fratrum in communi viventium tertius jusserit haeredi suo, et illud tale praedium vili pretio venderet, an ille unus sibi, vel societati acquirat?
157. Et sibi acquirit, si agitur de societate particulari, secus si de universali societate agitur, et n. 158.
159. Pater plures habens filios, unum luxuriantem, ludentem, et res paternas dissipantem, si omnes filios ex aequo relinquit haeredes an in divisione imputetur luxurianti id quod dissipavit.
160. Distingue, aut vivo patre luxuriavit, et non imputatur, si vero quasi haeres, mortuo patre luxuriavit, imputatur n. 161.
162. Ratio quia pater censetur remisisse injuriam filio luxurianti.
163. Idem dicendum si filius, tempore quo dissipavit erat in potestate patris, secus si erat emancipatus, et effertur ratio.
164. Unus socius duo administrat negotia, alterum sociale, et alterum proprium: solvit pecuniam tertio, qui utrique negotio credidit, sine ulla declaratione, quaeritur in quam causam solutio cedat?
165. Praesumptio est quod solutio cesserit in causam negotii proprii.
166. Limita si solutio facta ducatur cum pecuniis socialibus.
167. Si unus socius pecunias ab alio recipiat, quaeritur, an in causam capitalis, seu magis utilium redat solutio?
168. Solutio regulariter cedit in causam duriorem.
169. Durior autem causa est sors principalis tamquam antiquior.

150. Contra, quod solutio cedit magis in causam fructuum, quam sortis.
151. Melius autem textus ait, solutionem cedere in eam causam, ex qua reus, cum quis solvit, compelli poterat.
172. Sub hoc itaque principio ita distinguitur, si tempore solutionis erat finita societas, et solutio cedit in causam capitalis.
173. Aut durabat societas, et tunc praesumptio est, solutionem cessisse in causam utilium.
174. Puteus communis dividi potest, ait textus, et n. 175.
176. Et in hac divisione putei servatur regula dividendi rem indivisibilem de qua remissive.
177. Quod si duo, vel plures jus habent hauriendi aquam ex puteo tunc submota divisione, hoc promiscue jure utentur.
178. Illicite quaesita non conferuntur, et si collata sint, cedentes retinentur, quousque condemnatio intervenit.
179. Qui praesunt administrationi tabernae, nihil proficiunt, nisi admodum mentiantur, ut ait Cicero.
180. Pone, quod socius administrans tabernae plures fecerit illicitas acquisitiones, conscientia ductus vult restituere; quaeritur, an de communi?
181. Negat textus restituendam rem esse, nisi condemnatio accedat.
182 Sunt, qui sententiam sacerdotis confessarii supparem faciunt sententiae judicis.
183. Sed haec sententia confessarii propter sigillum non potest apparere, et si appareret, non justificatur ex actis n. 184.
185. Distingue igitur, aut illicita per se erat negotiatio, et restitutio fieri debet de communi sine ullo judicis imperio.
186. Sin autem societas erat licita, et alter socius erat conscius pravae acquisitionis, et tunc pariter restitutio fit de communi.
187. Aut non erat conscius pravae acquisitionis, et tunc socius delinquens de sua tantum rata restituit male quaesitum et n. 188.
189. Socius qui fraudavit emptores mercium venalium, potest [illegible] summam fraudatam in pauperes erogare.
190. Nomina debitorum veniunt in societate universali, praevia cessione, et remissive.
191. Societas rite contrahitur super debitorum nominibus, aliisque juribus, remissive.
192. Exactione per unum socium facta, repertiri aliis sociis debet rata cujusque.
193. Proponitur quaestio de societate ad bona, atque jura recuperanda inter plures facta, num bonis recuperatis, aequalis fieri debeat divisio, et n. 194.
195. Concurrente inaequalitate, seu laesione in origine contractus, negative resolvitur.
196 Ea autem cessante, aequaliter fit bonorum recuperatorum divisio, et n. 200.
197. Amplia etiamsi unus socius propria tantum jura recuperaverit; puta transigendo, et datur ratio, n. 198. et 199.
201. Alia quaestio, an socius recuperans, fructus ratae bonorum aliis sociis debitae, solvere debeat, et a quo tempore.
202. Resolvitur fructus, deberi a die recuperationis, et non a die motae litis, et datur ratio, n. 203. 204. et 205.
206. Amplia licet socius recuperans proprio tantum nomine recuperaverit, et datur ratio, n. 207. 208. 209. et 210.
211. Fructus tamen illius ratae bonorum recuperatorum sociis praestandi, debent recuperanti pro rata expensarum per ipsum factarum, et datur ratio, n. 212. 213. 214. et 215.
216. Recuperans item bona, et jura socialia reintegrari debet de omnibus expensis in eam causam quomodolibet factis, dummodo rite factis, et legitime probatis, et n. 217.
218. Limita si recuperans, quidquam de jure suo in societate comprehenso remiserit, ut non alios gravet socios.
219. De aliis pluribus quaestionibus refectionis hujusmodi expensarum, remissive.
220. De aliis quaestionibus inspicientibus, quae bona, et jura recuperanda veniant in societate, remissive.
221. Similiter qui fructus, et quae expensae debeantur, remissive etiam.
222. Textus in *leg. cum societas ff. pro socio* respicit sumptus occasione nundinarum, et plures habet difficultates, n. 223.
224. Prima difficultas circa lecturam d. legis, et n. 225. ad 231.
232. Altera difficultas circa interpretationem illius clausulae [illegible] continentia refertur *Cujacius*, qui eam se non intelligere fatetur, et rejicitur, et n. 233. ad 243.
244. Fabri expositio refertur, atque rejicitur, et n. 245. ad 249.
250. Voet refertur, et rejicitur n. 251.
252. Heraldi expositio pariter refertur, atque rejicitur, et n. 253. ad 257.
Opinio auctoris late refertur, et confirmatur, n. 258. ad 259.
260. Non est discipulus supra magistrum.
261. Licinia, Didia, et Fannia ad legem sumptuariam pertinent, et refectionem sumptuum conviviorum, seu moderationem concernunt, et n. 262. ad 269.
277. Consuetudo longa vim legis obtinet.
279. Quaestio, an duo furnum pro indiviso possidentes, et eorum alter 400. modios contulit, alter 200., quid faciendum in repartitione sumptuum, et utilium?
280. Haec non est propria societas, sed pro indiviso possessio, seu communio.
281. Resolvitur, ut qui contulit 400. pro se 300. posuit, et pro alio 100. supplevit.
282. Unde, utilibus ex aequo divisis, de pretio 100 reintegretur ille qui supplevit ab alio, qui minus posuit, utili negotiorum gestorum actione.
283. Qui in re, seu lite communi sumptus fecit, habet in alium utilem actionem negotiorum gestorum, ex aequitate, et n. 284.
285. Aequum non est, ut qui sentit commodum, incommodum ejiciat.
286. Qui minus frumenti posuit, si plus impendit non habetur in consideratione, quia speciem, non pecuniam tenebantur conferre.
287. Vigilantibus, et non dormientibus jura subveniunt.
Intellige tamen nisi alter alteri vicissim mandaverit comparare frumentum ibid.
288. Qui contulit 400 modia, injuste contendebat, illorum omnium sumptus, et utilia sibi adscribere, et tantundem faceret, qui 200. contulit, et datur ratio.
289. Fructus sunt sequela dominii.
290. Societas vero praevio tractatu coitur.
291. Socius qui pro alio, necessario impendit, habet pro repetitione actionem pro socio.
292. Amplia actionem ad suae pecuniae usuras non quasi usuras, sed quod sua interest, scilicet loco damnorum, et n. 293. et 294.
295. Societas regulariter praesumitur contracta aequaliter, tum quoad capitale, tum quoad utilia.
296. Si aequalitas in capitali clare appareat conventa, tunc socius, qui minus posuit, tenetur ad usuras sine interpellatione, secus, interpellatione interveniente, et n. 297.
298. Amplia praesertim si usurae stipulatae initio fuerint.
299. An vero in casu societatis pretium grani [illegible] unus debeat cum pretio minori alterius conferri, distinguitur, et postea resolvitur, et n. 300.

Explicui jam hunc de societate libellum, usui futurum
ratus omnibus rem familiarem adaugere cupientibus, et
1 cuique reipublicae felicitatem sibi augurantibus. In doctores tamen, praeter expectationem, incidi, ab omnibus socie-
tatibus, omnium bonorum maxime, tamquam ab igne ca-
2 veri ajentes, illa per eos tradita ratione, quod communio ple-
rumque est perniciosa, et parit multa mala, atque hi sunt
3 *Joseph Ludovic. in suis commun. concl.* 53. *vers. ab istis*
Carpan. ad statut. Mediolan. cap. 483. *n.* 63. *tom.* 2 Sed
quaeso quid in humano genere difficilius quam invenire per-
4 fectionem? ut ait *Cicero de amicitia* in libro, qui scribitur
Laelius, secutus a *Glossa fin. in cap.* 1. *in addit. de renun-*
5 *ciat.* Minima de malis, ut ait idem *Cicero de offic. lib.* 3.
circa fin. Nostra peregrinatio non sine labore est, quem non
tollere, quod humanitus fieri non potest, sed diminuere sol-
6 liciti esse debemus, requiem denique in patria, Deo prae-
sule, reperturi.

Interea *Connanus*, necessitatem hujus contractus societatis,
illius item aequas, facilesque leges, et magna compendia, com-
7 memorans *in suis comment. jur. civ. lib.* 7. *c.* 13. *n.* 1. ita ait:
» Omnium contractuum nullus est, qui ad eam, quae ho-
» minum est inter homines, communitatem, vitae propius
» accedat, quam haec ista universorum, aut aliquorum bo-
8 » norum societas; nec vero ullus, aut fide major, aut usu
» commodior, aut rebus utique civilibus magis necessarius,
» nam per nos omnia gerere non valemus, et in quibus ip-
» si superesse non possumus, ea servis, aut mercenariis com-
9 » mittere, non semper tutum est; itaque facultatum id, ope-
» rarumque communicatione visum est melius, ut et lucri
» spes, et damni metus, qui attingere omnes aequaliter, pa-
10 » riter omnes in fide, et officio retineat. Sic enim consti-
» tuta est lex societatis, ut ex tua diligentia, vel negligentia,
» quisque partem commodi ferat, aut incommodi, magnae se-
» dulitatis, et industriae illicium. At istud etiam quanti 11
» faciendum est, quod cujusque utilitas augetur, labor, et
» sollicitudo minuitur? Nemo totius curam gerit, sed par-
» tis, quae quo minor est, minus habet ipso negotii, et oc-
» cupationis, et tamen in reliquarum partium administra-
» tione, fruitur aliorum opera, suo majore emolumento,
» quam si solus omnes partes administraret; nam dum hic 12
» curam, et industriam suam, aut artem, ille rem, et fa-
» cultates, hic nomen, et auctoritatem, quod quisque pot-
» est, hoc in commune affert, facilius est munus singulo-
» rum, et tamen plenius, atque uberius, ex quo major, et
» uberior ad omnes venit utilitas » eaque de causa Ulpianus 13
hujusmodi societatis leges coeundi sibi frequentiam conci-
liantes, dulciori, atque etiam sanctiori perstrinxit fraterni-
tatis vinculo *in leg. verum* 64. *sub princ. ff. pro socio.* At
alibi vero de his, jam pluribus, singillatim *part.* 1. *c.* 4. 14

Nonnullas societatis quaestiones in superioribus hujus tra-
ctatus partibus consulto praetermisi, et in hunc locum con-
jeci, ne longior, et fastidiosior ibi esset oratio, utque etiam
mihi liberum esset referendi doctorum dissidentium opinio-
nes. Ea punctim quaestio est, an socius universalis omnium 15
bonorum debeat concurrere in dotandis filiabus alterius socii
cum bonis, seu pecuniis societatis communibus: certam le-
gem hac in re non habemus, sed argumentis in utramque
partem doctores utuntur, Reque Papinianus *in leg. si so-* 16
cius 81. *ff. pro socio.* Ita proponit ibi » Si socius (omnium
» bonorum, glossa) pro filia dotem promisit, et priusquam
» solveret, haerede ea relicta, decessit, quae postea cum ma-
» rito de exigenda dote egit, accepto liberata est » (hacte- 17
nus ad notitiam, non ad solutionem propositae quaestionis;
quae a sequentibus pendet verbis) » Quaesitum est an si pro

» socio ageret, dotis quantitatem percipere deberet, si forte
» convenisset inter socios, ut de communi dos constitueretur,
» dixi pactum non esse iniquum, utique si non de alterius
» filia tantum convenit, nam si commune hoc pactum fuit,
18 » non interesse quod alter solum filiam habuit ».

Accorsius, Gothofredus, Faber, et alii in eo conveniunt o-
mnes, recitatam legem loqui de societate omnium bonorum;
19 et sicuti Papinianus in ea expressum exquirit sociorum pa-
ctum de dotandis utrinque filiabus cum bonis, seu pecuniis
communibus, ita argui posse videtur, filiam unius socii, in-
dicato cessante pacto, jus non habere petendi dotem ex com-
20 muni arca; nam jure societatis per socium aere alieno, so-
cius non obligatur, nisi in communem arcam pecuniae ver-
21 sae sint, prout totidem sancitur verbis *in l. jure* 83. *ff. pro
socio*. Onus plane hoc dotandi foeminas, non commodum
societati affert, ne praestationis quidem operarum sociali quae-
22 stui convenientium *leg. quaestus* 8. *ff. pro socio*. quas una
cum obsequiis filia nubens marito praestare cogitur; sed be-
ne incommodum affert, atque dispendium, non aliter com-
pensandum, quam pacto expresso inter socios inito de com-
23 muni filias dotandi, eoque amplius, ut pactum istud debeat
inter socios esse reciprocum, nempe circa filias utriusque so-
24 cii dotandas *d. leg. si socius* 82. *ff. pro socio*; hisce, aliisque
utuntur pro hac sententia argumentis *Faber. in ead. leg. si
25 socius ff. cod. tit. Crott. cons.* 180. *n.* 3. *tom.* 2. *Roman. cons.*
145. *n.* 2. *Caball. cons.* 159. *n.* 3. *lib.* 1. *Purpurat. cons.*
460. *n.* 5. *tom.* 2. *Surd. cons.* 488. *n.* 23. *tom.* 4. *Gabriel. com-
mun. conclus. lib.* 3. *tit. de jure dot. concl.* 2. *n.* 1. *Cevall.
commun. contra commun. conclus.* 189. *per totam tom.* 1.
Carol. Ant. de Luca ad Gratian. decis. March. 127. *in
addit. n.* 3., *et in schol. n.* 7. *Petr. de Ubald. de duob. fra-
trib. part.* 8. *n.* 10. *Ciroc. discept. for.* 87. n. 53.

Alii autem doctores distinguunt; aut societas omnium bo-
norum est expressa, aut tacita; priore casu filia unius socii
consequitur dotem de bonis, seu pecuniis communibus, po-
26 steriore autem casu non consequitur *Alexand. cons.* 154. *n.*
5. *lib.* 2. *Berous cons.* 190. *n.* 13. *et* 14. *Michalor. de fra-
trib. part.* 2. *cap.* 28. *n.* 9. 15. *et* 19., *Mantica de tacit. et
ambig. lib.* 6. *tit.* 20. *n.* 21. *tom.* 1. *Ciroc. discept. for.* 67.
n. 53. *circa fin.* Sed hujusmodi doctores, et alii similes, vel
in idem incidunt, et quod superiores dicunt, confirmant, il-
la ratione, quia in tacita societatis omnium bonorum coitione,
nullum intervenit pactum, nullaque provisio, nisi quae,
27 quodve a juris dispositione descendit; vel quaestionem revera
non solvunt, quia in societate etiam omnium bonorum ex-
pressa, si reciprocum dotandi foeminas pactum desideretur,
28 resurgit principium supra ex *l.* 82. *ff. pro socio* deductum;
imo in expressa societate deficientia pacti, tutius solitae dota-
tionis suppeditat argumentum, propter opportunitatem ex-
primendi, quod fuit praetermissum; voluntas enim agentis
29 metitur a potestate *l. Lucius* 25. §. *fin. ff. ad municip.* Pote-
rat ergo socius in societate expressa hoc exprimere, quod si
non expressit, nolitum existimatur, juxta notam regulam in-
30 dicatam *in leg. commodissime* 10. *ff. de lib. et posthum. Con-
stantin. vot.* 393. *n.* 8. *tom.* 2. Plurimum vero, quia eadem
est virtus taciti, atque expressi, veluti, quibusdam exceptis
31 actibus, demonstravi superius *part.* 2. *cap.* 3.

Equidem vero in contrariam abeo sententiam ab ipsis juris
fontibus deductam, et communiore doctorum calculo con-
32 firmatam. Ex juris quidem fontibus; nam Ulpianus *in l. si
societ.* 74. *ff. pro socio.* Naturam hujus universalis societatis
eam esse ait ibi » Item Maximino respondit; si societatem
» universarum fortunarum ita coierit, ut quidquid erogare-
» tur, vel quaereretur, communis lucri, atque impendii es-
» set, ea quoque, quae in honorem alterius liberorum erogata
33 » sunt, utrinque imputanda ». Spiritus hujus legis est, ut
non sit continuo necessarium, impendia in communem ar-
34 cam, seu in utilitatem societatis verti, ut ait *leg.* 83. *ff. pro
35 socio* de particulari societate loquens: et id superior *lex* 74.
ff. eod. tit. exemplo demonstrat, dum inquit » *Eo quoque,
quae in honorem alterius liberorum erogata sunt, utrin-
que imputanda* »: nec si illud *in honorem* reipublicae cau-
36 sam involvere dicatur, ut *in leg. ex parte* 40. §. *filius ff.
famil. ercisc.* quidquam detrahit causae dotis; nam etiam
dotis causa semper praecipua est, reipublicae enim interest
dotes mulieribus conservari, cum dotatas esse foeminas ad
sobolem procreandam, replendamque liberis civitatem, ma-
37 xime sit necessarium, sunt identifica verba *leg.* 1. *ff. soluto
matrim.*

Caeterum, nonne haereditas, et quod est uni socio legatum,
aut donatum societati universali acquiritur? Ita sane Paulus
in leg. ea vero 3. *ff. pro socio.* Spe hac haereditatis, legati, 38
aut donationis non fraudatur societas universalis, si forte fi-
liae unius socii obvenerit, si non in proprietate, saltem in usu-
fructu patri socio in adventitiis debito *Mantica de tacit. et* 39
ambig. lib. 6. *tit.* 20. *num.* 34. *tom.* 1. atque adnotavi supe-
rius *part.* 2. *cap.* 4. *n.* 123. Quemadmodum etiam dicitur,
dotem uxoris unius socii, in hac universali societate, quoad
fructus saltem communicari *leg. actione* 66. *in fin. et leg.* 40
quod si 67. *ff. pro socio.* Atque adnotavi similiter in eadem
part. 2. *cap.* 4. *n.* 128. *cum seq.* Non incivile igitur est, ut
si socius universalis horum compendiorum spe alitur, impen-
dio quoque dotis constituendae gravetur, juxta regulam com-
modi, et incommodi aequo jure receptam *leg. secundum* 10. 41
ff. de regul. jur., et quod hisce, aliisque argumentis sanior,
atque major doctorum pars statuat regulam in foro ubique re-
ceptam, ut filia foemina unius socii universalis debeat de com-
muni arca dotari, citra quoque pactum expressum tenent *Go-* 42
thofred. in d. leg. si socius 81. *ff. pro socio*, *ibique Faber la-
tissime Donell. comment. jur. civ. lib.* 13. *cap.* 18. *lit. H.
Voet in pandect. lib.* 17. *tit.* 2. *pro socio n.* 4. *Roland a
Vall. cons.* 91. *per tot. vol.* 1. *Gabriel. consil.* 143. *n.* 20.
et 21. *lib.* 2. *Costa de scient. et ignor. distinct.* 95. *cent.* 2.
per tot. Thomat. dec. 84. *n.* 1. *et per tot. Fontanell. de pact.
nupt. claus.* 5. *gloss.* 4. *n.* 1. *ad seq. Menoc. de arbitr. cas.*
127. *n.* 3. *lib.* 2. *Gratian. discept. for. cap.* 643. *n.* 13. *et* 14.
et cap. 904. *n.* 16. *Montica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 20.
per tot, et praecipue n. 39. *et* 40. *Felic. de societ. cap.* 26.
n. 21. *ad plur. seq. Michelor. de fratrib. part.* 2. *cap.* 28.
per tot. Constantin. vot. 321. *n.* 8. *tom.* 2. *Tartaglia de re-
servat. statutar. artic.* 59. *n.* 50. *ad seq. Roto dec.* 790. *n.*
8. *tom.* 7. *coram Ansaldo, et in Bonanien. transactionis,
seu obligationis* 14. *maii* 1753. §. 10. *cor. b. m. Viceconti-
te et in ejus confirmatoria* 1. *jul.* 1754. §. 11. *cor. b. m.
Amadeo.*

Haec ampliatur conclusio, ut dos promissa, durante socie-
tate solvi debeat de communi, licet tempore solutionis fuerit
distracta societas nam actionis natae spectatur initium, per
textum *in leg. omne aes* 27. *ff. pro socio. Felic. de societ.* 43
cap. 28. *n.* 42. *Michalor. de fratrib.* 1. *art.* 2. *cap.* 28. *n.*
29. *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 6. *tit.* 20. *n.* 49. *tom.* 1.
Imo etiam finita societate per fraudem, forsan vitandae do-
tationis causa, obligatio dotandi de communi locum obtinet
Roland. a Vall. d. cons. 91. *n.* 5. *tom.* 1. *Felic. de societ.* 44
cap. 26. *n.* 39. *ad* 43. ubi sufficit quod filia sit nubilis, ac
cautio etiam dotandi interponatur. Sicuti etiam durante so- 45
cietate, cum dos forte per mortem filiae dotatae, vel alias qua-
litercumque restitui debeat, societati, non patri facienda re-
stitutio est, secus si de tempore restitutionis societas foret
distracta *Voet in pandect. lib.* 17. *tit.* 2. *sub n.* 4. *pro socio*, 46
Michalor. de fratrib. par. 2. *c.* 28. *n.* 31. *ad fin.* Hoc ta-
men interest, et illuc revertor, ut socius, et filiae dotandae
pater, dotem ei de communi constituat in quantitate consue-
tudini locali, viribus facultatum, temporum qualitati, et ali-
is circumstantiis arbitrio judicis rite ponderandis, congrua,
et uniformi, ita ut minimus absit excessus, nam secus in eo
quod dotando pater dotans excesserit, in suam imputabit par-
tem *Costa de ratione ratae qu.* 119. *n.* 1. *et* 3. *Vinc. Ca-* 47
roc. dec. cas. 102. *n.* 3. *Fontanell. de pact. nupt. claus.*
5. *gloss.* 4. *n.* 8. *Mangil. de imputat. qu.* 26. *n.* 8. *Micha-
lor. de fratrib. part.* 2. *cap.* 28. *n.* 24.

Dixi paulo ante, dote, per mortem filiae dotatae sine li-
beris, ad patrem socium, durante societate, reversa, eidem
societati universali communicari; quid si revertitur dos per 48
viri mortem, aut alia ex causa, superstite uxore, et socii fi-
lia, utrum socii teneantur illam dotem conservare pro secun-
dis ejusdem filiae nuptiis forte ineundis; pro affirmativa ge- 49
neraliter facit *textus in auth. sed quamvis c. de rei uxor.
act.* ibi » Sed quamvis dos, potestatis, sive pactionis jure
» ad patrem redeat, non tamen licet ei, filia denuo nuben-
» te, diminuere priorem dotis mensuram, nisi forte sub-
» stantia decrescat aliqua fortuita clade, tunc enim amplius
» secundo marito in dotem praestare non cogitur, nisi quan-
» tum facultates ejus patiuntur » et hanc ipsam regulam ser- 50
vari in dote ad societatem reversa, hoc est ut pro secundis
ineundis conservetur nuptiis, tenet *Faber in leg. si socius* 51
sub lit. B. ff. pro socio.

Quid vero si dos pereat, an iterum societas universalis do-
tare teneatur? Elegantissima haec quaestio est, in qua ita
distinguit *Faber. loc. prox. cit. lit. C.* Aut dos in primis 52

nuptiis constitota foit de commoni arca ex ipse juris provi-
sioue superios recensita, aut ex praecedenti sociorum pactu;
53 si primum dote primaruo nuptiarum dispersa, eo modo,
eoque jure redotare teneotur socii in secundis auptiis, qoo
in primis; addo equidem, dotis dispersionem, non sioe ali-
quali sociorum culpa 6eri potuisse, propterea quod forte
super securitate dotis non debite caverunt; praesertim haec
54 procedit conclusio, si omnis filiae, et patris culpa absit, et
Fabro conseotiont *Felic. de societ. cap.* 26. *n.* 41. *circa
fin. Fontanell. de pact. nupt. claus.* 5. *gloss.* 4 *num.* 9.

Si vero secundum, nempe dos in primis nuptiis constituta
fuit ex praecedenti sociorum pacto in apocha societatis adje-
cto. et hoc posteriore casu, socios non teneri iterum dotare,
55 priore dote dispersa, ita *Faber. in d. leg. si socius* 81. *lit.
C. ff. pro socio, Cephal. cons.* 160. *n.* 4. *tom.* 2. *Mantica
de tacit., et embig. lib.* 6. *tit.* 20. *n.* 55. *cum duob. seq. tom*
1. *Mangil. de evict. qu.* 74. *n.* 16. *Grotian. discept. for.
c.* 689. *n.* 36., et 32. ratio, mea sententia, potissima est, quia
dos debita ex pacto consumitur in primu actu dotationis, in
primis nuptiis factae, nec deinceps meretur extendi, juxta
indolem cujusque pacti, et obligationis strictam interpretan-
56 dae, ad *text. in leg. quidquid adstringendae* 99. *ff. de
verbor. oblig.*

Alia dubitatio, ex duobus sociis universalibos, alter uni-
cam habet filiam, plures alter, puta quatuor, aut quioque
filias habet; utrum qui uoicam habet filiam jure possit, de
communi arca majorem si dotem constituere, quam alter
57 cuique suarum quatuor, aut quinque filiarum? Hanc quae-
stionem simpliciter movent *Gabriel. commun. conclus. tit.
de jure dot. q.* 2. *n.* 4. *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 5.
gloss. 4. *n.* 11. qui quaestionis solutionem alibi pollicentur,
Mantica autem de tacit., et ambig. lib. 12. *tit.* 25. *per
tot.*, relato *Ruino cons.* 104. in eo convenit, quod mihi pla-
cet principio, quod societas, quae subit dotandi onos, ab-
stractive filias sociorum, tamquam filias unius considerat,
58 non patris, qui arbitrio suo potest, plus uni filiae, quam
aliis in dotem constituere, per *text. in leg. fin. c. de dotis
promiss. Cirocc. discept. for.* 40. *n.* 18. cum pluribus ibi
allegatis, sed tamquam curator bonis datus, qui congruitatem
dotis prae oculis habet, eamque metitor a patrimonii viri-
59 bus, aliisque circumstantiis. Quamobrem constabilita con-
gruitate dotis, illa debet, in omoibus sociorum filiabus ser-
vari, ita ut si socius ille, qui unicam filiam habet, velit mo-
60 dum congruitatis excedere, totum excessum imputari sibi,
non societati patiatur, nisi plusculum unicae socii filiae dos
ex rationabili causa constitui velit a societate, quod utique
licebit, ut per *Manticom de tacit. et ambig. lib.* 10. *tit.*
25. *n.* 6. 7. *et per tot. Felic. de societ. cap.* 26. *n.* 45.
et seq.

Et ad arguendam dotis congruitatem facit *textus in leg.
quaero* 61. *ff. de jure dotium*, ibi » Quaero, quantae pe-
» cuniae dotem promittenti adultae mulieri curator, con-
» sensum accomodare debeat? Respondi, modus ex faculta-
» tibus, et dignitate mulieris, maritique statuendus, quous-
61 » que ratio patitur ». Dignitas primo mulieris spectanda
est, juxta recitatum textum; ergo si unus sociorum fuerit
nobilis, plebejus alter, et ille filiam dotandam habuerit, huic
dos more nobilium magna, et juxta consuetudinem familiae
62 suae constituenda esset; plurimum quia alter socius plebejus
cum nobili societatem coivisse sciebat, nec ideo de quo con-
queratur habere poteat.

Summum jus, summa injuria, juxta protritum in jure di-
63 cterium, de quo in *leg. benignius* 18. *ff. de legib.* Praete-
rea dotis congruitas non metitur ex sola mulieris. maritique
64 dignitate, sed etiam, quemadmodum sit textus dudum pro-
xime recitatus = *quousque ratio patitur* = hoc est, inspectis
patrimonii viribus, hae patrimonii vires sunt in proposita
facti specie dimetiendae habita ratione ad filias quoque al-
terius socii plebeji, ut sic ea servetur aequalitas in societa-
65 tibus praecipua *leg. si non fuerint* 29. *ff. pro socio. Jov.
de contract. min. gloss.* 25. § 13. *n.* 682. *Rot. dec.* 41.
n. 11. *et* 12. *cor. Arguell.* Nam secus etiam plebeji socii
filia formosior forte digniorem inveniens virum nobilem,
66 majorem dotem consequi posset a societate; imo et fraudibus
aperiretur aditus, nam filia plebeji posset, et suae formae
illecebris, et spe dotis nobili congruae, eumdem nobilem al-
licere, quo nihil a societate ad quaestum directa, magis de-
67 vium. Una ergo in his dotibus congruitas statuenda est, juxta
patrimonii vires, et numerum filiarum, eaque servanda,
nisi sociorum alter, vel expresse, vel tacite etiam inaequali-

tati dotationis consenserit *Gabriel. commun. conclus. tit. de* 68
jure dot. lib 3. *concl.* 2. *n.* 5.

In hac universali societate, dos, cum fructibus etiam uxo-
ri unius socii in commune confertur, veluti superius adno-
tavi *part.* 2. *cap.* 4. *n.* 128. Sicuti etiam confertur lucrum 69
dotale a socio superstite super dote usuris mortuae quaesitum
d. part. 2. *cap.* 4. *n.* 130. ita ut dos ipsa suo adveniente 70
tempore, sit restituenda de eisdem bonis communibus *leg.
si filia* 20. *ff. famil. ercisc. Petr. de Ubald. de duob.* 71
fratrib. part. 9. *sub n.* 2. *Gratian. discept. for. cap.*
904. *n.* 3. *ubi Carol. Ant. de Luca n.* 1. *Mangil. de
imput. qu.* 26. *n.* 12. *Carpan. ad statut. Mediolan. cap.*
483. *n.* 235. *tom.* 2. *Ansald. de commerc., et mercat.
disc.* 49. *n.* 25. *Rota in Montissa, Card. de Luca tom.*
7. *de donat. dec.* 30. *n.* 1. *et* 2., *et in dec.* 295. *n.* 6.
cor. Molin, et maritus jus habeat ante divisionem detra-
hendi ab acervo sociali, uxoris suae dotem ad sustinenda
onera matrimonialia ei incumbentia, vel eamdem dotem re-
stituendi casum, cui de jure, soluto matrimonio, ad *text. in* 72
leg. actione 66. § *fin. ff. pro socio*, ibi » Si unus ex sociis
» maritus sit, et distrahatur societas, manente matrimonio,
» dotem percipere maritus debet; quia apud eum esse debet,
» qui onera sustinet; quod si jam dissoluto matrimonio, so-
» cietas distrahatur, eadem die recipienda dos est, qua et 73
» solvi debet » ubi *Faber* latissime.

Potest tamen fieri, ut maritus socius, manente universali
societate dotem lucretur totam, aut partem illius, puta ex
testamento, similiter ex pacto non existentium liberorum,
vel qua alia ex causa, ut in *leg. si convenerit* 2. *ff. de pact.* 74
dotal. et in authent. sed et siquis c. de secund. nupt., et
tunc dotem aliis sociis communicat, et in divisione cum ipsis
ex aequo partitur *ad textum in leg. quod si* 67. *ff. pro so-* 75
cio, ibi » Quod si eo tempore, quo dissolvitur societas in ea
» causa dos sit, ut certum sit, eam, vel partem ejus reddi
» non oportere, dividere eam inter socios judex debet » ubi 76
Faber, et alii satis; additur *Voet. in pandect. lib.* 17. *tit.*
2. *sub n.* 4. *pro socio, et Mantica de tacit., et ambig. lib.*,
6. *tit.* 20, *n.* 31. *tom.* 1. Quod si totius dotis restitutioni sit
locus, ut superius proxime dixi, hoc observato dignum est,
ut si forte socii rem dotalem eorum sumptibus adauxerint,
atque meliorem effecerint, melioratum inter socios dividetur
Costa de ratione ratae qu. 99. *n.* 13 *Mangil. de imputat.* 77
qu. 26. *n.* 15.

Extra vero universalis societatis terminos, unus socius, sit
generalis, sit particularis, sit unius rei, uxorem ducens, ne-
quo dotem, neque dotis fructus, aliis sociis suis communicat,
prout late *Michalor. de fratrib. par.* 2. *cap.* 11. *n.* 12. 13. 78
cum seq. ex quo alii socii finita societate non tenentur ad
restitutionem illius *Carpan. ad statut. Mediolan. cap.* 483. 79
n. 238. *tom.* 2. Minusque eorum socialis portio aliqua hy-
potheca pro d. dotis securitate, et respectiva restitutione affi-
citur *Carpan. loc. prox. cit. n.* 246. *ad seq.*, quod si de fa- 80
cto contingat ut etiam in societate particulari dos de commu-
ni massa restituatur hoc sit magis referendum ad obligatio-
nem forte ab aliis sociis de restituenda dote, praecedenter
stipulatam, quam ad indolem societatis particularis; multo- 81
que minus referendum est ad societatem universalem, stante
d. praecedenti obligatione personali restituendi dotem, cui
potius obligationi, quam qualitati d. societatis universalis,
actus d. restitutionis dotis attribui debet *Rota in Beatina* 82
cambii sc. 100. 19. *januarii* 1753. § 7. *cor el. mem. Card.
Bussio.* His autem fit consequens, ut si reapse dos uxoris
unius socii probetur in utilitatem societatis etiam particula-
ris versa, ea de communi sit restituenda *leg. si filia* 20. § 83
si filius familias ff. famil. ercisc. Paris. cons. 100. *n.* 21.
et 22. *lib.* 2. *Gratian. discept. for. cap.* 904. *n.* 5. *ad seq.
Constantin. ad stat. urb. annot.* 21. *n.* 173. *Rota post
Merlin. de pignor. dec.* 9. *n.* 3.

Alia hinc necessaria illatio, ut socius particularis de pro-
priis suis bonis filiam suam dotare debeat, non autem de
communi arca *Natto cons.* 100. *n.* 6. *tom.* 1. *Carpan. ad* 84
stat. Mediol. cap. 483. *n.* 239. *Carena resol.* 238. *num.* 6.
in fin. Felic. de societ. cap. 26. *n.* 31. *Constant. ad stat.
urb. annot.* 21. *n.* 169. nisi socius particularis de facto do-
taos filiam suam cum pecuniis communibus, alter sciens,
prudens videat, taceat, et hoc fieri patiatur *Carpan. loc.* 85
prox. cit. n. 242. *Gammo dec. Lusitan.* 308. n. 9. *Felic.
de societ. cap.* 26. *n.* 47. *Vincent. Corocc. dec. cas.* 102.
n 5. 6. *et* 7. ubi quod multo magis, si expresse hoc alii so-
cii fecerint, et actui dotationis intervenerint *Mandell. Albo* 86

cons. 12. *n.* 4. *vol.* 1. *Constant. ad stat. urb. annot.* 21. *n.* 170.
nam id erat ex providentia hominis, pacti videlicet, non ex
87 indole societatis particularis; et in casu restitutionis d. dotis
haec non ad patrem dumtaxat, sed ad ipsam societatem re-
88 vertitur, unde profecta est, *Constantin. ad statut. urb. d.*
annot. 21. *n.* 171. Quod si pactum inter socios particulares
taliter fiat, ut teneantur ipsi ad dotandam filiam unius, non
item filiam alterius socii, iniquissimum erit pactum, et non
89 valebit, *ad* text. *in leg. si socius* 82. *ff. pro socio*, *Schra-*
der. de contract. tit. 26. *de societ. n.* 16.

90 Alia subnectitur quaestio, utrum unius socii uxor super
rebus socialibus praeferatur aliis creditoribus? Regula est, ut
alter socius non obligetur, per alterum erga creditores, nisi
aes alienum contractum in arcam, seu utilitatem societatis
versum probetur, *leg. jure societatis* 83. *ff. pro socio*, ibi
« Jure societatis per socium aere alieno, socius non obligatur
91 » *nisi* in communem arcam pecuniae versae sint ». Et quod
unius socii uxor, bona sibi societatis obligata cum praelatio-
ne non habeat, nisi pecunias suas dotales in utilitatem ejus-
92 dem societatis versas probaverit, tradunt *Roman. cons.* 172.
sub n. 1. *Rodriquez. de concurs. credit. part.* 1. *artic.* 1.
n. 57. *Rota dec.* 514. *sub n.* 6., et 719. *n.* 1. 2. *et* 4. *cor.*
Burotto.

Hinc elegantissima quaestio: maritus quidam dote in pe-
cuniis accepta, sua bona praesentia, et futura, pro illius con-
servatione, et restitutione de more obligavit, et hypothecae
vinculo subjecit; deinde societatem fundacalem cum tertio
coivit, pepigitque suam pecuniarum partem capitalis nomi-
93 ne, conferre, atque pecunias dotales contulit, merces emit,
et sic sociale negotium instruxit; male cessit negotium, unde
concursus, et mulieris, et eorum, qui societati crediderunt,
factus est. Quaerebatur, an mulier pro sua dote foret credi-
toribus socialibus praeferenda? *Merenda* super hoc articulo
94 consultus, negavit *in suis controv. jur. lib.* 20. *cap.* 13. *per*
tot., his motus rationibus, quia vir juxta obligationem cum
socio contractam tenebatur suam capitalis partem conferre
liberam, et futuris tantum a creditoribus societatis obnoxiam,
ita ut, ne reservatio quidem specialis hypothecae super mer-
95 cibus emendis sibi proficiat *Rot. dec.* 516. *n.* 9. *et* 10. *part.*
19. *tom.* 2. *rec.* Capitale hoc reapse vir contulit, neque illud
e pecuniis dotalibus provenire declaravit, ita ut pecuniam
dotalem in ejus dominium, translatam, non tamquam dota-
lem, sed tamquam propriam, et in propriae obligationis adim-
96 plementum contulerit: idque verum, licet dubitari non pos-
sit, virum pecuniam dotalem contulisse, nam secus, quemad-
97 modum arguit suprascriptus *Merenda loc. cit. n.* 6. Siquis
e tertio mutuam accepit pecuniam suo creditori solvendam,
et reapse solvit, posset ille tertius mutuator pecuniam a cre-
ditore condicere, tamquam versam in illius utilitatem, quo
98 nihil absurdius, et contra regulam *textus in leg. qui autem*
6. *§. apud Labeonem ff. quae in fraud. credit.*

Subsumit vero *Merenda contr. jur. lib.* 20. *d. cap.* 13.
n. 3. mulierem posse in casu dudum proposito ad illud re-
medium subsidiarium confugere, hoc est, ut res empta cum
pecunia dotali, et ipsa dotalis in subsidium fiat, praecipue
99 ut speciali hypotheca teneatur *Gratian. discept. for. cap.*
964. *n.* 21, *et* 22. prout etiam probavi in alio meo tractatu
de praelat. credit. exercit. 4. *§.* 5. *n.* 44. *et* 45. Sed ne
hoc quidem subsidiarium remedium, locum habere posse re-
100 sumit *Merenda eodem in loco.* Quia merces ad hoc in ta-
berna retinentur, ut minutatim distrahantur libera ab omni
hypotheca, ita ut si quae merces in eamdem tabernam postea
inveherentur, excluderent illam identitatem rei quaesitae
cum pecunia dotali, et perinde suprascriptum remedium
subsidiarium removerent; excluso penitus illo beneficio *l.*
101 *cum tabernam ff. de pign.* praesentibus circumstantiis mi-
nus applicabili; adeo sane, quod concludit praefatus *Me-*
renda loc. cit. n. 7. mulierem in proposita facti specie de-
bere suam actionem dirigere adversus alia bona viri si ha-
beat, non autem adversus societatem, e qua prius, aes alie-
num ea de causa contractum, solvendum sit creditoribus, qui
eidem societati crediderunt, et quod superesset, dividendum,
inter ipsos socios, et super portione viri sui tantum superex-
tante, mulier satisfacienda sit, atque ita etiam in eodem
102 identifico casu decisit *Rot. in dec.* 514 *per tot. cor. Burutto.*

Adversus hanc doctrinam *Merendae* allegatam insurgit
Gratian. discept. for. cap. 964. *per tot.* qui in eodem
identifico casu contrarium resolvit, atque *dec.* 719. *per tot.*
103 *cor. Buratto*, alterius *dec.* 514. praecedenter allegatae revo-
catoriam refert, eo praecipue fundamento, quod cum mari-
tus, d. mulieris recipiendo dotales pecunias hypothecae sub-
jecerit pro illarum securitate, ac restitutione, omnia ejus
bona, tam praesentia, quam futura, et singillatim merces
cum dd. pecuniis dotalibus emptas, atque emendas; certum 104
est, quod pro intrantibus capitalis ita empti, atque in socie-
tatem immissi, illud transivit cum onere suo hypothecae, nec
posteriores creditores societatis in praejudicium d. hypothe-
cae, quidquam juris acquirere potuerunt super dd. mercibus
cum pecunia dotali coemptis, et veluti dictum est capitale
efformantibus, et huic dotali hypothecae privilegiatae etiam,
vir contrahendo subsequenter societatem, aliquod afferre ne-
quivit praejudicium, ita *Rot. in dec.* 719. *n.* 1. *et* 2. *cor.* 105
Buratto. Difficultate autem redacta ad lucra, atque utilia so-
cietatis, ut super his creditores, qui societati crediderunt,
sint mulieri ex causa d. hypothecae dotalis praeferendi, ut
concorditer *Gratian. discept. for. cap.* 964. *n.* 21. et 22. 106
Card. de Luc. de dot. disc. 166. *n.* 65. *Rot. in d. dec.*
719. *post n.* 3. *cor. Buratto.*

Articulus videbatur quoad primam partem bene resolutus,
illa ratione ab omnibus cum plausu recepta, quod si res ali-
cui creditori hypothecata in successivam immittatur societa-
tem, eamdem retineat hypothecam priori creditori affectam,
ex *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 9. *part.* 2. *n.* 107
61. *Rota in Romana avocationis pecuniarium* 28. *martii*
1727. *§. quandoquidem eam seq. coram cl. mem. Card.*
Aldrovanda. Videbatur tamen in hac proposita facti specie,
id non debere ad solum capitale restringi; sed etiam ad uti-
lia socialia, quae veniunt sub bonis postea quaesitis, nam
super his nihil est in jure exploratius, quam quod hypothe-
ca dotalis, jure fisci sibi hac in re communicato, praeferatur
etiam anterioribus creditoribus, prout latissime probavi in 108
alio meo tractatu *de praelat. credit. exercit.* 2. *§.* 2. *n.* 87.
ad 99. Sublato etiam onere probandi versionem pecuniarum
dotalium in causam bonorum postea quaesitorum, veluti *ma-* 109
gistraliter Rot. in dec. 387. *n.* 6. 13. et *per tot. cor. Cre-*
scent. jun. tom. 3.

Nec adversus hanc ultimam conclusionem urget, quod
mulier in casu proposito sit creditrix suae dotis super bonis
viri sui, et ideo creditrix unius socii, non autem societatis,
cui nihil ipsa credidit, et cum ea non contraxit, in qua hy-
pothesi certum in jure est, creditorem unius socii, licet an-
teriorem non praeferri creditoribus etiam posterioribus, qui
crediderunt societati, nam plus juris creditor socii non ha-
bet, quam hic habere possit super sua portione sociali, post
soluta debita societatis tantum, liquidanda *Fontanell. de* 110
pact. nupt. claus. 4. *gloss.* 9. *par.* 2. *n.* 52. *ad seq. Salgad.*
labyrint. cred. part. 1. *cap.* 9. *n.* 55. *ad plur. seq. Rot. in*
dec. 338. *n.* 4. *part.* 13. *et dec.* 484. *n.* 2. *et* 3. *part.* 18.
tom. 2. *rec.*, *et in dec.* 663. *n.* 9. *cor. Emerix jun.*, *et dec.*
676. n. 4. *ad seq cor. Cerro et dec.* 7. *n.* 2. *et* 3. *de societ.*
cor. Falconer. Etenim haec procedit regula in creditoribus
unius socii indifferentibus, et non privilegiariis, non autem
in creditoribus ab jure privilegium praelationis habentibus,
veluti mulier pro sua dote est, quae duo privilegia etiam
maxima habet, alterum hypothecae, et alterum praelationis,
ex juribus plena manu collectis in d. meo tractatu *de prae-* 111
lat. credit. exercit. 2 *§.* 2. *n.* 19.

Creditores namq; societatis ideo anterioribus praeferuntur,
quia societati immediate crediderunt, et pignoris causam
quodammodo salvam fecerunt, hoc est tabernam mercibus
instructam cum eorum pecuniis aluerunt, foverunt, conser-
varunt, ex dispositione *leg. interdum ff. qui pot. in pign.* 112
hab. Et tamen nihil exploratius in jure reperitur, quam
quod dos praecipue anterior praefertur restauranti, seu in
causam restaurationis mutuanti *ad text. in §. his consequens* 113
de aequalit. dot. Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. *gloss.*
2. *part.* 9. *n.* 28. *Balduc. rer. judicator. tit.* 4. *de dote*
dec. 37. *n.* 3. *Mart. medic. dec. Senen. exam.* 11. *n.* 23.
Merlin. Pignottell. contr. for. lib. 1. *cap.* 26. *n.* 3. *Rot.*
dec. 328. *n.* 22, *cum seq. part.* 5. *rec. et dec.* 70. *n.* 4. *et*
dec. 71. *n.* 2. *et* 3. *post Constant. ad stat. urb. et dec.* 1188.
n. 3. tom. 5. *cor. Lancetta*, *et dec.* 15. *n.* 8. *de dote cor.*
Falconer.

Imo vero, quia utilia socialis sub bonis postea quaesitis
indubie comprehenduntur, super his mulier etiam pro dote
sua aliis viri creditoribus posterior, illis quoque anterioribus
praefertur, prout latissime in meo tractatu *de praelat. cre-* 114
ditor. exercit. 2. *§.* 2. *n.* 87. *ad* 99. Non aliter ergo qui so-
cietati crediderunt doti super utilibus etiam praeferentur,
nisi dominium sibi, specialemque hypothecam super merci-

bus in taberna eorum pecunia conservatis, vel adauctis, re-
115 servaverint *Rot. in dec.* 516. *n.* 1. *et fere per totam part.*
19. *tom.* 2. *rec.* ad instar restaurantis, qui ope solum d. re-
servationis dominii potest dotibus praeferri, juxta terminos
116 *leg. licet. c. qui pot. in pign. hab. Voet. in pandect. lib.*
20. *tit.* 4. *n.* 18. *Card. de Luc. de dote disc.* 166. *n.* 62. *et*
de cred. disc. 6. *n.* 10 *Rot. dec.* 1188. *n.* 16. *cor. Lan-*
cetta, et in Romana spalii super melioramentis, et cautela
Angeli 4. *febr.* 1752. § 6. *cor. bo. mem. de Canilliac.* Di-
stinctio itaque capitalis, et utilium de qua superius proxime
117 n. 105. et 106. ex his, quae dicta sunt, videtur inutilis.
Nihilo tamen minus, suprascripta distinctio *Rotae dict.*
decis. 719. *post n.* 3. *cor. Buratto.* Inter capitale, et utilia,
118 videtur ad hunc effectum tenenda tamquam aequitativa: non
sane dubium quin societati credentes, seu in causam socie-
tatis mutuantes, specialem acquirant ministerio juris hypo-
119 thecam super rebus socialibus, ut per *Card. de Luca de*
dote disc. 6. *n.* 10. Specialis haec autem hypotheca, in sub-
stantia a reservatione dominii nihil differt, cum ipsa domi-
120 nii reservatio in specialem resolvatur hypothecam ex *Brun-*
neman. in pandect. lib. 27. *tit.* 9. *ad leg.* 1. n. 6. *ff. de reb.*
eor. qui sub tutel. Contri discept. for. caus. 96. *n.* 12. *Ma-*
rin. resol. jur. lib. 1. *resol.* 260. *n.* 11. *Rot. dec.* 12. *n.* 6.
de solut. cor. Falconer. Additur, quod credentes societati
fidem quodammodo publicam sequuntur socialis negotii, cu-
jus ratione publici etiam commercii favor militat, itaut ae-
quitas magis, quam rigor juris urgeat, ut super capitali dos
super utilibus vero, societati credentes, posthabita circum-
stantia bonorum postea quaesitorum, ex allegatis rationibus,
121 praeferantur, veluti concludit *Card. de Luca de dot. disc.*
166. *sub n.* 65. cui equidem libenter assentior atque adno-
tavi superius *part.* 2. *cap.* 12. *n.* 198.
Allegans societatem, aut communionem, aut dominium in
re per alterum creditoribus obligata, suam concludenter de-
bet probare intentionem, ut creditorem agentem repellat, ex
122 allegatis per *Rot. in dec.* 205. n. 2. *cor. Caprara t.* 1. Hanc
suam vero intentionem probat, cum docet, se aere suo adau-
xisse societatem mercibus, ita ut sicuti antiqui negotii cre-
ditores repelli non possint a persequendo capitale, aut por-
tionem eorum debitoris praecedenter hypothecatam, ita pari
modo aequum non sit, ut ipsi satisfiant super capitale, seu
augumento, seu portione socii assumpti, qui ratione magis
123 dominii, quam crediti concurrit, et ideo tamquam consocius,
et dominus nulla indiget praelatione; contrariis procedenti-
bus quando socius assumptus, nihil praeter personam, seu
socii nomen in societatem immittit, seu quando eadem una
durante societate in tabernam merces immittuntur, itaut ju-
re subrogationis in hypothecam antiquorum creditorum in-
124 cidant, juxta terminos *leg. cum tabernam ff. de pignor.* non
item quando novum negotium, aut nova societas initur, ut
125 magistraliter *Rot. in dec.* 91. *per tot. part.* 19. *tom.* 2. *rec.*
Alibi dictum est, ut finita societate, suum quisque socius
capitale recuperet, illudque primo detrahat, ut in superiore
126 proximo *cap.* 10. *n.* 21. et pro suo socius capitali, credito-
ribus alterius socii indubie praeferatur *Rocca disput. jur.*
127 *cap.* 100. *n.* 20. *tom* 2. Talis haec tamen capitalis detractio,
cessat, decocta societate *Ansald. de commerc.* et *mercat.*
128 *disc.* 37. *n.* 9., *et disc.* 38. *n.* 33. Dixi pariter alibi, usuras
ex pecunia per tertium immissa, seu versa, puta emptione
129 mercium, in negotium sociale, licitas esse, atque deberi, ut
in *part.* 1. *cap.* 3. *n.* 105. *ad plur. seq.* hujusmodi tamen
130 usuras cessare decocta societate animadvertit *Ansald. de*
commerc. et merc. disc. 37. n. 24. *ad* 28.
131 Quid si duae, vel plures fuerint societates, seu negotia, et
eorum, earumve altera, vel alterum decoquat? Antequam
hanc aggrediar quaestionem, hoc praemittendum, quod, si
unum fuerit capitale aequaliter a sociis positum, una arca,
unus codex, partitas duorum, vel plurium negotiorum com-
plectens, iidemque administri initio concorditer negotiis prae-
positi, vanum sit in hisce circumstantiis dubitare de unica
societate, quantumvis plura, diversa, atque disparata fuerint
132 negotia, ut per *Rot. in dec.* 11. *n.* 4. *et* 5. *tom.* 5. *part.* 1.
in nuperr.
Sed posito, quod duae, vel plures fuerint societates, seu
negotia inter se distincta, puta si Titius et Maevius societa-
tem fundacariam inierint in civitate Florentiae; Maevius ve-
ro sine interventu Titii, aliam societatem, vel solus in pro-
133 prio, vel cum Sempronio in civitate Anconae contraxerit;
profecto, si Maevius, vel ejus negotium Anconae decoxerit,
societas, et ratio civitatis Florentiae ad nihilum tenetur pro
decoctione, atque debitis contractis per Maevium in negotio
Anconae, atq; contra *Ancharan. cons.* 400. *per tot. Cuman.* 134
cons. 172. *n.* 1. *et per tot. Paris. cons.* 94. *n.* 27. *lib.* 1.
Stracchn de decoctor. part. 5. *n.* 13. *Ansald. de commerc.*
et mercat. disc. 4. *n.* 11. itaut separandi sint creditores
unius societatis, seu negotiationis ab altera, eo prorsus modo-
quo creditores defuncti, seu creditores haereditarii separan-
tur a creditoribus haeredis, qua desuper plura adnotavi in
meo *tract. de praelat. credit. exercit.* 6. § 4. *per tot.* 135
At vero inest ad rem proxime *text.* elegantissimus *in leg.*
procuratoris 5. § *si plures ff. de tribut. act.* ibi » Si plures
» habuit servus creditores, sed quosdam in mercibus certis,
» an omnes in idem confundendi erunt, et omnes in tribu-
» tum vocandi? Ut puta, duas negotiationes exercebat, puta 136
» sagariam, et lintеariam, et separatos habuit creditores. Puto
» separatim eos in tributum vocari, unusquisque enim eo-
» rum merci magis, quam ipsi credidit; sed si duas taber- 137
» nas ejusdem negotiationis exercuit, et ego fui tabernae,
» verbi gratia, quam ad buccinum habuit, ratiocinator, alius
» ejus, quam trans Tiberim, aequissimum puto separatim tri-
» butionem faciendam; ne ex alterius re merceve, alii inde-
» mnes fiant, alii damnum sentiant ». Adeo sane, ut sepa- 138
ratim quisque concurrat creditor, sive uni diversarum mer-
cium crediderit, sive uni diversarum tabernarum, licet eis-
dem mercibus instructarum, mutuaverit, *Faber. in d. leg.* 139
procuratoris § 16. *et* 16. *ff. de tribut. act. ger. Spin. cons.*
10. *n.* 6. *et seq. De Rosis observ. jur. par.* 1. *cap.* 24. *n.* 44.
ad seq. Franc. Anton. dec. Florent. 12. *n.* 3. *et dec.* 22.
n. 8. *Ansald. de commerc. et mercat. disc.* 4. *n.* 12.
Pari ratione, si duae, una post aliam coeantur societates,
vel per novationem, aut ex integro renoventur, creditores
secundae, et similiter innovatae, aut renovatae societatis,
praeferuntur creditoribus prioris, vel antiquae societatis,
ut de priore conclusione *Rota in nuperr. t.* 5. *part.* 1. *dec.* 140
11. *n.* 3. et de posteriore *Rota post Ironc. de protest. dec.*
29. *per tot.*, *et in Romana pecuniaria, seu reintegrationis*
5. *maii* 1719. § *majoris proinde cor. cl. m. Card. Corio.* Hac
in re tamen vide supra declarationes *part.* 2. *c.* 3. *n.* 33. *ad* 141
plur. seq.
Quid juris vero in creditoribus super societate officii va-
cabilis Romanae Curiae, circa illorum praelationem? Illud
praemittendum, officia vacabilia Romanae Curiae respectu
eorum tituli, et dominii ad aerarium supremi principis di-
recto, et privative spectantia, non esse in commercio homi-
num, neque posse creditorum hypothecis subjugari, ex al-
legatis per *Rot. in dec.* 338. *n.* 1. *part.* 13. *rec.* Verum ta- 142
men est, quod sub hypothecis, creditorum dd. officiorum va-
cabilium cadit pretium, post tamen illorum resignationem,
seu venditionem in aede sacra, seu alibi depositum *Rota* 143
in dec. 338. *n.* 2. *part.* 13. *rec.*, et super hujusmodi pretio
solum hypothecabili, et ut supra per resignantem deposito,
primo loco satisfieri debent illi creditores, qui decreti reser-
vationem habent expressam, ut *in d. dec.* 338. *ante* n. 1. 144
sub princ. part. 13. *rec.* Decreti autem reservatio est assen-
sus supremi principis, per suos administros praestitus, qui
habilitat officialem ad subjugandum pretium officii vacabi-
lis hypothecae illorum creditorum, qui cautius officiali pecu-
nias credunt, ut de eorum credito tuti vivant, alias non cre-
dituri *Card. de Luc. de regal. disc.* 10. *n.* 6., *et disc.* 145
188. *n.* 2.
Quaestio igitur tota reducitur ad residuale pretium d. of-
ficii vacabilis, post satisfactos creditores reservationem decreti
habentes, inter alios creditores ejusdem officialis communis
debitoris, d. reservatione decreti destitutos, atq; in his facta
ut dixi, illius resignatione, seu venditione, super pretio re-
siduali deposito, servatur communis regula, ut prior in tem-
pore, sit potior in jure, hoc est ut creditores hypothecarii eo
desuper praeferantur, juxta temporis praerogativam *Rota* 146
in d. dec. 338. *n.* 3. *part.* 13. *rec.* ubi plures concord.
Et hoc verum, tametsi creditores reservationem decreti non
habentes in causam societatis officii crediderint, nam hujus-
modi privilegium praelationis, quod credentes societati ha-
bent, in proposita facti specie, operatur in fructibus, seu
emolumentis officii dumtaxat, non in pretio, minusque in ti-
tulo, seu dominio officii vacabilis in commercio, uti superius
dixi, nequaquam existentis; eoque amplius, ut sicuti hypo- 147
theca creditorum afficit solos fructus, solaque emolumenta of-
ficii, quo desuper coita societas proponitur, seu in hanc cau-
sam mutuatum dicitur, pernecesse inde sequitur, ut resi-
gnato officio, seu vendito, distrahatur societas, et distracta

societate, deficiat subjectum persequi aptum in fructibus, seu
emolumentis consistens, quemadmodum magistraliter, et late
148 *Rota in d. dec.* 338. *n.* 5, 6. *ad seq. et per tot. part.* 13. *rec.*
Sent doctores, qui in societate dari laesionem, seu remedium *leg.* 2. *c. de rescind. vend.* sentiunt, illosque collegi in
alio meo tractatu *de laesione part.* 1. *cap.* 4. *n.* 76. *ad* 79.
149 *et part.* 2. *cap.* 1. *n.* 72., et videtur admittere etiam *Rot. in*
dec. 234. *per tot. coram Buratto.* Equidem vero in proximo
superiore *cap.* 10. *n.* 194. non dari, seu melius non aperiri
debere hoc laesionis remedium in societate, probavi cum suis
effectibus ab illa provenientibus, sed magis reductionem attribui ad aequalitatem in societatibus praecipuam, ut in d.
150 superiore *cap.* 10, *num.* 192. *ad* 195. hujus quartae partis.
Atque advertit etiam *Felic. de societ. cap.* 5. *n.* 30.
Quaerit *Bartolus in leg. Athejus* § *de eo opere ff. de*
aquo pluvia arcen. Si propter delictum destruenda sit domus alicujus delinquentis eam communem cum alio haben-
151 tis, quid sit faciendum? Si domus sit pro indiviso, dividenda
ita est, ut socius insons partem illius habeat minori damno
suppositam, puta inferiorem, ut superior delinquenti assi-
152 gnanda commodius destruatur; si vero domus jam divisa fuerit, et delinquenti obtigerit inferior pars; ne destructa inferiore parte, tota demoliatur domus, commutationi illius
locum esse existimarem, et socius insons recipiat partem
inferiorem, et pars superior destruatur ut supra, quod temperamentum mihi aptius videtur, quam illud cogendi fiscum
153 invitum ad superiorem domus partem emendam. Quod si
domus commodam non patiatur divisionem, nec una pars
domus sine alia destrui possit, tunc socio insonti superest
actio adversus delinquentem ad id quod sua interest, pro
154 damni, ejus culpa, sibi illati emendatione; haec tamen
omnia socius insons proponere debet re integra, hoc est
domo via publicata ante sententiam vel saltem ante illius
155 executionem; additur, *Petr. de Ubald. de duob. fratrib.*
par. 8. *n.* 26 Hanc quaestionem latius resumit ad diversos
alios juris effectus *Michalor. de fratrib. part.* 3. *cap.* 36. *n.*
37, *ad plur. sequen.*
Alia quaestio. Duo sunt fratres in communi viventes, aut
socii; tertius testamentum facit, et jubet haeredi suo, ut
uni dd. fratrum, vel sociorum, designatum fundum, certo
quidem, sed vili pretio vendat; utrum ille socius, vel frater
emens, sibi solum, vel socio etiam, seu fratri communiter ac-
156 quirat? Et sibi tantum acquirere resolutum refert *Corpan.*
ad statut. Mediol. c. 483. n. 228. *cum seq. t.* 2. Equidem
bene resolutum existimarem in societate generali, aut particulari, quia talis acquisitio ad quaestum directo non pertinet, cum lagitionis, non sine ejus personali merito fieri solitae, naturam contineat; omni autem dubio procul, si no-
157 mine quaesivit proprio. Quod si de societate agitur universali, non haesitarem, suprascriptam acquisitionem societati
factam intelligi, quantumvis proprio ejus nomine acceptam, juxta regulas semel, iterumque supra insinuatas *par*
158 2. *cap.* 4. n. 139. *cum seq. et par.* 3. *cap.* 10. n. 77. *ad seq.*
Pater similiter plures filios habens unum eorum luxuriantem, ludentem, ferantem, et alias res paternas, surripientem, atque dissipantem, cum aliis fratribus ex aequo
instituit haeredem in testamento; quaerebatur, utrum alii
fratres, et cohaeredes pro indiviso possidentes in actu divisionis valeant imputare, quod vivente communi patre dis-
159 sipavit, ac male perdidit? Negat textus; sed melius distinguit in *leg. et puto* 16. § *et imo ff. famil. ercisc.* ibi » Et
» imo si vivo testatore, unus ex haeredibus pecuniam su-
160 » stulerit in familiae erciscundae judicium, ea non venit,
» quia tunc nondum haeres erat; ubi autem quasi haeres fe-
» cit, etsi aliam praeterea quia actionem habet, tamen tene-
161 » ri eum familiae erciscundae judicio. Julianus scribit » Intrinseca ratio est in prima parte distinctionis, quia pater testando, et de hisce delictis mentionem non faciendo, videtur
162 injuriam remisisse; quod tamen intelligitur, si loquendo de
filio, hic in potestate patris fuerit, secus si fuerit emancipatus tempore, quo luxuriavit, atque surripuit, nam tunc quia
actio patri jam erat nata, potuit eam in alios suos filios uti
163 haeredes transmittere, ita bene, ut opinor *Petr. de Ubald.*
de duobus fratrib. par. 8. n. 25.
Socius duo administrat negotia, alterum sociale, et alterum
proprium, solvit pecuniam tertio, qui utrique negotio crediderat: quaeritur in quam causam cedat solutio, nulla decla-
164 ratione in actu solvendi facta? Ex praesumptione juris censetur soluta in causam debiti proprii, seu negotii proprii *Card.*
165 *de Luca de credito disc.* 160. *n.* 6. et clarius *Jovius de con-*
tract. min. gloss. 25. § 13. *n.* 212. quod si solutio facta doceatur cum pecuniis negotiationis socialis, non ambigendum
quin dicatur solutio facta in causam societatis *Jov. de con-*
tract. min. gloss. 25. § 13. *n.* 213. *Rot. dec.* 293. *n.* 18. 166
part. 5. *tom.* 1. *rec.*
Unus pariter sociorum, si pecunias ab alio socio recipiat,
sine declaratione aliqua: quaeri solet in quam causam cedat
solutio, an capitalis, seu potius fructuum, vel utilium socia-
lium? Regula est ut solutio cedat in causam duriorem *leg. cae-* 167
terum 3. *ff. de solut. Constant. vot.* 311. *n.* 11. *et* 18. *t.* 2. 168
Rot. dec. 293. n. 4. *par.* 5. *t.* 1. *rec.*, *et dec.* 6. *n.* 2. *de reb.*
credit. cor. Falconer. ubi quod causa antiquior, ut in casu
est sors principalis, seu capitale, illa durior est. ad *textum* 169
in leg. creditor 102. § *Valerius ff. de solut.*, *ibique Bart.*
et alii. Sed in contrarium alii, quod solutio magis cedat in
causam usurarum, vel fructuum, quam sortis principalis *leg.*
in iis 5. § *fin. et l. Titia* 48. *ff. de solut. Rot. in dec.* 31. 170
n. 2. *de usur. cor. Falconer.*
Marcianus tamen jurisconsultus praesentem tollit quaestionem in *leg. cum ex pluribus* 103. *ff. de solut.* ibi » cum ex
» pluribus causis debitor, pecuniam solvit, Julianus elegan-
» tissime putat, ex ea causa eum solvisse videri debere, ex
» qua tunc, cum solvebat, compelli poterat ad solutionem » 171
Et huic principio innixi doctores de societate loquentes, ita
distinguunt; aut de tempore solutionis erat finita, seu distracta societas, aut perseverans; priore casu, quia socius administrans, qui alteri socio quid solvit, compelli poterat ad utramque, et capitale, et utilia, solutio praesumatur cessisse in
causam antiquiorem, et ideo duriorem capitalis potius quam
utilium? Posteriore autem casu, quo videlicet durabat so- 172
cietas, solutionem cessisse dicamus in causam utilium, seu
compendiorum socialium, quae quandoque certis anni tem-
poribus ex pacto, aut consuetudine dividuntur. *Felic. de so-* 173
ciet. cap. 15. n. 29. *ad seq. Mart. medic. dec. Senen. exam.*
15 *n.* 30.
De puteo duobus, vel pluribus communi, quaeritur an dividi possit? Et dividi posse respondit Ulpianus *in l. per hoc* 174
judicium 4. *sub princ. ff. communi divid.* ibi » De puteo
» quaeritur, an communi dividundo judicio agi possit? Et
» ait Mela, ita demum posse, si solum ejus commune sit »
ubi *Faber. in* § *de puteo ff. eod. tit. Cepolla de servit.* 175
urban. praed. cap. 47. *n.* 2. *Petrus de Ubald. de duob. fratrib. part.* 4. *n.* 24. sed quomodo sit dividendus puteus,
per se individuus allegati doctores non dicunt existimo propterea, cum in divisione putei servari regulam, quae in superiore proximo *cap.* 10. *n.* 165. *ad seq.* super divisione rei 176
indivisibilis, tradita est. Quod si duo, vel plures jus habent
hauriendi ex vicino puteo aquam, tunc submota divisione,
jure promiscuo hauriendi aquam utuntur, ex *Fabro in d.* 177
leg. per hoc judicium § *de puteo in fin. ff. communi divid.*
Petr. de Ubald. de duob. fratrib. d. part. 4. *num.* 24.
Superius *part.* 1. *cap.* 3. *n.* 23. *ad* 27. dixi, et probavi,
ex illicita causa quaesitum per socios non conferri in societatem, et si collatum sit, catenus retineri per socios, quousque condemnatio restitutionis interveniat: pone nunc quod 178
sociorum unus dolose versatus sit in administratione societatis, multos deceperit (quotidie enim hoc accidit, unde
Cic. de offic. lib. 1. de his loquens, nihil, ait, proficient,
nisi admodum mentiantur). Conscientia criminis tactus, ad
sacerdotem poenitens accessit, eique suum furti crimen, 179
confitendo enunciavit; sacerdos restitui male ablatum jussit,
ille socius poenitens prae oculis memoriam suae aeternae sa-
lutis habens, vult restituere; quaeritur, an de communi ta- 180
lis haec fieri debeat restitutio? Pro negativa facit *textus in*
leg. quod enim 55. *ff. pro socio* ubi quod intervenire debeat 181
condemnatio judicis, eaque apparere. Sunt qui sententiam
sacerdotis in hoc apparem faciunt sententiae judicis, ut per 182
Petr. de Ubal. de duob. fratrib. part 5. *sub n.* 4. *Felic. de*
societ. cap. 12. n. 43. Sed haec sententia sacerdotis non apparet, quia occulta est, neque potest apparere propter sacramentale sigillum; nec si appareret etiam, proficeret, quia 183
sententia debet justificari ex actis, non ex simplici confessione socii, in alterius praesertim socii praejudicium *leg. hac*
leg. 2. *c. de sent. ex brevic. recit. Constantin. vot.* 506. 184
n. 6. *tom.* 4. *Rot. in dec.* 275. *n.* 25. *part.* 10. *recentior.*
Quid juris igitur in hac ita proposita facti specie? Distinguendum ita videtur; aut licita initio fuit societas, aut illicita. Si illicita, restitutio fiat, sine ullo judicis imperio =
quia delictorum turpis, atque foeda communio est = Sunt
verba textus *in leg. quod autem* 54. *ff. pro socio.* Sin autem 185

societas licita initio fuit, et tunc si socius pravae acquisitio-
nis conscius extiterit, et hoc probari possit ab altero socio,
186 et tunc debet restitutio fieri de communi massa; aut ignarus
fuerit, et delicti non particeps, et tunc non videtur delin-
quentis confessionem, quantumvis asseveratione sacerdotis
confessarii in id a poenitente forte licentiam habentis, con-
187 firmatam sufficere, nisi concludenter rem male quaesitam
esse demonstretur, nam inesse potest confitentis fraus, ita
ut socius poenitens de sua portione teneatur, ut non de com-
muni male ablatum restituere, atque ita etiam sentire vide-
188 tur *Petr. de Ubald. de duob. fratrib. part.* 5. *sub n.* 4.
Socius tamen sciens emptores ad commonem negotii utilita-
tem fraudasse, ultero etiam inscio consocio, si emptorem
fraudatum, non habeat certum, id quod plerumque in ven-
ditione rerum venalium minutarum puta mercium contingit,
poterit seorsim, et clanculum quoque summam fraudatam
de communi in pauperes erogare, societate durante, veluti
189 ad rem proxime advertit *Petr. de Ubald. eod. tract. part.*
6. *sub* n. 7.

Tetigi superius quaestionem, ut nomina debitorum ve-
niant in societate universali, non ipso jure, sed praevia ju-
190 rium cessione, ut in *part.* 2. *cap.* 4. *n.* 93. *et* 94. Tetigi
quoque aliam quaestionem fere consimilem, ut particularis
societas super debitorum nominibus, aliisque juribus rite
191 contrahatur *part.* 3. *cap.* 1. *n.* 98. ita ut exactione facta,
vel in parte, vel in toto per unum ex sociis fieri debeat ae-
qualis, aut proportionata ad formam pacti divisio. et respe-
ctiva communicatio, tam exacti, seu accepti. quam expensi
192 *Rot. in dec.* 110. n. 3. *et per totum coram Celso.*

Nunc elegans exhibetur quaestio de duobus aut pluribus
sociis, qui unitim, vel separatim habeant jura puta dotis, le-
gati, census, fideicommissi, et hujusmodi adversus tertium,
vel tertios experiunda, et illi insimul coeant. atque paciscan-
tur, ut cujusque credita, jura, et respective bona vindicanda,
communibus, ut aequalibus recuperentur sumptibus, atque
laboribus, et postea aequaliter dividantur. quocumque modo.
193 titulo, et causa recuperatio fiat; utrum recuperatis bonis seu
creditis omnibus, et non alterius ex sociis. super eisdem bonis
recuperatis, seu pecuniis exactis. aequalis debeat fieri tam
194 accepti, quam expensi divisio? Secluso quidem tantae inae-
qualitatis casu in primordio conventionis unice spectando,
ut inexcusabilis erumpat laesio, puta quia jura unius socii
fuerint clarissima, alterius implicatissima; item unius maxi-
ma, puta scutorum 1000., alterius minima puta sc. 100. his,
aliisque similibus exceptis casibus, injustitiam, et inaequali-
195 tatem in origine, exhibentibus; videbatur dubitari non posse,
quominus aequaliter fieret, ad formam pacti inter socios di-
visio, propter periculum quoque sumptuum, et laborum,
quod socii subeunt omnes; et argumentum pro hac affirma-
196 tiva suppeditat responsum Ulpiani in *l. verum* 64. *§. si cum
tres ff. pro socio*, et uniformiter etiam quaestionem hanc,
clariusque resolvit *Rot. in dec.* 1146. *fere per totum tom.*
5. *cor. Molin.* ubi *n.* 4. 5. 6. *et seq.* resolutionem ampliat
ad casum, in quo sociorum alter seorsim per transactionem
vel alio etiam titulo oneroso, praeterquam emptitio. certa so-
197 luta summa quidquam recuperaverit; nam haec recuperandi
facilitas fructus est coitae societatis, forte quia ad judicium
vocatus, plurium contradictorum sociorum nomine ad liti-
198 gandum perterritus. transactioni aures praebuit, alias non
praebiturus, auctoritas enim, consilium, potentia unius so-
cii, non parum compendii assolet societatem inferre, ut su-
199 perius *part.* 2. *cap.* 1. *n.* 170. *et* 172. *et cap.* 7. *n.* 49. di-
ctaque decisio confirmata fuit in gradu appellationis *in Ro-*
200 *mana communicationis bonorum super negotio principali*
12 *aprilis* 1709. *coram Card. Aldrovando.*

Dubitari etiam potest, an recuperans uti supra bona fru-
ctifera, ratam quoque fructuum solvere debeat aliis consociis
201 loco damnorum, et interesse? *Rot. in d. dec.* 1146. *num.* 9.
tom. 5. *coram Molin.* minime dubitavit fructus deberi, et
quidem deberi a die recuperationis, illa ratione, quia fru-
202 ctus sunt sequela dominii *leg. fructus* 45. *ff. de rei vindic.*,
et leg. cum filius 78. *§. dominus ff. de legat.* 2. Sed quia
ab eo, qui recuperavit in casu d. decisionis, allegabatur bo-
na fides, et aliae rationes in contrarium adducebantur, *Rota*
in actu expeditionis super fructibus, attenta brevi, jussit;
quoad fructus decursos a die motae litis causam expediri;
quoad illos autem fructus a die recuperationis ad motae li-
tis tempus petitos aliquantisper haesit, ut ideo novam au-
203 dientiam indulsit. ut in *dec.* 1181. *per tot. cor. Molin. d.*
tom. 5. Re proposita tamen causa super eisdem fructibus, co-
ram statuit auditoriam, eosdem fructus ratae bonorum re-
cuperatorum a die recuperationis, et non motae litis tantum
loco damnorum, et interesse deberi; demptis tamen favore 204
recuperantis fructibus pro rata illarum expensarum per re-
cuperantem pro recuperatione factarum, quae ad socios per-
tinebant, ut in *Romana communicationis bonorum super* 205
fructibus 15. *aprilis* 1709. *cor. cl. mem. Card. Aldrovando.*

Opponebatur etiam ex parte recuperantis, se nomine tan-
tum proprio, propriisque juribus, et titulis bona controversa
recuperasse, ita ut res recuperata in proprium dominium
transierit una cum fructibus, qui sunt illius sequela, ad in- 206
star ejus, qui pecunia etiam sociali nomine proprio quid-
quam quaesierit, et sibi, et non sociis quaesierit, obliga-
tione sibi restituendi pecuniae socialis ratam aliis sociis una
cum damnis, et interesse, remanente dumtaxat, ut in su-
periore *part.* 2. *cap.* 69. 70. *et* 71. *num.* 5. Praeter quod 207
enim restituta pecunia, solutisque damnis, et interesse,
res in idem incidit, respondit decisio, non sine mala fide
ita se gessisse recuperantem, stante praecedenti recupe-
randi, et communicandi pacto per socios inito, ita ut,
praeter sortis ratam, fructus quoque debeantur, si non uti
fructus, saltem uti damna, et interesse ut *in d. Romana* 208
communicationis bonorum super fructibus 15. *aprilis* 1709.
§. atque hinc cum duob. seq. cor. d. D. Card. Aldrovando.
Verior tamen, mea sententia ratio atque responsio est, quod
cum bonorum recuperandorum societas coita habeatur super
re particulari bonorum, et jurium recuperandorum, desi-
gnata atque determinata, sit societas particularis unius rei,
sit generalis unius certi, et designati negotii, illud in jure 209
certum est; ut quamvis acquisitio fiat nomine acquirentis
proprio, sit nihilominus communicanda, una cum accessio-
nibus, alias in substantia, ipsa destrueretur societas, ut late
superius demonstravi *part.* 2. *cap.* 5. *n.* 47. *et* 48. *et cap.* 210
6. *n.* 68. *ad seq.*

Quoad fructus pariter illius ratae bonorum recuperatorum,
quae sumptus factos in eam causam concernit, puta in trans-
igendo, refundendo, compensandove, sociis denegandos cen-
suit *Rot. eo loci §. diversimode* quia fingi oporteret, socios 211
a die recuperationis liberum acquisivisse bonorum recupe-
ratorum ratae dominium, sine ulla pretii, aut expensarum
in ea recuperatione factarum, solutione, et sic fingi oporteret
rem sine pretio quaesitam, quod incivile esset; eoque am- 212
plius, ut in recuperante illud inconveniens emergeret, ut
fructus in ea bonorum rata perceptus deberet in causam sum-
ptuum compensare, quod foret plane durissimum. Absque 213
eo denique, quod pro parte aliorum sociorum objiciatur sum-
ptus in causam recuperationis factos, sterilis pecuniae vicem
obtinere, sine requisitis contractibus infructiferae; nam re-
surgit responsio super data, quod nequeunt hi socii fructus
ratae expensarum respondentes, suos facere, num fructus ipsi
ex re, non soluto illius pretio perciperent, contra juris prin- 214
cipia; additur pecuniam per recuperantem erogatam in rem
fructiferam sibi fructus parere, ita latius *Rota in d. Romana* 215
communicationis bonorum super fructibus die 15. *aprilis*
1709 *§. penult. cor. d. cl. mem. Card. Aldrovando.*

Certatum quoque fuit separatim super communicatione,
et respectiva solutione expensarum pro recuperatione facta-
rum. Nullum fuit dubium circa proportionatam communica-
tionem, et respective refectionem expensarum in causam d.
recuperationis factarum, cum hoc sit a jure societatis indu-
biae sancitum, quae quae sint expensae, aut ex causa litis,
aut ex causa transactionis, puta transigendo, solvendo, et
compensando: dicebatur tamen, onus d. refectionis urgere in 216
iis expensis, non simpliciter promissis, sed realiter solutis, et
quidem legitime, atque causa cognita, et non inconsulto so-
lutis, puta, uti dicebatur utiliter transigendo, solvendo, com-
pensandove ita quidem, ut si socius recuperans aliquid de 217
jure suo proprio remisit, aut compensavit, de hoc jure remis-
so, atque compensato, tamquam in vim societatis in conven-
tione comprehenso, et aliis sociis communicato, nulla haberi
ratio debeat. Plures alias quaestiones respicientes justitiam, 218
et modum reficiendi expensas in recuperatione bonorum fa-
ctas, ibi dispungit *Rota* notatu dignissimas *in Romana com-* 219
municationis bonorum super expensis 15. *aprilis* 1709. *cor.*
d. D. Card. Aldrovando. Binae sunt aliae decisiones super
aliis incidentibus in eadem causa emanatae, videlicet, altera
continens, quae bona recuperata veniunt in societatem, et
sint communicanda, qua in re spectandum esse ait tenorem
apocae societatis, ac tempus recuperationis, an haec societa-
tem praecesserit, vel subsecuta fuerit, ut *in Romana com-* 220

Zanchio

municationis bonorum super reservatis 28. *junii* 1709. *cor.*
d. D. Aldrovando. Et altera concernens, qui fructus, quaeve
expensae, eisdem terminis superioris decisionis convenientes
221 debeantur, ut in eadem *Romana communicationis bonorum*
super fructibus, et expensis die 28. *junii* 1709. *cor. eod.*
quas indicasse sufficit.
Pertinent quoque ad onus societatis sumptus pro alimonia
sociorum peregrinantium, seu nundinas adeuntium, in gra-
tiam ejusdem societatis facti, interque caeteras leges praesto
222 est illa Ulpiani *in leg. cum societas* 70. *ff. pro socio.* Magna
profecto est in hac interpretanda lege difficultas, magnaque
doctorum praecipue classicorum contentio; ut iis lustratis,
in quam quisque partem abeat, anceps omnino subsistat.
Sunt qui indicatam legem nodo Gordiano similem dicunt,
et solventi regnum exhibent: tanta merces ingenium persouit
223 diversorum jurisperitorum, sed inutiliter hactenus. Multipli-
citer porro dubitatur, et primo circa lecturam *d. leg. cum*
societas. Vulgati textus verba, haec sunt » Cum societas ad
» emendum coiretur, conveniret, ut unus reliquis nundina-
» rias epulas praestaret, eosque ad negotium dimitteret, si
» eas eis non solverit, et pro socio, et ex vendito cum eo
224 » agendum est ». Contra vero Pandectae Florentinae in ea-
dem *leg. cum societas*, ita se habent » Cum societas ad
» emendum coiretur, et conveniret, ut unus reliquis nun-
» dinas, idest epulas praestaret, eosque a negotio dimitteret,
225 » si eas eis non solverit, et pro socio, et ex vendito cum eo
» agendum est.
Quaeritur ergo primum, utra recitatae legis lectio sequen-
da sit? Habet enim utraque suos sectatores. Et priorem le-
cturam sequendam esse antesignanus tradit *Haloander* se-
226 cutus a *Cujacio in suis observat. lib.* 4. *cap.* 17. *tom.* 3.
col. 99. *Marquard. Freer. Parergon., seu verisimilium*
cap. 29. *apud Everard. Otton. opusc. tom.* 1. *pag.* 946. *Ja-*
cob. Constantinneus subtilium enodationum lib. 2. *cap.*
21. *apud eumd. Everard. Otton. opusc. tom.* 4. *pag.* 594.
227 Posteriori autem lecturae adstipulantur *Gothofred. in d.*
leg cum societas ff. pro socio Voet. in pandect. lib. 17.
tit. 2. *n.* 18. *pro socio.* Contra vero *Faber. lib.* 5. *conjectu-*
rorum cap. 4. intrepide sustinet, utramque lecturam defen-
228 di posse, et parum referre utro modo legatur. Equidem vero
Haloandro, et sequacibus libenter accedo, prioremque teneo
vulgati textus lecturam, quae eidem quoque magis placet
Fabro in d. l. cum societas circa fin. ff. pro socio, ubi ita
scribit. » Malo certe *nundinarias epulas* cum Haloandro hic
» legere pro sumptibus faciendis ad epulas in nundinis,
» quam, ut vulgo *nundinas idest epulas*, tametsi epulas po-
» tuerit hic Ulpianus dicere pro epulis nundinariis per me-
» tonymiam. Malo etiam cum eodem Haloandro legere, *eos-*
229 » *que ad negotium dimitteret*, quam ut Florentiae *a nego-*
» *tio*, aut quam *admitteret pro dimitteret.*
Moveor etiam, quia cum illud Pandectarum Florentina-
rum *praestare nundinas*, forte tutas, atque expeditas, in ore
privati non habeat sensum, praestare autem epulas nundina-
rias, hoc est viatica, ut *in leg. si fratres* 53. *§. penult. ff.*
pro socio. Suum quidem sensum habet casui congruentem;
etenim quod nundinae per explicativum verbum *id est* epu-
las significent, male aptatur Ulpiano cultiori lingua ornato,
quantumvis d. formula loquendi in ore vulgi inducta vige-
230 ret. Deterius *Radulph. Forner. rer. quotidian. lib.* 3. *cap.*
28. *penes Everard. Otton. opusc. tom.* 2. *pag.* 222. legi de-
bere *empulas*, et non *epulas* contendit; etenim verbum hoc
empula, latinum non est, non item barbarum, a nemine,
quod sciam, hactenus usurpatum; quod pro certo scio d. vox
empola graeca omnino est diciturque graece ἐμπολὴ, et si-
gnificat *negotiationem*, unde solecismi resurgit vitium, quia
231 praestare nundinas, ideat *empolas*, seu negotiationes sensum
non habet captu facilem; ex diverso autem *praestare nun-*
dinarias epulas, non abhorrent latini sermonis periti, sen-
sumque locutio habet naturalem, et casui congruentem.
Suadeor insuper de cerebroso additamento d. graecae dictio-
nis ἐμπολὴ, quia Ulpianus ubi graeco opus habuit verbo, il-
lud apposuit, et quandoque explicavit, ut videre est *in leg.*
232 6. *ff. de just. et jur. leg.* 30. *ff. de legib. l.* 4. *et* 6. *ff. de*
offic. Procons. l. 4. *ff. de iis qui not. infam. l.* 34. *ff. de*
recept. arbitr. l. 1. *et* 7. *ff. naut. caup. stabul. l.* 19. *ff. de*
judic. l. 28. *ff. de petit. haeredit.* atque pluribus aliis in lo-
cis, in libris pandectarum facile videndis, quod cum non fe-
cisse Ulpianum *in d. leg. cum societas* appareat, d. dictio
empola, seu *empula* explosione digna est.
Quoad substantiam vero, seu interpretationem *d. leg. cum*
societas 70. *ff. pro socio* pertinet, perdifficilis est illius exe-
cutio, quae insigniores proinde torsit interpretes, eosque in
diversas, et pugnantes, abire coegit sententias, *Cujacium* in
primis jurisperitissimum non puduit fateri, *se a juventute*
sua usque ad senium d. legem contemplasse, illiusque intel-
lectum assequi nequivisse, legisque difficultatem ad illa ver-
233 ba = *et pro socio, et ex vendito cum eo agendum est* = ma-
xime restringit. Actionem *pro socio* admittit; alteram vero
ex vendito, quo referat, ignorat, solumque probabilibus sti-
234 fatetur argumentis *in lib.* 4. *suar. observat. cap.* 17. *tom.*
3. *col.* 99. *lit. E., et col.* 100. *lit. A. B.* En ejus verba » A
» quo tempore juri civili operam dare coepi, nulla me lex
» diutius torsit, quam *lex cum societas ff. pro socio.* Nec
» plane etiam nunc ausim dicere eam a me legem intelligi;
235 » ait Ulpianus = *cum societas ad emendum coiretur, et*
» *conveniret. ut unus reliquis nundinas, id est epulas prae-*
» *staret, eosque a negotio dimitteret, si eas eis non solve-*
» *rit, et pro socio, et ex vendito cum eo agendum est.* =
» Primum omnium uti nundinae pro epulis accipi possint,
» non video; tum quid sit a negotio dimittere, non intelli-
» go; deinde quod obscurius est, non solutis epulis, quor-
236 » sum detur actio *ex vendito*, et ei ob eam causam, qua ra-
» tione locus esse possit, adsequi nullo modo possum. Postre-
» mo quia in aliis editionibus ita legitur = *cum societas ad*
» *emendum coiretur, et conveniret, ut unus reliquis nun-*
» *dinarias epulas praestaret, eosque ad negotium dimitte-*
237 » *ret* = utra sit lectio verior subsisto: ad hanc tamen poste-
» riorem proclivior sum etc. Inita igitur ad emendum socie-
» tate, convenit inter socios, ut unus nundinarias epulas
» praestaret, reliquos in negotium mitteret; hi negotiati
» sunt, non solvuntur epulae, habent in eum, qui epulas
» non praestitit, ex lege societati addita *pro socio* actionem,
» actionem *ex vendito* ipsi non habent, haec enim venditori
» datur, nihil autem ipsi socio vendiderunt; rursus *ex em-*
» *pto* actionem non habent, ipsis enim, is qui epulas prae-
» stare debuit, nihil vendidit, ut frustra Accursius exponat
238 » *ex vendito*, id est *exempto*, igitur *pro socio* dumtaxat
» actionem habent. Puto tamen, eum qui vendiderit his,
» qui in negotium missi sunt, dum unus epulas paret, non
» in eos tantum, qui emerunt, sed in eum etiam, qui epu-
» las praestare debuit, quasi et ipse emisse videatur, qui
239 » hac de re societate contracta, socios in negotium misit, *ex*
» *vendito* actionem habiturum; et hanc esse sententiam *l.*
» *cum societas*; nec enim qua fini datur actio *pro socio*,
» eadem atque adeo, nec eidem actio *ex vendito* datur: simi-
» liter vero, et venditori non in eum dumtaxat, qui alterius
» mandato emit, sed et in eum qui mandavit *ex vendito*
» actio competit *l. Julianus §. si procurator ff. de act. em-*
240 » *pti* » et Cujacio videtur consentire *Marquard. Freer. Pa-*
rergon., seu verisimilium cap. 29. *penes Everard. Otton.*
opusc. tom. 1. *pag.* 946.
Ingeniosa quidem est haec *Cujacii* expositio, atque ipso
digna, dum actionem *ex vendito* congrue attribuit mercium
venditori adversus socios, qui emerunt, et insuper in eum
pariter socium, qui eosdem ad negotium misit, propter soli-
dalem obligationem, quam erga creditores sociales, socii pas-
241 sive contrahunt, quemadmodum demonstravi supra *part.* 2.
cap. 10., et alibi; sed equidem in applicatione, anceps hae-
reo; propterea quod non video in *d. leg. cum societas* agi
de pretio mercium emptarum, et respective venditarum non
soluto, sed agi dumtaxat de epulis nundinariis promissis, et
non solutis, ex littera d. textus = *si eas eis non solverit* =
Nundinariae hae epulae socios limitate negotiatum missos,
quasi sumptus ex causa societatis factos respiciunt, in quibus
nihil commune habet mercium venditor, et respective pretii
242 mercium forte non soluti creditor: quamobrem d. *Cujacii*
expositio captui meo non omnino se accomodat, nisi quaestio
pretii mercium non soluti, et in d. lege nequaquam indicati,
ex integro fingatur; haec secum animo resolvisse Cujacium
non dubito, qui propterea de se modestissime sentiens, non
243 erubuit palam profiteri = *nec plane etiam nunc ausim dice-*
re, eam a me legem intelligi =
Faber autem non vulgaris scivolis juris ornatus, imo acu-
tissimi ingenii vir in *d. leg. cum societas ff. pro socio.* Sum-
matim ita interpretatur. Res ab uno, vel sociorum aliquibus
quaesita, caeteris per divisionem communicatur, hujusmodi
plane communicatio, seu divisio per quamdam speciem ven-
ditionis fit; tum propterea cum socii illi, in casu legis, qui
missi sunt ad negotium communicant, seu dividunt cum alio
244 socio, qui misit, quaesitas merces, huic ratam suam quasi

vendunt; et actione *ex vendito* de epulis nundinariis non praestitis, satisfieri sibi, vel in pecunia, vel in mercibus ipsis beneficio retentionis, procurant; *pro socio* autem una agunt, ut alter fidem placitis praestet, et sic utramque sibi actionem veluti non incompatibilem accommodant. Et hanc expositionem idem *Faber* longe clarius, latinaque repetit in suis *con-*
245 *jecturarum juris civilis* libris, videlicet *lib.* 5. *cap.* 4. *per totam.*

Elegans plane, subtilis, sed per anfractus traducta haec *Fabri* expositio videtur, nec ei propterea mens facile acquiescit. Est quidem verum quod textus docet *in leg.* 1. *c.*
246 *commun. utr. judic.* hoc est = *divisionem praediorum, emptionis vicem obtinere* = obtinere tamen vicem emptionis constat, circa bonam fidem utrinque adhibendam, aliaque plura. non autem indistincte, et semper, prout idem expli-
247 cat. *Faber. de error. pragmatic. tom.* 1. *decad* 8. *error.* 1. *n.* 23. 24. *et* 26. et singillatim aequiparatio, ac similitudo procedit post divisionem secutam, seu post res divisas acto traditas, ut sibi effectus emptionis adstruat divisio, non autem ante divisionem, ut in casu, ad tradita per *Zasium in leg. divisionis* 2. 5. *ff. de pact.* ibi » Diu divisionem aequiparari emptioni postquam res traditae sunt, non autem »
248 Quoad actionem propterea pertinet, cum divisio propriam actionem habeat, vel *pro socio* vel *communi dividundo* vel *Familiae erciscundae* de quibus in proximo superiore *cap.* 11. non facile percipitur, quomodo divisioni praesertim non-
249 dum secutae accomodari possit actio *ex vendito*, ut Ulpianus de tanta improprietate causari; ex his igitur duriuscula ni fallor videtur Fabri expositio.

Voet. similiter *in Pandect. lib.* 17. *tit.* 2. *n.* 18. *pro socio.* Omnes ingenii sui nervos intendit, ut controversae *l. cum societas* assequeretur intellectum: ait enim actionem *pro socio* sociis dandam, et in hoc nulla dubietas; alteram vero *ex vendito* ei, qui epulas praestavit, vel sociis eas vendidit; et in hoc laudo doctoris acumen; sed parumper sub-
250 sisto. Rem praxi proximam fingamus necesse est, videlicet ut socii negotiatum missi, panem emerint a pistore, vinum a tabernario, olera ab olitore, edulia, et alia hujusmodi, huc, illuc a diversis, qui non assolent pecunia credita, similia perminuta venditare; praeterea socii ad negotium missi indigere debebant coquo, hospitio, famuloque hujusmodi
251 rebus, et officiis necessariis inserviente; jam quisque percipit, rem veri non similem fingi, quod videlicet socii negotiatum missi in res tantulas distrahi, et de pretio fide per venditores habita, emere potuerint. Fingamus itaque verius, seu veritati magis proximum, socios negotiatum missos ad hospitium accessisse = *Nauta, hospes, et stabularius mercedem accipiunt* = prout his verbis ait Gajus in *leg. Nauta* 5. *in princ ff. nautae. Caupon. stabul.* merces in caupone non est propria rei venditae pretium, sed est insimul, et epularum praestitarum, et laboris, et famulatus, et hospitii, et custodiae debita compensatio, ita ut *ex locato*
252 magis, quam *ex vendito* proprie loquendo tribuatur actio *l. locatio* 2. *ff. locati.*

Desiderius quoque *Herald.* in ejus libris *observat., et emendat. cap.* 3. *apud Everard. Otton. opusc. tom.* 2. *pag.* 1316. explodit epulas, vel empolas, tamquam a semidocto, ut ait, in *d. l. cum societas* ex integro appositas, nundinasque tantum praestari legit, ac tenet; aitque illud *nundinas praestare* ad illum unum referri, qui solus nundinas adiret, et merces emeret, et societati acquireret, et hunc sensum habere illud nundinas praestare contendit, qua in re clarius concordat *Bynkershoek observat. jus. Roman. lib.* 5. *cap.* 17. inquiens, nundinas dici puto pro omni eo, quod
253 ad nundinas pertinet, *in l.* 69. *ff. pro socio*; caeteros autem socios ille unus a negotio dimisit, hoc est a cura abeundi, negotiandi, atque emendi, liberavit; si porro ille unus merces emit. et pretium non solvit, duplicem actionem inde ortam dicit, alteram sociis *pro socio*, ut ille unus pactum servet, et alteram venditori mercium non solutarum *ex ven-*
254 *dito*, ut pretium sibi ab omnibus sociis debitum solvatur. Hujusmodi interpretatio est omnino contra literam textus, qui ait *si eas eis non solverit*, non video cur illud *eis* debeat magis referri invenditori mercium, ut supponitur non solutarum, quam *reliquis sociis*, ut supponitur a negotio dimissis, seu liberatis. Est pariter contra eumdem textum, qui ad literam universum casum exhibet, nempe ut ille unus nundinas, seu nundinarias epulas praestaret, et non amplius curae, seu laboris quidquam impenderet, caeteros
255 vero socios numero plures ad negotium dimitteret.

Verisimilitudo etiam, congruitasque in suprascripta *Heraldi* interpretatione desideratur; si ille unus plenam, ut supponitur habebat mercandi peritiam, omnes sumptus in eam causam solus contulit, et solus mercatus fuit. cur socios a negotio dimissos, seu liberatos assumpsit, et non potius totum sibi mercando paravit negotiationis compendium? At
Heraldus reponet, noluit ille solus totum negotiationis sub- 256
ire periculum: non suadet ratio, quia si verbi gratia quatuor erant socii, et quatuor millia impenderes, aut mercari cum iis non constituerat; poterat solus mille, plus, minusve
in eam causam impendere; quaque versus igitur Ulpiani 257
locus spectetur, non non potest judicio defendi Heraldi interpretatio.

In hac tanta doctorum classicorum contentione, et discrepantia super interpretatione d. *leg. cum societas* 70. *ff. pro socio.* Quid equidem dicturus sum? Dicam vere, non est di-
scipulus super magistrum, juxta illud *Mathaei cap.* 10. *n.* 258
24. Tacere mihi potius, quam loqui expediret, nisi me exercendi tantum causa loqui liceret; dicam igitur libere quod sentio. Ulpianus eo loci de epulis nundinariis promissis, et non solutis agit, ut plerique sentiunt, iique in jure peritiores; at vero nonne frustranea fuit hujusmodi epularum, seu cibariorum promissio, seu stipulatio, cum scitura sit, socios, nundinas societatis causa adeuntes de viaticis seu quotidianis sumptibus, alimentisque ipsa juris dispositione succurri, ut illos, vel illa a societate detrahant. juxta ea, quae
indicavi superius *part.* 2. *cap.* 7. *n.* 101. *ad* 106.? Non certe 259
frustranea fuit, quia ibi de sumptibus ordinariis agitur ex d. juris dispositione debitis, hic autem sermo est de sumptibus, alimentisque extraordinariis, praecipuis, atque lautioribus,
hujusmodi sunt epulae nundinariae in pactum deductae: et 260
hoc, quo clarius pateat, sciendum, Romanos antiquitus helluari quotidie fere solitos fuisse, convivia cum pubblica, tum privata frequentari, et caenarum gurgitibus eorum patrimonia profundere. Variae hac re desuper latae comperiuntur leges *sumptuariae* nomine distinctae; Didia videlicet, Fannia, ac praesertim Licinia a Publio Licinio consule lata,
quae leges modum hisce sumptibus imposuerunt, quemad- 261
modum refert *Aul. Gell. noct. Attic. lib.* 2. *cap.* 24. Atque latius *Budaeus de Asse lib.* 5. *pag. mihi* 171.

In nundinis praecipue, et occasione nundinarum. mercatores se viscerationibus dabant; Publius Licinius Crassus, dives vulgo nuncupatus, consul, ut innui, unde Licinia lex prodiit, tantam conviviorum publicorum, et privatorum
coercuit licentiam; et quoad nundinas pertinet, statuit ut 262
cuique in dies singulos non supra triginta asses adeundi illas causa consumere liceret, extra vero nundinas, aliaque tempora in d. lege Licinia designata, longe minus impende-
rent, ut penes *Nicolaum Perott. Cornucopiae, sive linguae* 263
latinae pag. mihi 181. *n.* 30. *ad* 40. ibi » Post Didiam lata » est lex Licinia a Publio Licinio Crasso divite, cujus ferendae tantum studium ab optimatibus impensum est, ut » senatusconsulto juberetur, et tantummodo promulgata, » antequam trinundino confirmaretur, ita observaretur ab » omnibus, quasi jam populi sententia comprobata esset etc.
» Legis autem Liciniae summa haec erat, ut *Kalendis, No-* 264
» *nis, Nundinis*, liceret cuique in dies singulos triginta » dumtaxat asses adeundi causa consumere; caeteris vero » diebus, ne amplius apponeretur, quam carnis aridae pon» do tria, et salsamentorum libra, et quod ex terra, vite,
» arboreve natum esset. Harum omnium legum causa fuit 265
» nimia luxuria ».

Hanc ipsam legem Liciniam refert etiam *Klock. de aerar. lib.* 2. *cap.* 99. *n.* 23. ibi » Sic multae a veteribus Romanis » sunt repertae leges, quibus luxuria conviviorum cohibi» ta, ac parsimonia, et victus. atque caenarum tenuitas cu-
» stodita fuit. Didius Legem Fanniam ampliavit, et sanxit, 266
» ut non modo qui prandia, caenasve majore sumptu fecis» sent, sed etiam illi, qui ad eas vocati essent poenis legis » tenerentur. Licinius Crassus, qui dictus est dives, sum» ptuariam et ipse legem tulit, non admodum diversam a
» Fannia; haec ab ea differt, quod *Kalendis, Nonis, Nun-* 267
» *dinis* Romanis cuique in dies singulos triginta dumtaxat » asses adeundi causa consumere liceret; caeteris vero diebus, » qui excepti non essent, nec amplius apponeretur, quam » carnis aridae pondo tria, salsamentorum pondo, et vero,
» quae ex terra, vite, arboreve nata essent, promiscue lar-
» gita est » et hanc legis sumptuariae taxam refert. *Glarean.* 268
de asse impress. post Budaeum eod. tract. pag. mihi 19. *et* 20. ita ut, si, ut aliqui putant, assis quilibet illis tempori-

bus aestimabatur sextantarius, hoc est selibra, seu sex libra-
rum, dato valore oboli, cuique librae statim patent, ut ex
triginta assibus, summam obolorum centum octuaginta mo-
269 netae romanae, quae in usu hodie est, constitui.

Ad rem modo: Ulpianus cum in d. *l. cum societas* ita
constituit » Cum societas ad emendum coiretur, et conve-
» niret, ut unus reliquis nundinarias epulas praestaret, eos-
» que ad negotium dimitteret, si eas eis non solverit, et pro
270 » socio, et ex vendito cum eo agendum est » Ille quidem
unus, qui reliquos socios ad negotium dimisit, ut eos sibi
devinceret, alliceret, promptiores, diligentioresque haberet,
epulas nundinarias, hoc est, cibaria, non tenuiora, non soli-
ta, non ordinaria, sed abundantiora, et lautiora, durantibus
nundinis, praestare promisit, resque per se videtur admodum
271 plana. Gordianus modo nodus superest enodandus, hoc est
quomodo *ex vendito* concilietur actio. Antiqua testimonia
non habeo ea in re, quam dicturus sum, probabilibus ita-
272 que, ut *Cujacius*, utar argumentis. Suadeor quidem homi-
nes una semper indole fuisse, unoque studio, utilia sibi
quanta possunt maxima, parandi: quamobrem ad hodiernam
experientiam provoco: ea docet, absoluto aliquo negotio, puta
aedificio, fabros murarios ad laetitiam absoluti operis, lauta
coena gratis refici: idem, cum mercator in urbe frumentum
Pistoribus vendidit, ac metiri curavit, mensores enim com-
potationis causa, aliquid aeris a contrahentibus accipiunt;
273 idem denique cum aliquis mediator, seu proxeneta, qui ne-
gotium ad finem perduxit, ut proxeneticum, tributa etiam
actione petat, a consuetudine, haec omnia proficiscuntur.

Quid ergo vetat tantumdem in emptoribus, et venditoribus
mercium, tempore nundinarum, asseverare? Familiaria enim
erant, veluti demonstratum est, iis temporibus convivia, et
pro illis coercendis plura fuerunt leges latae, ac singillatim
pro epulis, seu conviviis nundinariis, fuit certa praestituta
274 taxa; si porro socius, vel institor quidquam, mercatores ho-
spitandi causa, vel in honorem illorum, quandocumque im-
pendit, a societate ipsa reintegratur, ut in superiore *part.*
275 2. *cap* 11. *num.* 123. 124. *et* 125. multo facilius credi pot-
est consuetudinem tunc temporis adfuisse admittendi ad
epulas nundinarias mercatores, seu mercium venditores, non
pro una vice tantum, sed pro tot vicibus; quot post negotium
emptionis, et venditionis peractum, ad dimetiendas, ponde-
randas, conservandas, et onerandas merces venditas insu-
mebantur dies, vel terra, vel mari praesertim fieri oneratio
276 contingeret; et si haec consuetudo tunc forte vigens admit-
tendi mercatores venditores ad epulas nundinarias esse de-
buit non incivilis, imo verisimilis, atque laudabilis, non vi-
deo, cur ea hac consuetudine, quae vim legis obtinet *l.* 33.
277 *cum trib. seq. ff. de legib.* nasci non debuit actio vendito-
ribus mercium *ex vendito* pro dictis epulis nundinariis, tam
278 quam appendicibus contractus. consequendis? meam equi
dem sententiam dixi, tu lector dijudica.

Dum praelo subderet hic meus de societate tractatus, roga-
tus fui responsum dare his, quae mihi proposita ita fuere;
duo in communi, et pro indiviso possidebant furnum, cuam
unusquisque grani ratam singulos in annos coaequalem con-
ferebat, sumptusque, reddituusque ambo pro virili communi-
cabant; accidit sterilitas. et consortium, seu condominorum
alter modia quadrigenta frumenti, non gravi pretio in eam-
dem furni communis causam comparavit, alter ducenta mo-
dia dumtaxat, graviori pretio contulit: exacto sterilitatis an-
no, eorumdem sexcentorum modiorum frumenti, in unam
279 collatis sumptibus, utilibusque, ex aequo ea dividere con-
tendebat, alter, qui minus contulit, et gravius impendit;
quaerebatur, an juste, vel injuste.

Propriae, ac verae societatis terminos inesse in proposito
casu primum negavi; nam furni communio potius. seu pro
280 indiviso possessio est secundum ea, quae in *part.* 1. *c.* 7. et
alibi, adnotavi; quamobrem si consortium, seu condominorum
alter. majorem contulit 400. modiorum portionem, pro rata
modiorum 300. suo nomine, suaque pro dimidia parte con-
tulisse, alia modia 100. pro altero consorte, seu condomino
281 supplevisse videbatur; ita quidem, ut utilibus semper ex ae-
quo divisis, qui capitalis nomine minus contulit, in proposita
facti specie, pretium suprascriptorum centum modiorum ab
altero solutum ei refundat utili negotiorum gestorum actio-
282 ne, ut *in l. qui aliena* 33. *§ fin. ff. de negot. gest.* ibi » Sed qui
» sumptus, necessarios, ac probabiles in communi lite fecit,
283 » negotiorum gestorum habet » aequum namque visum est,
ut qui supplevit alterius obligationem, sicuti rem utilem pro
284 eo gessit, sumptibus in id factis reintegretur; sicuti e contra
ratio naturalis non patitur ut coaequum alter habeat compen-
dii commodum, et onus dimidiatum sentiat, juxta regulam te-
xtus *in l. secundum naturam* 10. *ff. de regul. jur.*, *et in*
cap. qui sentit. 55. *eod. tit. in* 6. 285

Dicebatur tamen ab eo, qui frumenti minus contulit. se
plus impendisse, propter annonae gravitatem; sed non jure
ita opponebatur, quia non pecuniae quantitas conferenda erat,
sed sola species, nempe mensura grani sufficiens; si propte-
rea consortium, seu condominorum alter viliori pretio. gra- 286
viori alter emit, ille suae industriae, et vigilantiae, hic suae
desidiae, et negligentiae imputabit, nec novum est, ut vigi-
lantibus, non autem dormientibus jura subveniant. juxta re-
gulam *textus in l. pupillus* 24. *in fin. ff. quae in fraud. cre-*
dit. hoc autem intellige verum, nisi uterque condominus, al- 287
ter alteri vicissim dederit, aut expressum, aut etiam tacitum,
annonam comparandi mandatum, hoc enim in casu, una to-
tius pretii grani massa fieri, et ex aequo eos inter dispertiri
una cum utilibus deberet, eo tantum qui plus impendit rein-
tegrato. Minus etiam juste. qui plus frumenti contulit con-
tendebat omnes sumptus subire, et utilia suorum modiorum
400. collatorum percipere; altero, qui minus grani contulit,
cum utili, et damno suorum 200. modiorum manente; nam
ille fructus ex re alterius, videlicet ex ea furni parte alteri 288
competente pro modiis grani centum; contra jus perciperet;
fructus enim sunt sequela dominii, et ei qui dominus rei est,
jure debentur, cum pars fundi videantur *l. fructus* 45. *ff. de*
rei vindic., *et l. cum filius* 78. *§. dominus ff. de legat.* 2. 289

Quod si casus praeterea supra propositus esset in terminis
verae societatis. quae regulariter tractatu praecedenter habi-
to coitur *l. ut sit* 31. *et l. seq. ff. pro socio*, tunc plane qui
quadrigenta grani modia contulit, sicuti pro centum in cau- 290
sam societatis. suppletis alterius socii vicibus, necessario im-
pendit, non solum pro his sumptibus habet. actionem pro socio
repetitionem, sed inspecto jure civili, potest illius quoque pe-
cuniae pro altero subministratae usuras condicere ad *textum*
in l. si unus §. penult. ff. pro socio ibi » siquid unus ex so- 291
» ciis necessario de suo impenderit in commune negotium,
» judicio societatis servabit, et usuras, si forte mutuatus sub
» usuris dedit » subdit ad rem postea *textus* ibi » Sed si suam
» pecuniam dedit, non sine causa dicetur, quod usuras quo-
» que percipere debeat, quas posset habere, si alii mutuam
» dedisset » videlicet = *Non quasi usuras, sed quod socii*
intersit moram eum non adhibuisse = quemadmodum toti- 292
dem verbis subdit alter textus *in l. socium* 61. *ff. pro socio*,
hoc est, ut is, qui supplevit, in alium ad id quod sua interest 293
agat socium *Rot. in dec.* 1019. *n.* 8. *et in. cor. Lancetta.*

Verum haec quemadmodum supra in hoc tractatu, non se- 294
mel adnotavi, in terris ecclesiae ita intelliguntur, ut si ex
duobus sociis. pro aequali. tum quoad capitale, tum quoad
utilia coeuntibus, veluti regulariter coivisse praesumi ita debet,
ut per *Rota in Romana societatis et pecuniaria super actio-*
ne quanti interest super creditis 2. *maii* 1760. *§.* 4. *cor. bon.* 295
mem. Ubaldo. Alter viginti conferat, decem alter, hic tenea-
tur ad quanti alterius interest, viginti non fuisse collata,
quatenus initio clare constiterit de conventione inter socios
circa coaequalis capitalis collationem faciendam, quod si de
tali conventione non clare constiterit, intercesserit tamen 296
mora, per interpellationem inducta, quod tunc solum, qui
placitis non stetit, interesse, vel usuras alteri, qui supplevit,
loco damnorum persolvat, ut in *d. Romana societatis*, *et*
pecuniaria §. 5. *cor. eod. bon. mem. Ubaldo*, quae fortius ve- 297
ra sunt, si de interesse, vel usuris solvendis conventio in-
tercesserit *Rota dec.* 576. *n.* 6. *et* 7. *cor. Emerix. Jun.*

Quoad principale vero punctum difficultatis pertinet in 298
verae societatis schemate, an videlicet pretium grani majus
ab uno, et pretium ejusdem grani minus ab altero solutum
debeat in unum conferri, et aequis ex partibus postea, inter
ambos socios, despecta alterutrius majori, vel minori vigi-
lantia, repartiri; videbatur quaerendum, quid convenerint
partes, ut si convenerint suam quisque frumenti ratam con-
ferre, et quia hoc priore casu obligatio est adqualitatem, seu
speciem grani cuique praestitutam, non autem ad pretium
conferendum, directa, suam quisque pretii gravitatem, aut
minoritatem sublata in unum collatione, sibi retineat. Quod
si e contrario, nulla hac in re intercessit peculiaris conven- 299
tio, seu quae intercessit, gravi provisionem pro sociali nego-
tio necessariam generaliter continet, tunc videbatur pretium
unius, cum altero alterius, cessante culpa, juxta verae socie-
tatis regulas, misceri, atque conferri; potentissima quippe
ratio est, quia videlicet uterque socius mandatum vicissim ha-

bet a lege, negotia socialia utiliori, quo potest modo gerendi, ut in superiore *part.* 2. *cap.* 9. *n.* 3. *et* 7. et alibi, ut propterea, si eorum alter graviori, non viliori pretio frumentum
300 emit, hoc judicio sit aliter emere nequivisse; et hanc inter socios interpretationem faciendam esse pluribus in locis hujus tractatus demonstravi, ad quos me refero. Et haec habui de societate quae dicerem, ad laudem Dei Omnipotentis, ac Virginis Deiparae.

FINIS.

SUPPLEMENTUM

SUMMARIUM.

1. Vasio pecuniae in causam societatis requiritur, ut pecunia licitas pariat usuras.
2. Pecunia dotalis promissa, et non soluta, sine alio requisito licitas parit usuras.
3. Pecunia dotalis in hoc, habetur quasi dotale praedium per se fructiferum.
4. Dotis causa licet pia, publica, favorabilis, tanti non est, ut illicitas usuras, licitas efficiat.
5. Aut si hoc admittitur in dotali pecunia, idem quoque servari in aliis debet contractibus.
6. Onera matrimonialia vir subit propter dotem, seu dotis fructus ex necessitate.
7. Fructus ex dote pecuniaria, seu quantitativa debentur viro loco damnorum, et interesse, et n. 6.
9. Amplia id receptum esse in quavis alia pecunia, etiam non dotali.
10. Ratio lucri captandi differt ab altera damni vitandi.
11. *Caponius* tenens mobilia, aliaque haereditaria sociorum universalium dividi in stirpes, et non in capita, laudatur, et affertur ratio, et n. 12., et 13.
14. *Gallus* etiam in simili universali societate per rusticos ad tres, et ultra generationes protracta, circa divisionem laudatur, et n. 15.
16. Melius est corrigere se ipsum, quam ab aliis corrigi.
17. Praemissa tamen declarantur, si capitale initio collatum fuerit aequale, vel aequalitate reali, vel si industria unius capitali alterius respondeat, et n. 17. ad 20.
21. Discutitur, et conciliatur doctrina *Vinnii* et *Fabri* circa communicationem rerum socialium, et respectivam divisionem in societate universali, et n. 22. ad 25.
26. Capitis salvi, et trini contractus proscriptio confirmatur, et n. 27. ad 33.

Ad Cap. III. Part. I.

Dum praelo ad finem proximo, hic suberat meus de societa-
te tractatus, quid sentirem circa licitas usuras pecuniae so-
cietati creditae fui interrogatus; equidem versionem pecuniae
in causam societatis ex industria hominis fructiferae, utilem,
imo necessariam respondi, quia pecunia ex se sterilis res est,
nec fructus ideo parit, nisi ex re per se fructifera, puta si in
praedii emptionem, aut ex industria, puta, si in negotiationem,
1 actu vertatur, statim de hac mea opinione tamquam rigida fui
incusatus, nam pecunia dotalis promissa, et non soluta, sine
ullo requisito ut mihi opponebatur, usuras parit dotales ex
2 utroque jure, cum civili ut *in l. fin. §. praeterea c. de jur.*
dot. tum canonico ut in *cap. per vestras de donat. inter*
vir, et uxor., *et in cap. salubriter de usur.* perinde quasi dos
quantitativa in praediis ipsis per se fructiferis constituta fuis-
3 set *Rota dec.* 168. *n.* 15. *part.* 7. *rec.* absit vero ut dotis causa
utcumque pia, vel publica, vel favorabilis, etiam, quemadmo-
dum nonnulli doctores dictitant, possit usuras a jure ipso di-
4 vino proscriptas, licitas efficere, ut per *Gonzal. in cap. per*
vestras in notis n. 14. *de donat. inter. vir.*, *et uxor. et in*
cap. salubriter in comment. tit. de usur. ergo, concludeba-
tur, si in dote, cur non in societate, aliisque contractibus, pe-
5 cunia fructus, vel usuras licitas in pactum praecipue dedu-
ctas, parere sine versione detrectatur.

Facilis mihi videbatur pro veritate responsio, a differentia
pecuniae dotalis, a pecuniis in alios contractus erogatis peti-
ta; maritus quippe (et in hoc conveniunt omnes) fructus pe-
tit pecuniae dotalis propter onera matrimonialia, quae subit,
6 non ex voluntate, sed ex necessitate, nec hujusmodi onera
matrimonialia supplere aere suo tenetur, nam hoc animo ma-
trimonium contraxit, sibique dotem stipulatus fuit ut cum
ejusdem dotis fructibus onera matrimonialia per commode su-
biret, non de ipsius dotis capitali, quod sartum, tectum ser-
7 vare, illudque uxori, vel cui de jure restituere, suo tempo-
re compellitur, sed bene, uti dicebam, de ejusdem dotis fru-
ctibus, qui plene ad ipsum pertinent *Leotard. de usur. qu.*
91. *n.* 56. Si proinde maritus, dote sibi non soluta, aere suo
onera subit matrimonialia, loco, et nomine damnorum. atque
interesse ex pecunia dotali petit usuras, ut peracute advertit
8 *Gonzal. in d. c. salubriter, in comment. sub n.* 2. *de usur.*
adde *Constantin. vot.* 188. *n.* 6. *tom.* 1. idque ratum ha-
buit *Rot. in dec.* 774. *n.* 19. *et* 20 *part.* 18. *tom.* 2. *rec.* Est
vero exploratissimum, atque jure etiam ordinario constitutum
ex pecunia etiam ipsa simplici fructus licite deberi. ratione,
9 tum damni emergentis, tum lucri cessantis, ex *Leotard. de*
usur. quaest. 74. et 75. *utrobique per tot.* Contra vero qui
pecunias suas in aliis contractibus, stipulata usura, implicant
de lucro captando agunt, quod a ratione damni vitandi plu-
rimum differt, ad *textus in leg. fin. c. de codicill.* 10

Ad Cap. X. Part. IV.

Supra *pag.* 467. de divisione rerum socialium agens *sub n.*
61. *ad seqq.* expunxi *Caponium* in universali societate filiis
sociorum divisionem in stirpes tribuentem super illis mobi-
libus, aliisque haereditariis rebus, ab eorum patribus, aviisque
proficiscentibus, eo sub principio, quod in universali socie-
tate, omnia usque ab initio communicantur, ita ut antedicti
sociorum filii in capita debeant; vel soluta, vel renovata socie-
tate, res sociales ad unam omnes, partiri. Corrige hanc *Ca-* 11
ponii expunctionem, eumque ad pristinum boni sui nominis
statum restitue, illa ratione, quia ea mobilia, supellectilia et
hujusmodi haereditaria, vel quoad primos socios universalem
societatem coeuntes, vel quoad eorum filios, seu haeredes eam-
dem renovantes, loco sunt capitalis, quod integrum sociis, eo-
rumve haeredibus in divisione, finita societate, restituitur; il- 12
laque rerum socialium communicatio, quae in universali so-
cietate fieri ipso jure dicitur, intelligitur temporanea, socie-
tate videlicet durante, non post illius dissolutionem, ut eo-
dem in loco superiore *pag.* 465. *n.* 23. 24. *ad seq.*, et 13
alibi.

Idem videbatur dicendum de altera peregrina quaestione
universalis societatis per rusticos protractae ad tres et ultra
generationes, excitata per *Gallum de fructibus* supra allega-
tum *pag.* 480. *n.* 262. *ad* 272. ut in stirpes, et non in capi-
ta fieri debeat capitalium divisio: difficultate etiam maxima 14
manente dumtaxat in separatione capitalium primae, secun-
dae, ac alterius deinceps generationis; nam ultima solum ge-
neratio in capita, utilia dividet, caetera vero, quae capitalis
loco identidem fuerunt, in stirpes; sed haec difficultas facti 15
erit, quoad jus quidem pertinet, aeque *Caponium*, atque *Gal-*
lum laudo. Malo enim, quam corrigi, me ipsum corrigere; 16
humanitatis est lapsus, sapientia recessus.

Non omitto tamen animadvertere, quod sicuti in societa-
te, cum generali, tum particulari, si opera unius respondet
pecuniae alterius, valor tam operae, quam pecuniae unitur,
coacervatur, et in unam summam, veluti massam ex aequo,
et in capita in fine dividendam, redigitur, ut dixi, atque
exemplis opportune demonstravi in superiore *part.* 2. *cap.* 17
7. *n.* 55. *ad plur. seqq.* ita quoque videbatur dicendum in
societate ipsa universali, in qua si clare apparet, quod unus

socius suum capitale forte minus, industriae suae unitum
voluerit capitali alterius exaequatum, tunc non dubitarem in
divisione aequaliter, et in capita partienda esse, tum capita-
18 lia, tum utilia, sicuti etiam debita capitale ipsum sociale ab-
sorbentia, illamque cessare regulam a *Fabro* traditam, fini-
ta societate suum quisque capitale initio collatum repetit in-
tegrum, nam illius unius massae conflatio tradita per *Vin-
nium, et Pufendorfium* supra *pag.* 467. *num.* 55. *ad plur.*
19 *seqq.* generalis est, et de unaquaque societate, universali
etiam debet intelligi: quid propterea actum sit in societatis
20 universalis coitione spectare judex debet, ut suum proferat
pro justitia, ac veritate judicium.

Dixi quid actum sit, spectare judex debet, nam solus,
quoad viderim *Faber* tradit post finitam universalem socie-
tatem, unumquemque socium suum capitale initio collatum
repetere, et capitalis dominium communicatum intelligi,
21 societate solum durante, ut supra *pag.* 465. *n.* 24. *et* 25. Si-
militer solus quoad viderim *Vinnius* clare tradit regulam
communicandi pecuniam unius cum industria alterius, cum
22 hoec illi respondet, ut supra *pag.* 467. *n.* 55. 56. 57. *et* 58.
Contra vero ab ipso fonte juris est, ut in universali societa-
te communicatio dominii rerum socialium fiat ipso jure, et
23 sine ulla etiam traditione *l.* 1. *et* 2. *ff. pro socio.* His positis,
nihil videbatur esse discriminis in societate universali inter
dominii communicationem ministerio juris factam, et alte-
ram ex providentia hominis inductam; ita ut si socius uni-
versalis omnia initio communicat, omnia etiam capitalia li-
cet inaequaliter initio collata, aequaliter, et in capita in fi-
24 ne dividat. Ad conciliandas itaque tantorum virorum do-
ctrinas pro effectu divisionis prima facie pugnantes, dixe-
rim, *Vinnium* intelligi loquutum de communicatione in so-
cietate praesertim particulari ex provisione hominis; *Fa-
brum* loquutum intelligi de communicatione in societate
praesertim universali ex provisione legis, provisio autem ho-
minis, quae placita, et voluntatem contrahentium clarius
25 indigitat, fortior videtur esse altera juris *arg. l. fin. c. de
pactis convent.*

Ad Cap. VI. Part. I.

Ab amicis fere quotidie rogor quid sentiam de capite sal-
vo in societate, deque contractu trino; id plane ipsum, quod
Sixtus V. constituit, et quod Benedictus XIV. uniformiter
in sua Synodo dioecesana consuluit, respondi: aliquibus mea
non placuit responsio, tamquam rigidae opinioni libertatem
commerciorum coarctanti subnixa; equidem Sixtum V. con- 26
tractum trinum, et consequenter caput salvum proscripsis-
se, publica constitutione, actu retrosimili neque correcta,
neque declarata redundare dixi, ut supra *part.* 1. *cap.* 6.
nec propterea ab hac sententia dimoveor; maxime quia caput
salvum esse societatis destructivum teneo, ex illis rationibus
supra *d. part.* 1. *cap.* 6. et alibi indicatis; plurimum vero, 27
quia Ulpianum idem sensisse suadeor *in l. si non fuerint*
29. *ff. pro socio.* Illis verbis ibi » Ita coiri societatem posse,
» ut nullam partem damni alter sentiat, lucrum vero com-
» mune sit, Cassius putat, quod ita demum valebit, ut et
» Sabinus scribit, si tanti sit opera, quanti damnum est ». 28

Si ad praxim lex ista deducitur, fingatur oportet, indu-
striam in societate conferentem, indemnitatem sibi stipulasse,
alter socius vero, qui in pecunia contulit mille, nongenta
solum salva, finita societate, reperiit in arca, renunciato in
centum damno; jurisconsultus definivit, indemnem abire
eum, qui industriam praestitit a partiali, vel totali hujus
damni reintegratione, si ejus opera eatenus impensa tanti
fuerit, quantum emersit damnum, hoc est si ejus opera ea-
tenus impensa, atque deperdita aestimari centum potuit.
Idem juris est, si contrarius fingatur casus, quo pecuniam 29
conferens indemnitatem sibi stipuletur; ita ut clare appa-
rest damnum pecuniae unius compensatum cum jactura ope-
rae alterius intelligi, et sic aequalitatem servari, neque pa- 30
ctum aliter conceptum valere.

At resumitur. Textum habere *lucrum vero commune sit*,
hoc est pro dimidia, et aequali utrinque parte dividendum;
in casu tamen contrariae opinionis assecuratus minimam,
seu moderatam consequitur lucri partem, diversitatem casus
inducentem: nam pluries dictum est, satisque probatum,
usurae vitium non tolli per lucri mediocritatem solam justi-
tiam conventionis respicientem, ut supra *pag.* 64. *n.* 116. 31
et 117. *et p.* 69 n. 165. ita ut semper indemnitatis pactum
cum suo vitio resurgat. Aliae sunt rationes supra *d. part.* 1.
c. 6. allegatae, quas ne actum agere videar, non repero; sed
ratio omnium potissima est, Sixti V. Constitutio, eidemque
conformis Bened. XIV. cohortatio; plurimum quia Sistina 32
Constitutio *la* 45. §. 5. *et* 7. consuetudinibus quibuscumque
derogavit, suamque constitutionem *clausula sublata*, *et de-
creto irritanti* communivit, et ita os doctoribus aliter dispu-
tandi, necnon judicibus aliter judicandi obstruxit, ex ani-
madversis per *Rot. in dec.* 69. *n.* 13. *ad seq. et dec.* 174. 33
n. 25. *ad seq. tom.* 3. *post de Vecch. de bono regimine.*

INDEX GENERALIS

RERUM, ET VERBORUM

QUAE IN HOC TRACTATU DE SOCIETATE CONTINENTUR COPIOSISSIMUS.

Observa *p.* paginam, *n.* numerum marginalem indicare.

A

Zanchio

C.

D

E

G

H

I

M

Zanchio

72

O

Zanchio

P

73

Zanchio

74

T

FINIS.